EXPOSITIO CONCIONALIS QVINTI PSALMI POENITENTIALIS PRAEFATI IOANNIS Longlondi, coram maiestate regia. Annis do. 1513. 1514. 1515. 1516. 1517. 1518. 1519.

MVSEVM BRITANNICVM

DOMINE EXAVDI ORATIONEM meam, & clamor meus ad te ueniat. Tenuit antiquos Philosophos & eos qui scripserūt ab initio, plurimos anceps & uaria disputatio: utrum deus haberet istius mundi curam & prouidentiam. Quidam antiqui adeo praeposteré minuteq; sapiebant, ut è praesenti uita prouidentiam omnem tollerent, & omnia casibus attribuerēt ac fortunae: fortunam quasi deam quandam extollentes, iuxta id Poetae. Te facimus fortuna deam, & illud, O fortuna omnipotens Si uolet hec, fies de rhetore consul, Si uolet hec eadē, fies de consule rhetor, & illud historiographi Fortuna in omni re dominatur. Volebāt ipsi q; Fortuna natu uolubilitateq; sua, uerteret dieī, an peruerteret ofa: Deū autem qui certo tenore cuncta dirigeret, animo complecti non ualebant: euanescentes ob id in cogitatu suo. Rationem tamen habebant aliqualē, cur ita sentirent. Si deus (inquiunt) in immensum bonus & potens in infinitum, mundi regimen haberet, & tanq; in eo gubernando teneret temonem: bonitas eius in peccata cadere non permitteret, & iusticia non praeteriret impunita. Sed uidemus mundum peccatis obrui, uidemus regnare malos, bonos opprimi: uidemus felicitari illos & in omni re uento poni, miseriis istos affligi. Quare colligebāt incerta omnia casibus non statis uicibus agi. Dicebant alii, rex, diuina prouidentia gubernari, sed superiores tantum & incorporeas, nō has inferiores & corruptioni subiacētes: has autem & homines naturis suis & dei arbitrio dirigi. Qui si uniuersalem rerū curam gereret, uniuersaliter etiam omnibus prouideret. Talem sibi sapientem fingūt

Varie opinio antiquorum de prouidentia dei.

Incredibile.

Ridiculum.

opinio. 1.

QQQ Stoici,

Stoici, qui tanq; deus quidam uacare possit affectibus, & extra quodcunq; tantamē externum imperare, & frui rebus omnibus. Neq; hiis fuit ratio defuit. Arguebāt eīm q; si diuinus intellectus adeo particulariter descenderet, in hiis sordidis & minutulis infra rebus: nimioq; uilescceret. Nōnulli prouidentiam in hoc mundo deo tribuebant, non plenam tamē & meram ut particulatim omnia digeret: sed dūtaxat uniuersim. Sic mutabilitatem istam & contingentiam quæ tam frequens est in particularibus, nullo modo referri uolebāt ad deum: ne stabilitatem operationis eius interrumperent, & quietem intactam atq; inaccessam perturbarent. Fuit hęc opinio multorum, inter quos Epicurus & Democritus numerandi: qui neq; multum absunt ab illa prima. Omnes hii generalem dei prouidentiam qua mundum curat, sustentat, cōseruat, fouet & gubernat: tollūt è medio. Cæterū ita uolentes, firmamentis tribus innituntur. Ratiōe uidelicet, authoritate, exemplis. Primo ratione, dei scilicet sapientiæ & iusticiæ. Illud Phi B.
losophi pro se afferentes. Sapientem ordinare oportet non ordinari, regere nō regi. Patresfamilias enim qui domos & familias ædificauerūt, rectores urbiū & prouinciarū, reges, qui regna moderantur & gubernant: hi sapientes sint, oīa peruerterunt. Quotquot autem probe sapiunt & officio suo perfunguntur: errores, defectus, & scandala pellunt è domo sua, è rep, è regno. Furcas erigunt, cruces & patibula, ceteraq; similia tormenta, quibus uicia castigent atq; reprimant, quibus uirtutes in consuetudinem adducant. Iam deus qui summus est paterfamilias, rex summus, caput & principatū tenens in omnibus: cuncta tolleret istiusmodi longeq; depelleret, si sibi cura foret istarū rerum, aut regimē ipsarum ad se spectaret. Totus ei mundus unicum est regnum, unum imperium, una domus, unica familia. Sed hinc errores & uicia nō prodit, scelera permittit, malefactores ubiq; tolerat, sursū deorsū q̄a miscerī, cōfūdi motibus incertissimis, cūcta cōuolui sinit. Vnde colligūt nūdū ipsi curæ nō esse, nec ab eius pui

dentia

Tribus machinis nituntur tollere dei prouidentiam.

1. method. Reges & præfecti dictionibus suis prouidere debent.

Paterfamilias summus, deus est.

dentia uel gubernaculo dependere. Colligunt unum è tribus oportere dici. Vel q̃ uelit deus & nõ possit, uel q̃ possit sed nolit, uel q̃ uolens ignoret, & artem gubernandi nesciat. Si qui potest nolit, malí præbet occasionem peccandi q̃ fenestram aperit: & culpam agentis habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. Quod repugnat eius bonitati, de quo scribitur. Nemo bonus nisi solus deus: q̃ essentialiter & per se bonus, cæteris rebus omnibus (quam habent) bonitatem infundat. Quam eandẽ declarãs Apostolus, ait. Bonus deus qui uult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire. Quod autẽ uolens nesciat, contrariat eius sapientiæ: qui factus est nobis sapientia, & est infinita sapientia cui dicitur Omnia in sapientia fecisti. Cuius admiratione nimia uictus Apostolus infit O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, q̃ incomprehẽsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius: Quis cognouit sensum domini; aut quis consiliarius eius fuit: Quoniam ex ipso, per ipsum & in ipso sunt omnia. Si uero dum uellet non posset, id omnipotentiã eius eneruat & euacuat: de qua scripturæ sic tradunt Omnia quæcunq̃ uoluit dominus, fecit, in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Dixit & facta sunt omnia, ipse mandauit & creata sunt universa. Cum iam è regno suo nõ propellat istiusmodi nefacta, non excludat facinora, tot enormitates ubiq̃ regnare sinat: id non propterea fit q̃ aut nolit, aut nõ possit, aut nesciat deus, quẽadmodũ uolebãt prædicti philosophi: qui nec nisi quę modo recensuimus, absurda statuere discernerẽq; paulo mollius arbitrantur, non dignari prouidentiam eius ad hęc inferiora descendere: sed omnia superne certo disponere, inferne uero singula casum & Fortunã uariare. Cui sententię uidetur astipulari quod in Iob scribitur Circa cardines cœli perambulat, neq; nostra cõsyderat. Quod illic ita scribitur, non q̃ uir ille beatus ita sentiat: sed q̃ ita sentientium errores ostendat. Alteram rationem addit de iustitia dei: quæ si uersaretur inter ea quæ in mũdo geruntur,

3. causã esse dicunt, cur possint deum nõ prouidere rebus humanis. Psal. 87. cap. faciẽt. Matt. 20.

1. Timoth. 2.

Psal. 103

Rom. 11.

Psal. 144.

Psal. 32.

Iob. 22.

2. ratio.

Iusticie proprietas.

non tã inique perturbateq; fierẽt. Iusticię nãq; primũ munus est, ut tribuat unicuiq; quod suum est. Quod ubicũq; syncerius obseruatur, ibi perfectus ordo non deseritur, ibi uenustas rerum & personarũ dignitas attenditur, ibi pro meritis oĩa dispensant. Cũq; deus penes quẽ oĩa sunt, non ita distribuat, nõ bona bonis & mala malis adiiciat: argumentantur eum res istas nõ respicere, non curare, nõ prospectare. Boni nanq; donandi muneribus & honoribus insigniendi sunt, ut tanto magis in studia uirtutum inflammentur: mali uero castigatione reuocandi. Oderunt peccare boni, uirtutis amore. Oderũt peccare mali, formidine pœnæ. Honor autem (inquit Philosophus) est præmium uirtutis. Virtutem uero quis colet, præmia si tollas? Nõ est prauus (eiusdem Philosophi iudicio) dignus honore, sed supplicio. Quare si deus non eo modo cuncta dirigat, ut malos malis bonosq; bonis afficiat, sed econtrario bonis oppressis & cõtemptis, mali plaudant & exultent: ñunquid inferemus (aiunt) q̃p per iusticiam eius fieri non possit, ut mundum prouidẽtia sua regere censeatur? In hoc mundo regnant impii, prosperis rebus mali fruuntur, iugi fœlicitate congaudent iniusti, proterui designantur ad præclara officia, stolidi prouehũtur ad honores, ad dignitates idiotæ, sceleroſi ferme potiuntur omnibus ex sententia. Quod Hieremias uidens, ita queritur Quare uia impiorum prosperatur? Bene est, omnibus qui preuaricant & inique agũt. O bone deus, si tu mũdum hunc iuste gubernes: quare tyrannus, cur usurius, cur exactor, uastator, & dissipator hominum: cur pupillorum, uiduarum, & orphanorum oppressor: quare pauperum euersor sub cœlo uiuunt atq; ualent? Si tu sis iustus & mundum iuste gubernes, quare concubinus, quare fornicator, adulter, impune uiuunt in terra? Si mundum iuste dirigas: cur homicida, cur periurus & blasphemus ubiq; triumphant? Si tu recte rẽ tuam, si iuste remp. administres: quare premuntur amici tui? quare diuexantur, irridentur, fallunur & conculcantur ab inimicis? Si iusticia tua summa se

Quę bona comitantur iusticiam.

Vbico.

Premium uirtutis honor.

Mali prosperantur, bonis infelices fiũt & cur?

Hiere. 12. Expo.

D.

ma se demitteret aut extenderet ad res istas quæ infra geruntur: cunctas in ordinē utiq; meliorem redigeres, omnibus multo alia ratione prouideres. Traxit ista rerum confusiq; Hieremiam pro pl'ra in admirationem quandam diuine gubernationis: Epicurum philosophum ad manifestum errorē impulit. Etenim ipse (sicuti Lactantius affirmat) uidens bonis aduersa toties accidere, bonis uiris aduersari malos & prævalere, paupertatem, labores, exilium, iacturam bonorum & charorum amissionem sæpius piis q̄ impiis euenire: uidēs innocentiam minus tutam, impune scelera committi: uidens mortem citra ordinem ac discrimen annorum sineq; delectu morum, alios ad senium perducere, infantes alios abripere, nonnullos iā robustos interficere, quosdā in primis adolescētiæ floribus funeribus immaturis extinguere, optimos quosq; in bello & morbis perire, pessimos cōtra, tutos effugere: uidēs ueros & perfectos dei ministros, uereq; religiosos pluribus & grauioribus incommodis affligi, q̄ eos qui uel deum non respicerent uel parum pie colerēt: uidens ipsa deniq; dei tēpla incendio fulmineq; cōflagrare, sancta uiolari, sacra prophanis immiscери: asseruit in his omnibus nullam esse dei prouidentiam, non eum curare mundum, nō populi causas in eo uitam agentis. Quæ si curæ ipsi essent: non tam incertis casibus & neglectim omnia fieri sineret, inquit. Alius probandi modus quem usurpant, authoritate niuitur. Qui sic statuunt, unam sententiam patriarchæ Iob ad se rapiunt: per quam tanq; indignabundus arguere uideatur illum ordinem, quo bonis ad ima deiectis, mali tolluntur in altum: inquiens Quare impij uiuunt: quare sublimati sunt: quare cōfortati diuitiis: Si prouidētia sua deus ordinibus omnia suis & conditionibus assignaret: uel bonis solis, uel eque bonis atq; malis felicitatē adderet, eam bonos q̄ malos euehere ad honores & ditari faceret. Sed multo aliter habere cernimus. Quare nec prouidētiā ullā esse putabāt. Id quod in diuite epulone adhuc fugitiue satis clare cerni potuit. Cōmētator Auerois

Lactantius libro 3. capi. 17.

aperte pronũciat, q̃ intellectus diuinus uilesceret: si minima naturæ attenderet. Præcessores eius & huius opinionis authores, erant nonnulli Philosophi. Parmenides inprimis & Simonides huiusq̃ pares. Ab hīs exorti sunt Hæretici, quorũ Manichęi plane prouidentiã excludunt, plus q̃ Solẽ tollẽtes è mundo. Quidã duos mũdi principes & rectores, duo principia statuerũt: bonorũ unũ, alterũ malorũ: Bonorũ primã causã seu deũ, malorũ Diabolũ: ĩter mala quidẽ hec inferiora cõmmerantes. Vtq̃ suã hãc sententiã firmiorẽ reddant: ad eandẽ stabiliendã Ioannis illud introducũt Venit princeps mundi huius, in me nõ habens quicq̃. Vbi principem mundi Diabolum intelligunt: & eundem in mũdo principari. Quod si concedatur, locus diuinæ prouidentiæ non relinquitur. Authoritates hę, sed improbabiles: & uel malæ quidem ac hęreticæ, uel perperam usurpatæ. Tercius locus decurrit ad exemplum: quod ex utroq̃ testamento suscipitur. Et ueteri nimirum, in quo narratur Quomodo Benadab rex Syriæ, dum Samariam expugnaret, ad tantam calamitatem redegit eã: ut mater interea propriũ filium deuoraret & in eisdẽ uisceribus sepeliret, è quibus antea prodierat ad uitam: ut tunc temporis asini caput octoginta argenteis, quarta uero pars cælidi stercoris columbarum quinq̃ ueniret argenteis. Si deus (inquiunt) mundum sua prouidẽtia gubernaret, si populi sui curam haberet: res tam absurdas, res tam atroces, fieri nõ permitteret. Res ista, res fuit absurdissima, fuit inordinatissima supraq̃ cunctorum opinionem: quam nec quisq̃ hominum pati possit. Asininis uesci capitibus, columbarum stercoribus, hisq̃ tam chare emptis, ac mulieres tam auide proprios liberos uorare: quis hoc ferat aut æquanimiter accipiat? O tuam domine deus misericordiam, o iusticiam, o prouidẽtiam quam inquirimus. Vbi cernemus eam, quomodo diiudicabimus: si mala tuis, & externis bona tribuas? Exemplum aliud è nouo testamento depromunt, ubi scribitur quomodo CHRISTVS dum nauem ascendens cum discipulis in

11. Vita.

Parmenides Simonides. Hæretici. Manichæi.

Ioannis. 14.

4. Regũ. 6. Quanta miseria dum capitur Samaria.

F.

, pulis in puppi super ceruical dormiret: nauis illa periclitata flu- Matth. 8. Marci. 4. Christus dormiens in puppi.
, ctibus obrui cęperit, & ipsi clamare Domine seruą nos, perimus. Si populo suo prospexisset, si discipulis fauisset aut curam ipsorum habuisset, in tanto ipsorum periculo dormire noluisset. Ipse , uero dormiebat, ait Euangelista. Voluerat potius suum sedulo populum tueri, uoluerat à procella liberare, uoluerat funibus & antemnis una manus admouere, uoluerat alios ad id faciendum adhortari, uoluerat iuuandis Apostolis, iuuandis omnino suis aduigilare. Qui cum aliter omnia fecerit, cum illis periclitātibus securus ipse dormitarit, nullam habebat (inquiūt) curā illorum: nō curat mundū, in quo tam dilectos sibi relinquendo neglexit, non sibi curæ est, hac an illac omnia uertantur, sursum an deorsū homines abierint. Si nīq; foret, maiorem (aiūt) in hos fauorem ostendisset. Quidnam aliud maris illa pericula q̄ huius mundi similia signāt? In quo tot turbulentiæ, tot uortices & procellæ: tot Scyllæ, Carybdes & Syrtes obuiant, ut ægre naufragiū uspiam euaseris. Tot periuria, blasphemiæ: tot odia, latrocinia, homicidia, tot falsa testimonia, tot iniuriæ, fornicationes, adulteria, tot sanguinis effusiones existūt: ut an fides dei remanserit in terris, addubitare possis. Fides Christianorum quasi ad nihilum deuenit. Anfilius hominis (inquit Euangelista Lucas) ueniēs, inueniet fidem in terra? Refrigescit charitas refrigescit, quoniam abundauit iniquitas. Et interea temporis quomodo dei prouidentia regnat? Vbi nunc est integer, ille dei cultus, quem primitiua frequentauit ecclesia? Vbi iam tot præclarissima regna per Apostolos ad fidem conuersa? Vbi tot urbes & prouinciæ fidelissimæ? An adhuc hii fines sunt fidelium, an in manibus Christianorum? Non, sed alienissimorum à fide, sed Turcharum, sed abiectissimorum hominum & inimicorum CHRISTI pariter atq; ecclesiæ. O regnum illud Grecorum olim fide maximū & amplissimum. O doctissimā Athenarum urbem, & Dionysii parentem à Paulo conuersam. O Constantinopolim tot beatissimorum

Luce. 18. Matth. 24.

Ingens rerum Christianarū dispendium.

Magna pars Christiane ditionis tam ad Turchas redijt.

Regnum Grecorū.

Athene.

Constantinopolis.

morum patrum & doctorum fidelium altricem. Quorum nunc
estis? An quorum eratis temporibus Apostolorum? Non, sed
uilissimorum Turcharum. Vt altius paulo repetamus, Vbi tu es G.
iam fidelis Niniue? ubi fides quæ te perduxit ad pœnitentiam,
& qua seruata es, ne subuersa iaceres? Nõ dum norant Niniuitæ,
deum, adhuc infideles erãt: donec euertendam intra quadragin-
ta dies urbem, Ionas à deo missus exclamasset. Quem excidium
urbis suæ certo prædicentem non inuaserunt, non laserunt, nõ
reppulerũt: sed humillime se gerebant in omnibus, se prosterne
bant, se conterebant, ieiunabant: se ciliciis induebant atq; sacco,
cinere se consperserũt, fidelissime dei misericordiam inclaman-
tes. Fuerunt hii maximi totius orbis pœnitẽtes, facti posteris ex-
emplo ueræ pœnitentiæ. Vno unius prophetæ uerbo, predica-
tione una conuersi sunt ad pœnitentiam, ad fidẽ: facti ex infide-
libus fidelissimi. An tanta nunc fides in terris? Quot opus præ-
dicationibus, ut in omni uita pœnitentia similis ostendatur? Ab-
iecit rex è manu sceptrum, abiecit aureum è capite diadema, ab-
iecit coronam, abiecit preciosum à corpore cultũ: & descendens
à solio ubi sederat sub splendido tapete, sub aureo tegumẽto, ruit
in terram, reliquumq; põpulum ad pœnitentiam ipsi simillimam
adegit. Sed ubi iam nobilis illa ciuitas? Vbi Niniue fidelissima?
Nonne infideles dominãtur in ea? Nonne nunc sub ditione Tur
charum retinentur? Quid de sancta ciuitate Hierosolyma mundi
olim metropoli dicemus? de qua omnes prophetæ scriptis suis
uaticinati sunt? In qua sanctissimum dei & totius mũdi templum
præstantissimũ, ad quod solenniter omnes urbæ ueniebant; ubi
CHRISTVS prædicãdo doctrinam exhibuit, miracula sua
simul ostendit: in qua cõtumeliis & probris affectus, captus, cru-
cifixus, passus, mortuus, & tercio die resurgens, quadragesimo
post conscendit in cœlos, ubi iam sedens ad dexteram patris: in
qua totum nostræ redẽptionis opus impleuit, in qua spiritus san-
ctus descendẽs in Apostolos, illuminauit eos & spiritu repleuit?

Niniuitarum pœnitentia posteris imitanda. Ionæ. 3.

Niniue in manibus Turcharum.

Hierosolyma in manibus Turcharum.

Vbi nũc

Vbi nunc hęc illustrissima ciuitas? ubi regio ditissima, celeberrima simul & religiosissima, in qua dei cultus tã præclare cæpit, tam celebriter & diu permansit? Vbi CHRISTI doctrina, CHRISTI uita refulsit: in qua prædicatio pariter & uita prę nituit Apostolorum, & post illos tot antistites & patriarchæ Hierosolymitani floruerunt? Vbi ciuitates aliæ mulęr? ubi prouinciæ sanctitate doctrinaq; splendidissimæ? An adhuc sub ditione Christianorum? Non, non plane: sed iam dudum in manibus Saracenorum & modo Turcharum. Sub potestate sunt infidelium, inter quos nulla cura religiõis, nulla diuini celebritas officii, nullus cultus ecclesię: sed ritus solum improbissimi. Quare ergo deus, si rerum sibi cura suarum, si mundi totius certa prouidẽtia: locum illum primarium suj cultus, loca alia summæ celebritatis & officii iam occupari possidericq; permittit ab infidelibus, abs sui contemptoribus, ueris dei cultoribus passim exactis? Horret animus (inquit Hieronymus) nostrorum temporum ruinas & mala H. prosequi. Nonne iam Gothi, Vandali, Sarmatæ, Quadi, Alani, Scythiã, Thraciam, Macedoniam, Daciam, Dalmatiã, cunctasq; Pannonias deuastant? trahunt? rapiunt? Quot matronæ, quot uirgines dei, quot ingenua nobilitatq; corpõra hiis bellis ludibrio fuere? Capti presbiteri, interfecti Episcopi, subuersæ ecclesię, ad altaria CHRISTI stabulati equi, martyrum effusæ reliquiæ. Vbiq; luctus, ubiq; gemitus, ubiq; mortis imago. Hęc qui uidet, an ullam prouidentiã in hiis rebus esse putabit? Si deus (inquit) hęc inferiora curaret, si rebus istis prouidere uellet, non istiusmodi facinora toleraret; non tam absurda facta cerneret. Videtis iam, errores dicam an opiniones eorum, qui prouidentiam dei sustulerunt ab hoc orbe: audistis causas quibus subnixi, & rationes quibus inducti sunt ad illud censendũ. His itaq; tibi relictis, nos ad ipsam ueritatem, ad sententiam catholicorum, ad orthodoxorum opinionem, relictis philosophis, ad bene theologisantium disciplinam accedamus: qui tradunt omnia diuinæ prouidẽ

Hiero. ad Heliodorum.
Bellorũ miseria & incommoda.
Scythia.
Thracia.
Macedonia.
Dacia.
Dalmatia.
Pannonia.

Omnia prouidentiæ diuinæ subiacere.

Veri philosophi quid de

prouidẽtia diuina sentiat

tiæ subiacere. Sed & philosophorum optimi quiq; corpora hęc inferiora superioribus ideo subiecta declarant, ut omnis eorum virtus inde gubernetur. Volunt mẽtem idęo diuinam rebus omnibus infusam: ut essentiam, motum, uitam, sensum & rationem tribuat atq; instillet. Gubernat (aiunt) omnia sub se prima causa, sicut efficiens dirigit effectum: & finis ea quæ tenduntur ad ipsum. Gubernat autem intermediantibus causis secundis. Corruptibilia siquidem & inferiora hîc, à cœlestibus: incorruptilia, ab intelligentiis; & intelligentiæ secundæ, regũtur à prima. Theologi uero qui nihil non synceriter & uere sustinent, plane tenent & simpliciter affirmant, dei prouidentiam in rebus omnibus uersari, per omnia transfundi: per curam & gubernationem eius omnia conseruari, suis illum in mũdo creaturis ubiq; prospicere. I. Sapien. 8. Nam sicut sapiens asserit Attingit à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Ab ortu quidẽ ad occasum, ab Aquilone in Austrum, ab altissimis cœlorum ad inferorum infima, patet uirtus operationis & conseruationis eius. Vt condidit, sic & gubernat omnia. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil quod factum est. Ex ipso, per ipsum & in ipso sunt omnia. Stans Paulus in medio Areopagi, dixit. Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eis sunt: ipse dat omnibus uitam, inspirationem, & omnia: nec longe est ab unoquoq; nostrum. In ipso enim uiuimus, mouemur & sumus: sicut & quidam poetarum dicebãt. Ipsius & genus sumus. Ipse operatur in nobis & uelle & perficere pro bona uoluntate sua. Dat creaturis omnibus formas quibus existant, habitudines quibus agunt atq; exercentur, naturales inclinationes & pronitates quibus ferantur in terminos ac fines suos. Lapidi grauitatem indidit, qua deferatur in terram: igni leuitatem, qua sursum emicet. Quæ uirtus animantis, ut tam numerose fœtificet: quæ pusilli fœminis, ut frugem ita multiplicet: quæ uirtus auium, ut adeo prolificent: Anulla uis hominis ut progeneret, ut crescat, si dei uirtute auferas: homo generat hominẽ & Sol,

Theologorũ sententia de dei prouidentia.

Ioannis. I.

Actu. 17.

Philipen. 2.

Omnis creaturarum uirtus a deo tã, a prima cã.

De genit.

& Sol, inquit philosophus. At Sol iusticiæ utriq; uirtutẽ adiicit.
, Quis uestrum (ait CHRISTVS) cogitans potest adiicere Matth. 6. Luce. 12.
, ad staturam suam cubitum unum? Non potestis unum capillum
, album aut nigrum facere. Respicite uolatilia cœli quomodo pa- Matth. 6. Expo.
, ter uester cœlestis alit ea. Videte lilia quemadmodum pater ue-
, ster cõuestit illa. Non fuit Solomõ in tota gloria sua sic amictus,
, ut unum ex eis. Nonne duo passeres asse ugneunt & unus ex eis
, nõ cadit super terram sine patre uestro? Vestri autem capilli ca-
, pitis, omnes numerati sunt. Nec capillus capitis uestri peribit.
, Multis enim passeribus pluris estis uos. Primũ quærite regnum
, dei & omnia adiicientur uobis. Quis adiiciet, nisi qui sic præce-
pit? Plotinus sane philosophus & platonicus inter disputãdum, Augusti. 10. de cuit. cap. 14.
dei prouidentiam à summis ad ima, à deo quidẽ ad terrena, usq;
ad flosculorum etiam & foliorum pulchritudinẽ descẽdere pro-
bat. Quæ nimirũ abiecta citoq; peritura, decentissimos hos for-
marum suarum numeros habere non posse affirmat si non inde
formarentur, ubi forma intelligibilis & incommutabilis simul ha
bens omnia perseuerat, ad idipsũ in animalibus, in floribus, plan
K. tis & arboribus perpendendum nos mittit CHRISTVS
, IESVS, inquiens Consyderate lilia agri quomodo crescant. Matth. 6. Expo.
, Non laborant neq; nent. Consyderate narcissum, liliũ, ligustrũ,
rosam, uacinium, libanotidem: crescendi uirtutem arrẽdite: qua-
liter è radice uel folliculis egerminẽt, quem uestitum & ornatum
foris ostendant, qualẽ fragrantiam & colorẽ habeant, & quem-
admodum naribus admota redoleant, introspicite. Consyderate
quis has dotes illis addiderit. Fuit Solomon rex orbis inclytissi-
mus, ditissimus, rex glorioßissimus, sapientissimus: adeo quidem,
, ut ab omnibus terræ finibus aduenirent ad uidendam magnifi-
centiam eius & gloriam, ad diuitias inspiciendas, ad uidendã am-
plitudinem familiæ, ad uidendum cultum corporis, apparatum
domicilii, & ad audiendam eius sapientiam: quorum una fuit illa
nobilissima regina Saba, quæ uenit ab extremis finibus ut sapi-
entiam

entiam illam inaudiret. Attamen amictus illius qualiscunq;, nõ fecit ad hunc ornatum floſculorum. Non potuit tota gloria Solomonis (inquit CHRISTVS) unius terreni floris, unius lilii candorem exprimere. Non poteſt ars utut naturã imitatur: uel pingendo uel cœlando pulchritudinem eam efficere, quam natiuus color oſtendit. Nõ poteſt ulla ſpecies facticia cum uiuo flore redolẽdo conferri. Quæ purpura regum (rogitat Hieronymus) aut quæ pictura textricũ poteſt floribus cõparari? Quid ut roſa rubeat? quid ut lilii albeſcit, ubi color puniceus q̃ in uacinio, clarior? Quid ſi fœnum agri quod hodie cum ſit, eras in clibanum mittitur, deus ſic ueſtiat: quanto magis uos? Si paſſeri, ſi fœno, ſi gramini, ſi folio, deus ita prouideat: multo magis nos ipſe curabit, quos præcio ſanguinis emit. Si rebus uilioribus ita proſpiciat: quis dignioribus prouidentiam eius abnegabit? Hiis itaq; dominus exemplis non partem mundi ſolum, ſed eum totum à ſe perfecte gubernari demonſtrat: non res nobiliores tantũ ac ueruſtiores, uerum abiectiſſimas etiam ſibi curæ eſſe, ſuæq; prouidentiæ ſubiacere probat. Sed anteqũ ultra procedamus, orandũ, ut gratia nobis exuberantior adſit, ut qui dat uitam ac lucem omnibus, iam illuminet intellectus noſtros ad intelligendã hanc rem difficillimam,

Hieronymus.

Matth. 6.

A precibus iam fuſa magis (ut ſperatur) expediti, reuertemur ad ea quæ nobis obiectãtur à philoſophis quos prænotauimus, tribus (uti diximus) rãtiociniis potiſſimũ affidentes. Principio ſi deus (aiũt) ſoa gubernaret: nihil mali fieret, cũ ſit ſũme potẽs ad impediendum. Deinde cum nihil fieret præter noticiam & propoſitum eius, & ſit in ſummo bonus: nihil abſurdi, nihil mali fieri toleraret. Poſtremo qui iuſtiſſimus eſt ac gratioſiſſimus: bonos hic confundi non permitteret, & ſublimari hariq; malos. Quibus nos ita reſpondebimus. Trifida ratio deum mouet ad iſta tolerãdum: Ratio commutationis, præſeruationis, & remunerationis. Commutationis penæ, quam meremur: Præſeruationis, qua ſeruamur

Ad primã argumentum reſponſio.

1. de cauſa deus mala permittit.

1. cauſa.

uamur à periculis & malis durioribus, Remuneratiõis uero, qua plene recipimus ob ea quæcunq; bene gerimus in corpore. De quibus nos seriatim agemus. Si non commutaretur pœna quam
» meremur: omnes una periremus. Nisi pœnitentiam (inquit
» CHRISTVS) egeritis, qua suscipitur ultro pœna tempo-
ralis: simul omnes peribitis, pœnas dabitis æternas. Quia non est uir tam bonus aut tam sanctus: quin aliquando peccet & deum
» grauiter offendat. Non est homo qui facit bonum & non pec- Eccle. 7.
» cet inquit sapiens. Quis potest dicere mundum est cor meum,
» & purus sum à peccato? Nemo scit an sit odio an amore dignus. Prouer. 16.
» Si dixerimus (Ioannes ait) q̃ peccatum non habemus, nosmet- 1. Ioan. 1.
» ipsos seducimus & ueritas in nobis non est. Omnes enim pecca- Roma. 4.
» tores sumus & egemus gratia dei. Necesse est necesse purge-
mur à delictis omnibus, ne præpediant ingressum paradisi. Ni- Apoc. 21.
» hil enim coinquinatum intrabit illuc. Si non hic resipiscamus & agamus pœnitentiã, si non peccatorũ modo plagarum modum applicemus: uel purgandi sumus igne temporaneo quem ministrat locus purgatorius, uel (quod multo atrocius est) inferni perpetuo cruciandi. Vtraq; pœna certe grauissima, superans quantumuis huius seculi: nec istarum alia dilatãtia q̃ q̃ hec temporalis, illa perpetua. Fœlix profecto fœlix qui sic sibi temporat, qui sic in hac uita se corrigit: ut illic ab hac utraq; liber euadat. Deus autem quosdam ita diligit & tam peculiari prosequitur amore, ut sua summa prouidentia purget hic à peccatis per paupertatem, per infirmitatem, iniustam uexationem & crudelem persecutionem: quo liberet à futuris hiis pœnis. Quod suppliciter implorans Augustinus ita clamitat Domine hic ure, hic seca: ut in æter- Augustinus.
M nũ parcas. Sit tantus doctor & tam sanctus exemplo nobis. Vi-
demus autem complures dei seruos uitam in præsenti degentes Quã preciosa sit mors sanctorum.
acerbissimam & mortem oppetẽtes duriorem: uita perturbari, subitanea morte peti. An hos male mori putabimus? an infœlicẽ uitam agere? Preciosa est in conspectu domini mors sanctorum

Peccatum aut hic aut in purgatorio purgãdum: aut in inferno eternaliter punidũ.

Hebre. 11. eius, uita acceptabilis & grata deo. Quid ad mortes ſanctorũ dicemus? An non alii illorum diſtenti ſunt? alii ludibria & uerbera experti, inſuper & uincula & carceres? An non multi lapidati, ſecti, tentati, in occiſione gladii mortui? Quod quid aliud dictu eſt q̃ ſanctiſſimos dei martyres, per omnia tormentorum & mortiũ genera afflictos: adeo ut quorundã illorũ corpora beſtiis terre proicerentur deuoranda, & carnes uolatilibus cœli. Et horũ omnes mortes licet iuxta mundum uiderentur miſerę & horribiles: in cõſpectu tamen dei, non poterant non eſſe precioſiſſimę. Quemadmodum ipſamet mors CHRISTI quę quamuis ludeis habebatur probroſiſſima, nobis tamẽ Chriſtianis nihil glorioſius, per quam contigit nobis redemptio, ſalus: ac demum gloria illa nunq̃ finienda. Sicq; ſunt quos deus huiuſmodi ſuppliciis & mortibus afficí permittit ut inde gloriã & coronam conſequantur ęternam: alios uero ut à commiſſis flagitiis purgẽtur, & illic coronentur. Quemadmodum legimus prophetam beatiſſimum Semeiam à deo miſſum ut Hieroboę reprehenderet idololatriã: dum peracto nũcio reuerteretur, à leone ſtrangulatum in uia. Cur oratori prophetęq; ſuo dominus id fieri permiſit? Tradit Lyranus id ab eo factum, ut dilecto ſuo pœnam futuram præſentẽ commutaret: quam commeruerat per peccatum inobediẽtiæ. Præceperat enim illi deus, in uia ne biberet aut cõmederet. At ipſe contra præceptũ illud aquam bibit in loco prohibito. Quamobrẽ expirauit morte corporali, ne ſupplicio grauiore puniretur. Verũm qui in uiri tam ſancti nõ adeo magnum & graue peccatũ, tam grauiter animaduertit: quali uindicta excipiet iniquiſſimã quottidie peccantium facinora? Cauete peccatores cauete à uindicta. Fortis enim dominus eſt: ut quã uelit pœnã poſſit infligere: iuſtus deus, magnus & terribilis: puniet ipſe ſine dubio peccatores. Cauete iugiter cauete & declinate illã formidoloſam manum eius. Sed & benignus eſt, clæmens & propicius qui pœnã pœna cõmutat, grauiorẽ leuiore, infernalem cum

3. Regum. 13. Semeias cur deuoratur a leone.

N. O.

purgatoria

purgatoria, æternam cum temporaria & præsenti, eam quæ est animæ, cum minore corporis. Cauendum nobis Episcopis & sacerdotibus: quos ante alios nomen Semei territat. Interpretatus ille nominatus seu missus à deo, Hierobboas autem causa populi siue populũ discernens. Nobis creditus est grex CHRISTI quantũ ad causas spirituales spectat, nos à deo missi ut prædicemus, ut hortemur, moneamus, arguamus: ut contra peccatũ & errorem instruamus, ut lepram à lepra, leprosum à non leproso, iustum ab iniusto, pium ab impio, studiosum à peccatore, bonum ab improbo discernamus: ut recte uiuentes ad meliora prouehamus, ut delinquentes à malitia deuocemus. Tantus ardor inesset nobis ad dei cultum & pietatem cõmouendi, ut ad negotium illud destinati, nec obuios de uia salutaremus. Ceterum nos in uia desidemus, in uia potamus. Quid est nos de uia potare? quid aliud cũ nos commessationibus & compotationibus, cubilibus & quieti, iocis, ludicris, mundanis honoribus & deliciis plus temporis impendere: cũ studio corrigendi peccatores & peccata cõprimendi? plus enim plus rebus inanibus & ocio, cũ inuãdis & eruditis christianis animabus? Vereor ego uereor, ut pœnas futuras reseruemus. Vereor ne mitras istas nostras & peda quibus insigniti procedimus, gestaturi simus apud inferos. Vereor ne sacerdotes istũ rasũ uertice illic ostentabũt. Vereor quales inqui peccatores qui corruptis exemplis nostris & incuriis ad hec mala deuenerunt, pœnas ibi nobiscum luent. Vtriq; profecto luemus acerbissimas. Hei uereor abs leone illo tartareo de quo scribitur Aduersarius uester tanq; leo rugiens die ac nocte quærit quem deuoret. Ego mihi timeo, ego cõtremisco: tu time to tibi, unusquisq; sibi timeat: & uitam integre castigans, ueniam imploret. Quam si iugiter & syncere postulet, impetrabit. Impetrabit, ut æterna pœna temporali cõmutetur. Tam ardens oratio potest esse tam ardẽs, uitæq; correctio tã perfecta: ut deus præterea nihil adiicere uelit. Altera causa uidelicet præseruationis agitur: de qua diuus Thomas Aquinas inquit, q; patientia in ad-

Semei interpretatio & Hierobboas.

Episcopi & sacerdotes admonentur officij sui.

Quã periculosa sit gerere ep̃i. cura.

1. Petri. 5.

1. causa. S. Tho. 2. 2. q. 136. ar. 1.

uersis maxime est custos omnium uirtutum, conseruans bonum rationis. A quo nec abludit quod Hugo de sancto Victore dicit Quosdam sciens deus in malis peccare posse, flagellat eos infirmitate ne peccent: ut est utilius sit frangi laboribus ad salutē, q̄ remanere incolumes ad damnationem. Quot (oro) malā, quot absurda fierēt, nisi uexationes hīc & aduersitates aliquando contingerent? Nam continua mundi prosperitas, radix est & causa malorū omniū. Prosperitas illā parit obliuionē dei, prosperitas parit obliuionem sui, prosperitas obliuionem propriæ salutis parit & uitæ: facit obliuisci cœlorum & inferni, omnium facit prosperitatem. Vbi uicia sunt, ubi peccata frequentantur: nisi inter eos qui secundis rebus potiūtur? Rus iugi editor ubi laborant homines, ubi panem in sudore uultus sui manducant, ubi fodiendo terram estu & onere premuntur, ubi penuria grauantur & paupertate: & illic nulla uel pauca peccata deprehendes. Hii sunt hii, qui salui fient. Rursus si petas urbē, & ciuitatem, si principum aulas adeas & atria magnatum, ubi uoluptates, magnifici apparatus & deliciæ sunt in copia: uides ibi regnare scelera, blasphemias, iuramenta, periuria, contemptum dei rerumq; diuinarum. Vereor ipsis uereor, ut sint inferno proximi. CHRISTVS ubi Ioannis baptistæ pœnitentiam commendarat: ait ad turbas Quid existis in desertum uidere? hominem mollibus uestitum? Et subdit Ecce qui mollibus uestiuntur: in domibus regum sunt. Quo quidem innuit cum mollicie uestimentorū & omnifaria uitæ suauitate, qualis in regum aulis aſſolet, uix integritatem & innocentiam posse consistere. Incrassatus est (inquit dominus deus in lege) dilectus meus & recalcitrauit. Paupertas, humilitatis & obedientiæ mater est: ubertas obliuionis & incuriæ. Virtus in tribulatione seruatur, quæ per mūdanam felicitatem excidit. Vnde Paulus acriter orans, ut amoueretur stimulus suæ carnis, exauditus non est: quoniam eo si caruisset, (ait uenerabilis Beda) de numero reproborum extitisset. Martha quoq; quæ

duodecim

Hugo. lib. 4. de anima.

Animaduersione pelluntur mala.

Quæ mala sequitur prosperitatem.

Gene. 3.

In aulis nonnulla mala regnant.

Luc. 7.

Exo.

Deut. 33.

Vexatio nutrix uirtutū. Paulus. 2. corin. 12.

Beda.

Martha.

duodecim annos passa est fluxum sanguinis, ceu quandam ani- Matth.9.
mæ medicinam illam habuit. Nam (sicut Ambrosius enarrat) Ambrosius
Hec infirmitas à peccatis eam custodiuit. Magdalena uero quæ Magdalena.
simili infirmitate pressa non fuit, sed perpetua fruebatur incolu-
mitate: facta est meretrix & publica peccatrix. Dauid etiã ꝑdiu Dauid
turbatus ab emulo suo Saule fuerat, remãsit uir bonus atq; iustus:
iuxta quod de sese pronunciat Tribulatio & angustia inuenerũt Psal.118.
me, mandata tua meditatio mea est. Vt tam diligenter inquirerẽ Isaie.28.
& meditarer mandata tua, in causa fuit hec angustia tribulatio-
nis meæ. Nam uexatio dat intellectum. Eloquar an silebo de pa- Iob.
triarcha Iob? De quo quid dicã? q̃p hic in afflictione patientiam,
an q̃p afflictio per patientiam seruarit eum? Septem hic filios fi- Iob.1.
liasq̃ tres habuit, septem millia ouium, tria camelorum, quingen-
ta iuga boum, quingentas asinas & familiam multam nimis. Quę
simul omnia deus per Sathanam auferri sustinuit, & corpus eius
ab eodem atrocissime perturbari: Permisit damnum inferri sub-
stantiæ, liberis, & personæ: permisit eum inter hec ab uxore de-
rideri dicente Benedic deo & morere. Quod ipsa dixit ironice.
Signanter autem ait, Maledic deo. In his autẽ omnibus nil stulte
locutus est ipse cõtra deum: sed gratias agens dixit Dominus de-
dit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est. Sit no-
men domini benedictum. De quo Hieronymus scribens ad Pau- Hieronymus ad paulam.
lam mulierem summæ seuerit atis & abstinentiæ, dicit Respice
Iobo Paula quãta sustinuit, & uicebis te nimiũ delicatam. Quæ Iob.12. Expo.
propter etiã de se propheta fatetur Visitatio tua custodiuit spi-
ritum meum. Visitatio dei cautum facit & diligẽtem in sui custo-
dia, negligentem indulgentia. Deus itaq; suos hic pœna corpo-
ris afflici permittit, ut eosdem à peccatis & subsequẽter à pœnis
animæ defendat & præseruet. Faciendum nobis quod Socrates Socrates.
se fecisse perhibet Me natura (dicit ille) flexit & inclinauit ad ui-
cium, ad furtum & adulterium: sed obseruatio diligens & studiũ
ad uitæ castimoniam atq; æquitatẽ erexit. Sic nos deus per affli-

ctionem corporis & auſteritatem uitæ perducit ad innocẽtiam: quæ prouehit ad beatitudinem. Qua quidem ut nos donet dominus deus: hic etiam interdum permittit affligi. Sicut enim eques auratus non ante ſua recipit inſignia, non ornamenta militiæ, nõ gladium geſtat aut clypeum, non annulo, cingulo, uel paludamẽto donatur cũ ſtrenue pugnarit, cũ ſe uirum fortem & audacem in rebus arduis oſtenderit, hoſtem ſtrauerit aut fugarit, uiriliter haſtilia iaculaq; præclare miſerit: ita CHRISTVS ſolis egregie militantibus ſua præmia donat, præmia regni cœlorum & coronam beatitudinis. Nemo coronatur niſi qui legittime certauerit, inquit Apoſtolus. Eques ille creabitur qui certamẽ libens inierit, qui impauide percuſſerit, qui infractus manſerit & ſtrenue ſe geſſerit in omnibus: qui in bello diſcurrens, uires ubiq; ſuas oſtenderit, qui bellum fortiter & prudẽter adminiſtrarit, nec alius quiſq; aut aliter ſeſe gerens: nemo præſertim apud deũ inſignitur, niſi qui arma quę geſtat, nõ à ſe fruſtra geſtata demonſtrat. Qui deo militat, eligi non poteſt & ad honorem prouehi, non poteſt mercedem eius aut præmium adipiſci: niſi aliquid clare geſſerit. Paleſtritæ, qui currunt in ſtadio ut brauiũ accipiant, omnes qui in agone contendunt, ab omnibus ſeſe abſtinent: & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiãt, nos autem incorruptam. Ad magna præmia non peruenitur niſi magnis laboribus. Quis (oro) ſanctorum ſine certamine, ſine laboribus huiuſcemodi coronatus eſt? Abel innocens abiit in cœlum, Sed quomodo? Occiſus ante fuit & terribili parricidio conſummatus. Sanctus Abrahamus relatus eſt ad ſuperos. Qua quæſo ratiõe? Domum patris ipſe reliquit, fugit patriam, multis ubiq; periculis afflictus. Ioſephus celebs & caſtus aſcẽdit in cœlum. Sed qualiter? Prius in carcere uinctus & iniuſtiſſime punitus. Iuſtus Daniel cœlitibus eſt aſcriptus. Quid effecit? In lacum leonum antea proiectus eſt. Patiẽtiſſimus Iob ad aſtra conſcendit. Qui fiebat? Poſtea nimirum cũ liberos, armẽta, greges & omnia quæ poſſidebat

Non ſignitur miles donec aliquid fortiter geſſerit.

1. Tim. 2.

1. Corin. 9.

Gregorius.

Abel

Abraham.

Ioſeph.

Daniel.

Iob.

debat amiserat, & salute corporis est priuatus, animo tamen imperturbatus. Pharao persequebatur Israëlitas: quos in peculiarem sibi populum deus elegerat. Christianos, tyranni persecuti sunt. CHRISTVS, diua mater eius, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines: omnes sancti per istiusmodi difficilia duraq; certamina regnum cœlorum intrauerunt. CHRISTVM oportuit pati & ita intrare gloriam suam. Per multas tribulationes (inquit) oportet intrare regnum dei. Nemo potest gaudere in hoc sæculo & regnare cum CHRISTO: hic uentrem & ibi mentem implere. Vtq; iocose dicam, post placebo promitur heu me, post gaudia dolor. Placentia præcedũt, dura flebiliaq; sequuntur. Solomonem delicias domini, cui nihil non ex uoto succesſit ab initio: mala præmebant in fine. Qui an ob tot scelera postremo commissa perierit, an per pœnitẽtiam euaserit, in dubium uertitur. In libello quod opus regale inscribit, de hac materia multa traduntur. Vbi quoad seruatus asseritur, per durissimam pœnitentiam id obtinuisse perhibetur: qua publicitus per urbem uehi traduciq; uolebat in aperum pœnitentiæ signum. Vnde colligimus, q; tribulationes, aduersitates & infirmitates certissima sint argumenta salutis. Dicit igitur Apostolus Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Infirmitates enim & tribulationes istæ perpellunt ad deum cognoscendum, colendum & adorandum: ad se cognoscendum & diiudicandum, ad agnitionem horroremq; peccati, ad trutinandam conscientiam: cogũt homines ad auxilium dei confugere, ad pœnitentiæq; remedium: urgent ad pietatis opera, urgent ad iugiter & pie clamitandum. Parce domine, parce peccatis meis. Quamdiu Dauid inter opes & delicias agens, nihil sensit aduersitatum, nõ, ut oportuit, deum est reuerius: ubi deus pestem immiserat, acclamare cœpit Miserere mei deus, Ego sum qui peccaui. Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ. Posteaq; exauditus plagæ cessationẽ obtinuit, relapsus est ad uitã ueterem, ad dei obliuionẽ, ad carnis

Israelitæ. *Christiani.* *Christus.* *Omnes sancti* *Luce. 24.* *Actu. 18.* *Hieronymus.* *Pœnitẽtia Solomonis sed in quosdam.* *2. Corin. 12.* *Psal. 50.* *3. Reg. 24.* *Psal. 50.*

RRR 4. illecebras

illecebras. Quapropter deus grauiorem uindictam inflixit: bellum, bellum magnum inteſtinum & innaturale bellum exuſcitãs,
1.Regũ.15. Expo. quo filius in patrem inſurrexit. Permiſit enim deus ut filius patrẽ in turpem fugam uerteret, dicentem ita ſuis Fugiamus, non erit nobis effugium à facie Abſolon. Fugiẽdum inquit nobis, ne pereamus ſub manu Abſolonis, è qua difficillima quidem erit euaſio. Multo tamen fortior, multo potentior, belli peritior, copioſiſſimis armis & militibus in urbe munitiſſima tutior erat: q̃s ut hoc ipſius inexperti temerariiq; iuuenis formidine diceret. Sed dei timor, hoc quicquid erat, effecit. Illũ ſe norat offendiſſe, norat offenſum auerti uelle, & cum ſit auerſus à nobis, omnia mala contingere. Timuit iram eius, per quam filium in ſe uenire contraq; arma mouere præſciuit ex ipſa dei ſententia: quã ad ſe Nathan propheta pertulit, inquiens Hec dicit dominus, Suſcitabo
2.Reg.12. ſuper te malum de domo tua. Quapropter ad placandam eius iram ſe coram humiliare uolẽs, ait Ne reſiſtamus uindici dei exteræ, ſed fugiamus: non hominis potentiam, non huius Abſolonis: ſed inuictam dei uirtutem, flagellum eius inexpugnabile: qui cũcta reſpicit, qui curat omnia rectèq; gubernat, ſemper ex merito punit, neq; caſtigat immerentem. Et quoniam humilitas non infima pars eſt orationis, ſed præcipua influendi in animum eius ad quem uiam affectamus, & obtinẽdæ rei quam captamus: humiliter in exordio ſuæclamat Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat. Ad cuius pſalmi declarationem anteqũ ueniamus, (quod ſolemus) in titulo pauliſper immorandum: q̃ hic lucem adiiciat hiis quæ ſequuntur in pſalmo. Huius autem pſalmi titulus eſt Oratio pauperis. Cum auxiliaretur & angeretur: coram domino effudit precem ſuam. Quis hic pauper, quis niſi peccator ſed iam pœnitens, intelligitur? Pauper eſt uir humilis & compunctus: qui pro peccatis & miſeriis ſuis ſuppliciter in conſpectu dei deprecatur. An peccator recte pauper appellatur? Reuera pauperrimus & miſerrimus eſt: q̃q; ſi non adhuc

Dauid p proprium filium in fugam cõuerſus.

Littera. S.

Titulus pſalmi.

Pauper quis dicatur?

uere

uere pœniteat, se tamen diuitē forsan & glorioſum exiſtimat.
Contra quem ibi ſcribitur Dicis q̄ diues ſum & locupletatus & Apoc. 3.
nullius egeo, Et neſcis q̄ tu miſer es & miſerabilis, pauper & cęcus & nudus? Se diuitē aſſerit, qui per arrogantiam diuitiarū ex- Expo.
tollitur, nec ad animæ ſalutem aduertit: fallaces diuitias amplexus, ueras non conſyderat. Sed hic uere pauper inuenitur, cœcus atq̄ nudus. Pauper eſt, qui ueras diuitias, uidelicet uirtutes, non poſſidet. Cœcus, qui paupertatem quam patitur, non uidet. Nudus uero, qui ſtolam illam primam, innocentiam ſcilicet, amiſit, qua ueſtitus erat in baptiſmate: quodq̄ miſerabilius eſt, non amiſiſſe ſe cognoſcit. Vere diuitiæ ſunt, quæ nec ui nec caſu perdūtur, de quibus CHRISTVS inſit Theſaurizate uobis the- Matth. 6.
ſauros in cœlo, ubi nec ærugo nec tinea corrumpit, nec fures effodiunt aut furantur. Diuitiæ fallaces & incertæ ſunt, quæ furtis, incendiis, naufragiis & mille modis aliis auferūtur: de quibus ibidem adhortatur Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, ubi ærugo & tinea corrumpit, & fures effodiunt aut furant. Vicia per has alūtur: quibus, ſpe retributionis & ſalutis æternę depriuamur. Et hęc eſt ægeſtas ſummaq̄ paupertas. Aegeſtas Gregorius in moral. Qui dicit Auguſtinus de cōuenientia 10. præceptorum & plagarum.
reproborū eſt defraudatio meritorū, inquit Gregorius. Iuſticia, miſericordia, caſtitas, humilitas, ueracitas, temperantia, ſobrietas cęteręq̄ uirtutes ueriſſimi theſauri certiſſimæq̄ diuitię ſunt: in quas nec tyrannus, nec fur, nec incendiarius quicq̄ facere uel machinari poteſt. Qui talibus abundat, diues eſt: etiamſi de naufragio nudus euaſerit. Fac dum in mari nauigas, tua tecū omnia ſub eadē naui deportans, tempeſtatem ingruere: qua neceſſe ſit uel opes abiicere, uel naufragium facere. Tu nimirū ut uiuas, ipſas etiam ueſtes excutiēs, in aquam te proiicis, uti ſic uel nudus, incolumis in terram euadas. Iam res omnes, cunctas mundi diuitias amiſiſti, nec habes ne uilem quidem panniculum quo miſerū corpus operias: an ideo pauper es? Non es plane: ſi diuitiis illis abūdes quas ſupra ex Auguſtino recitauimus, ſi uirtutibus affluas. Sin

as. Sin peccatum opprimat: es pauperrimus. Peccatū enim uir- T.
tute priuat, peccatum bona ſpiritualia tollit & meritum excludit.
Per peccatum etiam unum, ꝙ plurima bona pereunt: ut & Ec-
Eccle. 9. cleſiaſtes aſſerit: Qui offenderit (inquiens) in uno, multa bona
Lxx. 3. perdet. Vnum inquam adeo noxium & uiroſum eſt, ut multitu-
dinem uirtutum inficiat: ſicut ibi ſcribitur Qui offenderit in uno,
factus eſt omnium reus. Pernicies ipſa peccati, dei gratiā aufert,
ſpiritum ſanctum alienat, & æternam uitam eripit. Si diuus ille
Peccatū ne in ſanctiſſimo q̄ dē remittitur ab q̄ pœnitentia. loannes baptiſta quo non fuit maior inter natos mulierum, uel
unicum mortale peccatū admittens, pœnitentiam non egiſſet:
iam cœlitum unus non extitiſſet. Quo magis eſt formidandum
nobis tanto remotioribus à CHRISTO? Sed & quottidie
peccantes, alieniores efficimur. loannes qui non ſæpe peccauit,
ualde dines in CHRISTO fuit: nos qui peccamus ſæpiſſime,
ſumus egeni. Vnde pro nobis omnibus propheta pronunciat
Pſal. 78. Pauperes facti ſumus nimis. Signanter nimis ait nos eſſe paupe-
Expo. Mala infinita peccatum inſequuntur. res, hoc eſt, ad ſummam miſeriam, ad paupertatem maximā per
peccatum adductos. Pauperes inquit ſumus nimis, id eſt, ampli-
us q̄ uel dici uel eſtimari queat. Nimis pauperes factos ait, ne de
probitate ſua quis intumeſcat, nec ue multū ſibi tribuat aut præ-
ſumat, qui per peccatum uirtutibus, bonis operibus & meritis
ſe priuatum intelligit factumq; pauperrimū. Peccato pauperes,
peccato miſeri ſumus; peccato redigimur ad inopiam inenarra-
bilem, peccato minus q̄ nihil efficimur: peccato alienamur à fa-
uore dei, retrudimur à ſocietate angelorum, pellimur ab amore
bonorum hominum: peccando fauorem & amicitiam creatura-
rum omnium amittimus. Per peccatum genus humanum mira-
biliter eſt uulneratum & bonis ac præclaris undiq; dotibus om-
nino ſpoliatum; hinc naturalibus & fortuitis, inde gratuitis qui-
bus erat exornatum. Natura ab initio bona fuit atq; incorrup-
ta: ſed iam per peccatum ad uicium flexa, ad carnem, ad concu-
piſcentiam, ad uoluptatem procliuis & inclinata. Ad uirtutem

&

& beatitudinem producta fuit: iam inhabilis ad uirtutum exercitia, nisi manū suam deus interponat. Sine peccatis unig nascerꝫur si peccato protoplastus nos non infecisset: iam penes nos non est à peccato resurgere, nulla industria nostra, nullum studium sanare poterit accepta uulnera, nulla iam opera pronitates insitas & inclinationes peruersas expellere uel curare ualebit.

V. Tantas uires habet malicia corruptelaq; peccati. Hec nulla non incommoda secum intulit peccatum: paupertatem, infirmitatē, captiuitatem, frigus, ardorem, nuditatem, famem, sitim, putredinem, fœtorem, læsuram omnifariam, inimicitias, offensiones, scandala, perturbationes, aduersitates, bellum, mortem ipsam: immo quicquid est mali. Osi per hanc mortem miseriæ nostræ finem inuenirent. At quæ tum peccatoribus accrescunt. Exemplis scriptura scatet, quibus euadit manifestissimum, quómodo deus animaduertit in peccatum. Quid è cœlo deiecit Angelum? An non peccatum? Quid hominem expulit è paradiso? Nonne peccatum? Quid à deo Cainum alienauit, quid fecit eum in terra profugum? Certe peccatum. Quid uniuersum mundum, quid omne genus animantum cataclysmo consumpsit cū hominibus præter octo quos deus in Archa seruauit? Peccatum plane peccatū. Quid in causa fuit subuertendi Sodomitas & Gomorrēos? Peccatum, nunquid? Quæ causa tot Aegyptum plagis affecit? quæ Pharaonem regem cum omni exercitu demersit in mari rubro? Multiplicis peccati grauitatem scripturæ clamitant. Quāobrem ipse populus Israelyticus toties est afflictus? quare periis genus illud electum, gens sancta, populus acquisitionis, propter quos tot miracula deus ostendit, quorum adoptio est filiorum, gloria, testamentum, legislatio, obsequium & promissa: quorum patres, ex quibus est CHRISTVS secundum carnem qui est super omnia deus benedictus in secula? Cur qui iamiam intraturi fuerant terram promissionis, exterminati sunt? Nimirum ob peccatum, omnia contigerunt eis. Cur rex Nabuchodonosorus pulsus

Incommoda peccati.

1. petri. 2. Expo.

Daniel. 4.

pulsus est è solio, cur è throno cecidit: cur ille superbissimus hominum sociatus est pecoribus in heremo, donec septem tempora mutarentur super se, fœnum ut bos comedens seq; bæluã existimans? Reuera peccatum quo aspirauit in deum, impulit. Qui supra se ferri uoluit, factus est longe infra se. Rex Balthasare, quomodo contra te manus dei scripsit in pariete Mane, Thecel, Phares? cur te deus è sede tua, cur è regno depulit? quare regnũ tuum in manus externas tradidit? Sane peccatũ in causa fuit. Cur una nocte Sennacherib cum tot millibus hominũ interfectus est una nocte ab angelo, nisi propter peccatum? Quare Dauidis populum pestis absorpsit? cur septuaginta simul millia percussa sũt ab angelo? profecto peccatum impulit. Hæc hiis supplicia deus intulit ob peccatum: quibus nos multo grauiora cõmisimus, magis abhominabilia multoq; crebriora peccata perpetrauimus, & magis ac magis indies perpetramus. Non est ueritas, nõ est misericordia, nõ est scientia dei in terra: sed maledictum, sed mendaciũ, homicidium, furtum & adulteriũ inundauerũt, & sanguis sanguinem tetigit. Vereor ut fuerit impletum in nobis quod Iudeis CHRISTVS ait Filii estis eorũ qui prophetas occiderũt: & uos implebitis mensurã patrum uestrorum. Progenies uiperarũ quis demõstrabit uobis fugere à uentura ira? quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Pharisæi profecto, quo iustiores apparerent patribus & præcessoribus suis, ædificabant sepulchra prophetarum & ornabant monumenta iustorum: dicentes Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, nõ essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Sed hiis CHRISTVS sciens inuidiam & peruersitatem illorũ contra respondit Vos (inquiens) implebitis mensuram patrum uestrorum: hoc est, peiores estis & sceleratiores illis eritis. Quoniam illi solos prophetas occiderunt, uos caput prophetarum interficietis, uos perimetis Apostolos: illi Hieremiam trucidarunt, uos CHRISTVM crucifixuri. Super uos ueniet omnis sanguis iustus qui effusus est à

Ibidem. 5.

4. Regũ. 19.

2. Reg. 24.

Iniq; ait. at præsentis sæculi.

X

Osee. 4.

Matth. 23.

Ibidem.

Ibidem.

sanguine

, ſanguine Abelis iuſti, uſq; ad ſanguinem Zachariæ filii Bara-
, chiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. Sub ſpecie ſanctis-
, tatis ueſtram tegitis impietatem. Foris apparetis hominibus iu-
, ſti, ſed intus pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Scelera patrum
accuſantes deteſtamini, quorum tamen eſtis filii non tam natura
q̄ moribus & uita. Vos imitamini quicquid ipſi male fecerunt,
& deteriora facitis. an non quod phariſæis CHRISTVS, & Matth. 23.
, nobis Chriſtianis dicere poterit: Vos eorum eſtis filii qui pro-
, phetas occiderunt, implete numerum patrum ueſtrorum. Sed Nos Chriſtia-
nos Chriſtiani multo peiores ſumus q̄ uſq; fuere Iudæi. Nequi- ni phariſæorũ
imitatores aut
tia eorum qui Chriſtum crucifixerunt, conſummatur in nobis, deteriores.
Illi crucifixerunt CHRISTVM in terra degentẽ: nos in cœ- Qui ſpiritua-
liter Chriſtũ
lo regnantem crucifigimus. Perſequimur & crucifigimus in crucifigunt.
dextera dei ſedentẽ, cum patre gloriantem, in gloria triũphan-
tem quantum in nobis eſt blaſphemiis noſtris, adulteriis, periu-
riis, fornicationibus & uiciis omnibus: neq; minus ideo ſuperbi-
mus, iactamus noſmetipſos & gloriamur, q̄ chriſtiani uocite-
Y. mur, chriſtiani. Atqui nomen cui proderit, niſi uirtus una nomi-
, nis & proprietas acceſſerit? Nomen chriſtiani neminem ſalutem
, facit, ſed operatio ex nomine. Nos quomodo iudaicum nomen
deteſtabimur & chriſtiano gloriabimur, ſi CHRISTVM
denuo perſequamur? ſi peius & īdignius q̄ Iudæi crucifigamus? Hebre. 6.
Expo.
, Rurſum crucifigentes (inquit Apoſtolus) CHRISTVM ſi-
, bimetipſis filium dei, quomodo renouari poterunt ad pœniten-
tiam? Crucifigimus autem (quod in nobis eſt) qui per abhomi- Periculũ pec-
cati.
nanda peccata, cauſam crucifixionis iteramus. Emendate uitam, Matth. 24.
emendate precor, emendate ueſtram. Alioquin o quot inde naſ- Marci. 13.
centur incommoda, quanta pericula ſequẽtur? Erunt peſtilentiæ,
, erũt fames & terremotus per loca. Erunt bella & opiniones bel-
, lorum. Regnum aduerſus regnum, gens contra gẽtem exurget:
, erunt ciuitates & domus contra ſe diuiſæ. O quæ diſſenſiones,
quantæ ſanguinis effuſiones, qualia genera mortis: quot plagæ,

quot paupertates & miseriæ? O quot & quanta mala per peccatum eueniunt? Propter peccata ueniunt aduersa. Gregorius ait, Tolle peccatū, & nulla erit aduersitas. Facit enim nobiscum deus, uti solet pia mater cum dilecto filio. Quem si in cœno platęam lusitantem & sese deturpantem aspiciat: primo suauiter per malum. per pyrum, prunum, cerasum aut ficum manibus ostensam, euocat è luto. Q. si sic obedire nolit, repugnantem colaphis & uerberibus urget. itaq; nos deus à uolutabro peccati instinctibus & prædicationibus, gratiæ beneficiis, naturæ donis pariter ac fortunæ, primum adse uocat: nolentibus ita conuerti, flagella simul & calamitates immittit. Immittit pestem, pauperiem, famē, miseriam, bellū. O bellum calamitosum, o grauissimum, dei manu præsertim inflictum. Inter omnia dei flagella profecto maximum est bellum: non est alia plaga, non aduersitas cum bello cōparanda. Quis ea mala potest enarrare, quis incōmoda quæ proueniunt è bello? Inde rapinę ueniūt, inde spolia, furta, latrocinia: inde homicidia, incēdia, immersiones, direptiones urbium, ciuitatū, ecclesiarum & templorum. Mulieres interea corrumpūtur, rapiuntur matronę, ęduntur infantes, uiolantur uirgines: adulteria, stupra, scortationes, omnia passim meretricia fœdaq; committuntur. E manibus parentum auelluntur pueri & perduntur, trahuntur ętates à bonis atq; piis exercitiis ad impia, trahūtur ad stipendia latrocinantium. Quæ non absurda contingunt in bello? Omnia bello pessundantur. Crebrescunt & inundant ibi blasphemiæ, periuria, maledicta, iactantiæ, ostentationes, detractiones & mendacia: liuores crebrescunt & odia, simultates, inuidiæ, factiones, dissensiones & continuæ seditiones: inter quæ cōfessio ueritatis, cōmunio christianitatis & honor ac cultus diuinus indignissime negligunter. Ibi gregarii, stipendiariiq; milites hominum plane uilissimi, sæpe dominis se suis anteponunt, sæpe eos à quibus conducti sunt opprimunt, pro quibus militāt, in bello prosternunt: in dominos suos insurgunt, ut se dominos

dominorum

Augustinus. Gregorius. Deus nos ad se alliciat, uelut mater uiz. tulam.

Nulla afflictio cum bello cōferenda. Mala & incōmoda quæ belli comitantur.

Z.

dominorum efficiant. Quibus si domini contranitãtur, aut ipsorum furori contradicant: ipsi pro uerbis uerbera, pro uocibus uulnera subdũt. Repugnantes, in periculum suæ uitæ sæpissime pertrahunt. Oh bonum omnẽ in bello subuersum ordinem. Illic audacissime sacrilegia perpetrantur, spoliantur ecclesiæ, monasteria uiolantur, sacre quæcunq; diripiũtur. In dedicatis templis, in sacratissimis ædibus, ludunt & colludũt homines: stabulantur equi, pascuntur animantia, uilissima quæq; pariter & absurdissima fiunt. Sacerdotes & ministri sacrorum absq; omni modo & ratione trucidantur, dum preciosissima quæq; monumenta tolluntur: agricolæ miserabiliter interimuntur, mercatores aut innumeris prædis uoraces bæluas explent aut gladio cadunt, uel immenso se precio redimunt uel pereũt. Nulla fides, nullum fœdus obseruatur in bello. Quibus nunc arrepta pecunia, pacem pollicentur: mox ab eisdẽ tanq; fœderis obliti rursus extorquẽs. Segetes in agris etiam ad messem albescentes uastantur incendio, uastãtur ungulis equorum, pedibus hominum, mille modis. Vastantur horrea, domus, urbes, templa consecrata. Vineæ redigũtur in solitudinem, sterilescunt agri quia iacent inculti, succiduntur & cremantur arbores fructiferæ, uiæ atq; semitæ transeunt in inuia, greges & armenta raptantur & ab auidissimis heluonibus uel deuorantur illico, uel si tum uorari aut secum abigi non possint: inibi disperduntur atq; dissipantur aut comburunẽ ne remaneant in usus possidentiũ. Interim exolescunt omnes artes bonæ, mercatus & honestæ negotiationes ubiq; cessant, distissima regna pauperrima fiunt. Pro magnificentia uilitas, pro splendore sordes & turpitudo, pro summis honoribus indignitates assiduæ, pro copiosis diuitiis intoleranda necessitas, pro cõmoditatibus incommoda, pro uirtutibus uicia regnãt. Quæ sunt alias capitalia: fraudes, imposturæ, delationes, terrerimę irrisiones, proditiones tum pro non illegitimis habentur. Ludi quomodocunq; prohibiti audacter usurpantur. Vndiq; mors impẽ-

A.

cet, mors subitanea, mors improuisa, mors periculosissima, mors summopere dolenda: de qua tamen nullus dolor ibi suscipitur. Quantum ibi sit animæ periculum non dico, uidere uideor ut interempti spoliatiq; corpus nudum & inhumatum abiicitur. Pro quo nec una precula funditur, pro quo non est ibi qui dicat: Deus propicietur animæ huius. Pietas & deuotio ibi non sunt, illinc oratio fugit, ieiunium exulat, eleemosyna nõ frequentatur, castitas obliuioni traditur, omnis tunc uirtus ablegatur. Quid sequit? Inedia sequitur, penuria, mendicitas, pestilentia, uinctio, carcer, exilium, furca, patibulum, mors: mors inquam, mors & populi & pecudum, rerum ac regnorum excidium: omne malum sequitur, omnis infœlicitas. Ac demum peracto bello, ocio se dedunt nulites, elegantes ac fortes uiri: & quo inertiæ suæ indulgeãt, furtis ac latrociniis operã impendunt: quo fit ut in ius rapiantur, trudantur in carceres, coram iusticiariis per duodecim uiros rei inueniantur, atq; ut (nos loquimur) indictentur q; cũ gladiis & fustibus prædaturi uenissent, cum uix cultellulum oboli secum detulissent, aut capistrum in manica absconsum. Sic iniquo aliquãdo periurio contingit, ut etiam insontes plurimi capite pereant. Hæc macula iuris abstergenda est syncritate discretionis. Sed ne magnum pelagus ingrediar & grande uolumen extendam in connumerãdis bellorum incommodis, paucis omnia cõplectar, & certissime dicam, quicquid est mali, quicquid ingrati, de bello proficisci. Nescit profecto nescit quantũ mali perpetrat qui bella cupit, qui bellũ excitat, aut occasiones belli quærit: uel qui quæstus & suscitatas aliũde promouet & adiutat. Siquidẽ euenient illi mala quæ solent in bello contingere & particeps erit eorundem, hinc est quod propheta clamitat Dissipa gentes quæ bella uolunt. Dissipandi sunt enim & disperdendi, quotquot auctores sunt tot malorum, quiq; dissipationem & cladem tot hominum in bello quærunt. Bello premuntur, qui deum peccatis irritant & in se prouocant. Nec iniuria. Iustum est etenim ut qui cum deo pugnant.

Pietas & deuotio in bello exulant.

Exitus rei belicæ.

B.

Psal. 67.

Bello premũtur qui bella uolunt.

pugnant peccata committentes quæ prohibentur ab eo: bellis etiam per eum affligantur. Ita tot bella suscitauit in Dauidem dominus, ita filium suscitauit aduersus patrem proprium: ut peccata commissa prius castigãdo comprimeret. Immissum est ei bellum partim ob sua, partim ob peccata populi. Sed nullũ illorum bellorũ adeo displicuit, nullũ ita cõmouit & perturbauit animũ eius: ut quod filius contra ius amoris & officii naturalis intulerat: in quo quidem adeo perculsus & consternatus erat, ut quid facere posset, haud intelligeret. Non habebat in terris ad quem confugeret: solum in cœlo deum ad quem orando clamaret. Clamauit itaq; Domine exaudi orationem meam. Sic clamauit, sciens q; Littera.

C. in omni graui discrimine, in omnibus causis arduis, in omni necessitate, refugiendum & currendum esset ad omnipotentem & Necessitas urget ad orationem. clæmentissimum deum, per piam & continuam orationem. Sic orauit, sciens q; per orationem istiusmodi quicquid necessarium esset & accommodum ad animæ salutem, impetrare posset: iuxta quod scribitur in Euangelio Quicquid petieritis in oratione, Matth. 21. credẽtes, fiet uobis. Duo sunt sic sibi inuicem semper annexa, ut alterum alterius ope semper indigeat. Præcedit oratio, petitio

B. sequitur. Oratio petitionem afficit, ut exorabilis & accepta fiat. Oratio precedit petitionẽ. Itaq; præfantur oratores quando persuadere uolunt: præmittentes aliqua quibus se insinuent & in animos auditorum influant. Media quædam initia producunt, quibus pectora mulceant & ad attentionem atq; beneuolentiam inclinent. Sic & nos aliquid Duo in oratione exigẽda. à deo petituri, pietatis ardorem & deuotionem cum assidua oratione præmittere debemus: debemus excluso terrenorum desyderio feruenter orando quærere dominum ut exaudiamur. Vis orationis idipsum efflagitat. Sic itaq; propheta exorsus est, sic orauit in exordio Domine (inquiens) exaudi orationem meam Domine, me precor adiutes in omni necessitate mea. Me necessitas urget & impellit ut ad te confugiam, ut uocem supplicẽ, humilẽ affectum, ut libellũ petitoriũ misericordię tuę porrigã. Littera.

Tu mi bone domine, mi clœmẽs & benigne domine, in hac ſup-
plicatione, in hac interuentione exaudi me. Exaudi orationem ,
meam, exaudi. En prophetæ petitionem oratione ſupplice præ- ,
munitam. En quomodo mentẽ in exordio leuat à terrenis ad cœ-
leſtia, quomodo orationis efficacia poſſit. Authore ſiquidẽ Au- D.
Auguſtino. guſtino Oratio eſt eleuatio mentis in deum: ſiue Oratio eſt de- ,
Auguſtinus de ſpiritu & anima ca. 50. uotio & conuerſio in deũ per pium & humilem affectũ. Nempe ,
Oratio quid? Deuotio. Affectus. deuotio eſt pius & humilis affectus mentis in deũ. Affectus uero ,
ſpontanea eſt ac dulcis inclinatio animi ad deum. Oratio (dixi) ,
conuerſio eſt mentis ad deum, conuerſio & eleuatio ſiue aſcenſus
in deum. Oratio eſt conuerſio à rebus carnalibus ad ſpirituales,
à corruptibilibus ad æternas, à terrenis ad cœleſtes, à uiſibilibus
ad ea quæ non uidentur. Aſcenſus mentis ut inquirat ea quę ſur-
ſum ſũt & nõ quę ſuper terrã, ut inuiſibilia ſempiternaq; deſyde
ret. Trahit oratio mentem hominis è corpore penitus ad ſpiritũ,
à mundo ad deum, rapit à mundanis & infernis rebus ad ſuper-
Verus orandi modus. nas & diuinas. Quiq; ueraciter orat, orationis tempore cætera
quæq; mília facit, mundana corporaliaq; tradit obliuioni, cadu-
ca non reſpicit, non longam uitam: non corporis, ſed ſpiritus &
animæ ſanitatem expetit. Sedens, procumbens, genuflectens,
pectus tundens, manus eleuans, aut alio quocunq; modo ſeſe ha-
bens, ſemper inferiorum obliuiſcitur atq; ad ſuperna conatur,
ſcandit, & aſpicat: eorum quæ retro ſunt oblitus, ad anteriora ſe
ſemper extendit. Raptus eſt totus cœlum uerſus, in ſpiritu rap-
tus, raptus è corpore, raptus à mundo: adeo quidem ut ſi loqua-
ris eunti, te non audiat: ſi tangas, ſi moueas ſedentem, non te ſen-
tiat: ſi quid oculis obiicias aut ori porrigas, non te percipiat.
Quid in cauſa eſt, niſi quod totus intro rapitur, totus rapitur ad
ſpiritum, q̃ corpore in terris deſidente ſpiritus ad cœlos auolet?
quid niſi q̃ omnes ſuæ uires, omnes ſpiritus uitales ſupra rapiun-
tur, congregantur & in deo figuntur? Iſto modo quiſquis orat,
ſane ueraciter orat; orat in ſpiritu & ueritate, orat ex animo, de
corde

E. corde orat. De cuiusmodi, Samaritanæ CHRISTVS infit
, Mulier, Venit hora & nunc est, quando ueri adoratores adora- Ioan. 4.
, bunt patrem in spiritu & ueritate. De talibus etiam CHRI-
, STVS ait alibi docens, quomodo sit orandum. Cum oretis (in- Matth. 6.
, quiens) intrate cubiculum (cubiculum secretum cordis intelligit) Expo.
, & orate patrem in abscondito. Orantes autem nolite multum lo- Ibidem.
, qui. Putant enim multi q̄ in multiloquio suo exaudientur. Horū Quidam male orant.
aliqui templum ingressi genibus flexis orantes, alii stantes, non-
nulli sedentes, quidam ambulantes dilatant & prolongant orati-
onem suam, unam sæpe oratiunculam ad mille uersus extendūt:
credentes q̄ multiplicibus illis & uagis uerbis potius audiendi
sint. At multo res aliter habet. Nam deus non multitudinem ser-
monum, sed cordis intentiōem respicit. Illi quod opus habēt uer
bose postulant, tanq̄ ab ignorante quod optant flagitantes. Scit
autem deus quid opus sit nobis antecq̄ petamus eum. Illi mouent
labia dum mens alio uagatur, fundunt ore preces dum cor centū
modis alienatur. Iam ad talem orationem in qua cor non uigilat
& sursum aspicit, in qua non eleuantur oculi cordis: obsurdescūt
aures dei. Si tu non audias quid ipse dicas, si non attendas oratio-
nem ipse tuam: uin audire dominum? quomodo uis exaudire? In-
tras ecclesiam, manes illic, genua flectis, pectus extundis, manus
& oculos usq̄ leuas: & interim mēs ipsa fluctuat & uagatur: cor-
pus intus, foris animus: corpus in tēplo, mens in propatulo: cor-
pus in choro, mens in foro. Os loquitur & precatur, mens exer-
citia forinseca, negocia, rationes & usus pecuniarum, supputati-
ones expensarum, quæstum, culturam, res mundanas, immo sor-
didas & obscœnas meditatur: mens amicorū uerba trutinat, ini-
micorum uindictam excogitat, famulorum negligentias ponde-
rat, mulierum species intuetur & cōsyderat: & interea loci pro-
F. desse tibi putas q̄in ecclesia maneas, ore preceris & uerba pro-
, fundas? De te tuiq̄ similibus per prophetam ait dominus. Popu- Esai. 29. & Matth. 15.
, lus hic labiis me honorat: cor autem illorum longe est à me. In

uanum me colunt dicit dominus. Dico uobis q̄ unus perpusillus opilio, qui gregem suum uere sequitur & tuetur, se sub arbusto seu senticeto protegẽs à procella, nec semel intra annũ ad ædem accedens: facilius exaudietur q̄ multi uestrum, præcedet uos in regno dei. Is enim ubi campanæ solitæ pulsum ad sacra audierit, genua flectit: caput inclinat, in terram procumbit, cor cum manibus ad deum eleuat: cogitatum suum, suam spem, se totum in deum reiicit. Hunc ne ante plerosq̄ alios exaudiẽdum putatis? Exaudietur, exaudietur certe. Vera siquidem & syncera oratio cor deo iungit, uera oratio mentem eo dirigit, uera oratio ad cœlos à mundo subleuat. Et talis oratio semper prævalet & est efficax. Quid enim est quod ea (si iugiter instet) coram deo non obtineat? Pia talis quidem & attenta oratio, potest apud deũ quidlibet: omnia cõficit, omnia impetrat & deducit. An id dubitas? Quære scripturas: & inuenies exemplis istiusmodi refertissimas. Sæpe steriles, orationis interuentu pariunt. Vt uxoris sterilitas emendaretur orauit Isaacus, & obtinuit. Orauit Zacharias, & dominus partũ Elizabethæ concessit: sterili dedit Ioannẽ Baptistã, quo nemo maior, non surrexit deo charior inter natos mulierum. Oratione Mosi, cessauit ignis deuorans castra murmurantiũ. Oratione Mosi, liberatus est populus Israëliticus à morsu serpentum. Eiusdem oratiõe, deus iratus uincitur & placatur, seruatusq̄ est Aaron frater à graui iudicio dei in fabricatiõe uituli conflatilis. Cum Moses in monte remaneret legem accepturus à deo, populus deos interim aureos sibi conflantes, adorare cœperunt. Qua deus ingratitudine populi sui cõmotus, ait Mosi. Populus tuus peccauit coram me & deos aureos adorat. Cerno q̄ populus iste durę ceruicis sit. Dimitte ergo me ut irascatur furor meus contra eos & deleam eos. Contra, Moses orabat inquiens Quiescat ira tua & esto placabilis super nequitia populi tui. Et placatus est dominus. Quando dominus ait Dimitte me: fatetur se Mosi precibus esse retentum, quominus irasci possit.

Humilem deuota oratio ad aures domini sabaoth ascendit.

Virtus & efficacia orationis.

Gene. 25.

Luce. 1.

Numeri. 11. & 21.

Exodi. 32.

Ibidem.

Igitur

G. Igitur oratione uincitur alioquin inuincibilis: placatur ira dei dū
feruet oratio pie deprecantis. Orans Heliseus impetrauit hospi- 4. Regū. 4.
ti suæ filium: quem paulo mox defunctum oratione quoq; suscep-
tauit. Helias orando fecit, ut ignis è cœlo descenderet & tonitrua 3. Regū. 17.
mugirent: oratione orauit ut non plueret super terram, & non 17. 18.
pluit annos tres & sex menses: Rursum orauit, & cœlum dedit
pluuiam & terra fructum suum. Idem oratione Sareptanę filium 3. Regū. 17.
ad uitam reuocauit, & olei lechytum atq; farinam mirifice multi-
plicauit ac indeficiētem effecit. Multū ualet deprecatio iusti assi- Ieco. 5.
dua. Iterum scriptum est Oret sacerdos pro eis & deus erit pro- Leuit. 5.
picius. Orante Iosue, stetit sol in medio cœli & non festinauit oc- Iosue. 10.
cumbere spacio unius diei. Nō fuit antea & postea dies tam lon-
ga obediente domino uoci hominis. Motus cœli, motus solis &
lunę, motus omnium corporum supernorum cessauit ad precem
unius hominis attente deprecantis. Oratio, Ionam è uentre Ce- Ione. 2.
ti reduxit ad littus maris, & terræ restituit. Oratio Susannam ab Daniel 13.
intolerabili infamia morteq; turpissima liberauit. Oratione, So- 3. Regū. 3.
lomon sapientiam illam suam & scientiam incomparabilem ad-
eptus est. Oratione, bene rexit, recte iudicauit, & in pace tem-
pus omne consummauit. Oratio in bello tam spirituali q̄ tempo-
rario nos singulariter adiutat. Nam uincit carnem, mundum uin-
cit & diabolum. Per orationem à tentatione carnis multi sancti
patres liberati sunt, multi è mundi periculis erepti. Liberat ar-
repticios à dęmonio: nondum possessos, ne possideri possint, as-
seruat. Legimus in historia diui Bartholomęi quomodo Dęmon Ecclesia.
, expulsus ab eo quem possedit, clamauit Bartholomęe Apostole
, dei incendunt me orationes tuæ. Raphael etiam Archangelus Tobie. 6.
Tobiam iuniorem monuit ut oraret, ne dæmones in se potesta-
, tem haberent. In euangelio, CHRISTVS Hoc (inquit) ge- Matth. 17.
, nus dæmoniorum non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium:
& alibi Orate ne intretis in tentationē. Vbi tentationem & ho- Marci. 14.
H. stilitatē ac furorē dæmonū oratione posse superari demonstrat.

Oratione

Oratione edi-derũt apoſtoli miracula.

Oratione dæmones expulerunt Apoſtoli: cæcos oratione, claudos, ſurdos, debiles & infirmos ſubito oratione ſanitati reſtituerunt, aliaq; miracula clare perfecerunt. Oratione Paulus ſe protexit à periculis, oratióne raptus eſt in tercium uſq; cœlum: ubi uidit & audiuit archana dei quæ non licet homini loqui. Succeſſit oratione, quicquid reliqui diui mirificum aut præclarũ geſſerunt. Quantam inter arma uirtutem oratio teneat, ſi ſcripturam perlegas, q̃plurimis exemplis euidentiſſime perſpicies. Orante Moſe populus Iſraëliticus ſub duce Ieſu filio Nun Amalechitas, Scon regem Amorrẽorum, & Ogg regem Baſan, occiderunt. Idem Ieſus Bemun triginta unum reges Chananẽos per oratiõnem in bello ſuperauit. Oratione Phynees filius Eleazari Balachũ filium Sephor regem Madian, & Balaamum Aſtrologũ cum ingenti exercitu, deuicit. Oratio Gedeonis filii Ioas in trecẽtis uiris Madianitarum millia, tubis & lucernis artificioſe prẽparatis, cautiſſimeq; diſpoſitis, interfecit. Oratione Iepte Galaadites filios Ammon, ex merito trucidauit. Qualiter in Sampſone uis orationis emicuit, per quam ſpiritus dei ſæpius in eum inſiliit, & unicuiq; crinium ſuum robur inſtillauit: ut mirificentiſſimus eſſet atq; illa mirabiliſſima patraret: Occurſantem ſibi leonem inermis interemit, mille uiros aſini mandibula proſtrauit, biſores urbẽs cum hoſtiis & ſuperliminaribus ferreiſq; uectibus auectas inuitis Philiſtæis, in uertice montis qui reſpicit Berſabee, dereliquit. Quid reliquas tribus Iſraëlis adiuuit, ut ob graue cõmiſſum in Leuitæ coniugẽ, bellaces & robuſtos Beniamitas funditus cuerterint, ſexcentis in ſumma uiris remanentibus, niſi oratio? Oratione, Ionathas filius Saulis cum armigero noctu caſtra Philiſtinorum audacter irrumpens, oppugnauit. Quantũ in Dauide filio Ieſſe, operata eſt uirtus orationis? qui quidẽ adhuc puer & paſtor ouicularum, nunc urſum, poſt leonem interfecit, & de ore prædam eripuit? Goliam philiſtæum ſtatura uaſtum & uiribus amplum, Dauid puſillus è funda lapide proſtrauit, per tria

Numeri. 21.

Ioſue. 12.

Numeri. 21.

Iudicũ. 7.

Ibidem. 11.

Iudicũ. 14 & 15.

Iudicũ. 19.

1. Regũ. 14.

1. Regũ. 17.

dubia

dubia grauiaq; bella ſtratis Philiſtinorum agminibus, terram ſibi tributariam effecit: octingentos ipſe ſolus, impetu uno peremit. Orans Abyſai Saruiæ filius, trecentos contrà quos leuauit haſtam, interfecit. Oratione tres robuſtiſſimi rumpentes agmina Philiſtinorum euaſerũt, ut Dauidi potum obtinerent è ciſterna Bethleemitica, quæ in medio hoſtium erat. De oratione quid dicam amplius? Dici non poſſunt omnia. Si dicere conarer, uos tæderet audire. Non poteſt mens ipſa comprehendere, nedum lingua promere. Summatim itaq; pronunciabo, q; oratio poſſit omnia. Admittit oratio quem uult, in dei familiam: & quẽ libet, excludit. Tantam enim authoritatem habet oratio ut dei fauorẽ ſuo quodammodo iure uendicet, ut omnia impetret, & quod uelit preſtare poſſit. Inſtans oratio Gregorii Traianum ab inferno reduxit. Nonne? Dicetis impoſſibilem ab inferno regreſſum eſſe. Nam clamat eccleſia In inferno nulla eſt redemptio. Apud homines hoc impoſſibile, apud deum omnia poſſibilia ſunt. Sed quanta uis orationis, quæ deũ impellit ad id, quod alioqui foret impoſſibile? Quamobrem propheta uirtutem hanc orationis animo reuoluens, & ſciens in omni neceſſitate uel aduerſitate nihil prævalere poſſe, in bello precipuè quod ſibi iam imminebat: nõ poteſtatem, non uires, non multitudinem aut prudentiam, citra ſingulare dei præſidium prodeſſe: ad deum per orationem ultro conuolat, ad eius gratiam, ad eius adiutoriũ uiam affectat, ſic peruenturus ad palmam. Nam bellum undecunq; gerit ur, deus ipſe eſt qui dat uictoriam. Ipſe eſt deus totius conſolationis qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Orat ergo Domine exaudi orationem meam & clamor meus ad te ueniat: certo cognoſcens, q; quicquid eſt nõ ſiniſtri ſucceſſus, inde proueniat. Nõ ergo uirtutis aut prudentiæ quicq; tribuamus ipſi nobis: non uiribus, non armis, non apparatibus bellicis aut multitudini confidamus. Quandoquidem niſi dominus deus adiuuerit: fruſtra ſit quicquid quiſq; hominũ facit. Et niſi deus manus ſuas adiecerit, æque

1. Regũ. 8.
2. Regũ. 23.

Oratio omnia poteſt coram deo.

Gregorius oratione Traianum ab inferno reduxit.

Eccleſia.

1. Corin. 1. Littera.

Oratione uictoria paratur.

Ac perinde. æque profuisset stramẽta, festucas, culmos aut uerbenas in aduer
sarios uibrare, atq; sagittas iaculari, aut lanceis minitari: perinde
lapillulos aut harcunulas in hostes iactitare, cũ bũbardis aut tor-
mentis eos adoriri. Quod bellandi genus propheta alibi destri-
Psal. 19. bens inquit Hi in curribus, & hii in equis: nos autem in nomine
dei nostri inuocabimus. Nos quæcunq; facimus, in nomine dei
Cõmunis ec-clesiæ oratio multũ iuuat. faciemus. Nos imitemur patres nostros, qui plus orationi cũ fre-
quentitudini suæ fidebãt semper. Quod erat illis frequentissimũ, non
sit nobis infrequens. Nusq; intermittamus inuocationem illam
celebrẽ Kyrieleison, Christeeleison, Kyrieleison. Nusq; Chri-
ste audi nos. Non omittamus orationem illam Libera nos domi-
ne. Non illam Te rogamus audi nos. Nũq; obliuioni tradamus
laudatã illam inuocãdi diuos, sed crebro precemur Sancta Ma-
ria ora pro nobis. Cæteris ordine diuis supplicemus, uti letania
recenset. Vnumquemq; sedulo deprecemur Ora pro nobis. Nõ
supplicationes, nõ sacras lustrationes, nõ assuetas intercessiones
atq; debitas omittamus: sed rite semper, sed attente ut tempus ef-
flagitat, impleamus. Cõmunis enim ecclesie oratio plurimum iu-
uat. Proinde concordes una procedamus ac unanimes. Eamus
nos sacerdotes, nos clerici deportatum ante crucifixum adoran-
tes: & uos una nobiscum. Hic omniũ causa tractatur: res cuncto-
rum agitur. Igitur ab orandi necessitate nemo se credat excep-
tum. Simul omnes confugiant ad dei præsidium, omnes sibi inui-
cem bene optent, quod dignum & iustum est, petant: omnes una
precentur, pulsent omnes & quærant dominum deum suum. Ca
uete ergo ne prędicta oratiuncula ora pro nobis nunq; è uestra
memoria excidat, ne ueniat in obliuionem: qua maiores uestri
plus lucri fecerunt, cũ omni militari fortitudine, aut rebus gestis.
Nõ est enim ut CHRISTVS exaudire differat, ubi pia mul- Luce. 11.
titudo perseueranter adorat: qui concorditer & fideliter ita con-
uenientibus ait Quærite & inuenietis, petite & accipietis, pulsate
& aperietur uobis. Et rursum Quicquid petieritis in oratione,
credentes

credentes, fiet uobis. Nec in uniuersum solummodo sed singulis etiam quod est animæ non insalutiferum, ibi facile tribuendum annuit. Omnis qui petit accipit, qui quærit inuenit, pulsanti aperietur. Atq; mira sit efficacia multitudinis exorantis, illinc intelligimus ubi dicit Hieronimus Impossibile est preces multorum non exaudiri. Humiliemus itaq; nosmetipsos, humiliemus ei capita, qui est deus totius consolationis, deus immensæ pietatis atq; indulgentiæ: in omni conflictu, in omni necessitate & angustia, rogemus & inuocemus eum qui deus est uictoriæ: quam cui uult, ipse concedit, nec est apud eum differentia, siue in multis siue paucis res ipsa geratur. Repetamus animo quemadmodum deo duce Vnus fugauit mille, & duo decẽ millia. Hoc humanitus haud fieri potuit, hoc erat impossibile nisi apud deum, qui fidelibus operariis suis rite deprecantibus omnia præstat. Oratio est quæ nos defendat à periculo, oratio quæ seruet ab aduersario, oratio quæ protegat ab incommodo. Oratio mouet ad uirtutem, prouehit ad salutem & perducit in gloriam. Oratio laboranti mercedem parat & pugnanti uictoriam. Oremus ergo nos cum propheta Domine exaudi orationem meam, Et cũ eodem propheta clamitemus id quod sequitur, Et clamor meus ad te ueniat. Non est oratio solum necessaria: sed cum eadem clamor expectatur. Orandũ est cum clamore, orandũ Et clamor meus ad te ueniat. Verum qualisnam hic clamor est: Non quem uociferando promimus, sed interno desyderio formamus: non qualem inflatis genis oreue distento, sed intento corde fabricamus. Clamor autem cordis est (Augustino finitore) magna intentio cogitationis. Qui cum sit in oratione, magnum exprimit petentis & desyderantis affectum: ut non desperet effectũ. Tunc in corde clamatur, quando non aliũde cogitatur. Magnã intentionem appellat Augustinus magnum & assiduum interni desyderii feruorem. Multi nimirum loquuntur, uerba profundunt multi, uocem extollunt & uociferant: corde quidem muti. Contra, nonnulli labia non mouent,

Matth. 21. Luce. 11.

Hieronymus. Multum ualet multorũ oratio.

Deutero. 32.

Littera.

Tacitura oratio non abijcienda.

Augustinus.

uent, os premunt, linguam non uersant, nihil exprimũt: quorum affectus ad deum clamitat. Ad cor hominis aures dei. Loquitur
Psal. 84. ad cor, & idem exaudit. Loquitur pacem in eos qui conuertunt ad cor. Quamobrem Redite ad cor, dicit dominus. Multi tacentes & tanq̃ ostio oris clauso, facile exaudiuntur: ubi complures magnũ ac multũ inclamantes repellunt. Quomodo sit o christiani nisi q̃ clamor cordis ad deum euolet, q̃q̃ os ipsum alte sileat? Legimus Mosen in transitu maris rubri & persecutiõe Pharaonis, dum populus ardẽter ore perstreperet, taciturnum & silentem exorasse dominum. Dixit enim ei dominus Quid clamas ad me? Labia non commouit & os non apperuit: unde sonus exiret: at clamorem tamen eius exaudiuit dominus. Erat nimirũ ille clamor desyderium ingens, quo deum intus adorabat. Secretus istiusmodi clamor, clamor affectus & interni desyderii, q̃q̃ non humanas, at diuinas aures adimplet. Iste clamor ascendẽs ad dominum exaudiri meretur: quemadmodũ ipse pollicetur ibi Clamabit ad me & ego exaudiam eũ. Populus Israeliticus cum uariis persecutionibus & captiuitatibus opprimeretur, sic clamando fuit exauditus Clamauerunt ad dominum cum tribularẽtur, & de necessitatibus eorum liberauit eos dominus. Sic Susanna clamans, à corruptis iudicibus est liberata. Nullũ prolocuta est uerbum, & tamẽ exaudita. Sic Anna mater Samuelis filium istũ obtinuit à deo, Mœsta sedẽs in templo, loquebatur in corde suo, uox autem nulla audiebatur sed intus orauit: & exaudiuit eã dominus. Audit nihilominus etiam uocaliter orantes, modo cor deprecationi consonet. Sic enim Chananæa filiæ sanitatẽ impetrauit. Ira cœcus increpatus à turbis, sed eo magis atq; magis orationẽ multiplicans & acclamans: illuminatus est. Concionator isto modo clamare debet ad populum quem incipit exhortari. Dicit enim ei propheta Exalta uocẽ & clama tu qui euangelizas Syon: clama & dic populo meo scelera eorũ. Clamare debet aperta uoce: sed & intimo simul affectu, ut concio sua fiat efficax & frugifera.

Mosi taciturna oratio. Exod. 14.

Mosen. Silẽtem orationem audit deus.

Ibidem.

Psalm. 90. Populus Israel

Psalm. 106. Daniel. 13. Susanna.

1. Regum. 1. Anna.

Non mẽtalem solum, sed & uocalẽ orationẽ exaudit. Matth. 15. Chananea. Cæcus. Cõcionator. Esa. 40. & 58.

frugifera. Sic CHRISTVS ſtans in templo clamabat non uoce tantum, ſed deſyderio maximo Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat. Eo pacto Ioãnes Vox clamãtis in deſerto uocitatur. Vox erat ante uerbum, quod intrare parat in corda hominum. Quiſquis autem feruenter & ex corde deſyderat: quamuis linguam premens uſq; taceat, corde profecto clamitat. Qui uero non ex animo cordeq; deſyderat, quantumuis aures hominum clamore feriat, deo mutescit. Non eſt non eſt extenſio uocis aut multiplicitas ſermonis, ſed mentis integritas ad quã deus aduertit. Quãobrem ſuis imperat Orantes nolite multum loqui ſicut Ethnici faciunt. Putant hii q; in multiloquio ſuo exaudiantur. Vos ergo nolite aſſimilari eis. Ibidem unicuiq; ſuorum ait Tu cum oraueris, intra cubiculum tuum, & hoſtio clauſo, ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus qui uidet in abſcondito reddet tibi. In quod cubiculum intrare iubet? An in illud, in quod è foro ueniẽtes noſmet recondimus? in quo caput ad puluinar inclinamus, ut quies corpori reſtituat quod urgens labor abſtulit? Non illud, non illud ſed intraneum, ſed ſecretum cordis animiq; repoſitorium, internum deſyderium intelligit: in quod ſe recipere debet quiſquis orat, in quod tu cum oraueris, intrabis. Intrato totus ad alta præcordia, totus ingredere mẽtis archana, totum te corripe de forinſecis & externis ſenſibus ad internam animi quietem, de ueſtibulo corporis ad animi conclaue fugito. Illuq; ingreſſus hoſtium occlude, ne quid externæ labis ingeratur, quod perturbet animum, & ſpiritum è ſede quieteq; ſua dimoueat. Deus (inquit Ioãnes) ſpiritus eſt: & ideo in ſpiritu & ueritate oportet eũ adorare. Vera quidem oratio non ex ore fumli, ſed corde conſtanti fabricatur. Quid ſi te præter tot dei ſcripturas hoc Ethnicus poeta doceat Si deus eſt animus inquiens: hic tibi præcipue ſit pura mente colendus? Non in templo ſolum manufacto, ſed multo etiam intimius in ipſo templo cordis interno, colendus & adorandus deus eſt. Noſipſi templum hoc dei ſumus, in quo deus

Christus. Ioan. 7. Ioannes baptiſta.

Matth. 6. Expo.

Quemodo ſecrete orandũ.

Ioannis. 4.

Cato.

habitare coliq; desyderat. Dicit enim Apostolus Templum dei
1. Corin. 6. sanctum est quod estis uos. Et alio loco Nescitis q̃ mẽbra uestra,
1 Corin. 6. templum sint spiritussancti qui est in uobis? Sic ergo deus oran-
Dei templum sumus. dus est ut eum semper in pectore gestemus. Sic uasa templi nó-
stri, sic membra semper emundanda purificandaq; sunt: ut deus
semper inhabitet. Qui si inhabitare dignetur mẽtem, ita diriget
& cor adeo stabiliet, ut nusq; oratio cęlpitet. Forte tam stupidus
es, ut opinari uelis q̃ nisi uocem ædideris & ore tenus clamaue-
Marci. 12. ris ad deũ, exaudiri nõ possis. Erras, erras insulse nesciens scrip-
turas neq; uirtutem dei. Nõ sic abest à te deus, ut sit opus ad eum
uoce. Scit profecto scit, quid nobis opus fuerit anteq; petamus.
Deus ubiq; est, non abest ab ullo cordis tui angulo: & illic habita-
re illicq; coli desyderat. Non improbat deuotam uocem si deuo-
to cordi consonet: sed & cor deuotum sine uoce probat. In se-
creto itaq; cubiculo cordis adora deum qui nusq; non est præsens.
Clament omnia quæ in te sunt ad deum. Si clamẽt opera tua, si clamet affectus, si cor attente clamitet: pa-
rum refert etsi lingua sileat. Clamet itaq; fides tua, clamet certus
amor erga deum, clamet acre desyderium ad diuina, passiones
inclament quas amore dei sustines, ipsa uita tua per integritatem
tota clamitet, sanguis tuus hoc est uera pœnitentia clamet. San-
guis etiam in martyrio clamet si causa postulet: causa dei, causa
ecclesiæ, causa iusticiæ. Sic Abelis iusti sanguis è terra clamauit ad
deum in sui beatificationẽ & fratris parricidæ condemnatiõem:
Gene. 4. cui dominus infit Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de ter- P.
Expo. ra. Vox ista cordis, uox operis, uox perfectę fidei, uox cõsumma
Sanguis semper clamat. tęq; charitatis, magnus reuera clamor est in aure domini. Audit &
Psalm. 18. intelligit occulta qui mũdat in occultis: quod ibi rogamus eũ Ab
Videt deus occulta hominũ. occultis meis mũda me dñe. Nos mentẽ alienã solis uerbis appre-
hẽdimus: à deo cogitatiões etiã eque cognoscũtur, per quas quid
uelis & quo coneris, aperte uidet. Quod dubiũ esse non potest,
si quod Iudæis dixit attendas, Quid cogitatis mala in cordi-
Matth. 9. bus uestris? Qui sic rogat, certo sciebat quid cogitarent: nec
tam interrogantis cẽ scientis ista uox est, uti manifestius alibi
demonstratur

demonstratur Iesus autem sciebat cogitationes eorum. Quocir- Luce. 6.
ca quando dominus magis & gratiosius audit quod è corde pro-
cedit, ꝙ quod ex ore funditur: magis attento corde deprecandū
nobis est, ꝙ ore uolubili. De hiis nanq; qui ore tenus non ex cor-
de supplicant, per prophetam ait dominus Populus hic labiis me Matth. 15. & Esaie. 29.
honorat, cor autem illorum lōge est à me, Ideo in uanum me co-
lunt. Nos itaq; corde, nos desyderio precemur & honoremus
deum, nos affectu clamemus ut exaudiat dominus. Hoc est quod
prophetadeprecatur, & nos una cum illo supplicemus Domine
clamor meus ad te ueniat. Ira enim in omnibus necessitatibus & Littera.
bellis oportet nos eū inuocare: & haud dubie nobis loco tute nu
minimis erit. Quādoquidē si ille à nobis non steterit, eque ualeret
stipulas in aduersarium hostem proiicere ꝙ ullam telorum uim,
sagittas, bumbardos aut tormenta eiaculari. Sciens autē per pec-
catū quo deo displicuerat, orationis exauditionem impediū iri:
uiam affectat qua in gratiam apud deum redeat, ut deniq; sic ex-
audiri possit. Reges enim & magnates si quis eos grauiter offē- Infensi reijciuntur a conspectu magnatum.
derit: solent eū à præsentia conspectuq; repellere, à familia pro-
hibere: solent à supplicante faciem auertere, petitionemq; rogā-
ti denegare. Solum offendenti illi restat hoc in remediū, ut quod
ipse nondum potest, aliorum interuentu sedulo laboret, suamq;
per eos supplicationem ubi locus erit, uigilanter interponat: quo
sic in conditionem pristinam & fauorē possit admitti. At ei nūq;
supplicationis oportunitas omittenda, semper occasio bona ca-
pessenda. Sic & deus agit cū peccatore, qui se non leuiter offen-
dit. Primum reiicit à fauore, nec ante recipit ꝙ assiduo feruēdq;
desyderio persæpe se subinsinuet. Vnde propheta se peccatorē
intelligens peccatoq; repulsum à dei gratia, feruenter elaborat
ut reconcilietur ipse sibi qui fuerat exasperatus, ut irasci desinat:
ut qui faciem tantisper auerterat, iam tandem ipsam ad se cōuer-
tat, dicens NE AVERTAS FACIEM TVAM A ME In 1. Versic.
quacūq; die tribulor inclina ad me aurem tuam. Orat deum ut se

reſpiciat, ut ſibi parcat, ut peccata condonet & in gratiã admittat. Ne auertas (inquit) faciem, faciem tuam, o faciem tuam à me.

Pſal. 87. Mirabile dictu. Dicit hic Ne auertas faciẽ tuã, Alibi dixit Auerte faciem tuã. Quomodo quadrant? quomodo conſiſtunt Auerte, & ne auertas? Nonne eſt iſta cõtradictio? Certe nõ eſt. Dico nanq; uobis q̃ humano more prõpheta loquatur, attribuens deo quod cernimus in hominibus. Quid hoc eſt? Duplicem ſcilicet habere deũ faciẽ? Quid ais? hac enim ratiõe, deus monſtrũ erit? abſit. Nam habet unuſquiſq; etiam noſtrum geminam faciẽ, ſeu mauis uultum uarium. Hinc hilarem & iocundum, inde mæſtum & ingratũ, hinc mitem & manſuetũ, inde toruũ & iracundũ. Habet & deus faciem duplicem, ideſt uultum biformem geminoſq; aſpectus. Quorum altero miſericordiam, altero iuſticiam exhubet. Ille lenis, placidus & ſuauis: iſte tetricus, grauis & moleſtus. Ille delectabilis, iſte formidoloſus, ille miſericordiæ, iſte iuſticiæ. Vt illo ſe reſpiciat, prõpheta ſupplicat: ut auertat iſtum, exorat. Faciem iuſticiæ, faciem ſeueritatis & immiſericordiæ formidando clamauit Auerte faciem tuam à me. Miſericordiæ grãtiſſimã & amenſſimam faciem aſpicere cupiebat, inquiens Ne auertas faciem tuam à me. Oſtẽde faciem tuam, & ſalui erimus. Oſtende faciem, hoc eſt oſtende miſericordiam tuam & ſalutare tuum da nobis. Vultum tuum domine deprecabuntur omnes. Sedulo deprecabuntur ut illum placabilem, gratum & ſuauem uultũ introſpiciant. O quãtus dolor erit, quanta formido, tremor quantus, q̃ magnus horror: quandõ dominus ad iudicandum ueniet? quando illam iuſticiæ faciem oſtendet? de qua ſcribitur A facie eius cruciabuntur populi, & omnes uultus redigentur in ollam: hoc eſt redigentur in ollæ fuliginem, in ſimilitudinem fuliginis? Tantus ibi mæror erit, ut facies hominũ non in pallorem modo, ſed in horrendũ quoq; nigrorem & fuliginem uertendę ſint, prę timore: ſicut etiam ibi propheta demonſtrat A facie iræ tuæ non eſt pax oſſibus meis. Ab hac facie uolens Adamus effugere, non R potuit:

Pſalm. 79.
Pſalm. 84.
Pſalm. 44.
Ioelis. 2.
Expo.
Pſalm. 37.

Duplicẽ faciẽ habet deus.

potuit: quando se cum uxore à facie domini in medio ligni paradisi parum solerter abscondit. Se fugere non posse, exemplo sui, nullum posse propheta demõstrans ait Quo à facie tua fugiam? Psalm. 138. Acsi diceret, Non est locus à te fugiendi qui nusq; non es: ferendum expectandumq; est iudicium tuum, quod omnibus ineuitabiliter impendet. De quo dominus ipse dicit Cũ accepero tempus, ego iusticias iudicabo. Quale tempus hoc, quod se dicit accepturum? adhuc futurum innuit quod demonstrat. Prius enim iusticiam prædicauit & ubiq; prædicatam uoluit: ut deinceps iusticiam iudicaret. Si ante iudicaret cũ prædicaret, ante iudicatum uellet cũ prædicatum: & quis saluus tunc esse poterit? quis ab hac uindicta liberari? quis iudicis tam seueri manus effugere? Promisit ergo Prædicabitur euangeliũ in uniuerso orbe in testimonium omnibus, & tunc consummatio ueniet. Ipse prædicauit, ipse misericordiam docuit & iusticiam ac perimpleuit: ipse prædicandi suis officium iniunxit dicens Euntes prædicate euangeliũ omni creaturę: prædicationẽ inter nos hodie quærit. Nunc itaq; prędicationis tẽpus est, nunc misericordiæ. Hic iã quæritur ut fidelis prædicator quis inueniatur, ut uere dicat deo Narrabo inter gentes omnia mirabilia tua. Sed posthac iusticiæ tempus erit. Cum tempus autem illud deus acceperit: iusticias iudicabit. Cum tempus accepero, iusticias (inquit) iudicabo. Iudicabo iusticias, hoc est uias operaq; omnia iustorum discutiam & examinabo. Quid fecerint, quomodo, quare, gratia cuius, intẽtione quali rogabo. Facta discutiam & omnes circumstantias eorum. Verendum est, uerendum ne sub tam acri examine sub tam subtili trutina, quæ uidentur esse iusticiæ nobis, pro peccatis habeantur. Vna tamẽ hęc est meta certi solacii nobis Si nosmetipsos diiudicauerimus, non iudicabimur ab eo. Si dignam nobisipsis S. pœnã pro peccatis inflixerimus, non denuo puniemur ab eo qui non bis punit in idipsum. Spiritualis homo nimirum omnia iudicat & à nemine iudicatur. Eam pœnam ultro sibi sumit, ita uitam

Psalm. 74. Expo.

Psalm. 74. Expo.

Matth. 24. Nunc tempus misericordiæ tunc iusticiæ. Marci. 16.

Psalm. 9.

Psalm. 74. Expo.

1. Corin. 11.

1. Corin. 2. Expo.

corrigit & componit, tantam ob commissa pœnitentiam agit: ut
Vergilius. Sit quisque sibi iudex. non sit opus superaddere. Iudex ipse sui, totũ se explorat ad un-
guem, ne quid externæ labis per leuia fidat, ne quid internæ ma-
culæ apud se resideat. Iudex ergo sis ipse tibi, quo summi iudicis
uindictam euadas. Tu facta tua iudicato, tu bona ne sint an mala
discernito. Si mala, subsequentibus bonis emenda: mala corrige,
mala lachrymis abluc, mala ieiuniis cæterisq; sanctæ disciplinæ
laboribus absterge. Si bona, melioribus adauge: de uirtute sem-
per in uirtutem progredere, caueto ut cesses, proficere ne defici-
as: cumq; feceris optime, de te sentias humillime: cum omnia per-
impleris, dic te seruũ adhuc inutilẽ. Sic futuri iudicii periculũ eui-
Faciẽ suæ iustitiæ etiam in hoc mundo ostendit deus. tatur. Sic terror extremæ seueritatis lenitur. Sed illam iustitiæ
faciem nunquid in hac quandoq; uita demonstrat deus? Demon-
Psalm 35. Roma. 11. strat certe per occulta sua iudicia: de quibus scribitur Iudicia dei
abyssus multa. Vię eius inuestigabiles & inscrutabilia iudicia,
Expo. sensibus hominum longe superiora. Illam itaq; faciem sæpius ab
initio præbuit, & quotidie præbet. Faciem istam angelis ostẽ- T.
Gene. 3. dit, quos cũ principe suo Lucifero de cœlis eiecit. Primis paren- V.
tibus ostendit depulsis è paradiso. Qz totum est inuitus quan-
Gene. 7. do totum mundum diluuio perdidit præter homines octo? Qz
Gene. 19. grauis uultus & amara facies illa qua ciuitates quinq; peccatrices
(quatuor modo saluis) funditus extinxit? Hãc faciem manifesta-
Exod. 11. uit Ægyptiis cũctũ primogenita dissipauit; Pharaoni, quem de-
Exod. 14. cem grauissimis plagis affectum, in mari deniq; cum ingenti ex-
ercitu demersit. Sic Amalechitas è medio sustulit, & memoriam
Leui. 10. eorum stirpitus aboleuit. Hoc uultu uidit duos filios Aaronis,
quos igne consumpsit. Ita populum Israëliticum carnis & ollarũ
ueterum appetẽtiorem, dũ adhuc escas ore premerent: amarissi-
Numeri. 12. me deuastauit, blasphemũ lapidauit. Sic obmurmurantem Ma-
riam Mosi sororem, lepra percussit. Faciem in eum uertit acer-
Numeri. 15. bam, quem Sabbato ligna colligentem à populo lapidibus ob-
Numeri. 16. rui præcepit. Chore, Dathã & Abyrõ, dũ Mosen oppugnantes

&

& aduersantes Aaroni thura sibi præsumerẽt: terra dirupta sub pedibus eorum & apperiens os suum deuorauit eos cum tabernaculis & uniuersa substantia illorũ, descenderuntq; uiui in infernum operti humo, & perierũt de medio multitudinis. O q̃ amarulentus uultus erat iste? Sed & ignis tum egressus à domino duo centos quinquaginta uiros interẽcit, qui simul offerebant incensum. Nonne uultus erat infensus, quo magnam populi partem serpentibus absumpsit? Iracũda facies, qua peremit Achor cum tota familia: qua sacerdotem summum Heli ob peccata filiorum interemit, & sobolẽ illius extirpauit. Vterq; uultus Sauli fuit exhibitus, initio placidus atq; dulcis: postea ualde molestus. Humiliter oblatum imperium sibi recusans: à domino tamen in regem est assumptus. Vbi longa dominatio mutarat hominem & mores corruperat, ut multo peius regnando pergeret q̃ ante cœperat: repulsus & ille est à domino, cunq; filiis occisus in prælio, ut nec posteritas eius ulla regno potiretur sed disparuerit. Peccatum eius etiam impulit, ut magnam famem in terram dominus immitteret. Dauid electus à deo secundũ cor suum quem tam benigno uultu toties aspexerat, seueritatẽ etiam uultus illius ob peccata persensit. Per superbiam enim illius in enumerando populo contra dei præceptum factum est, ut angelus septuaginta millia uirorũ uno die trucidaret. Inamena profecto facies. Ista facies occultum dei iudicium est. Angelus domini centum octoginta quinq; millia percussit una nocte in castris Assyriorum ob blasphemiam Sennacherib regis eorum & Rabsacis ducis exercitus. En iudicium dei. eodem certe iudicio Giezi, qui simonię peccatum occeptauit: & Oziam regem iuda uolentem præter ritũ in altari incensum adolere, lepra respersit. Heliseũ in Bethel ascendentem egressi de ciuitate pueri illudebant, dicẽtes Ascende calue, ascende calue. Maledixit eis Heliseus in nomine domini: & egressi duo ursi de saltu lacerauerũt ex eis quadraginta duos. Hoc dei iudicium, etiam in causa sui serui. Herodes qui carcere

Ibidem.

1. Reg. 14.

4. Reg. 19.

4. Reg. 5.
1. Paral. 26.
4. Regũ. 2.

Actu. 12. cere Petrum incluſerat, Iacobum gladio ſuſtulerat, ſtudens placito Iudæorum qui tanꝯ deum quendam illum habebant: regia
ueſte decoratus procꝯ tribunali ſedens cõcionabatur ad eos. Po-
Ibidem. pulus autem acclamabat Dei uoces, nõ hominis. Confeſtim autẽ
percuſſit eum angelus domini eoꝯ non dediſſet honorem deo,
uehementi dolore uentris, tabo inteſtinorũ & intus conſumptus
à uermibus expirauit. Grauis iſta dei facies, graue iudiciũ iſtud,
ſed merenti: iudicium admirandum & timendum. Homo male-
ſanus & ſæuus tyrannus efferri uoluit ſupra homines, & factus
eſt uilior infimo: nolẽs æquari uiris, æquatus eſt dæmonibus. Ex
hiis omnibus plane cernimus grauẽ dei faciem, acre dei iudiciũ
in hoc etiam mundo ſæpius oſtendi. Sed o iudicium inſcrutabile
dei. Non raro malos euehi, gaudere, floreſcere, potiri rerum ui X.
Cur bonos op- demus: bonos autem opprimi, ſubigi, puniri, nihil fœliciter aut
primi & ma- quieæ poſſidere. Bonos tonitru fulgureꝯ perire, malos autẽ in-
los cuncta per- tactos euadere. Mille caſibus aduertis frangi bonos, malos nullis
mitti deus? infortuniis affici. Res hominum fulmine tangi, canem, equũ, cæ-
Res tuas ut tu tera animãtia percuti: domos, ſiluas, meſſem, horrea cõflagrari:
admoneare, peccatores autem ipſos illæſos abire. Quale hoc? ꝯ occultũ hoc
punit deus. iudicium dei? Cur ita facit deus qui quiduis faciat nil inique facit?
Eſt certe cur ita faciat aut fieri permittat. Punit res ipſe tuas ut tu
præmonitus emẽderis. Punit bonos atꝯ ſanctos uiros, ut à pec-
catis plene depurgentur, ut humiliari pergant nõ extolli, ut me-
ritum eiſdem augeatur, ut à futura maiore pœna liberiores eua-
Cur caſtiget dant, ut maiore gloria potiantur. Et quare flagellat peccatorem?
peccatorem Vt à peccato certe rẽuocetur ad gratiam, ut peccatum ſimplici-
deus. ter ac integre confiteatur, ut uere confeſſus merito remiſſionem
impetret, & fiat unus de numero iuſtorũ. Verum quid facimus?
quid modo cogitamur? An iudicii diuini rationem inquirimus? an
cauſam operis & uoluntatis illius? Incomprehenſibilia (dicit A-
Roma. 11. poſtolus) ſũt iudicia eius & inueſtigabiles uiæ eius. Quæ mira
Iudicia dei in- ſunt nobis & impoſſibilia, facillima ſunt apud deũ. Quæ uiſa ſũt
comprehenſi-
bilia.

mundo

mundo potentissima, nutarunt & collapsa sunt. Altissima mundi regna, summa gubernacula demutata sũt: uariatæ monarchię, de gente in gentem translatæ. Deum mutasse scimus, cur mutarit ignoramus. Prima monarchia sub Assyriis, in effeminato Sardanapalo desiit. Proxima Medorũ & Persarum, Cyro Dario q regnãtibus. Tercia Grecorum Alexandro principe. Postrema Romanorum imperante Iulio cæsare. Imperia, regna, principatus & dominia; urbes & familiæ, ædes & agri: o quantam mutationem ut semper & ubiq sustinent? Author deus, cuius nutu diriguntur omnia. Cur sic uelit, cur sic faciat, noli quærere. Mitte archana dei. Scito hoc esse uerissimum Iudicia dei abyssus multa. Huiusce modi iudicia dei propheta perhorrescens exclamauit A iudiciis enim tuis timui, à facie tua seuera, hoc est à iusticia timui. Ideo deprecor, ideo oro & obtestor Auerte faciem tuam à peccatis meis. Auerte iudicium à me tuũ, iusticiam istã auerte. Quoniam si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Auerte iusticiæ tuæ faciem, & ostende faciem misericordiæ. Ostende faciem illanc tuam, & salui erimus. Deus autem non ita nos infensus obseruat, quin mitissimam illam faciem, faciem misericordiæ sæpius ostendat. Ostendit nobis faciem alterã benignitatis uidelicet & misericordiæ, in omnibus angustiis & necessitatibus nostris. Cæco clamanti Iesu fili Dauid miserere mei facię istam obtulit. Increpantibus enim turbis ut taceret, magis ac magis inclamabat Iesu fili Dauid miserere mei. Cui Iesus ait Quid uis faciam? Respõdit ille Domine ut uideã. Iesus autem, Respice. Fides tua saluum te fecit. Hanc faciem ostendit leproso proclamãti Domine si uis potes me mũdare. Confestim nanq manum extendens, tetigit, & mundauit eum. Eandem ostendit socrui Simonis Petri, quam in domo febricitãtem & iacentẽ inueniens, sanitati restituit: ut illico surgẽs ministraret ipsi cũ discipulis. Hãc manifestã Centurioni prębuit, pro paralytico puero supplicanti. Sanauit enim eum, & rogantis fidem approbauit. Respexit hac facie discipulos orta procella sibi pertimentes, & pra

Psal. 35.
Psal. 118.
Psal. 50.
Psal. 129.
Psal. 79.
Y. Faciem misericordiæ sæpius ostendit deus & quando.
Marci. 10.
Ibidem.
Math. 8.
Ibidem.

prę timore clamãtes Domine salua nos perimus. Aſt imperabat
Matth. 9. ipſe mari, & facta eſt tranquillitas magna. Nunquid hoc uultu
paralyticũ in lecto decubantẽ ad seq; perlatũ, eſt intuitus: quem
ſurgere iuſſit & abire domum? Hanc faciem amiciſſime reiecit
in mulierem, duodecim annos uenęris profluuio laborantẽ. Con-
uerſus enim ad eã & dicens Confide filia, fides tua te ſaluam fecit;
imbi ſanauit eam. Vultum iſtum uertit in eos, qui iamdudũ mor-
Ibidem. tui, per eum uitæ reſtituti ſunt. In Archiſinagogi filiam, uiduæ fi
liolum, & Lazarum amicũ ſuum. Hac facie conuiuus eſt omnes
quos à ecclesiate liberauit: ſurdos quibus auditum, mutos quibus
loquelam, leprosos quibus corporis mundiciem, paralyticos qui-
bus membrorum firmitudinem, ægrotos & languidos quibus
ſalutem ac conualeſcentiũ, mortuos quibus uitam reddidit. Hac Z.
facie pœnitentes omnes ita reſpicit, ut quos alioqui perituros ex-
Zacheus pu- iſtimares, ſeruati fuerint. Quis Zachæum fraudulentum & aua-
blicanus. rum? quis publicanum nomine uectigalis undiq; conuaſantem &
rapientem non damnatum iri crederet? Veruntamen hęc amica
facies reſipiſcentes ad ſe, recepit. Quis non mulierem in adulte-
Mulier adulte ra. rio deprehenſam, damnandam à CHRISTO putaret? Quam
tamen ſuauiter aſpiciens, ipſe liberauit è manibus accuſantium.
Maria magda lena. Quis publicam peccatricem, propter magnitudinem & enor-
mitatem ſcelerum non perituram exiſtimaret? Cui tamẽ de pec-
catis ingemiſcenti, deus omnia remiſit. Quis (oro) latronem illũ
Latro. inſignẽ merito ſuo crucifixũ, & ibidem immeritiſſime CHRI-
STI cõcrucifixi deſorem, ſeruandum opinari poſſet? At eum
unica remiſſionis imploratio ſaluum reddidit, ei gratiam obtinu
it, & cum CHRISTO eadem hora in paradiſo collocauit. Ne
Petrus. gãti Petro, ſed & amãre poſtea flenti, reuelata eſt hęc facies ſpe-
cioſiſſima. Hos omnes & multo plures ipſa reſpexit, his ſuppe-
tias oportune tulit. Hanc oſtẽſam iri ſibi propheta ſupplicat Fa-
Pſalm. 118. ciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum. Hanc ne dominus auer-
Pſalm. 101. tere uelit uſq; formidans ait Ne auertas faciem tuam à me. Non
auertet

auertet autem se dominus, nisi nos prius auertamur ab illo. Sicq
per peccatum fuerimus auersi; per pœnitentiam ut reuertamur
» hortatur Reuertere (inquiens) reuertere Sunamitis, reuertere
» reuertere ut intueamur te. Ad me reuertere uir Christiane qui
sanctificeo te, reuertere ad me qui deleo peccata tibi: ad me reuer
tere qui sum merces, pars & hereditas tua: Reuertere ad me qui
redemi te, reuertere ad me qui sum pastor bonus & animam me
am pro te posui, reuertere ad me qui sum salus tua, tua cõsolatio,
» resurrectio tua, uia & directio tua: qui sum uita & gloria tua. Re
» uertere ad me reuertere, & ego suscipiã te: hic ego dabo tibi gra
» tiam & in futuro gloriam. Reuertere & die domino deo tuo Ne
auertas faciem tuam à me ne declines in ira à seruo tuo: sed oste
de faciem, ostẽde misericordiam & salutare tuum. Reuertere cũ
hominibus paulo antè recitatis, reuertere cũ prememoratis pec
catoribus: & te recipiet dominus sicut illos antè recepit. Reuer
tere ad eum qui nullum eiicit ad se uenientem, qui recipit omnem
hominem in se credentem. Accede ad eum, & ipse accedens am
plexabitur te: qui filium etiam prodigum dignatus est amplexu.
Humilia te ante ipsum, & suscipiet atq; exaltabit te: ora eũ & ex
audiet te, implora ueniam & ipse dabit, quære illum & se præsta
bit inuentu facilem, pulsa hostium & aperiet ipse tibi, quicquid
ab eo petieris ueraciter accipies, pœnitentiam agenti miserebi
tur & illico remittet omnia. Bene, bene sensit propheta sic fore,
A quando dixit & orando clamitauit In quacũq; die tribulor, inclí
na ad me aurem tuam. Posteaq; interfessus at dominũ & ido
neis rationibus interpellarat illum, ut delectabilem illam faciem
suam sibi demonstraret: modo non minus humiliter ac summisse
supplicat, ut interpellationibus æque suis exorabilem & benignã
aurem accommodet: ut suis causis rationabiliter auscultet, immo
se misericordem & clementem in rebus omnibus ostẽdat: inqui
» ens, In quacunq; die tribulor: quacunq; die tentationibus agitor,
» quacũq; flagellis excrucior aut cruciani delassor: inclina clemẽ

*Cant. 6. Expo. Deus peccatores ad pœnitentiam hortatur.

Hiere. 3.

Psal. 26. Littera.

Littera.

Quot circũcunt homines tribulationes.

tissime deus, ad me supplicem clientulum ac humillimum tuum: aurem tuam, aurem mitissimã ac suauissimam. Quod ni feceris: nihil ego possum, actum est de me. Tot me tentationes ex omni parte molestant, tot sentio perturbationes: tentationes è carne, tẽtationes à mundo, tentationes è diabolo, tentationes ab hominibus, amicis pariter atq; inimicis, tentationes à familiaribus & domesticis. Non certandum mihi, non perpetiendum semel in uita: spacio, non semel in anno, in mense, non semel in hebdomade, in die: sed singulis annis, sed singulis diebus, singulis profecto horis, singulis ferme momentis undiq; molestor. Tribulor. Non est dies, non nox, in qua non assidue tribuler. Non edo, nõ bibo, non dormio, sed neq; uigilo: quin me uexatio premat, quin tentatio diuexet. Tribulor. Mundus enim uexat, mundus auariciam suggerit, infinitam habendi cupiditatem & parem amittẽdi metum insinuat, ad rapinam & iniusticiam mundus illectat: è diuitiis ad superbiam, pompam, uanitatem & gloriam surrigit, ad concupiscentias & mala desyderia pellicit, carni malos oẽs affectus instillat: quos uerbis, gestibus, uestimentis, & aliis signis istiusmodi plerunq; declarat. Tribulor. Nam me caro perturbat, caro negligentiam, pigriciem, somnolentiam, ociositatem persuadet: caro putris ad fornicationem, adulterium, ad luxuriam omnem: ad comessationem, ebrietatem, crapulam & omnem gulæ speciem instigat: ad omnem concupiscentiam carnalem & rebellionẽ contra spiritum incitat. Tribulor. Quandoquidem aduersarius meus Diabolus tanq; leo rugiens circuit, quærens ut me deuoret. Aduersus hũc maior mihi colluctatio est, q; aduersus carnem & sanguinẽ. Tãta potestas eius, ut nõ habeat ei similis super terrã. Vnde nimioq; tribulor in pugna quę cũ illo geritur. Tribulor abs utroq; latere, ex omni parte, ex omni sensu. Tribulor ante, retro, superne, inferne: à dextris & sinistris. Accedit ante, tentator, ut à bono me proposito reuocet: ut ab inceptis bonis, à rectis institutis atq; moribus abducat: instigat ut resiliã ab omni uirtute. Retro, accedens, quod antea CHRISTO dicit, Mitte te deorsum:

Tres capitales tribulationum autores.

Mundus.

Caro.

Diabolus. 1. Petri. 5. Multiplex diaboli tentatio.

orsum: recidiuato, ad mala quæ perpetrasti redito. Supra, tẽtor, ut bonis operibus & donis dei superbiam, ut arroganter omnia mihi tribuam. Infra, ut trahar ad bãrathrum desperationis: quæ retrahor ab omni spe ueniæ de peccatis quæ commisi deferor in contemptum diuinæ bonitatis, & in extremam perditionẽ propriæ salutis. Dextrorsum aggreditur, ut secũdis rebus extollat. Sinistrorsum, ut frangat aduersis. A dextris, ut prosperis abuti cogat. A sinistris, ut per impatientiam à recto dimoueat. Tribulor itaq; (propheta dicit) tribulor omni sensu, omni (inquit) sensu, tam interno quidem q̃ exteriori. Vana uisus inspicit, & illicita concupiscit. Audit⁹ susurros, detractiões, blasphemias, delationes, calumnias, nugaces & aniles fabellas, ociosa nociuaq; uerba frequẽter imbibit. Odoratus male delectabilibus afficitur & insipidis irritatur: legittima fastidit ad illicita festinans. Gustus ad ea properat quæ corpori dulcia sunt & iucunda, quę uero sũt animæ suauia grataq; declinat: his deficit, illis inebriatur, crapulatur & exuperat. Tactus ad molliciem, lasciuiam, ineptias, immundiciem, impudiciciam, turpitudinem & omnem luxuriã sæpe prouocat. Ohe plus satis angustiarum & tribulationum animæ. Sed & intus imaginatio seu phantasia, æstimatio, sensus ipse cõmunis & appetitus perperã ad ea quæ mala sunt atq; noxia plerunq; lacessunt: animam decipulis & illusionibus implent, suasionibus onerant. Quare non iniuria se tribulari dicit. Tribulor (ait) tribulor ubi recordor uitã hanc abhominabilem quã hactenus egi: tribulor ubi peccata repeto, quæ tam numerosa sunt ut per ea damnatio secutura timeatur: tribulor ubi pœnã innumerabilibus peccatis debitam introspicio, ubi gloriam æternã ad quam redemptus sum, ablatum iri per stulticiam meam animaduerto, ubi iudicem meum seuerum, cui tantopere displicui, iudicẽ tunc inexorabilem, iudicem terribilem animaduerto. Hec mihi causa doloris, causa tribulationis: hæc causa formidinis quid mihi deniq; sit euenturum. Tribulor quotiens in mentem uenit illius

Matth. 4.

Ab omni sensu tribulatur homo.

Spes in aduersis plurimum iuuat.

 inæstimabilis

inæstimabilis gaudii ad quod participandum redemptus sum, quod per stulticiam meam penitus amisissem, si non spes ipsa iuuaret, si non fiduciam quam in dei misericordiã sitam habeo, tristiciam mihi leuaret, tribulationem exoneraret: nõ possim sustinere, non ullo pacto superare. Tribularer si nescirem misericordias domini. Nihilominus adhuc tribulor, illud animo reputans quod contra me scribitur, & in omnes Adami filios Non recedet gladius de domo tua usq; in sempiternum. Quid autem gladius est nisi tẽtatio, nisi tribulatio, nisi rebellio carnis, diaboli insultatio, mundiq; uexatio: quæ semper urgent & molestant hominem quandiu superstes fuerit. De hoc gladio scribitur Omnis homo ab adolescentia pronus est ad malum, & multa malicia hominum in terra. Omnis cogitatio cordis intenta ad malum. Paulus hunc gladium plane sentiebat quando dixit Cõdelector legi dei secundum interiorem hominem: Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Geminam hic legem audis. Mentis, quæ eadem lex ratiõis est: & corporis seu membrorum in ipso. Lex ista membrorũ nihil aliud q; peccati fomes, tradux aut originale peccatum est: hæc innata concupiscibilitas: hæc inclinatio, pronitas, aut propensio ad peccandum, peccandi ue delectatio: qua sensus male affecti quodãmodo trahunt, urgent, ferecq; compellunt corpus ad peccatum, rationi contraniuntur, membra tanq; obuincta ad malum sibi tenent ut contra surgere non ualeant. Lex rationis concupiscentiam fugit, lex corporis implet uoluptatem & delectationem. Lex rationis dictat uitanda peccata: corpus autem sibi sectanda. Hæc lex corporis, hic carnis hortatus dicit Venite fruamur bonis quæ sunt, uino & unguẽtis impleamus nos, ubiq; relinquamus signa læticiæ, Nemo sit exors luxuriæ nostræ, non prætereat flos temporis & iuuẽtutis nostræ. Lex uero mẽtis inde reuocat, admonens ut qui talia perfecerunt omnino perierũt In pũcto (inquit Iob) ad inferna descenderũt.

Ecclesia.

1. Regũ. 12. Expo.

Genesis. 8.

Genesis. 6.

Roma. 7. Expo.

Duplex lex.

Controuersia inter legẽ mẽtis & mẽbrorum.

Sapient. 2.

Iob. 21.

Lex

, Lex corporis inquit libidinem exple, cupiditatibus inserui: re-
clamat lex mentis, Caueas inquiens Nam delectabilia nocent,
Voluptas uirus, libido toxicum. Lex corporis instigat ut quic-
quid est oblectationis affectemur: lex mentis ut à delictis omni-
bus abstineamus. Lex carnis accelerat ad peccatum, lex mentis
, auocans informat q̃ peccatum cũ consummatum fuerit generet Iacobi. I.
, mortem. Corporis lex ait, Vtile interdum & salubre libidinari,
conducibile scortari, ingurgitare alteq̃ dormire: lex ipsa mentis
, affirmat Si uixeritis secundum carnem moriemini, Scortatores Roma. 8.
, & adulteri non possidebunt regnum cœlorũ. Ecce quomodo lex Ephe. 5.
, membrorum mentis legi repugnet, quomodo caro concupiscat Galat. 5.
, aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem. Suam quæq̃ pars
corporis seorsum legem assumit, mẽti semper aduersariam. Lex
oculorum, ad ea ligat quibus oculi pascũtur, ex oblectatione ui-
sus pendens. Lex auriũ, auditionis suauitate retinetur. Lex oris
ac linguæ, loquendi desyderio: lex palati gustandi dulcore fini-
tur. Lex narium, odoribus & unguẽtis terminatur. Lege sua to-
tum corpus, tangendi contrectandiq̃ uoluptate delinitur. Om-
E. nes hæ leges uni perfectæ legi mentis, undiq̃ repugnant. Habet
unaquæq̃ pars corporis suum desyderium, quo tanq̃ lege trahi-
tur atq̃ regitur. Lex enim (si iam etymologiam interponere li- Etymon legis.
ceat) inde dicitur q̃ liget. Tanta nimirum ui fomitis, tanto sen-
sualitatis impetu eo feruntˉ homines: ut ex improuiso capti, tanq̃
illaqueati uideantur & inuiti facere. Quod de se, sed pro nobis
, omnibus non diffitetur Apostolus inquiens Non quod uolo bo- Roma. 7.
, num hoc facio, sed quod nolo malũ illud ago. Quid ait? Si quod Expo.
uult non faciat, quod autem non uult agat: ergo libero priuatus Quod uolo bo-
num nõ facio,
arbitrio. Per illud enim stat, ut quicquid uelit, libere possit age- & quod nolo
malum ago.
re. Si uero non possit, coactus operatur aut ab opere retinetur.
Neganda consequentia, q̃ aliter intelligenda sit Apostoli pro-
positio. Significat etenim q̃ homo cum uelit naturali ratione nõ
concupiscere, id est non sentire motum sensualem: contra tamẽ

renitente ratione, uelit nolit sentiet. Vult ab illa motione liberari, fieri tamen non potest. Vult ut inoffense sineq; contrario motu, bonum operetur: quod ab Adami lapsu, post amissam originalem iustitiam & tyrannici fomitis occupationem, non est datum. Vel hunc illa sententia sensum habet, Quod uolo bonum secundum interiorem ipsum hominem, & quod per uoluntatẽ rationalem faciendum approbo: hoc equidem non ago, obstante homine exteriore, uoluntateq; deliberatiua. Sed quod odi malũ, & quod ego interior homo naturali ratione recuso: idipsum exterioris hominis ipulsu, uolũtateq; deliberatiua perpetro. Cõtra rationis & naturalis uoluntatis instinctũ, trahit inclinatio fomitis. Vnusquisq; se consyderet, sui pectoris intima perpendat: & sentiet esse quod dico uerissimum, immo quod affirmat Apostolus: inueniet motum huius corporis, propensionem fomitis semper intentioni mentis aduersantẽ. Quantumuis animo sublimis, quãtumuis & sanctitate robustus, hoc stimulo carnis aggrauatur: liberari potest ab improbo consensu, sed à tentatione, à mala motione, propensioneq; mali liberari non poterit. Dicit ergò Quod nolo, uoluntate uidelicet naturali: idẽ fomite quasi compulsus uolo, immo uoluntate quandoq; deliberatiua perpetro. O piger. F.

Ibidem.

Qz piger homo est qui quod uult ad id non pertingit? quo co-
natur tandẽ torpescens inde recidit? Hic est de quo scribit Vult, & non uult piger. At o cẽ magna est hominis tribulatio, quanta diuexatio: qui pugnam intus alit perpetuam, foris aspicit indeclinabilem? Hanc membrorum intra se repugnantiam, carnis rebellionem, hoc dubium certamen, istud bellum sentiens Apostolus, & ab eo liberari præoptans: ait Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ecce quomodo se iudicat infœlicem, q uinculo corporis spiritui reluctantis inclusus arctet. Vnde serio desyderat ab hoc carcere uel per mortem ipsam, ab onere corporis huius, à miseria uitæ præsentis utcunq; liberari. Dicit enim Desyderiũ habeo, cupio dissolui & esse cũ CHRISTO.

prouer. 13.

Roma. 7.

Expo.

Phil. 1.

STO. Quid autem aliud mors est q̄ hęc animæ de corpore so- *Mors quid?*
lutio? Quid hoc corpus nisi cinctorium, trabea, uelamen aut in-
dumentum: nisi tabernaculū, immo carcer & ergastulum animę:
unde soluta, fit liberrima? Qui sumus (inquit) in hoc tabernaculo *2. Corin. 5.*
grauati, ingemiscimus: sciētes q̄ si terrestris domus nostra huius
habitationis dissoluatur, ex deo domum habeamus æternam in
cœlis. In hoc ingemiscimus ergo, habitationem nostram quæ de
cœlo est superindui cupientes. Simile desyderiū habeto quisquis
es o christiane, querere cū Apostolo Infœlix ego homo, quis me *Roma. 7.*
liberabit de corpore mortis huius, opta ut deposita sarcina car-
nis, euoles in cœlum: relicta uoluptate corporis, quære salutem
animæ. Quid (bone deus) efficit, ut adeo corpus hoc deponere *Hec repugnā*
graueris? Quid in eo gaudii, quid uoluptatis inuenis impermix- *tia ira hominem multum*
tum? quid synceræ læticiæ, non intoxicatum molestiis atq̄ tribu- *remoratur cū*
lationibus? Quotum diem præteris, nihil grauaminum aut infor- *a deo.*
tunii sentiens? Quare sic fit? Certe posset facere deus, ut uitam to
tam fœlicem atq̄ inoffensam transigas: sed non solet. Permittit
has molestias & aduersitates euenire, quo tuā ab hoc mundo mē-
tē alienet, ut à desyderio manendi in corpore retrahat, ut nostris
malis edocti discamus in terra pędem hoc est affectum non fige
re, ut non pro termino uiam acceptemus sed uitam in cœlo quæ-
ramus ęternam. Multorum tamen animos aduersitas ista mouet,
nonnullorum pectora frangit, quorundā pietatem penitus euer-
tit. Nimirum hii debiles & infirmi sunt. Vere iustum ac fidelem,
etiam ruina cœli feriet impauidum. Verumamen est ne remedii
aliquod harum tribulationum atq̄ aduersitatum si quando tam
multipliciter ut solent ingruant? Non aliud uideo q̄ ut diuinum
imploremus auxilium, non aliud q̄ quod ante propheta uidens
G. ait In quacūq̄ die tribulor, inclina ad me aurem tuā. Quem pro- *Littera.*
pheta sic orauit: cui protulit ista uerba? Certe deo protulit. Et
quando protulit? Ante profecto, ptulit, q̄ CHRISTVS deus *Antequā hoc*
incarnatus erat, anteq̄ caro factus est & habitauit in nobis, ātecq̄ *deret deus au-*
res, rogatur ut
eas inclinet.

nobis gratiam euangelii depromsit. An tum aures habuit quas ut inclinet oratur? An habens audire non potuit, nisi auribus inclinaris? Anteaq; profecto corpus habuit, aut partes eius induit, priusq; in terris uisus & cum hominibus conuersatus est: oratur ut aures suas inclinet. Quales igitur aures, & cętera membra dei? In essentia deus membra non habet: non oculos, at uidet tamen

Genesis. 1. ut ibi scribitur Vidit deus omnia quæ fecerat & erant ualde bona: non manus, attamen operatur ut ibi CHRISTVS affir-

Ioan. 5. mat Pater meus usq; modo operatur & ego operor: non aures in

Psalm. 9. essentia habet, nihilominus audit, sicut ex illo uersu patet Desyderium pauperum exaudiuit dominus, præparationē cordis eorum audit auris tua. Tu dicis ratio reclamat, ut priuatus auribus audiat, ut uideat qui non habet oculos, ut destitutus ore loquat. Amice, de deo quoties aut diuinis agimus: relicta ui rationis adhæreto tidei. Nam mirabilia sunt eius opera, rationem omnem longe lateq; superantia: supra captum humani intellectus infinitis partibus eleuata. Vt autem difficillimum hoc negotium expediamus, ut enucleemus quod abditum & obscurum est: ab exordio notandū q; Deus substantia spiritualis & incorporea sit Deus enim spiritus est inquit Ioannes. Spiritus non habet ossa &

Deus est substantia incorporea. Ioan. 4. carnes. Non corpus habet deus aut circumscriptionem corporis, nullis membrorū liniamētis cōpingit aut formatur. Incorporeus est, inuisibilis, immensus, incōprehensibilis, incircūscriptus, immutabilis, omnipotens, immortalis, æternus, ubiq; præsens, ubiq; latens, ubiq; manifestus, ubiq; totus. Inuisibilem esse declarant illæ sententiæ Deum nemo uidit unq;, Nullus hominū uidit, sed nec uideri potest, Nemo uidebit eū & uiuet. Inquit ipse Mosi Posteriora mea uidebis, me autem uidere non poteris. Non potest in essentia uideri. Immensus est, cuius quātitatem nemo metiri poterit, sed nec qualitatem. Si cœlum, & cœli cœlorum te capere non possint: (inquit Solomō) quanto magis domus hęc quā ædificaui tibi? Incircumscriptus atq; illocabilis est, qui nullo loco circumscribitur: non de uno loco transit in alium, nullo continet:

Deus inuisibilis & cetera.

Inuisibilis. Ioan. 1. .1. Tim. 6. Exodi. 33. Videbis. Immensus. .3. Regum. 8.

Incircumscriptus.

H.

sic

, ſic de ſe pronuncians Cœlum mihi ſedes eſt, terra uero ſcabellū pedum meorū. Et apud alium prophetam Nunquid non cœlū & terram ego impleo? Eandē immensitatem atq; incircumſcriptionem propheta confitens alibi dicit Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero ad infernum ades, ſi habitauero in extremis maris illuc manus tua deducet me. Teſte Iob Excelſior cœlo eſt, profundior inferno: longior terra menſura eius, & latior mari. Si cœlū atq; terram impleat: quis locus nō ab eo repletus? Igitur in omni loco eſt, ſed non incluſus: extra omnia, ſed non excluſus. Ab eo quod eſt mutari non poteſt ſed manet immutabilis, qui de ſeſe loquitur in hunc morem Ego dominus & non mutor. Immutabilis ideo quoq; dicitur, q̄ in naturam eius non accidat affectionum illa uarietas quæ per ſimilitudinem attribuitur: non furor aut ira, non obliuio aut pœnitentia, uel cætera ſimilia. Sed quādo punit, iratus eſſe dicitur: q̄ irati uel furioſi modū exprimat: magis aut minus, leuius aut ſeuerius prout poſcunt facta flagellans. De reliquis itidem affectibus eſt cenſendum. Immortalem eſſe docet Apoſtolus, inquiens Rex regum & dominus dominantiū: qui ſolus habet immortalitatem. Cum ſic res habeat, cum deum talē eſſe ſciamus: qualiter ei corporea membra, qualiter affectus humani tribuuntur? Hęc nullo certe modo carnaliter ineſſe deo ſentiendum eſt: ſicut plærique Iudęorum olim & hęreticorum hodie carnaliter ac inſane ſapientes affirmarunt. Sed ſicut Auguſtinus aſſerit Si quis deo humana membra ſeu motus animæ more humano ineſſe credat: proculdubio in corde ſuo idola fabricat. Quidnam itaq; dicturi ſumus? Nunquid aures habet quibus exaudiat, aut oculos quibus quæ in mundo fiunt aſpiciat? Sic habet, non ut uera membra corporis habere iudicetur: ſed ut uocabulis membrorum, effectus ſuæ potentiæ deſignētur. Nō aliud innuens niſi ut per hęc uocabula, effectus diuinę potentiæ cognoſcantur & nobis notificentur. Nihil nanq; committitur quod non uideat, nihil dictum quod non audiat, nihil factum quod ipſe non faciat.

Eſaie. 66.
Hieremi. 23.
Pſalm. 138.
Iob. 11.
Immutabilit.
Malach. 3.
Immortalis.
1. Tim. 6.
Auguſtinus de eſſentia diuinitatis.
Membra dei quæ ſunt.
Idem.

faciat. Qua de causa oculos habere asserunt, aures, manus: aliaq; membrorum organa. Nomine igitur membrorum, intelliguntur potentiæ illæ per quas deus omnia efficit. Ideo dicitur oculos habere q̃ cuncta uideat & nihil eum lateat, in cuius (ut scribitur) Hebre. 4. conspectu nulla creatura inuisibilis est: sed omnia nuda & aperta sint oculis eius. Manus habere, q̃ cuncta creauit & operatur uniPsalm. 148. uersa. Ab ipso facta sunt omnia, creata sunt uniuersa. Ipse dicit Esaie 66. Omnia hęc manus mea fecit. Sic etiam aures dei uirtus eius intellectiua siue cognitiua dicitur, quam nullæ tenebræ, nulla abdita locorum, nulla septa parietum excludere possunt. Cuius tam immensa potestas est ut non solũ acta, dicta, cogitataq;: sed & agenda, dicenda cogitandaq; uideat, audiat & intelligat. Infallibilis hæc dei scientia, certaq; cognitio summi iudicis, auris aut oculus ipsius appellatur: cui nihil adeo secretum est, quod non pateat: clarescunt omnia, muta respondent, silentium confitetur, & mẽs sine uoce loquitur. Vnde quũdo deus manus, oculos, aures, brachia, digitos habere scribit: per ea nos effectum operationum & uirtutum eius intelligere debemus. Et est hic tropus seu tropica locutio qua dictio uel oratio à propria significatione transfertur Littera. ad aliam impropriam. Sic & propheta loquens inclamat Ne a- K.
uertas faciem tuam à me, in quacunq; die tribulor inclina ad me aurem tuam. Errantes autem & nescientes scripturas ac uirtutem dei cum accipiant cum omnia uidere, cuncta audire & uniuersa facere: statim arbitrantur oculos, aures, manus habere oportere, cum sint hęc instrumenta uidendi, instrumenta audiendi & ope-
Aurem suam deum inclinare, quid sit. randi. Sed longe res aliter habet. Quid ergo est hic aurem inclinare? Numquid deus exaudire nequibit, nisi aurem è cœlo demittat? Propheta certe sic dicens, nihil aliud q̃ dei misericordiam & clementiã implorat: ut se misericorditer exaudiat, ut secum misericorditer agat, se misericorditer ab omni periculo tribulatio-
Littera. neq; protegat & defendat. Inclina ad me aurem tuam, hoc est effectum misericordiæ erga me tuæ demonstra, ab omni tribulatione

latione tā ſpirituali q̄ corporea tuere: oro me liberes à malo, oro me liberes à tentatione, mūdes à peccatis, & iniquitates meas deleas. In omnibus enim hiis non eſt domine quo cōfugiam niſi ad præſidium & auxilium tuum Qui es deus totius conſolationis & conſolaris nos in omni tribulatione noſtra. Neq̄ tantum ſic aurē inclinari petit ut exaudiat, ſed ut & uelociter exaudiri poſſit: ne ſi tarde quod oratur faciat', quibuſuis ipſe malis interea ſuccūbat. Mora nāq̄ trahit ſæpe periculū. Vnde ſubdendo precat IN QVACVNQ; DIE INVOCAVERO TE uelociter exaudi me. Sequit hic propheta figurā quę grecis epimonè, latine uero perſeuerātia dicit. Nā in eodē uſq̄ ad maiorē certitudinē durat, idē crebro repetit, & in hiis tribus una uerſiculis idipſum tertio poſcit: ingens in hoc animi ſui deſyderiū, & feruorem pectoris oſtēdens. Adeo quadrat hæc tā multiplex oratio prophetæ cum ea quæ ſubſecuta eſt mulieris Chananææ, ut eum illam in ſpiritu prætuidiſſe non ſit incredibile. Illa filiæ ſanitatem exoratura, fines patriæ reliquit: ut ueniens ad CHRISTVM medelam eius efficacem impetraret. Ita fortis erat ut nulla ipſam itineris longitudo deterreret, adeo conſtans, ut nullo dolore uicta nec labore frangeretur eundo. Q̄ pientiſſima cauſa fuit itineris, ut ante pedes IESV prouoluta, pro ſalute filiæ deprecaretur, inquiens Miſerere mei fili Dauid, Filia mea male à dæmonio uexatur. In qua muliere magnum illī laborem conſyderabat quem in tam longo & diutino itinere ſuſcepit. Conſyderabat preterea conſtantiam eiuſdē & animi fortitudinem, propterea q̄ de propria patria profecta eſſet. Cōſyderabat & piam cauſam pro qua uenerat. Venerat enim ut par eſt matrem ueram, matrem piam, matrem de filiæ ſalute ſolicitam: ut auxilium & opem expeteret pro ſananda filia. Conſyderabat etiam diram illam & magnam uexationem quam filia illius interim patiebatur, grauiter cruciata à malo dæmone. Conſyderabat adhuc & ſyncerā fidem illius matris q̄ IESVM dominum ac filium Dauid uocitaret.

Conſyderabat

2. Corin. 1.

L. K.

Versus 3.

Perſeuerātia prophetæ in orando.

Anxia mulieris Chananææ deprecatio.

Matth. 15.

Consyderabat & maternam lachrymationem, internam & ex-
terna lamẽtationem: & quomodo secuta sit IESVM non cessans
Matth. 15. sed perpetuo clamans Miserere mei fili Dauid. Consyderabat
quoq; nullum illi datum responsum à CHRISTO, sed faciem
suam ab ea auertisse qui alioqui tam mitis & misericors uocaret.
Consyderabat deniq; quomodo discipuli IESV mulieris cau-
Ibidem. sam agebant solicite pro ea deprecantes Dimitte eã quia clamat
post nos. O q̃ materna fuit illachrymatio? q̃ continua lamenta-
tio? Non cessauit clamare q̃q; nulla clamanti responsio data fuit.
IESVS responsum non dabat ei. Qui tam facilis & pius ubiq;
predicatur, facie ab hac supplicissima suã auertebat. Qui fiebat? M
Ibidem. Rogantibus actutum discipulis Dimitte eam: quia clamat post
Dialogus Christi & mulieris Chananæe. nos: ait ille clæmens & misericors IESVS Non sum missus nisi
ad oues quæ perierunt domus Israel. Mulier, o mulier quis hanc
grauem repulsam passus, non abire uoluerat indignatus? Tu ta-
men offirmato fidoq; pectore manes: tu manes intrepida, manes
apud eum irrepulsa. Fuit ist hęc abiectio nihilominus onerosa,
Prouer. 13. tristis fuit & molesta. Spes enim quæ differtur, affligit animum.
Quem non perturbasset ab eo repelli tam insuauiter, in quo tota
spes sibi sita fuit? At ipsa recedere noluit sed accedens humilli-
meq; procumbens, adorauit eum & clamauit in hunc modum
Matth. 15. Cur Christus mulieri Chananææ repugnauit? Domine adiuua me. Non adhuc respexit humilitatẽ ancillæ suæ,
sed quasi despiciens ait Non est bonum sumere panem filiorum
& mittere canibus ad manducandum. Neq; enim conuenit ut ci-
bus domesticorum filiorum detur canibus. Ac si diceret, hic pa-
nis, hoc dei uerbum, ist hęc miracula & prodigia quæ electis de-
Ibidem. clarandà decreui, neutiq; infidelibus sunt cõmittenda. Etiam do-
mine inquit mulier. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de
mensa dominorum suorum. O domine sim ego una è catellis tuis,
è canibus istis. Nam canes de reiectamentis & peripsimatibus
sub mensa cadentibus pascuntur, quæ filii ipsi recusant. Porrigas
mihi unam de micis istis minutissimis, unũ de minimis miraculis
tuis:

tuis: quæ non maiori negotio à te eduntur, q̃ si quis micam panis porrigeret. Ac si diceret, tibi minimi momenti erit ut filiã meam à dæmonio liberes. Id enim præstare, tibi mica quidem est, si ad reliquam potentiam tuam & immensam misericordiam conferatur. O domine, domine quare tam humiliter supplicãtem à te repulisti? quare non ad eam te missum ais? quare panem filiorum non ei dandum? Facit CHRISTVS ut tentet modestam mulieris improbitatem, facit ut commendatiorem mirabilem eius fidem ostendat, facit ut illius exemplo nos fidem atq; patientiam edoceat, ut fortiores, ut animo firmiores efficiat: q̃ ut desperemus si non ad primam orationẽ nos statim exaudierit dominus. Id enim mulier exemplo proponenda nobis abunde perimpleuit. Non est irritata conuicio, non canis cognomen recusat, adeo Iudæis filiorum titulum honorificũ non inuidet, ut dominos etiã ipsa uocet quos IESVS tantum filios appellarat: amplectitur responsum in specie contumeliosum: & ex ipso quo uidebatur omnino repellenda, ansam ipsa capit ne possit ullo pacto repelli. Nõ infitior inquiens Israëlitas esse filios, nos canes: sed nõ continuo repellendi sumus. Non eis delicias è mensa prærripio: hoc tantum peto quod neq; canibus etiam ipsis, domini negare solẽt. Mihi satis erit si pars ipsa catulorum, si micæ contingant quæ de mensis excidunt. Talium autem mensa diues est. Cum IESVS hanc contemptę mulieris fidem, hanc patientiam & longanimitatem, hanc humilitatem & constantiam infatigabilem, ut nec se canẽ uocari, nec micas sub mensa habere recusaret satis inspexisset: ueluti uictus ad petitionem eius sic aures inclinat O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Non possum, non possum amplius repugnare tuis precibus. Tanta est humilitas, tanta fiducia tua qua me cogis. Hęc tanq̃ omnia propheta consyderans ut paulo supra recensuimus, consyderans relictam ab ea patriam, tedium itineris assumptum, ardẽtem erga filiam amorem, syncerам in CHRISTVM fidem atq; charitatem, lachrymosam

Matth. 15.

O.

Quid mouet reprobetam ut ter orationem suam repeteret.

XXX. petitionẽ

petitionem: cõsyderans nullis repulsis, nullis contumeliis, opprobriis aut conuiciis auerti uolentem, æquanimiter omnia ferentẽ: adeo quidem ut se in cõsortia canum ad frusta, ad micas, ad offas atq; fragmina ultro demitteret: ut non panem euangelicum, non uerbi mysterium, non alta sublimiaq; miracula sui causa fieri: sed unicam micam filiolæ scilicet salutem efflagitaret: simili modo ad salutem animæ suæ, precibus instaturus propheta posteaq; orasset Domine exaudi orationem meam & clamor meus

Littera.

ad te ueniat, nondum responsum audiens quo se sciret exauditũ, adiungit Ne auertas faciem tuam à me, in quacunq; die tribulor inclina ad me aurem tuam. Adhuc pertimescens ne recederet inexauditus, ultra perseuerat orans In quacunq; die inuocauero te, uelociter exaudi me. Cum te inuocauero, cum auxilium tuum nõ humanũ quod eatenus nihil potest, imploraueró: non solum aurem ad me tuam inclina, sed uelociter etiam exaudi me. Qui ad uelocitatem exauditionis assurgit, nihil ab impetratione metuit. Rogans ut uelociter exaudiatur, certus esse uidetur exauditionis impetratæ. Nec est uocandus solum deus, sed inuocandus si uelis exaudiri. Multi uocant eum, at non inuocant: de quibus apud Esaiam Labiis me honorant, cor autem illorũ longe est à me. Qui non oris solo flatu motu ue labiorũ, sed integro corde totoq; cordis affectu precant & desyderant, cõfidenter inclamare possunt

Quod discrimen inter uocare & inuocare? Esaie. 29. & Matth. 15.

Littera.

In quacũq; die inuocauero te, uelociter exaudi me. Cur prophe-

Psal. 118.

ta non noctis ut diei meminit? Nunquid orare noctu licet sicut & die? Certe. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, dicit alibi. Quare ergo dicit hic In quacũq; die, non autem in qua nocte inuocauero te, exaudi me? Nimirum hic dies puritas mentis intelligitur, illeq; deum in die dicitur orare, cuius uitæ bonitas & iustitia, sit manifesta deo: sicut illa scriptura notat Tanq; meridies illustratur. Cordis simplicitas dies est: quam nulla fraus obnubilat, non mendacium obtenebrat, non obscurat inuidia neq; dolus aliquis obfuscat: sed ueritas tanq; lux illuminat, præsentiæq;

Quid sit i die orare.

Psal. 98.

diuinæ

diuinæ claritas illustrat. In simplicitate si preceris atq; puritate
conscientiæ: confidenter inquies Velociter exaudime. Quare • Littera.
• uelociter exaudiri quærit? Quid hanc tibi spem addidit o pro- Quid sit ue-
pheta ut uelociter exaudiri speres? Quia nõ (inquit) terrena de- locuter exau-
sydero, non te sæculi diuitias oro, non gloriam temporalem ap- diri.
peto, non sanitatem corporis, non uindictam inimicorum, non
mihi uitam aut mortem illis exopto, non aliquid istiusmodi, non
ullum malum aut illegitimũ desyderium ad te porrigo. Sed, sed
misericordiam à te peto, remissionem peccatorum usq; desy de-
ro, pœnitendi gratiam meq; humiliandi rogo: liberationem ab
inferis ubi pœnam dare merui, gloriamq; cœlestem quam ami-
sisse uereor, uehementer exposco. O q̃s uere pœnitẽs hic descri-
bitur, q̃s bene posteritati peccatorum futurus exemplo? Nihil
corporale, nil mundanum, nihil temporarium: sed rem tantũ cœ-
lestem, dei scilicet gratiam & condonationem peccatorum exo-
rauit, atq; in hac tam rationabili congruaq; precatione uelociter
Q. exaudiri. Vnde scies non quotquot deum adorant uelociter &
statim exaudiri: sed in eo qui uelociter exaudiẽdus est, sex cõdi- Sex conditio-
tiones exiguntur: quas quisquis habuerit, in quacunq; die inuo- nes requiruntur, ut oratio
cauerit dominum, exaudiet illum. Quarum prima est, ut iusticiã exaudiatur.
sibi præfigat: idq; trifariam, Videlicet ut orans ipse sit iustus, ut Oratio iusta
oret pro re iusta, proq; iusto fine. Exaudiendũ oportet esse iustũ, trifariam sa.
, scripturarum testimonio Nam oculi domini super iustos, & au- Psal. 33.
, res eius ad preces eorum, & Clamauerunt iusti, & dominus ex-
, audiuit eos. Si iustorum preces clæmenter & uelociter exaudire
uelle promittat: quidni peccatorum orationẽ ediuerso repudiet?
, Alibi propheta fatetur Iniquitatem si aspexi in corde meo, non Psalm. 65.
, exaudiet dominus, & euangelista, Scimus quia deus peccatores Ioan. 9.
, non exaudit. Non exaudiet eos dominus quandiu peccandi pro-
positum asseruant, quandiu delectandi uim aut in peccato per-
manendi uoluntatẽ non abiiciunt. Deinde fieri debet oratio pro .2.
iusto: qui fructum orationis mereri poterit ut percipiat. Eterum

sæpissime peccatum illius pro quo fit oratio, retardat & impedit
Hiere. 7. orationis effectum. Quamobrem ait in Hieremia dominus No-
lite orare pro populo isto, quia non exaudiam uos. Ecce quomo-
do præcipit ne quis oret pro populo peccante pœnitentiã agere
recusante. Si sic enim oret, exaudiri nequaq; poterit: uti per eũ-
Hiere. 15. dem prophetã ait in alio loco. Si steterint Moses & Samuel corã
Expo. me, non erit anima mea ad populum istum. Quo significat q;
nemo sanctorum in terra debeat exaudiri, si pro maligno uel in-
Moses & Samuel cur hic præ ceteris nominantur. iusto rogitet. Sed cur inter tot Patriarchas & sanctos patres aliis
omnibus relictis soli Moses & Samuel ex nomine memorantur?
Id profecto fecit excellentia charitatis. Quod hinc facile pernos-
cemus, si merita charitatis eius pensemus, qui præcepit etiã ini-
Oratio tunc maxime ualet, quãdo pro inimici oratur. micos diligere. Illa siquidem oratio auribus conditoris maxime
cõmendatur, quæ pro inimicis intercedere nititur. Quocirca iu-
Matth. 5. bet ipsa ueritas Orate pro persequentibus & calũniantibus uos.
Marci. 11. Rursum. Cum stabitis ad orandum, remittite si quid habetis ad-
uersus alterutrum. Iam ubi facta priorum patrum è sacra scriptu-
ra reputamus, Mosen & Samuelem egregie præter ceteros om-
Exod. 17. & Numeri. 20. nes pro inimicis suis exorasse comperimus. Moses grauissimas
sæuissimi Pharaonis insidias & persecutiones sustinuit, pro uita
tamen illius interuenit, & ei misericordiam à domino quæsiuit.
Alter populo poscente sibi regem, à principatu deiectus, eidem
timenti sibi post miraculum ostensum, & opem illius sic implo-
ranti Ora pro seruis tuis ad dominum deum tuum, ut non mori-
1. Regũ. 12. amur, respondit: Absit à me hoc peccatum in domino ut cessem
orare pro uobis. Sic pro inimicis CHRISTVS in cruce pẽ-
Luc. 23. dens orabat inquiens Pater remitte illis hoc peccatum. Et nũquid
Matth. 11. exauditus est, qui dixit Omnia mihi tradita sunt à patre meo? Sic
Actu. 7. Stephanus etiã ipse supplicabat Domine ne statuas illis hoc pec-
catum, quia nesciunt quid faciunt. Nonne abiit inexauditus, cum
Paulus unus eorum sit postmodũ in Apostolatum assciscus? Sed R
pro iustis etiam orandũ, si uelimus exaudiri. Nam quid hic aliud
est

est Mosen & Samuelem in tantam exaudition̄is difficultatem introducere, q̄ aperte significare: q̄ etiam illi qui pro inimicis ſæpe ſuis orantes, exaudiri facile conſueuerunt: iam exaudiendi nō ſint, niſi ille pro quo oratur fuerit iuſtus, aut ſi peccator adhuc fuerit, niſi uitam emendet, ſe cōrrigat & componat, ut gratiæ particeps fieri poſſit, & orationis alicriæ. Nanq; dei adiutores ſumus ait Apoſtolus. Quid adiutores dei nomino? Quiſquis adiuuatur, de ſe uidetur impotens: at deus eſt omnipotens nec ullius egens auxilio. Duobus igitur modis quis deum adiutare dicitur. Vel addendo uirtutem ei qui per ſe minus poteſt, uel obtemperando eius operationi qui præualet: ſicut miniſter imperiū heri ſui perficiens, & artifex architecti ſequens exemplar ex præcepto, iuuare dicitur. Quem in modum qui faciunt imperata dei, uoluntatem eius adimplentes: dicuntur eius adiutores. Quare neceſſe eſt ut quis exaudiendus, pro illo deprecetur, qui ſic adiuuare poſſit.

Quiſquis ſe precatione iuuari capit, huic ſe quadret oportet.

1. Corin. 3. Expo.

Duobus modis deum adiuuamus.

S. Multum iuuat orationē eius aptitudo, pro quo quis orat. Tercio quidem oportet ut quis bonū ſibi finem orando pr̄eſtituat. Quia non bene affectus uel ad malum intentus, ab optimo deo non meretur exaudiri. Id orationem̄ filiorum Zebedęi ſepoſuit. Putantes enim CHRISTVM temporale hic regnum habiturum, matre interuentrice rogitabant, ut in eo primarii ſibi aſſeſſores eſſe poſſent. Nouit CHRISTVS eorum conatum improbum, tam temporaliter in re temporali defixum, & talem ſibi nō acceptum iri ſignificans Neſcitis (inquit) quid p̄etatis. Non eſtis inidonei qui petentes impetretis, ſed res quam petitis haud ſic eſt à bonis appetenda. Non bene petuntur quæ dū hic placent, à futura gloria retardant. Iidem Iacobus & Ioannes alibi quoq; non ſunt auditi à CHRISTO, q̄ rem non bonā ſpirituali uiro conuenientem, appetiiſſent. CHRISTVS enim iam Hieroſolymā aditurus, p̄emiſit eos ut ſibi pararent hoſpitium in Samaria, Samaritani uero recipere nolebant eum, quia facies eius erat euntis Hieroſolymā. Reuertentes irati diſcipuli, Domine inquiunt Vis

Matth. 20. Oratio matris filiorū zebedei, cur nō exauditur.

Ibidem.

Luc. 9.

4. Regū. 1. ignis è cœlo descendat & consumat eos? Nouerunt Heliam sic
impr̃ecātem obtinuisse ut ignis è cœlo maledicos iuuenes interi-
meret? At CHRISTVS eis non uindictæ sed patientiæ zelū
indi uoluit. Sciens igitur eos ultionis non correctionis ardore cō-
Luce. 9. motos, Nescitis ait cuius spiritus estis. Vobis in nouo testamen-
Discrimen inter nouam & ueterē legem. to, lenitas habenda: cūcq; aliqñ sub ueteri, seueritas apparuit.
Lex ista timoris, amoris & mansuetudinis illa. Ista trahebat per
timorem, illa ducit amore suauiter & benigne. Istam pater per
Ibidem. angelum homini tradidit, illam per præsentem filium instituit Fi-
Expo. lius autem non uenit animas perdere, sed saluare. Non uenit per-
dere, non eos punit illico qui merentur: sed emendationem eorū
diutius expectat. Si statim in peccātes animaduerteret, quis iam
uiueret impunitus? immo quis non damnationi subiaceret? Non T.
est igitur in oratione poscenda uindicta. Quam si quis iracundus
appetat, inexaudibus abit, cp in detrimentum aut damnationem
sui postulet: sicut illi discipuli nondum cœlesti rore sufficienter
aspersi. Si parcamus causam ipsi nostram uindicare, uindicabit
Ioan. 5. certe dominus. Nolite igitur Vindictā dei prꝛeuenire. Pater om-
ne iudicium dedit filio. Igitur ille iudicet, ille uindicet atq; puniat:
Roma. 12. qui promittit Mihi uindictam, & ego retribuā. Cui quod Apo-
Deus sibi gloriam & uindictam reseruauit. stolus ait astipulatur Non uosmetipsos ulciscentes, sed date locū
iræ. Quare nos qui uere christiani sumus, CHRISTO nostri
ultionem quam sibi reseruauit, ultro relinquamus, qui dicit Mea
Deute. 32. est ultio & ego retribuam in tempore. Duo hic sibi peculiariter
asserꝛi uoluit, gloriā & uindictā. Gloriam ei superbus aufert,
Matth. 5. Vindictā inuidus & iracundus. Ego dico uobis (inquit CHRI-
Expo. STVS) diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos ode-
runt, orate pro calumniantibus & persequētibus uos. Hoc præ-
ceptū impossibile plerique putant, arguentes sufficere si non odio
Deus nō præcipit impossibile. inimicos habeamus. Sed o christiane, christiane, CHRISTVS
īpossibile nō præcepit, sed quod ab unoquoq; possit adimpleri.
Non est importabile quod iniungit, sed etiam imbecilli potest
humero

humero deferri. Phariſęorum hoc eſt, dicere q̄ ſatis ſit ad ſalutē amicos diligere. Chriſtianis autem à CHRISTO dicitur Niſi abundauerit iuſticia ueſtra pluſq̄ Scribarum & Phariſęorum, non intrabitis in regnum cœlorū. Scribis & Phariſeis non odiſſe uidetur eſſe ſatis: at nos oportet amare. An hoc eſt arduum, an amare difficile? Quid facilius (oro) præcipi potuit? In omnibus aliis ſpecies quædam excuſationis emergit, ut non diligamus, nihil omnino prętendere ualemus. Si à carnibus & uino abſtinere, ſi quis omnino ieiunare præcipiat: excuſat corporis infirmitas. Si caſtum eſſe iubeat, ſi diuitias abiicere, ſi rem omnem pauperibus erogare: eſt quod contra pro nobis adducamus. At quis hoc citra fucum poteſt dicere, Diligere non poſſum? Non poſſum inimicos amore proſequi? Multi tamen ſic perturbatione uincūtur ut ita dicant. Quod autem è perturbatione naſcitur, non uere habet. Dilectionis tanta facilitas eſt, ut libere ſineq̄ freno decurrens, ubiq̄ ſe in omnes porrigat. Non laſſandi pedes, non manus atterendæ, non elaborandi oculi, non aures occupandæ: ut diligamus. Non os ideo frenandum, non uenter cohibendus: non pars ulla corporis exercenda ut amemus. Non ut amemus in orientem abeundum, non nauigandum ad occidentem, non ad Auſtrum aut Aquilonem equitandum: ſed domi ſed domi ſemper eſt, intus eſt & in hocipſo corde quod quærere iubemur. Monet igitur Eſaias Redite prævaricatores ad cor. Non alio q̄ ad cor dicit eundū, ut amandi uiā inueniamus. Præcipiēs Diligite inimicos, orate pro perſequentibus uos, non nos mittit in longinquas regiones: ſed ad noſmetipſos, ad hunc animum noſtrum, ad cor quod intra nos eſt, & facillime uertitur ad amandum. Sed qualiter inimici diligendi, & quis orandi modus pro illis: Paulus edocet Seruum autem domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripiente eos qui reſiſtunt ueritati: ut det illis deus pœnitentiam, ut reſipiſcant à laqueo diaboli quo capti tenētur. An hos nullo modo uin-

Ibidem.

Quam facile ſit amare.

Eſaiæ. 46. Expo.

Qualiter inimicus diligēdus.

. 2. Timo. 2.

dicare licet? Videntur exempla ſanctorũ id concedere. Ibi ſanctiuindictam inclamabant Vindica domine ſanguinem noſtrũ. Apoc. 6.

Multę tales imprecationes in pſalmis annotandę. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum. Oratio eius fiat in peccatũ. Fiant dies eius pauci. Epiſcopatum eius accipiat alter. Nobis itaq; par imprecatio ſimilisq; uindicta non erit illicita? Quare eſt aduertendum q; trifida ſit uindicta. Crudelitatis, æquitatis, & authoritatis: ſeuiciæ, iuſticiæ, & potentiæ. Vindicta crudelitatis eſt extrema ſeuicia, qua quis immodice punit & immiſericorditer ulciſcitur etiam immeritos, nullis omnino parcens, ſed furioſe tractans. Sic autem facere nemini licet, ſed & infra limites ſe tenere, magis q; ſupergredi debet unuſquiſq; : præſertim cum ſit unus ſupremus iudex & uindex certiſſimus, cui pater iudicium omne dedit. De quo dicit Apoſtolus Qui me iudicat dominus eſt. Mihi pro minimo eſt ut à uobis iudicer, aut ab humano die, ſed neq; meipſum iudico. Nolite iudicare ante tempus quoadusq; ueniat dominus. Is uindictam ſibi reſeruandam admonens ait quod priuas retulimus Mihi uindictam, & ego retribuam. Solus ipſe nouit debitam uindictæ menſuram. Tu uindicandi modum ignoras: cunq; uindicare coneris, fortaſſe non poteris, aut cum graui periculo tui tantum poteris. Si deo ergo uindictam tui relinquas, ipſe certiſſime uindicabit, & tu diſcrimen nullum incurres. Duo ſibi reſeruari uult, gloriã (ut iam diximus) & uindictam. De priori dicit Nõ dabo gloriam meam alteri. De poſteriori Qui uolunt uindicari, inueniẽt uindictam à deo. Gloriam ſuperbus uſurpat, ob quam angelus ſuperbiæ è cœlo cecidit. Inquit enim Non habitabit in domo mea qui fecerit ſuperbiam. Ad uindictam rapitur iracundus. Nec iniuria dicit qui ſupremus eſt iudex Mihi uindictam & ego retribuam. In omnibus nanq; legibus quædam ſummo iudici reſeruantur. In legibus regni, nemo liberatur à ſententia mortis, niſi per maieſtatem regiã. In eccleſiaſtico iure, quędã ſoli Papæ tribuuntur, de quibus nõ conceditur epiſcopis diſpenſatio:

Tripex uindicta.

1. Cor. in. 4.

Roma. 12.

Eſa. 42. & 48. Ezech. 28. Pſalm. 100.

Roma. 12.

In omni lege quędã ſupremo iudici reſeruantur.

dispensatio: quædam episcopis solis, in quibus nulla potestas inferiori presbytero. Sic omnino pro culpæ grauitate, puniendi
condonandi ue facultas, ad iudicem superiorẽ transferetur. Dignas imponere pœnas & extrema supplicia sumere, solius est supremi iudicis, solius filii dei, cui pater omne iudicium dedit: nec debet ullus homo ad extremum punire uelle. Nam summum ius summa est iniuria. Semper in tuis ergo iudiciis, in tuis castigationibus, insit compassio: nec ad extremum affligere, nunq; oblitus eius quod scribitur Iudicium fiet ei sine misericordia, qui hic non fecerit misericordiam. Quid nam est ut omnem quis uindictam in proximum exerceat, & ueniam a deo quærat? An aliud q̃ magis illũ excitare ad uindicandam nostram inmisericordiam? Reputa quæso, reputa quid Augustinus admoneat. Omnes sumus mendici ante ianuã magni patrisfamilias CHRISTI. Omnes mendici sumus & queruli precatores ante deum, omnes multa debemus illi, multa peccamus in illum, multis modis illius mandata uiolauimus: si iuste nobiscum agat, quid nisi damnationem cõmeruimus? & nos interim in proximos omni sæuicia feremur? ueniam à deo flagitabimus qui nullam proximo compassionem ostendimus, cui nos ille uult misereri? Metuendum ne nobis illud respondeat Quo iudicio iudicaueritis, & iudicabimini. Et qua mensura mensi fueritis, remetietur ille uobis. Non usurpemus ergo diuinum officium, nec extrema supplicia meditemur ut nonnulli solent Büllano non absimiles, qui postq̃ occiderit hominem, diu post auscultat an adhuc spiret, ne uiuum forte relinquat. Sic plærique sæui, qui uel lege uel ferro persequũtur hominem, nullo pacto dimittere uolunt q̃diu respirantem aspiciunt, quandiu uident habere quod auferant, donec ad extremã penuriam, immo necẽ adducãt. Maledictũ hoc genus hominũ, contra quos quod ascripsimus iferri poterit illud ecclesiastici Qui uolũt uindicari, à deo uindictam inuenient. Qui se ferociter ulciscuntur & in omni grauamine uindictã quærũt amarulentã, deũ grauiter offendũt & in

Ioan. 5.

Tullius in officijs.

Luc. 2.

Matth. 7.

Proprietas Büllani.

Sæuitia quorundam.

Eccle. 28.

Ibidem. & in ultionẽ illius incidunt. Homo (inquit) homini reſeruat uin-
dictam, & à deo quærit medelam. Si uindicet homo, deus paſſo
medetur: ſi ille parcat, deus iuſte retribuit. Contra eos qui tam a-
Matth. 18. trociter ulciſcuntur & plectunt, facit illa parabola de ſeruo immi-
ſericordi, cui miſertus erat dominus, & decem millia talentorum
remiſit ei quæ debebat: at ille rurſum conſeruo ſuo miſereri nolu-
it, neq; centum ei denarios condonare, ſed apprehenſum intru-
ſit in carcerem, donec perſoluiſſet debitum. Non ferentes id cõ-
ſerui, queſti ſunt domino. Dominus uero non parũ iratus ingra-
titudini, iuſſit eum in carcerem mitti, donec extremum quadran-
tẽ reddidiſſet. At qui ſoluẽdo non erat, cõtabuit in pœnis. Nos
fratres, nos ſumus ille ſeruus, cui dominus decem immo centũ mil
lia talentorum condonauit. Nonne quicquid habemus, à manu
1. Corin. 4. domini ſuſcepimus? Quid habes (inquit Apoſtolus) quod non
accepiſti? Et quid (quæſo) reſpondemus ei? Quot in eum pecca-
ta committimus, & an nõ ille remittit omnia? Quot modis offen-
dimus? At ipſe toties ignoſcit: nec aliud uult ſibi redhiberi, q̃m ut
mutuo diligamus, ut uterq; alterum adiuuemus: q̃m ut mutuas of-
enſas mutuo condonemus. An nos id perficimus? an ſumus cum
miſericordi domino miſericordes? Si proximus uel ſemel nos of-
fenderit, ſi leuiter impegerit, in carcerem iniicitur, affligitur, in-
digniſſime tractatur, exugitur, diſtrahitur, donec nullam ueſtẽ
aut ueſtimenti particulam habeat relictam, qua ſe contegat. Mul-
torum tam dura ſententia eſt & intolerandi mores, ut in ergaſtu
lum intruſos uel pœnis abſumant, uel dolore contabeſcere cogãt.
Tu peccas, in mortale peccatum incurris, mereris ut te deus de-
Matth. 18. trudat ad inferos: at clamas Miſerere mei, patiẽtiam habe in me,
& omnia tibi reddam. Si miſereatur ille tui, ſi condonet omnia,
Quãta debe-mus deo ob ea remittenti. quæ te illi redditurum promittis: anne tanto plus illi debes? Cui
plus remittitur, plus debet. Omnia & pluſq̃ omnia tibi remittũ-
tur: ergo pluſq̃ omnia debes. Rogas ut ille patientiam habeat in
te, & compatitur. Sed tu num reddis omnia quæ debes illi? Non
potes.

potes. Illa tamen tanꝯ reddideris habet, si propter amorem eius multo minora cõdones tibi debenti. Sin debitorem tuũ arctissime tractes: quomodo fieri potest ut tu deũ cui tam multa debes, non exasperes? Estote itaq; misericordes sicut pater cœlestis misericors est Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõsequentur. Deinde æquitas suam uindictam habet: qua boni iudices & prudentes prælati tuentur eos qui paterentur iniuriam, & improbe facturos attente cohibent. Hiis enim potestas datur & authoritas ad duo prestanda: ad malos inquã reprimẽdos, & defendendos bonos. Non sine causa gladiũ portant ut scribit Apostolus. Nã dei ministri sunt & uindices in iram ei qui male agit. Mittuntur (inquit Petrus) ad uindictam malefactorum, laudẽ uero bonorum. Habet hiç gladius eorum duplicem aciem: quarũ altera male agentes percutit, insontes altera defendit. Mali reprimendi ne bonos opprimant: adiuuandi bonũ ne ipsorum iniquitate, maledicta sententia uel iniuria pereant. Verum duo gladii sunt, de quibus in Euangelio Ecce duo gladii hic. Iste temporalis est, ille spiritualis. In signũ prioris rex gladiũ ante se gestatum habet. Signat illa iudicandi potestatem, quam præ cæteris rex habet. Supremus ipse iudex est, à quo reliqui iudices temporales, iudicandi potestatem accipiunt. Quanꝯ gladius ante iudices inferiores non feratur, grauem tamen ictum inferunt authoritate gladii qui portatur ante principem. Et hęc est sentẽtia quã in malefactorem ferunt: seu mortifera sit, siue mitior. An ictus acerbior esse potest ꝯ sententia damnationis, qua mors prædura subinfertur? Perforat ictus iste, perforat & ad coruscꝯ penetrat: adeo quidem ut qui tali uoce feriuntur, sæpius in extasim & furorem auertantur. Gladius alter spiritualis est, quo utuntur ecclesiastici iudices. Et hęc est sententia suspensionis, interdictionis & excommunicationis: quarum grauissima, excommunicatio est: quæ sic definitur Excommunicatio est à communione ecclesię separatio, unde & Anathema uocitatur. Quisquis autem illinc excludi-

Luce. 6. Matth. 5.

Iusticia & equitas quomodo inuicẽ cohibent.

Rex gladium portat & prælatus.

Roma. 13. 1. Petri. 2.

Anceps gladius & bis acutus.

B.

Duo gladij. Luc. 22.

Gladius temporalis.

Gladius spiritualis.

Magister in. 4.

dicitur

Excommunicatus quanque cõmodis priuatur.

cluditur, à quinq; preciosissimis cõmodis profecto seperatur & in multa simul incidit discrimina. Principio, non parua res est à numero fidelium & congregatiõe Christianorum, hoc est ab ecclesia seu corpore CHRISTI seperari. CHRISTVS enim, Ephe. 5. ecclesiæ caput est, & seruator istiusmodi corporis: nos autẽ corpus sumus aut membra corporis huius. Multi unũ corpus sumus, Roma. 12. in CHRISTO dicit Apostolus, singuli autem, alter alterius membra. Nihil tam Christiano formidandum, q̃ ab hoc capite C. resciudi, & ab isto corpore seperari. De duabus legimus Ecclesiis, quarum altera CHRISTI est, & altera Diaboli. De priore scribitur In ecclesia altissimi aperiet os suum, de posteriore uero Odiui ecclesiam malignantium. Qui secluditur ab ecclesia seu corpore CHRISTI, non habet quo se recipiat, nisi in templum Diaboli. Quænam ecclesia CHRISTI nisi cõgregatio Christi fidelium? & quæ synagoga Diaboli nisi conciliabulũ malignorum? Si quis à CHRISTO seperetur, non est membrũ eius: sicq; membrum non sit, non uegetatur aut eius spiritu cõmouetur: & sicut Apostolus infit Quisquis spiritum CHRISTI, Roma. 8. non habet, hic non est eius. Nam sicut spiritus humanus aut anima, membra non uiuificat à corpore seperata: sic necq; dei spiritus animat aut inflammat, à corpore CHRISTI uel ecclesia semotos. Quandiu brachium est annexum corpori, manus brachio, digitiq; manui: membra sunt ipsius corporis, & partes uiuidæ. Animam enim sensitiuam habent, qua uiuificantur. Vis id scire? Punge ipsorum aliquod, & statim se subducit. Qui fit nisi q̃ uitã 2. de anima. obtineat, quam anima illa subministrat? quæ tota in toto est & tota in unaquaq; parte? Rescissum à corpore, quãtumuis punxeris, iacet immotum: quia non sentit. Non sentit autem, quoniam est è toto seperatum. Nec quod est seperatum dum taxat uiuacitatem amisit, sed & quod remanet affixum, si uitalem uigorem exuerit. Vnde sicut ramus aridus in arbore uiridi frugiferaq;, radicalis humoris non est susceptiuus, etsi ramis aliis maneat adiunctus: ita

sese

sese habet excommunicatus, qui licet cum Christianis ipsis & ueris ecclesiæ membris conuersetur, adeo tamen exaruit & computruit ut humorem gratiæ uitæq; spiritualis haud recipere possit, nec meritorum ecclesiæ capax esse, nec Christianæ communionis particeps. Qui dam immerito separantur, de quibus illud scribitur Absq; synagogis facient uos, in quos isthæc pericula haud ita recidunt. Qui uero suis meritis expelluntur, in his uirtus ac uigor omnis exaresçit, marcescit & ruit. Deinde claudunt ab his ecclesiæ sacramenta, in quibus Christianorũ uita consistit. Vita inquam animę potius q̃ corporis: prosunt tamen interdum & corpori. Tales enim nullius sacramẽti participes esse possunt. Nam sacramenta conferuntur solis in ecclesia permanentibus. De cæteris præcipitur Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas uestras ante porcos. Quare qui sit excõmunicatus, absolui non potest ab aliis peccatis salutiq; restitui, si non prius ab excommunicatione soluatur: idq; aut ab eo qui eum excõmunicauit, aut à superiori potestate, nisi fuerit in articulo mortis: quando quilibet sacerdos plenam habet autoritatem absoluendi contritum pœnitentem quantumuis excommunicatum. Tertio separantur ab ecclesiæ suffragiis & beneficiis. Etenim sicut mẽbrum è corpore recisum, cibum cum corpore non sumit: ita nec ab ecclesia separatus, eius preces & suffragia participare poterit, modo in excommunicando clauis non errauerit. Pœnitẽtium & iustorum unusquisq; dicet Particeps ego sum omnium timentiũ te, & custodiẽtium mandata tua; quod nemo poterit iuste excõmunicatus, ut qui excluſus sit ab omnibus ecclesiæ suffragiis, recisus à corpore CHRISTI, cuius cibum accipere nequit. Nã cibus CHRISTI & ecclesiæ, sunt orationes, sacramentorum administrationes, cõciones, ieiunia, uigiliæ sanctæ, meditatiões, sacrificia, collectæ pauperum, cæteraq; similia, quorum omnium merito uacat excommunicatus, nisi q̃ liceat adire cõciones è quibus discat quæ se corrigere & reconciliare debeãt. Nec ab his

Excõmunicatus suffragiorum ecclesiæ non est capax.

Ioan. 16.

D. 2.

3. q. 4. Engeltrudam.

Matth. 7.

Excõmunicatus prius ab excõmunicatione soluendus qui à reliquis peccatis.

3.

Psalm. 118.

Cibus ecclesiæ quid?

1. Corin. 5. Expo. Tradere Sathanæ quid sit?

solùm, separatur sed & Satanæ etiam traditur sicut patet ex Apostolo. Quidnam est aliud tradi Satanæ, q̃ ab ecclesia dejectum iri? Nam extra ecclesiã Diabolus, sicut in ecclesia CHRISTVS. Quamobrem, ab ecclesia separari nihil aliud est, q̃ Satanæ tradi: quoniam illinc excluſi cum sint, diabolus tam in eorum animas q̃ corpora, maiorem potestatẽ sæuiẽdi præsumit. Quales quotquot sunt, bonorum quæ fiunt à fidelibus in ecclesia, participes esse non possunt. Quarto deinceps loco priuantur societate laudabilium & legitimorum actuum, communicandi conuiuendiq̃ facultas tollitur ab eis. Non debent simul orare, simul esse, simul combibere, nõ contrahere, non aliis alio modo conti. Nemo talium iudex, nemo patronus aut aduocatus esse poterit: nullus accusator, nemo testis, nisi causa subsit hæresis. Non possunt tales in religionem admitti, sed nec ad dignitatem eligi: non possunt si presbyteri sint, ad sacerdotium aut munus aliquod ecclesiasticum assumi. Imó episcopus si publice fuerit excommunicatus, amittit ius obedientiæ, quo sibi subditi tenentur. Non debent etenim obedire tali. Nec istiusmodi notatis in loco sacro sepultura concedenda, non pro sepultis oblatio suscipienda: siq̃ per ignorantiã sepelientium aut alioqui sic sepulti fuerint, extrahendi sunt & eiiciendi foras: ut nõ in uita modo, sed & in morte luant. Sepultura asini sepeliatur ait Hieremias. At hic est aduertendum non sic oportere fieri, nisi probe & distincte possint illorum ossa ab aliis internosci. Neq̃ aliter ædes ipsa uel cœmiterium eget reconciliatiõe. Post mortẽ uero nõ possunt ab excommunicatione solui, nisi sint qui testentur illius adhuc uiuentis certa cõtritionis signa extitisse, aut nisi deus ipse qui suis legibus neutiq̃ astringitur, tali excõmunicato indulgere uelit. Refert enim de beato Benedicto diuus Gregorius, q̃ cum is quasdam monachas excommunicasset: semper quando sacrum perimplebatur officium, uisæ sunt de sepulchris exeuntes à sacro loco fugere. Quas cum idem Benedictus causam excõmunicationis illius non ignorans absoluisset: non

•4•

Episcopus excõmunicatus amittit obedientiam subditorum.

Excõmunicatus, etiam post mortẽ ab ecclesia seperãdus. Hiere. 22.

Excõmunicatus post mortẽ quando absoluendus.

Gregorius. 2. lib dialog. Excõmunicati post mortem a beato Benedicto absoluti.

non amplius ita uiſæ ſunt, ſed in domino ut putatur quieuerunt.

F. Quinto ſeiungitur excommunicatus àdeo & à gloria cœleſti, quod multo peſſime habet: de quo ſcribit illud, Homo apoſtata uir inutilis. Inutilis cœlo, inutilis mundo, inutilis eccleſiæ, inutilis omnibus, ſibiipſi inutiliſſimus: ut qui deſerta fidelis eccleſiæ rectitudine ſyncericatéq; ruunt in oppoſitum, canum inſtar & porcorum, dum hinc latrant aduerſus fidem, illinc relicta puritate uoluuntur in ſordes, de quibus ait CHRISTVS ut antea inferatur Nolite ſanctū dare canibus, neq; mittatis margaritas ueſtras ante porcos. Nolite myſteria doctrinæ cœleſtis, nolite ſacramenta ſacra, nolite promiſſa ſupernæ gloriæ prȩmia, nolite peculiaria dei munera his impiis excommunicatis communicare: ne conculcent ea pedibus ſuis, & tanq; canes conuerſi in uos, dirumpant uos. Qui uero canino ritu irruit in eum qui fideliter admonet & recta ſibi conſulit: is (ut ait CHRISTVS) poſt unam, alterā & tertiam admonitionem, lata tandem ſententia ab eccleſia, ſit tibi tanq; Ethnicus & publicanus. Quid eſt tanq; Ethnicum & publicanum haberi, niſi excommunicatum fieri & exulem à probis omnibus & à ſpe cœleſtis gloriæ? Hic gladius ſpiritualis & eccleſiaſticus eſt, quo ſane non in uindictam utitur, ſed in peccati remedium, in animæ ſalutem. Plane demonſtrat id Apoſtolus, qui Corinthium quēdam ob inceſtum, Sathanæ tradidit in interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus fieret. In interitum carnis, hoc eſt, in uexationem corporis quod peccauit. In interitum igitur tradi, nihil aliud eſt q̄ aliquem tradi in afflictionem, uexationem & torſionem ſui corporis per Sathanam, ut alioquin impœnitens ſaltem eo pacto deduci poſſit ad pœnitentiam. Siquidem ut Apoſtoli poteſtatem habebant expellendi malignos ſpiritus é poſſeſſis: ſic & præcipiendi, ut intrantes corpora, eadem diuexarent, ad ſaluationem ſpiritus. Quod & propheta teſtatur inquiens Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea acG. celerauerunt. Quandoquidem qui timore nolunt aut potius amore

*5.

Prouer 6. Expo.

Matth. 7. Expo. Quid ſit ſanctum dare canibus?

Matth. 18. Expo. Quid ſit ſicut Ethnicus & publicanus haberi.

1. Corin 5. Expo. Tradi in interitum carnis per Sathanā, quid?

Pſalm. 15.

amore reuerti ad deum, pœna corporis attrahendi sunt ut recõ-
Luc. 14. Expo. cilientur. Compelle eos intrare, dicit CHRISTVS. Cõpelle »
tardos & negligentes ad CHRISTI eõuiuium introire. Sed
nec per excommunicationem corpus solum affligitur, uerumeti-
am & anima & homo totus (ut ostendimus) ab ecclesia separat,
expellitur ab angelis, à deo, secluditur è cœlo. Gladius hic, ille »
Gene. 3. uersatilis est & flammeus, qui post Adam eiectum collocatus est »
Excõmunica- tio est ille gla- dius uersatilis. ante paradisum, ad custodiendam uiam ligni uitæ: quod gusta- »
ri nunq; poterit ab excõmunicatis & exclusis ab ecclesia Chri- »
Lutherus & eius fectatores excõmunican- tur. sti. Damnatissimus hæresiarcha Lutherus, eiusq; sequaces oẽs &
ppugnatores, hoc excõmunicatiõis ense perculsi sunt, & in æter-
num à deo separati nisi mature pœnitentiam egerint, se submit-
tentes sacrosanctæ ecclesiæ sacramentis, quæ illi subuertere cona-
ti sunt. Verum quantumuis moliti fuerint, haud tamen succedet H.
quod intendunt: quia non ruet aut deficiet Petri fides, cui (sicut
Luc. 22. Expo. ante meminimus) Oraui inquit CHRISTVS pro te, ut fi- »
des tua non deficiat. Quidnam est hoc aliud, q̃ q̃ præstaturus »
CHRISTVS esset, ut ecclesia quidem & fides eius sic seruetur, ut non deficeret: sed perduraret in sæcula. Quotquot ergo
hic iuste excommunicantur si contumaciter usq; ad mortem in
eo excommunicationis statu persistant, durior eos inposterum
excommunicatio manet: de qua memorat in euangelio CHRI-
Matth. 13. STVS Exibunt inquiens angeli & separabunt malos è medio »
iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ubi erit fletus & stri- »
Duo excõmu- nicationis gla- dij. dor dentium. Excluduntur hic à communione fidelium, illic à so- »
cietate beatorum. Grauis uterq; gladius, at secundus terribilior.
O gladium plane terribilissimum, o multa formidine plenum, .I.
qui corpus & animam una ferit, qui damnat corpus, damnat &
animam: o gladium nimis acutum, qui corpus simul & animam
mittit in gehennam. O gladium timoris inæstimabilis, qui quos
hic Satanæ tradit in interitum carnis ut spiritus saluus fiat, eos
ibi tradet dæmoniis omnibus in supplicium æternum nisi resi-
piscant

piſcant: quos hic ſeparat ab hominibus, eos ibi ſecludet à domi-
» no deo: cuius uentilabrum in manu ſua ut permundet aream ſu- Matth. 3.
» am & triticum in horreum congregans, paleas igne inextingui-
» bili comburat. Dicet enim angelis Alligate hæc zizania in fasci- Matth. 13.
» culos ad comburendum. Quamobrem o peccator ſi te gladius
» iſte percuſſerit, ſi uulnus impegerit: ad eccleſiam pro remedio
» confuge. Solum enim illa medendi facultatem habet. Abſolutio-
» nem ibi quære, quam nulli ad ſe debito modo uenienti negat.
» Non enim ipſa utitur excommunicatione tanq; uindicta, ſed ſo- Qua de cauſa utatur eccleſia excõmunicatione.
» lum ut remedio contra peccati uenena, ut lanceola contra ſani-
» em accepti uulneris, ut ſauciata anima ad ſanitatem reſtituatur.
» Sic ea ſancti patres utebantur, ſic glorioſi Apoſtoli & ſucceſſo-
» res eorum, ſic omnes epiſcopi boni bonicq; prælati: quorum in-
H. » tereſt ſe terribiles malis, mites bonis exhibere. Non id profecto
» facere debent ob ſuperbiam aut ſuę prælationis oſtentationem,
» ut ue ſibi obediatur: ſed tantum ut obediatur deo, ut abſtineatur
K. » à peccato & ſanetur uulneratus. Tertium uindictæ genus eſſe
» diximus in autoritate ſeu potentia conſtitutum. Eſt autem illa, Deus ſibi uindictam reſeruat.
» qua deus & nunc & in futuro malefacta caſtigat. Iſtiuſmodi uin-
» dictam ſibi reſeruari uult, q; penes ſe ſolum ſit recta decernendi
» caſtigandi ue facultas. Neſcit homo peccato pœnam ex omni
» parte iuſte exæquare, nouit id deus & ſolus ille, qui peccatorum
» corda ſcrutatur, & ſcit ipſum modum, qualitatem & quantita-
» tem, tum delicti tum etiam contritionis deliquentis: & ideo pu-
» niminis extremitatem quam eandem hic uindictam appellat, ſi-
» bi ſeruari iuſſit. Solus etenim ipſe ponderare ſcit & trutinare
I. » delictum cum pœna & pœnam ex delicto. Aliquando punit in Deus publice cruciat, ut a peccatis ſecretis ſurgamus.
» hoc ſæculo, ſæpius in futuro. Punit atq; uindicat in hoc ſæculo,
» ſed occulte ſubq; ſpecie cauſæ latentis. Nunc peſte punit atq;
» morbo, nunc infirmitate, nunc penuria, nunc uexatione, nunc
» rerum amicorumq; iactura, nunc hoc, nunc illo grauamine. Nõ-
» nunq; permittit hominem qui deliquit occulte, in peccatum no-

torium cadere: quo deuenit in ignominiam, in obprobrium, in contemptum & abiectionem hominum, in exteriorem notam, è fauore hominum deiectum, uerecundia confusum & ab omnibus tanq̃ filium prodigum, penitus etiam à patre neglectum. Quod quæso quare facit? An ob aliud q̃ ut impellat ad agnoscendum peccatum suum & ad resurgendum ab illo secreto & magno quoq; peccato, quod prius commiserat, è quo nollet ullo modo retilire si nihil foris urgeret? Talis itaq; uindicta deo est relinquenda, nobis in ea nihil usurpandũ, nisi quod officiũ nostrũ nos eò trahat, ut iustitiæ satisfaciamus in administrandis rebus & animis curandis. Nos quoq; orantes, alienum à nobis facimus omne uindictæ desiderium. Nam semper debet oratio esse charitate prædita, quæ se omnibus impertiri debet: tibi tuisq; & proximis, amicis & inimicis, uiuis ac mortuis igne purgatorio cruciatis, regeneratisq; omnibus. Splendebat ita charitas in oratione CHRISTI sic pro se crucifigentibus amicissime uociferantis Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Oh q̃ immensa pietas, q̃ admiranda charitas, ut qui flagellis & punctionibus attritus, spinis obsitus, confossus clauis opprobriis oneratus, patibulo fixus & omni modo afflictus erat: dolorum tamen omnium immemor, ita supplicaret pro se cruciantibus Ignosce illis. Illi crucifige eum, crucifige clamitabant: ipse, Ignosce, ignosce pater. Illi, Tolle tolle: ipse, Nesciunt quid faciunt. Illi, perdere uolebant innoxium, Ipse noxam noxiis remitti. Quanta charitas hæc? an altera maior? an efficatior? Non potuit, non potuit profecto oratio talis nõ exaudiri, nõ poterat non mouere mentes aliorum. Quam ob rem audientes hanc orationem qui prius irriserant, iam flere cœperunt: qui blasphemarant, modo lugebant: qui prius CHRISTVM afflixerant, nunc sibi pectora tundebant seq; dolentes cruciabant: qui prius imprecati fuerant Sanguis eius super nos & super filios nostros, iam orabant ut sanguinem illum beatissimum animæ precium gustare ualerent.

Oratio ut audiatur, a uindicta debet esse immunis.

Oratio charitate plena sit oportet.

Oratio Christi, charitate plena.

Luc. 23.

Expo.

Efficacia orationis Christi in cruce.

Matth. 27.

ualerent. Sic exaudita fuit oratio CHRISTI charitate subnixa. Nunquid Centurio multiq; cum eo conclamarunt Vere filius dei erat iſte? Ad quam uocem nunquid etiam multa ludæorum millia crediderunt, ſicut poſtea prædicante Petro tria milia prius, inde millia quinq; uenirent ad fidem, præter eos quos Paulus ac reliqui Apoſtoli ſuis prædicationibus CHRISTO lucrifecerunt? Hæc oratio per omne deinceps ſæculum uſq; ad hunc diem, uigorem ſuum adaperuit & effectum oſtendit. Dominum ſuum etiam imitatus eſt protomartyr Stephanus qui proiacientibus in ſe lapides ita ſupplicabat Ne ſtatuas illis hoc peccatum. Qui ſic exauditus eſt, ut oratione ſua ſit conuerſus Paulus, & per Paulum bona pars orbis. Taliter orans Gregorius, Traianum etiam in inferno poſitum, ut in hiſtoriis legitur, á pœna liberauit. Oratio denig; quæ meretur exauditionem, debet humilis eſſe. Nam (ut ait ſapiens) Oratio humiliantis ſe, nubes penetrat, & non diſcedet donec altiſſimus aſpiciat. Vis ſcire quiſnam humilis ſit? Ille profecto humilis eſt & humiliter orat, qui ſui uilitatem introſpiciens agnoſcit: qui quotquot dotes habet ſiue gratiæ, ſiue naturæ, ſiue fortunæ, certo ſcit non à ſe, ſed à deo proficiſci: qui dei maieſtatem & diuinitatem in ſacramento latitantem uel adire uel adorando alloqui reueretur, ſuæ mortalitatis, fragilitatis & miſeriæ gnarus: qui ſe è uiliſſima terra natum, & in eandem reuerſurum, ſe peccatorem indigniſſimum, ſe puluerem, ſe cinerem intelligit: ſe prorſus indignum ut ſe deo præſentet, qui uultum dimittens in terram cor in ipſum deum pie figit. Quiſquis ita precatur, exaudietur haud dubie. In hunc modum orans Centurio dixit Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, ſed dic tantum uerbo & ſanabitur puer meus: & Petrus inquit Exi à me domine, quoniam homo peccator ego ſum. Centurioni uero remiſſa peccata ſunt, & Petro collata graiia ſequendi CHRISTVM. Sic etiam dum mulier Chananæa orabat, ſeſe catellum appellans, ſanitatem

Idem 27. Gloſa ſuper. Eſai 53.

Oratio beati Stephani charitate ſulta. Actu. 7.

Oratio Gregorij charitatiua.

Qualis oratio meretur audiri Eccle. 35.

Oratio humilis quæ ſit.

Matth. 8.

Luc. 5.

Matth. 15.

uexatæ filiæ impetrauit. Sic orabat & publicanus non auſus oculos attollere & inſpicere cœlum, quapropter iuſtificatus deſcendit in domum ſuam. Sic orabat & Maria magdalena quæ ante pedes CHRISTI in conuiuio proſtrauit ſe & remiſſionem peccatorum meruit accipere. Sic humilem orationem ſuſpenſus Latro CHRISTO porrigebat, & paradiſum introire meruit. Quid hic plura de oratione dicam? Vt multa paucis abſoluam, quicunq; ſuppliciter & pie deprecatur, qui deo porrigit orationem humilem, exaudietur ab eo. Non poteſt repudiare deus orationem humilem, non poteſt. Tanta uis huius eſt, ut ſi ſuperbiam & maliciam exuere poſſet Diabolus & humiliter orare, miſericordiam illico conſequutus, exaudiretur à deo.

Idem. 7.

Oratio humilis nũquã abit inexaudita.

Iudith. 9.

Superbi nunq; ab initio placuerunt domino: ſed humilium (inquit Iudith) & manſuetorum ſemper ipſi placuit deprecatio. Humiliemus ergo noſmetipſos, animas totas in manus eius tradamus, corda premamus & corpora ſummittamus: ut ab eo quacunq; die fuerit inuocatus, mereamur exaudiri, ut & uelociter exaudiamur: ſicut hic propheta pro ſe deprecatur

Littera.

Velociter inquiens exaudi me: & cauſam adiiciens ait,

Verſ. 4.

QVIA DEFECERVNT SICVT FVMVS DIES MEI, ET OSSA MEA SICVT CREMIVM ARVERVNT. In tribus illis uerſibus præmiſſis, crebra unius & eiuſdẽ oratio collocatur. Semel, iterũ, & tertio propheta dominum implorat, ut exaudiat. In quo ueri pœnitentis & orantis exprimitur affectus: ut eo magis ac magis deus ad miſerendum excitetur, ut magis ac magis permoueatur & adueniam peccatorum, & gratiæ collationem. Nec tantum orat ut exaudiri poſſit, ſed etiam ut uelociter exaudiatur. Cur autem ita depoſcat, cur uelociter & cito uelit exaudiri, cauſam annectit etiam

N.

Velociter exaudiri petit propheta.

Littera.

Quia defecerunt (inquiens) ſicut fumus dies mei, & cætera. Velociter exaudi me domine, quia dies uitæ meæ breues ſunt: adeo plane breues, ut fragili uitro uel euaneſcenti fumo, non abſurde

ſurde comparentur: & finitis diebus illis, aut non eſt locus remiſ-
ſioni, aut longe durior. Si quis ad inferna merito deſcenderit,
nulla eſt ibi redemptio: ſin mãſerit in igne purgatorio, nihilo mi-
nor ibi pœna, q̃q̃ temporanea & tranſitoria. Corpus hoc luxe-
um & imbecille, quo diutius uiuit, fit indies inhabilius ad conti-
nendam immortalem animam, & ideo breues uocat dies homi-
nis, & ſicut cremium aruiſſe & fumum euanuiſſe. Quotidie mi-
nuitur corpus, quotidie decreſcit, & ſtatim interit. Velociter igi-
tur (inquit) exaudi me, hoc eſt, in hac uita quæ tam uelociter eua-
neſcit. Nam mors inſtat, & in tempore mortis, non eſt qui me-
mor ſit tui domine. Exiturus ab hoc mundo, premente mortis
anguſtia, non tui domine, ſed nec mei meminiſſe potero: quan-
do memoriam meam omnem, quando mentem & rationem o-
mnem ad ſe mors ipſa rapiet. Si pœnitentia eo differatur, timẽ-
dum eſt ne ſero deus inuocetur, ne ſero diuinum auxilium implo
retur, ne ſero uenia quæratur: quãdo nemo ſui memor eſſe ſolet,
niſi gratiã ſingularẽ deus infundat, adeo mortis perturbatio cõ-
primit, adeo dolor excruciat, torquet & exagitat: & poſt hãc ui-
tam nimis ſerum, nec remedium relinquitur ullum. Neq; tunc e-
rit uel tempus pœnitendi uel locus orandi. Sententia quæ fertur
in die mortis, manet irreuocabilis. Idcirco propheta nunc orat,
nunc ſupplicat, nunc in uita petitionem & querelam deo porri-
git: & cauſam tam ſedulæ atq; inſtantaneæ petitionis oſtendit
Quia defecerunt inquit ſicut fumus dies mei. Nec incongrue ui-
ta hominis fumo comparatur: qui ſenſim exurgens, cito ſubleua-
tur ſubitoq; motu aẽris leuiſſimo diſpergitur, & ſubito diſparet
atq; euaneſcit, in aẽrem aut uentum abiens, nonnunq̃ etiam & in
nubes & pluuiã conuertitur. Cui ſententiæ conſonat & illud Iob
Homo natus de muliere, breui uiuens tẽpore repleẽ multis miſe-
riis, cũ primũ in hanc lucem aduenerit, infans atq; impotẽs eſt in
cunabulis decubãs, faſciis & pannis obuinctus, ubi nec ſe uertere
poteſt aut iuuare, niſi ſolo uagitu: imò nec manducare aut bibere
ſed nec

Breues dies hominis. Iob. 14.

Littera.

Pſalm. 6. Expo. Dum ſanus es, pœnitentiã age.

Littera. Vita hominis fumo comparatur.

Iob. 14. Expo. Septem ætatũ diſcrimen & proprietas. Infãtiæ impotentia.

ſed nec ſugere, niſi cuſtodis & nutricis opera. Tali adiutorio primũ repit, mox firmatur ad greſſum, inducit ad loquendũ, ad ſumendũ ſua manu cibum & comedendũ atq; bibendũ, ita ſuccreſcens in puerũ. Puer (ut inquit Horatius) iam ſcit reddere uoces, & pede certo ſignat humum, geſtit paribus colludere, iram colligit & ponit temere, mutatur in horã, ſicq; in adoleſcẽtẽ aſcendit. Sed & puer adhuc, erudiẽdus eſt ad uirtutẽ & retrahẽdus à uitio. Adoleſcens procliuis eſt ad laſciuiam, ad inſolentiam & libidinẽ, ad animi cõplenda deſideria: ſed eo magis in ſana doctrina continendus, informãdus, acriterq; urgẽdus, ſcientiæ tradendus aut arti, diuinæ diſciplinę uel ſęculari, quatenus honeſte chriſtianeq; uiuere poſſit. Euadit inde iuuenis, qui mox eſt rerum peritior, ad agendũ aptior & potẽtior, ad res pulchre pręclareq; gerẽdas habilior: ſed & (uti deſcribit idem Flaccus) cereus ac pronus in uitiũ flecti, monitoribus aſper, gaudẽs equis, gaudẽs canibus & aprici gramine cãpi, utilium tardus, puiſor, prodigus æris, ſublimis, cupidus & amata relinquere pernix. Vir fit è iuuene, qui ſapere incipit prudẽs, modeſtus, cautus, & grauis eſſe: aptus ad cõſulendum, ad regendum & moderandum: aptus ad cauſas audiendas & probe finiendas, aptus ad componendos mores hominum ad gubernaculum & adminiſtrationem reip. ſimul & priuatæ: uerũ (ut inquit Horatius) etiam quærit opes & amicitias, inſeruit honori, cõmiſiſſe cauet quod mox mutare laboret. Sed hic oh ſiſte gradum, hic trahe moram, nolito progredi: conſcendiſti iam ad ſummũ, ad punctũ ueniſti. Vir ruit in ſenectam. Tunc deſcendis qui prius aſcendiſti, vt decreſcis, tũc deficis & ut fumus euaneſcis: ubi ueneris ad perfectũ, redis ad imperfectionẽ. Tunc omnia commutantur & uertuntur in deterius. Caneſcit tunc caput, ſoluunt dentes, putridi fiunt, ſubrubri & lutei, uacillans & inſtabile caput efficit, corpus uniuerſum magis atq; magis ad infirmitatẽ & ruinã tendit: donec extrema ſurrepat ætas, in qua decrepitus ad omnia reddit inualidus, tanq; cathedræ ſedet affixus, bacillo

Horatius. Puerilis infirmitas.

Adoleſcentia ad laſciuiã declinat.

Iuuenis ad res agẽdas apta.

Flaccus.

Virilitas cauta & grauis efficitur.

Idem Flaccus.

Senecta deſcendit & declinat.

Senectutis incõmoda.

Decrepita ætas inutilis eſt.

nunc

nūc innitit, nunc infirmior effectus, utriq; axillæ ſcipionē adiungit. Tūc ſurdeſcit auditus, oculorū tūc acies obtundit, ſtomachus hebetatur, corporis habitus undiq; demutat: adeo nimirū, ut iterum ſit opus nutricio, qui tanq; rurſum puero neceſſaria ſubminiſtret. Poſt hęc ſe mors audacter ingerit, ut cui nulla arte obſiſti poteſt. Si uerba mea minus attēdenda reputes, tu tibi iudex eſto: inſpice tu corpus tuum quiſquis es fortis, inſpice qui iunior es, inſpice qui formoſior, inſpice qui ditior, inſpice qui potētior es & inter gubernatores orbis: & inuenies mutationē tui corporis & ruinā, inuenies qualitatū non paruas alterationes, inuenies quod
Q. propheta dicit in te uerißimū Defecerūt ſicut fumus dies mei, & Littera.
, oſſa mea ſicut cremiū aruerunt. Tunc oſſa quæ carnē prius ſuſtinuere, exiccata arēt & marceſcūt. Tunc indoleſcūt oſſa, adeo ut miſere exclamet decrepitus, o crus, o brachiū, o dorſum, o cerui cem, o pedē. Hic uidere licet quo in ſtatu uerſet decrepita ætas, utpote cui uirtus & omnis corporis fortitudo, penitus euanuerit. Tunc mors ſurrepit, tacitoq; pede ianuā ſubintrat, atq; in intimū etiam cubiculum. Quæ cum acceſſerit oēs ſenſus prorſus aufert, omnē adimit intelligētiam, memoriam omnē rapit: adeo ut tui, ut dei, atq; ipſius etiā cœli obliuiſcaris, nec aliud ſenties q̄ unā mortē eiusq; cruciatus. Quomodo tū fieri poſſit, ut deū depreceris, ut a deo ueniam eflagites, ut illius miſericordiā appelles? Ex hiis perſpicere licet fragilitatē humanæ uitæ, q̄ breuis ſit, q̄ fluxa, q̄ nūq; in eodē ſtatu permaneat: quin uigilādo, dormiēdo, ludēdo, orando, equitādo, & ambulādo, ſiue quicquid aliud feceris, ſemper ad exitū uitæ quantū potes, aeceleras. Cui ſuffragat & illud
, Auguſtini ita ſcribentis decimo tertio de ciuitate Tempus huius
, uitæ nihil aliud eſt q̄ curſus ad mortem. Sicq; inuenies omnium hominum hanc uolubilem & mutabilem tranſitum: ut quos nec autoritas, nec ſubſtantia uel poteſtas, adiuuare poterit: quin more fumi ſurgentis & aquæ fluentis, euaneſcant. Vbi nunc ſunt tot magni pontifices, quorum tanta ſub CHRISTO poteſtas, tā ſublimis

Mors omnes ſenſus corporis aufert, imo & ipſam uitam.

Quā fluxa ſit uita humana?

Auguſtinus. Nulla autoritas mortem pellit.

Pontifices.

sublimis autoritas, tam uaria administrandi dispensandiq; facultas? Ligare poterant atq; soluere, benedicere simul & maledicere, res spirituales oportune disponere, causas tractare, casus omnes dispensare: neq; tamen ita dispensare ualebant, ut per ullum fœdus aut artẽ à morte cauerent: ut immutationes & decrementa sui corporis alienarent. Vbi magnanimi Reges & inclyti principes, ubi tot alioqui præpotentes qui rerum in orbe potiti sunt, quorũ tam ampla gloria, tam nobiles triumphi, tam insignis fama per omnium ora uehitur? Penes hos, erat aliis etiam morte dignis, uitam condonare: qui se tamen à morte, corporisq; debilitate, nequibant liberare. Vbi nunc dominium tam magni olim regis Assueri, qui centum uiginti septẽ prouinciis imperitabat? Vbi nunc Arphaxat qui tot regiones subiugauerit? Vbi Nabuchodonosorus domitor illius? Vbi magni potestas Alexandri, qui posteà Darium: Persarum regem & Medorũ subegerat, prælia multa constituit, munitiones omnes obtinuit, terrarum reges interfecit, ad fines usq; mundi pertransiit accipiens spolia multitudinis gentium, & siluit terra in conspectu illius? Congregauit exercitum fortem nimis, exaltatum est cor eius, obtinuit regiões gentium & tyrannos, & facti sunt illi in tributum. Vbiq; gentiũ assurgebant & genuflectebant ei: cũcti ius suum, suum gladium, clauam suam & autoritatem omnem illi resignabant. Sed quid insequitur? Postq; regnauit (inquit) annos duodecim, cecidit in lectum & mortuus est. Adeo non potest imperiosus ullus à mortis imperio diffugere. Vbi Iosue, ubi Gedeon, Sampson, Dauid & Machabæi: quorum tam mirabilia bella prædicantur? Vbi tot tamq; Romanorum præclari duces & Pœnorum ac Carthaginẽsium, ut Græcorum sileam, quorũ adhuc laus summa permanet? Vbi tãta uis Hannibalis de quo scribũt Orosius & Augustinus? Repetit Antonius Sabellicus q; cũ dux Carthaginẽsis esset, inito cum Romanis bello, tam magnam ipsis stragẽ intulit, ut tres modios & dimidium annulis aureis adimpleuerit quos à trucidatis extorserat,

Reges.
Assuerus.
Arphaxat.
Nabucho.
Alexander.
R.
1. Machabæ. 1.
Iosue.
Gedeon.
Sampson.
Dauid.
Romani.
Oros. lib.
Augu. de ciui. 89
Hannibal.

extorserat, ut Carthaginem mittens, indicium ita faceret multitudinis occisorum: At quod narratur ne fiat incredibile, alii scribunt unicum extitisse modium: quando Romanorũ soli maiores talibus annulis utebantur. Vbi Marcus Regulus bellator unus omnium fidelissimus? Vbi continentissimus Fabricius, Curtius inuictus? Vbi duo Decii? Vbi duo Scipiones, duo propugnacula belli? Vbi Scæuola tam patiens? Vbi magnus ille Pompeius? qui uiginti duos reges orientales ipse superasse scribitur & imperio Romano subegisse. Quid inuictissimus & primus imperator Iulius Cæsar quorsum abiit? qui Angliam, Galliam, Germaniam, totum occidentem: immo fere orbem in ditionem Romanam adducens, sibi subiugauit? Sed quid tam diu moramur in externis? Ad nostra ueniamus. Vbi nunc Arthurus inter tot celeberrimos milites militiæ doctissimus atq; exercitatissimus? Vbi Richardus armipotens & prœualidus, è corde leonis nomẽ habens? Vbi tertius Edoardus, Scotorum & Gallorum domitor insignis? Vbi quintus noster Henricus, qui tot alias inaudita trophęa de Gallis reportauit: de quo etiam & in Cronicis nostris mira perlegere licet? Vbi cæteri reges & formidabiles huius regni principes? Vbi nobiles & prœclari gubernatores, quos ipsũ uidimus, aut de quibus audiuimus? Numquid eos omnes post edomita subactaq; senio, seu laboribus & bellis attrita corpora mors indomabilis & inuicta deuorauit? Quos hic celebres & gloriosos aspeximus, nunc iacent inglorii: qui fuerunt honoratissimi, nunc sordibus inuoluuntur: quorum triumphi notabiles erãt, nunc uictrix terra premit in puluere. Qui fuerunt diuitiarum abundantissimi, iam nihil habent: qui deliciis affluebant, iam sunt esca uermiculorum. Qui ludebãt in auibus cœli, qui canes ad uenandum, aues in aucupium, equos ad uoluptatem enutriebant: modo recubant immoti. Qui terras amplas ante possidebãt, iam minima condunur in arcba. Qui regebant homines ad nutum, nunc calcantur ab eis. Qui legũ & suppliciorum, uitæ & mortis

Marcus Regulus.
Fabricius.
Curtius.
Decius.
Scipio.
Scæuola.
Pompeius magnus.
Iulius Cęsar.
Arthurus.
Richardus (.2.
Edoardus.3.
Henricus.5.

Nobiles etiam mortę fiunt ignobiles.

poteſtatem habebant: nunc ab ipſa morte deuicti, requieſcunt.
Quibus ſic omnes applaudebant & adblandiebant ut quod ipſi
dicerent nemo negaret, quod ipſi negarent nullus affirmare ſit
auſus, nunc communi reliquorum uocula ſalutantur, ut qui uo-
let, animabus eorũ bene precetur. Qui formidoloſi fuerunt om- T.
nibus, iam formidantur à nullo. Qui laudabantur ab omnibus,
manent illaudati, niſi uita quæ præceſſit, de ſe laudabilis extet.
Quorũ fama peruolauit in orbem, iam ſubſidit in angulũ: facta
deſcribuntur qualia geſta ſunt, bonorũ in laudem iplorum, ma-
lorum autem in uituperium. Vbi ſunt, ubi tot illuſtriſſimi clariſſi-
mique uiri? Certe poſt breuem huius uitæ gloriam, uniuerſę car-
nis uiam ingreſſi ſunt, communem in ſtabili terra ſibi manſionẽ
delegerunt. Huc, huc tu quiſquis es accedas, ut illinc quid ſis fu-
turus intelligas. At ſplendidum fortaſſe tumulum, ſepulchrũ un-
diq; coornatum aſpicis. Verũ intueri ſi poſſis, carnes ibi pu-
tidas, ohdas, & eroſas à uermibus inuenires: aut ſi tempus expoſ-
ceret, oſſa fœdata. Horũ unuſquiſq; ſi loqui poſſet, ad te plane di
Littera. ceret Defecerunt ſicut fumus dies mei. Et oſſa mea (ut dicit pro ,
Quid ſit ſicut cremium exa-reſcere. pheta) ſicut cremium aruerunt. Quid eſt, oſſa ſicut cremium ex- ,
areſcere? quid aliud q̃ ingruente ſenecta ſic oſſa deſiccari, ut quod
ſolebant, carnẽ amplius inoffenſe portare non poſſint? Tum hic
illic dolentibus oſſiculis, tu ſuccłamitas. O tibiam, o brachium, o
In ſenecta cor-pus undique dolorẽ ſentit. crus, o renes, o tergũ, o caput, o ceruicem, o cor. Per iſtiuſmodi
dolorem continuum ubi uirtus corporis emarcuit, mors adorit,
Morte urgente, oẽs ſenſus deficiunt. ut ex improuiſo premat. Vbi mors acceſſerit, omnes ſenſus he-
betat, noticiam aufert, memoriam obfuſcat, tui ſimul & dei facit
obliuiſci, facit obliuiſci cœli pariter ac inferni, nihil meminiſſe ſi-
nit niſi mortis ipſius & anguſtiarũ eius. Et quomodo tunc poſſi-
bile eſt ueniam à deo per orationem impetrare, uel miſericordiã
Littera. implorare? Clames ergo cũ propheta Velociter exaudi me do- V.
mine. Quod ipſe fecit, & tu uelociter efficias oportet. Ipſe dum ,
uixit atq; ualuit, pœnitudine duci & precari cœpit: tu ſi uelis im-
petrare, ſimiliter incipe. Breuitas enim uitæ talis eſt, ut differentẽ

illico

» illico deſtituat: de qua ſic Iob affirmat Dies mei uelociores cur- Iob.9.
» ſore fugerunt, & non uiderunt bonum, pertranſierunt quaſi na Expo.
» ues poma portãtes, ſicut Aquila uolans ad eſcam. In quibus uer- De uite bre-
bis quatuor ſunt annotanda ad uitæ breuitatem attinentia. Prin uitate quatuor annotãda.
cipio dies noſtros curſore uelociores affirmat. Curſor autẽ om- Primo.
ni conatu feſtinat ad metam, at habet ubi ſe refocillet & cõpo- Vita curſori aſſimilatur.
nat in quietem: quiſquis autem in hoc orbe uitã degit, tam certo
greſſu tendit ad mortẽ, ut nulla ſit itineris huius intermiſſio, nul-
» la mora quietis, quin in morem aquæ fluentis elabatur. Omnes 2. Regũ.14.
» enim morimur (inquit) & tanq̃ aqua dilabimur. Quam ob rem .2.
» inde ſubiũgit Fugerũt dies mei. Moderamẽ in curſu poteſt eſſe, Curſus & fu-
nullum in fuga, ſed omni fit impetu: ut inde colligas ſummam & ga differunt.
immoderatam uelocitatem in mortis acceſſu notari. Ideo fuge- Iob.9.
» rũt (inquit) & non uiderunt bonum. Quid eſt hoc quod dicit, Expo.
» non uiderunt bonũ? Cernimus ſic hominem in fuga confundi,
ut ſui fiat immemor, & nec ſi quid ſibi prodeſſe poſſit, attendat:
ita mors quoq; bona præcogitantem operariq; uolentem inter-
cipit, & tanq̃ filum intentionis interrumpit, propoſitaq; ſubito
diſſoluit. Pleriq; multa ſibi faciẽda ſtatuũt quæ uel negotiis aliis
interpoſitis omittunt, uel expenſarum formidine re linquunt, uel
alia de cauſa prorogantes ad finem haud perducunt. Vnde non Ibidem.
uiderunt bonum ait, hoc eſt operis intenti boniq; propoſiti finem
non attingunt, ſic omni merito deſtituti: quia deus non remune-
rat quid propoſitum ſi non perfeceris, ſed nec omnino ſi perfe-
X. ceris, niſi bene quoq; conſummaueris. Nam perbelle dicitur &
» appoſite q; deus non nominum aut uerborum, ſed aduerbiorum, Deus non nominũ, nõ uerborũ: ſed aduerbiorũ remunerator.
» ſit remunerator: quia non approbat aut remunerat opus niſi be-
ne fiat, niſi ordinate, niſi mature, feſtinanter & citra dilationem
nimiam. Falluntur multi putantes uoluntatis intentionẽ ſibi ſuffi-
» cere, ſi non opus etiam adiunxerint, cum ſcriptura dicit Pax ho- Luc.2.
» minibus bonæ uoluntatis, quia uoluntatem accipiens, opera non Expo.
requirit. Verũ id eſt intelligendũ, ubi non eſt operãdi facultas.

Voluntas non ſufficit, ſi adſit facultas faciendi.

Si te uelle dicas, cunctis poſſis operari noles: an eam uoluntatem CHRISTVS accipit? Non plane, non inquam, non accipit. Nunctis enim deus remunerat uoluntatem differentis, ubi eſt habilitas facientis. En pauper in extrema neceſſitate iacet. Video iacentem & prætereo, cogitans tamen in diem craſtinum ſi tantiſper ſuperuixerit, adiuuare. Sic cogito ego qui iam nunc adiutare poſſum. Interim ille moritur. Remunerabit ne deus hanc mihi uoluntatem? Non munus reddet tam imminute uolenti: ſed ſupplicium adiiciet ob indigniſſime pauperem interire ſiuerim.

Iob. 9.

Nam ſi quid ego ſuppeditatſem, haud ita periſſet. Fugerũt dies mei & nõ uiderunt bonum. Quicquid ego bonorum in uita ſenſi, tam breuis illa proſperitas erat, ut ubi uentum eſt ad miſeriam in fine, nihil iam illud eſſe uideatur. Quod tam cito præterit, nimirum parum aut nihil potius eſſe deputatur. Tertio loco uitam hanc naui pomis onuſtæ comparat. Pertranſierunt (inquit) quaſi naues poma portantes. Magna uelocitas nauis in mari ſaltem ſi minetur à uentis ualidis ut inquit Iacobus. Pertranſit (ait Sapiẽs) aquam fluctuantem, & cum præterierit non eſt ueſtigium illius inuenire, neq; ſemitam carinæ eius in fluctibus. Nonne ſic uita quoq; noſtra tranſit? Turbulentiis multis tanq; uentis agitatur, & cum ſubito pertranſierit in mediis huius mũdi fluctibus, nu benefactorũ memoria ſuperuixerit, tota ſimul euaneſcit. Sed quare naues portãtes poma memorat? Illud profecto facit q huiuſmodi naues per loca quæ tranſeunt, quendam odorẽ aſpergant, qui ſimul cũ nauibus illico ſubtrahitur. Sic & nos in uita fortan odorem famæ noſtræ ſpargimus, odorem ſcientiæ, facultatum, nobilitatis & potentiæ: qui totus cum uita ipſa ſubito diſparet. Mortuis nihil præter benefacta ſupereſt: de cæteris pſaltes affirmat

5. Vita ſicut nauis portãs poma. Iaco. 3. Sapien. 5.

Nauis poma portantes.

Pſalm. 9.

Periit memoria eorum cum ſonitu. Sicut ſonitus æris auditur lõge, ſed ſubito ſilentio terminatur: ſic multorum male uiuentiũ fama per adulationẽ, longe lateq; crebreſcit in orbe: quæ ſub mortem illico finitur aut in opprobrium uertitur. Quarto in loco

4.

comparat

cõparat uitam humanã aquilæ deuolanti ad eſcam: quæ quũ primũ cœperit captatã prædam, mox ad propriũ nidũ rurſum uolitat. Cuius exemplum cũ plurimi ſequuti, nimis ambitioſe prædam huius mundi affectãt, uanam uidelicet gloriam, friuolos honores, inanes titulos, fugacem dignitatem, imperium, magiſtratum, & quicquid aliud ſub dominandi uocabulo continetur, per phaſcp nephaſcp miſere ambientes. Quibus rebus uix dum impetratis, ſtatim morte præoccupati, ad ſepulchri nidum propere reuolitant. Sic igitur uiuat unuſquiſcp ut eorũ quæ geſſit in uita, memoriã remaneat integra, ſic uiuat ut quod ſcribitur, uere de ſe dici poſſit In memoria æterna erit iuſtus. Verum hinc uitæ noſtræ breuitatem appoſitiſſime colligere poſſumus: quæ fumo celerrime diſparẽti comparatur. Quam ſane comparationem ut apertiorem & firmiorem efficiat, ad aliam ipſius haud abſimilem utiq; deſcendit. Quod ante fumi diſparitio, iam fœni demonſtrabit arefactio. Fumi diſparitio ſubitanea, ſed nec fœni diutina eſt arefactio. Variis itaq; collationibus unum & idem conatur, breuitatem uidelicet & miſeriam humanæ uitæ commonſtrare.

Vita ſimilis prædi aquilæ.

PERCVSSVS (INQVIT) SVM VT FOENVM, & aruit cor meũ: quia oblitus ſum comedere panem meum. Caro certe noſtra ſeu nos potius ipſi non incongrue fœno aſſimilamur, idcp ob quatuor, quæ in fœno conficiendo contingunt. Primo id falce reſcinditur, mox humi iacẽs ſole ſiccatur, inde raſtris idem obuoluitur, deniq; ſterileſcit arefactum. Sic & hæc caro noſtra primo tanq; falce ſecatur, quando hac dura mortis ſententia percutitur: quæ ſub hac ſcriptura denotatur, ubi & eadem ſimilitudo introducitur Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quaſi flos agri: exiccatum eſt fœnum, & flos cecidit: quia ſpiritus domini ſuſtlauit in eo. Caro fœnũ eſt, fœnum eſt omnis homo: quia ſicut fœnum are ſcit, & ipſe tranſit atcp euaneſcit, nullam habens ſtabilitatem aut ſui ſtatus certitudinem. Sicut fœnum è gramine de terra uel folium naſcitur in arbore, initio ſuccreſcens, mox uireſcens,

Verſ. 9. Caro humana fœno aſſimilatur quatuor de cauſis.

Eſai. 40. Expo.

Homo & fœnũ conueniũt, & quomodo.

reſcens, inde ſiccatum, & denique caducum ac moribundum: ita caro hæc noſtra primo naſcitur cum infantia, creſcit in puericia, floreſcit in adoleſcẽtia, matureſcit in iuuẽta, in ætate uirili durat, areſcit in ſenecta, in morteq; deiicitur. Naſcitur inquam fœnum è gramine, quod initio uiride, ſerenum, gratum, odoriferum atq; ſapidum apparet: ſed illico deſectum, in terra iacens hinc inde uerſum ſoleq; torridum, fit iumentis in pabulũ: ſic omnis etiam homo dum adoleſcit, arridet omnibus: ubi creuerit & decreſcit, ut res arida uilipenditur, tandemq; uermibus ſit eſca. Et ut calor fœnum exiccat, ſic febricula ſurrepens, fortiſſimum etiam hominem ſubito proſternit: uno eius paroxyſmo aut agonia uires, pulchritudinẽ, appetẽtiam, animoſitatẽ, omnia ſiccat, omnia mutat, omnia tollit. Paulo momento mutabilis eſt omnis homo. De una ætate mutatur in aliam, è ſanitate mutatur in infirmitatẽ, à ſcientia mutatur in obliuionem, à diuitiis in paupertatem, de bonitate mutatur in maliciam, e uita pertrãſit in corruptionem, in mortem. Breui in tempore demutatur, non permanet in loco. Mobilis eſt affectu, mutabilis intellectu, ſenſu uolubilis. Variat, alteratur, corrumpitur. Omnis caro fœnũ, fœnum: nam quod A facit calor ſolis in fœno, id calor naturalis in homine. Paulatim enim conſumit humidum radicale, Vnde ſenecta: & ſenectam mors inſequitur. Quare & ſubdit Omnis gloria eius quaſi flos
Expo. agri, flos agri inquit. Et cur quæſo agreſti flori comparatur? Nẽpe cũ hic primo creuerit, uenuſtus eſt & ſplendidus, oculo, uiſui pergratus, aſpectui impẽſe blãdiens, naribus odorus ac fragrãs, ſenſibus omnino ſuauis: naturæ amicus & ſolacio plenus: ſed ubi ceciderit, omnem hũc ornatũ & commoditatem, prorſum exuit. Sic habet omnis gloria hominis. Omnem gloriam ſignanter exprimit. Nam omne id quo gloriari ſolet, ſapientia, iuuẽta, uires, pulchritudo, ſanitas, appetitus, integritas, honor, abũdãtia rerũ, & omnis omnino cõmoditas, ſubitaneo motu labitur: labitur ut flos, ut flos occidit, durare nequit. Sic oĩs gloria eius. Omne, B.

omne

omne id unde uel gloriari uel uoluptatem capere poteſt, non eſt aliud ꝯ res quedã inaniſſima, & ſicut flos agri, ſicut flos decidẽs, marceſcens, defluens, ac plane momẽtanea. Cur id queſo? Cauſam adiicit. Quia ſpiritus domini ſufflauit in eo. Quid ſufflat? Sententiam profecto mortis. Quam? Audi quid dicat Morieris. Spiritus domini inſufflauit, ſpiritus domini ſententiam tulit in hominẽ, ſpiritus hoc decreuit Quocunque die comederis de ligno ſcientiæ boni & mali, morte morieris. Comedit. Fit ergo mortalis, morietur & miſeriam interim omnem incurret. Nec hoc uni Adamo dictum eſt, ſed per eum nobis omnibus. Quia ſicut affirmat Apoſtolus Per unum hominem peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors in omnes homines tranſiuit. Audi quid Iob pius aſſerat Homo natus de muliere, breui uiuẽs tempore, repletur multis miſeriis. Conſydera fragilitatẽ & breuitatem humanæ uitæ. Inter omnes homines pauciſſimi diu uiuunt, nulli ſemper: immo ipſorum diu uiuere, uere eſt pauliſper uiuere. E multis millibus hominum, uix unus centum annos, pauci octoginta pertingunt. Omnes uita repente deſtituit. Quot paſſim infantes, quot quotidie pueri, quot florentes adoleſcentuli, quot robuſti iuuenes, quot ſtrenui uiri, quot honeſtæ uirgines & decoræ mulieres magno cum luctu lachrymiſq; deportantur ad ſepulchra? O uana ſpes igitur illorum & fiducia deceptrix qui iuuentæ confidunt: qui fundis, dominiis, potentiæ, diuitiis, honoribus, cæteriſq; mundi ſolaciis & commodis fidem habent. Fugiunt hæc omnia fugiunt uelut umbra, tanꝯ fœnũ aut fumus euaneſcunt. Secundo caro noſtra fœno confertur, quod ſicut fœnũ ſole, ſic & illa laboribus, uexationibus, moleſtiis, paupertate, doloribus, ægrotationibus & triſticiis atteritur, frangitur, cõſumitur & uaſtatur. Vultis id uidere? Cernite pauperes iſtos & infirmos: quorum cutis, caro, & oſſa, miſere uorãtur. Sed & magnates atq; præpotentes ſi uelitis, aſpicite: quorum ut corpora quandoq; requieſcãt, at ipſi ſtudiis & ſuæ mẽtis exercitiis abſumunt.

Inſufflatio ſpiritus quid ſit? Expo. Genc. 2.

Roma. 5.

Iob. 14.

Fragilitas & breuitas humanæ uitæ.

B. 2.

3. Tertio fœni similes in eo cõprobamur, q̃ sicut fœnũ rastroũ dẽ-
tibus uoluit & reuoluit: sic & nos inuidorũ detractionibus hinc
Inscriptura pro dentibus & rastris. inde molestamur. In aliorum ipsi uitia uigilanter attendunt, ut si-
cuti perpetrata sint, acriter inuulgent: si non sint, tamen affingãt,
& utcunq; res habet, impie semper infament immeritoq; depra-
4. uent. Postremo sterilescit fœnum, & caro similiter nostra de sese
Iohan. 6. sterilis euadit & inepta quidem ac inutilis ad omne bonum. Spi-
ritus enim est qui uiuificat, caro non prodest quicq̃: procliuis ad
libidinem, procliuis est ad omne malum: nec uenit ad id quod bo-
num atq; honestum est, nisi pertrahatur à spiritu. Quare non in-
conuenienter hic uita nostra fœno à propheta comparatur, sicut
Miseria humana triplex. ante fumo: quæ tam breuis est & misera. Triplex enim inprimis C.
Naturalis. est hæc miseria. Naturalis, tẽporalis, & spiritualis. Naturalis est
quam necessitas nature peperit, quæq; instanter naturam ipsam
insequitur cuiusmodi sunt fames, sitis, calor, frigus, labor, quies,
sudor, somnus, uigilia, dolor, infirmitas, conualescentia, uita bre-
Temporalis. uis, mors, quæ ultima linea rerum est. Temporalis è conditione
nascitur & fortuna. Quales sunt paupertas, nuditas, contemptus
& abiectio, infortunii multiplicitas, & consimilis utcunq; aduer-
Spiritualis. sitas. Spiritualis autem è peccato procreatur. Species huius sunt
dolor internus animi, tristicia cordis, anxietas, inconsolabilitas
Quot mala e peccato. cum aliis âssimilibus. Peccatum, oh peccatum in miserias trudit
infinitas. Per peccatũ homo fit exul à deo, à celo, à paradiso: fit
procul à dei gratia. Peccatũ facit eum detestabilem in conspectu
dei, in conspectu simul angelorum atq; hominum. Peccatum uili-
facit hominem & redigit in seruitutem diaboli, in similitudinem
bæluarum: ut obliuisci dei compellat, obliuisci sui, infernicq; ita fa
cit immemorem, ut nec agnoscat nec timeat. Intellectum prorsus
excæcat, uulnerat animam, uulnerat conscientiam, & hominem
Peccatũ quot & quos offendit. omni gratia uirtuteq; depriuat. Peccato deus offenditur, lex &
Peccatũ quid? præceptum eius uiolatur. Quid enim aliud est peccatum q̃ legis
diuinæ præuaricatio? Si quis irreuerenter & contemptim leges
& iussa

& iussa principum infringat, grauem (quis nescit) offensam incurrit. At quanto sit grauior offensa, dei præcepta temerare, nullus ignorat. Adami ēj magna timendaq; fuit offensa, uel ob unius mali morsum qui fuerat à deo prohibitus? Q; graue supplicium ipse cum toto genere suo ob id incurrit? Per unū hominem (inquit Apostolus) peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Vnde nos omnes ab hinc in deteriori statu sumus, erimusq; usq; ad extremum iudicii diem. Q; si ob tam leuem offensam ut apparet prima facie, ob unius mali morsum sic in nos omnes est animaduersum: quale supplicium est expectandū tam grauibus, tam multis peccatis immo & tam abhominabilibus quæ cōmittimus? ēj solicite formidandum ab hiis tam multiplicibus uiis quibus deo quotidie displicemus? Si tam parua res immo uelut Iota unum aut apex, si mali tantum unius comestio diuinam iram adeo suscitauit: quāto maiori damnationi subiacebimus, qui tanto grauius eum & tam multis modis offendimus? Fornicatio tua morsum mali longe superat, adulterium tuum tam parui fructus esui præponderat, iniuriæ tuæ, fraudes & blasphemiæ quanto peiores & damnabiliores sunt? Certus igitur esto te pœnas ideo daturum, nec immeritas. Damnaberis damnaberis ni resipiscas improbe, nisi peccatum per debitam pœnitentiam abiicias. Sic itaq; per peccatum deum offendis. Offendis item angelos, quos peccato tuo contristari facis. Angeli paciȝ amare flebunt inquit scriptura. Flent dū flebilia peccata nostra uident, flent quo modo flere possunt, mœrent, lugent ut mœrere lugereq; ualent ob nostri perditionem. Quicquid enim laboris & operæ circa nos impendunt, quantumcunq; nos ad uirtutes alliciunt & in seruandis nobis aduigilant, nos ex omni parte pessundamus, nos subuertimus & in totū euacuamus, dum tam impudenter in peccata sceleraq; corruimus. Offendis teipsum: cū sic te spiritualiter occidas & æternis pœnis obliges. Peccati nanq; stipendium, mors est, ut ait Apostolus. Si ergo crudelis reputatur qui corpus sibi perimit

Quam grauis Adamo & posteris pomi morsus. Roma. 5.

Esa. 33.

Roma. 6.

perimit, nonne multo crudelior erit qui ſuam ipſius animam ene-
cat & extinguit? Offendis tu peccator proximũ, quem exemplo E.
Gregor. malo peruertis. Tot enim mortibus es dignus, quot exẽpla mala
paris. Offendis in igne purgatorio ſitos, quos orationibus tuis
iuuare nequis. Nam quandiu manes in peccato, ſterilis eſt oratio
Ioan 9. tua. Scimus quia deus peccatores nõ audit, ait euangeliſta. Offẽ-
dis infernum, quoniam ſi damneris ob peccata, damnatorũ pœ-
nas quodammodo auges. Addita nanq; ligna foco, maiorem ac
feruentiorem ignem efficiunt. Ita fors numeroſior damnatorũ,
ad pœnarum facit augmentũ. Corpora nanq; damnatorũ & ani-
mæ, ſunt illius ignis inextinguibilis & inconſumptibilis materia.
Quam ob rem diues ille qui damnatus legitur in Euangelio, ro-
Luc 16. gabat Abrahamum ut Lazarum mitteret in domũ patris ſui ad
cõmonendos fratres, ne & ipſi uenirẽt ad illum locum tormẽto-
rum. Non hoc enim ex charitate dicebat qua damnati uacãt, ſed
ne ſibi pœna accidẽtaliter accreſceret in ipſorũ acceſſu. Reſpõ-
Expo. dit autẽ Abrahamus pro fratribus iſta rogãti, Habent illi Moy-
ſen & prophetas: Audiant eos. Rurſum diues. Non pater Abra
ham, ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiã agent. Abra-
hã illi. Si Moſen & prophetas non audierint, neq; ſi quis ex mor-
Moſẽ & pro- tuis reſurrexerit, credẽt. Sic nos habemus etiã Moſen & pphe-
phetas habe- tas, habemus ſcripturam dei per eos manifeſte traditam, quæ de
mus. inferis & pœnis ibi plane nobis enunciat. Si credere nolimus, ſi
nolimus inaudire: quam fidem habebimus á morte reuertenti?
Narrant illi certa, narrant quæ certo didicerũt etiã ex ore ſpiri-
tuq; dei. Poteſt qui reſurget ex mortuis ſua figmẽta dicere, Mo-
ſes & prophetæ ſolam dei ueritatem exponunt. Q; ſi non huic
Dicit deus ho affidas, qualem cuicunq; mortuo fidem adhibebis? Deus fixit ſi-
mini liberum bi ſententiam erga nos. Reliquit ſcripturã & prophetas, ut ple-
arbitrium. nam his fidem habeamus: ſic tamẽ ut ſimul in arbitrio poſuerit,
an uelimus. Nũc in noſtra manu eſt, nare ne uelimus an immer-
gi: uiuere an interire. Sic itaq; deus tanq; quandã nandi peritiam
nobis

F nobis indidit, ſic ut non mergamur niſi mergi uolendo. Appo- Eccle.15.
» ſuit ignem & aquam, mortem & uitam, ut manum (inquit) mittat
» ad quid uelint. Docuit eſſe cœlũ, docuit & infernũ: docuit utro-
» uis abeundi uiam. Monuit ut declinans infernale ſupplicium, aſpi-
res ad cœleſte gaudium. At utrũlibet eligere potes. Habes Mo-
ſen & prophetas. Verum hoc ipſo modo (quem diximus) gra-
ues & multiplices offenſas incurris: immo per peccatum creatu-
ras oẽs offendis tam intellectu rationeq; prædictas, q̃ ab ea pro-
ſum alienas. Sicut enim læſo capite, læduntur omnia membra: ſic
offenſo deo per peccatũ, omnes creaturæ (quæ ſunt tãq; mẽbra
illius) offenduntur. Offenſo rege qui caput eſt omniũ in regno,
ſimul oẽs habitatores regni tanq; mẽbra grauant. Triplex autẽ Triplex cor-
corpus eſt, cui paria hincinde membra reſpondent: naturali na- pus.
turalia, ciuili ciuilia, & myſtico ſeu ſpirituali myſtica. Hæc nimi-
rum omnia, capiti ſemper ſuo præſto ſunt ut auxilientur: ſi capiti
periculum immineat, ipſa repellunt: ſi grauetur illud, ſimul ipſa
grauantur. In naturali corpore ſi plaga uel ictus impendeat, ſe
brachium, ſe manus opponit ut tueantur, ſe malunt ut ipſa pe-
reant q̃ (ſi defendi poſſit) caput oppetat. Nec in ſolis id contin-
git hominibus, ſed & in bæluis ac ſerpentibus. Quorũ naturam
terunt eſſe, ut caput in diſcrimine poſitũ reliquo corporis inter-
iectu protegant & defendãt. In ciuili quoq; corpore ſinguli quiq;
uiri ceu ſingula membra, caput ubiq; ſuum, hoc eſt regem, pro
uirili defendunt: ut ipſum ſecurum maneat & incolume, ſeſe peri-
culis exponũt. Non diſſimiliter in deo fit & dei creaturis. Si pe-
cetur in eũ qui caput & uita, principium ac finis eſt omniũ crea-
turarũ: cauſam eius omnes ipſæ depugnabũt, inimicos eius om-
nes acerrime uindicabũt. Peccatores autẽ, inimici dei ſunt. Quã-
obrem habebunt in iudicio creaturas omnes aduerſum ſe clamã-
G. tes & ſibi pariter aduerſantes. De deo nanq; ſcribitur, Armabit Sapien. 5.
» omnem creaturam ad ultionem inimicorum. Et rurſum, Pugna-
bit pro illo orbis terrarum contra inſenſatos. O maledictũ itaq;
peccatum.

peccatũ. Vides o peccator peccati pondus & maliciam. Te deo facit inimicũ. Inducit hominem in dei maledictionem & opprobrium. Peccatum omnes animæ potẽtias corrumpit ac uirtutes: intellectum alienat, memoriam perturbat, uoluntatem peruertit, affectionem & desyderium undiq; corrumpit, corrumpit & naturam, mortẽ inducit. Mortem spiritualem, corporalẽ, & æternam. Necat animam, quam à deo trahit ad diabolum, necat corpus cuius sanitatem crapulis & exuperatiõibus extinguit, & demum mortem (ni præcaueatur) infligit æternam. Vides o mortalis homo peccati malignitatem. Fugias ergo peccatũ, quod ira dei sequitur. Fuge uindictam eius, fuge sicut à facie colubri. Væ nanq; peccatoribus terræ. Propheta certe noster dum peccata sua reputaret & anxie discrimen eorũ animaduerteret, in id doloris incidit, ut sicut herba solis ardoribus exaresceret, ita corpus eius præ tristicia cõtabesceret, anima liquesceret. Percussus sum (inquit) ut fœnum, uelut fœnũ exaresco. Corpore tabesio, mente spirituq; stupesco: adeo uitales spiritus intra me conturbantur, ut quid agere debeam, prorsus ignorem. Percussus sum dolore interno, dolore graui consumptus, percussus (ait) ut fœnum, tristicia scilicet nimia percussus sum, quæ ossa exsiccauit ut inquit Solomon. Tristicia me diuexat & lacerat intus, cor urit & arefacit, corpus erodit & exiccat ossa, carne absumpta, solam ossibus cutẽ relinquit. Hoc est quod dicit, percussus sum ut fœnum. Quare dicit Et aruit cor meum. Vt quid aruisse dicit? Quoniam oblitus (inquit) sum comedere panem meum. Macresco propemodum & absumor q̃ obliuio me retraxerit à sumendo pane. An panis ipsi regi defuit? Non plane: panis habuit abũdantiã, habuit oĩum omnino deliciarum. Verũ pane tamen indiguit, atq; intabescere cœpit. Non isto corporis pane, sed animæ magis eguit. Quisnã iste panis est? Profecto duplex, doctrine pariter ac pœnitẽtiæ. De priore scribit Cibauit illũ pane uitæ & ĩtellectus. Panis uitæ & intellectus, est panis sacræ scripturæ doctrineq; dei, quę fouit animam

Triplicẽ mortẽ inducit peccatum.

Eccle. 21.

Fœnũ pœnitentis cõparat.

Duplex panis. Eccl. 15

, animã & ſpiritualiter enutrit. Quia non in ſolo pane uiuit homo, H. ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. In hoc uerbo dei, ſapit infans de quo lactere poſſit, puer quod exugat, adoleſcẽs quod arripiat, iuuenis quod deſyderet, ſenex denicq; quod expẽctet. Ex hoc pane trahũt fœminæ pudicitiã, uiri modeſtiam, uirgines integritatẽ, caſtitatẽ coniuges, uiduæ cõtinentiã, continuã puritatẽ & deuotionem, obedientiam & perſeuerantiam religioſi, diuites hoſpitalitatẽ ac miſericordiam, pauperes patientiam, animi quietitudinem & modeſtiam, omnes pietatẽ. Euerbo dei reges habent ut quid facturi ſint intelligant, iudices ut in iudicio non errent. Dei uerbum triſtes adiuuat & ſolatur, lœti timorem attenuat, iracundiam mitigat & extinguit, pauperiem recreat, diuitiis abundantes ad ſui noticiam adducit, omni laboranti medicamẽ adhibet. Nam pœnitentiã (quæ ſola peccati eſt medicina) ſuggerit. Verbo dei, uere deus intelligitur & colitur, ſimulachra noſcuntur atq; irridentur, fides acquiritur & perfidia refutatur. Verbo dei iuſticia perdocetur, prohibetur iniquitas: miſericordia laudatur, crudelitas inhibetur: ueritas inuenitur, mendacium ablegatur, peccata profligantur dum pœnitentia prędicatur: & (quod eſt excellentiſſimum) æterna gloria procuratur. In uerbo dei cernis pietatem Abelis, Enochi contemplationẽ, Noe fiduciam, fidem Abrahæ, modeſtam Iſaachi uitam ac patientiæ plenam, Iacobi prudentiam. In uerbo dei inuenies Ioſephi caſtitatem, Moſi charitatem, ſanctam Phinees emulationem, ſynceram Aaronis oblationem. In uerbo dei, uidebis Ioſue uirtutem, animoſitatem Iudæ, Samſonis fortitudinẽ, Samuelis integritatem, Tobiæ compaſſionem, Dauidis miſericordiam, Solomonis ſapientiam, Heliæ bonitatem, Eſaiæ ſtabilitatẽ, Hieremię magna-
H. nimitatẽ, & feruorem Danielis. In dei uerbo, perſpicis CHRISTI obedientiam, & innocentiam, uirginis & matris eius uirginitatem caſtiſſimãq; humilitatem atq; modeſtiã, Ioannis caſtimoniã, Petri longanimitatẽ, ſublimẽ Pauli laborẽ atq; patientiã,

Matth. 4. In uerbo dei omnia exhibẽtur neceſſaria.

Verbũ dei uirtutes ſactori cõmemorat.

peccatū. Vides o peccator peccati pondus & maliciam. Te deo facit inimicū. Inducit hominem in dei maledictionem & opprobrium. Peccatum omnes animæ potētias corrumpit ac uirtutes: intellectum alienat, memoriam perturbat, uoluntatem peruertit, affectionem & desyderium undiq; corrumpit, corrumpit & naturam, mortē inducit. Mortem spiritualem, corporalē, & æternam. Necat animam, quam à deo trahit ad diabolum, necat corpus cuius sanitatem crapulis & exuperatiōibus extinguit, & demum mortem (ni præcaueatur) infligit æternam. Vides o mortalis homo peccati malignitatem. Fugias ergo peccatū, quod ira dei sequitur. Fuge uindictam eius, fuge sicut à facie colubri. Væ nanq; peccatoribus terræ. Propheta certe noster dum peccata sua reputaret & anxie discrimen corū animaduerteret, in id doloris incidit, ut sicut herba solis ardoribus exaresceit, ita corpus eius præ tristicia cōtabesceret, anima liquesceret. Percussus sum (inquit) ut fœnum, uelut fœnū exaresco. Corpore tabesio, mente spirituq; stupesco: adeo uitales spiritus intra me conturbantur, ut quid agere debeam, prorsus ignorem. Percussus sum dolore interno, dolore graui consumptus, percussus (ait) ut fœnum, tristicia scilicet nimia percussus sum, quæ ossa exsiccauit ut inquit Solomon. Tristicia me diuexat & lacerat intus, cor urit & arefacit, corpus erodit & exiccat ossa, carne absumpta, solam ossibus cutē relinquit. Hoc est quod dicit, percussus sum ut fœnum. Quare dicit Et aruit cor meum. Vt quid aruisse dicit? Quoniam oblitus (inquit) sum comedere panem meum. Macresco propemodum & absumor q̄ obliuio me retraxerit à sumendo pane. An panis ipsi regi defuit? Non plane: panis habuit abūdantiā, habuit oīum omnino deliciarum. Verū pane tamen indiguit, atq; intabescere cœpit. Non isto corporis pane, sed animæ magis eguit. Quisnā iste panis est? Profecto duplex, doctrine pariter ac pœnitētiæ. De priore scribit Cibauit illū pane uitæ & intellectus. Panis uitæ & intellectus, est panis sacræ scripturæ doctrineq; dei, quę fouit

Triplicē mortē inducit peccatum.

Eccle. 21.

Fœnū à pœnitens cōparat.

Duplex panis.

Eccle. 15

animam

, animã & ſpiritualiter enutrit. Quia non in ſolo pane uiuit homo, Matth. 4.
H. ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. In hoc uerbo dei, In uerbo dei omnia exhibẽtur neceſſaria.
ſapit infans de quo lactere poſſit, puer quod exugat, adoleſcẽs quod arripiat, iuuenis quod deſyderet, ſenex denique quod expectet. Ex hoc pane trahũt fœminæ pudicitiã, uiri modeſtiam, uirgines integritatẽ, caſtitatẽ coniuges, uiduæ cõtinentiã, continuã puritatẽ & deuotionem, obedientiam & perſeuerantiam religioſi, diuites hoſpitalitatẽ ac miſericordiam, pauperes patientiam, animi quietitudinem & modeſtiam, omnes pietatẽ. E uerbo dei reges habent ut quid facturi ſint intelligant, iudices ut in iudicio non errent. Dei uerbum triſtes adiuuat & ſolatur, lœti timorem attenuat, iracundiam mitigat & extinguit, pauperiem recreat, diuitiis abundantes ad ſui noticiam adducit, omni laboranti medicamẽ adhibet. Nam pœnitentiã (quæ ſola peccati eſt medicina) ſuggerit. Verbo dei, uere deus intelligitur & colitur, ſimulachra noſcuntur atq; irridentur, fides acquiritur & perfidia refutatur. Verbo dei iuſticia perdocetur, prohibetur iniquitas: miſericordia laudatur, crudelitas inhibetur: ueritas inuenitur, mendacium ablegatur, peccata profligantur dum pœnitentia prædicatur: & (quod eſt excellentiſſimum) æterna gloria procuratur. In uerbo dei cernis pietatem Abelis, Enochi contemplationẽ, Noe fiduciam, fidem Abrahæ, modeſtam Iſaachi uitam ac patientiæ plenam, Iacobi prudentiam. In uerbo dei inuenies Ioſephi caſtitatem, Moſi charitatem, ſanctam Phinees emulationem, ſynceram Aaronis oblationem. In uerbo dei, uidebis Ioſue uirtutem, animoſitatem Iudæ, Samſonis fortitudinẽ, Samuelis integritatem, Tobiæ compaſſionem, Dauidis miſericordiam, Solomonis ſapientiam, Heliæ bonitatem, Eſaiæ ſtabilitatẽ, Hieremię magnanimitatẽ, & feruorem Danielis. In dei uerbo, perſpicis CHRISTI
I. obedientiam, & innocentiam, uirginis & matris eius uirginitatem caſtiſſimãq; humilitatem atq; modeſtiã, Ioannis caſtimoniã, Petri longanimitatẽ, ſublimẽ Pauli laborẽ atq; patientiã,

Verbũ dei uirtutes ſalutis cõmemorat.

Baptiſtæ confeſſionem & abſtinentiam, Andreæ in cruce magiſterium, Thomæ recognitionẽ, Matthæi uocatiõem ac ſanctitatem, electiõem Mathię & humilitatem, Marci ſynceritatẽ, Luęæ uigilantiam, aliorum innocentiam, aliorũ alias uirtutes innumeras. Quæ ſaluti neceſſaria ſunt, oĩa prorſus in uerbo dei clareſcunt. Eſt in uerbo dei quod perfectus comedat, quod paruulus ſugat. Eſt in eodem lacteus potus quo tenera fidelium infantia nutriatur, & cibus ſolidus quo perfectorum iuuentus uirtutũ accipiat incremẽta. Ibi diſcet infans quid fugere debeat, puer quid edat, quid fugiat adoleſcẽs, iuuenis quid faciat ac ſequatur, ſenex quid deſyderet. Diſcent uirgines quomodo ſic perſiſtant uitæq; mundicię integriter obſeruent, uiduæ ſimul & deuotæ quemadmodum (relicto mundo) continuis meditationibus inſiſtant, cõiugio nexæ quomodo uiris ſuis ſolis corpus aſſeruent, & ſuſceptos inde liberos diligenter enutriant, familiæq; proſpiciant. Diſcunt reges ut omnia recte gubernent, & ſubditos & regna: iudices ut iuſticiæ miſericordiam aſſociant: domini, potentes ac diuites, ut aliis miſereri debeant. Diſcunt milites ut animoſitatem & fortitudinẽ ſuã in ſpirituali pugna demonſtrent. Diſcent inſimul ſubditi omnes, obedientiã debitam, ſubiectionem ſui, diligentiã & oportuni laboris exercitiũ. Prælati accipiẽt è uerbo dei unde clerum iuſte ſancteq; dirigant, unde cunctis ſibi ſubditis ſalubris exempli nutrimenta miniſtrent. Inde ſacerdotes addiſcent idoneas ſacramentorum adminiſtrationes, & ipſammet uiã qua plebem ſalubriter inſtituant. Religioſi ſuas inde ceremonias, obedientiam & cætera quæ ſunt ordini ſuo ſubſtantialia, ſumẽt. Plebs ipſã legis dei & mandatorũ ipſius obſeruationem inde capeſſẽt. Hoc ergo uerbum panis eſt, panis uitæ & intellectus: uita mẽtis, lumen intellectus animæ: de quo propheta dicit Declaratio ſermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis. Huius nos panis, huius inquã panis, huius panis eſum obliuiſcimur. Si ſemel hũc anno, ſi quadrageſima ſumamus, ſatis arbitramur. Anno anno ſuperiore

Quid diſcendũ in uerbo dei.

Gregor.

Iuuenes.

Virgines.

Cõiugatæ.

Reges, dñi, & potentes.

Milites.

Subditi.

Prælati.

Sacerdotes.

Religioſi.

Pſalm. 118.

Non ſatis eſt ſemel quotannis audiſſe uerbum dei.

no ſuperiore (ſit deo gratia) portionẽ quandã huius panis inter uos ſparſi, quem tamen ſic eſtis obliti comedere ut nec ſaporem eius guſtu teneatis. Quot oro ueſtrum recordãtur illorũ uerborũ quæ apud uos habui anno proximo? Ohe dicetis Oblitus ſum comedere panem meũ. At ideo plangetis, deus ob id nos, ut meremur, intuebitur. Non auditores uerbi dei, ſed factores iuſtificabuntur. Beati qui audiunt uerbum dei & cuſtodiunt illud, ſic inquam ut & in opere clare cõmonſtrent. Iudas enim audiebat, at non ita ſeruabat ut ſecundum illud faceret. Frequenter, immo continue CHRISTVM audiebat prædicantẽ, ſed nõ doctrinam CHRISTI quam terrenorum contemptus ſequitur, implere libuit. Miſſus erat (ut inquit Auguſtinus) cũ cæteris Apoſtolis ad prædicandum, & ad impartiendum hunc cœleſtem panem aliis: at eundem ipſe non comedit, ſed oblitus eius, ad proditionis peccatum erupit: & aruit cor eius nõ habens cibũ ſuum & humorem gratiæ. Quiſquis autem uere comederit & digeſſerit, uitam habebit atq; intellectum. Nemo eſt cui non hoc uerbo cõſulitur ad ſalutem. In hoc habetur quod omni ætati congruat, & quod omni profeſſioni conueniat. Hinc audimus quæ faciamus, quæ ſperemus, & quæ nos ſi perimpleamus, ad uitam perducent æternam. Et ideo licet etiam excommunicatis tempore conciõis ecclesiam introire: ut illinc audiant quo reſipiſcant, & ubi reſipuerint, fideliſſime perſeuerẽt. Verbum enim hoc illuminat & dat intellectum. Sed quibus? Paruulis profecto. Declaratio ſermonũ tuorum illuminat & dat intellectũ paruulis inquit propheta. Qui ſunt iſti paruuli? Patientes, humiles, mites ac modeſti. Paruuli petierunt panẽ, ſed non erat qui frangeret eis. Petierũt ſacrę ſcripturæ panẽ, ſed non erat qui frangeret: pocula doctrinæ CHRISTI, ſed non erat qui apponeret eis. Tanta, tanta uirtus huius uerbi, ut plenitudinem cordi noſtro uirtutum infundat. Illuminat uti diximus, Fides enim IESV CHRISTI qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, per auditũ huius

Pſalm.

Leo. 1.

Luc. 11.

Iudas hõc pœnẽ non comedit.

Auguſt. 1. q. 1. Chryſ.

Licet excommunicatis intereſſe conciõnibus.

Pſalm. 118. Expo.

Paruuli qui ſunt? Thren. 4.

Verbi dei proprietates.

Ioan. 1.

.2.

Luc. 24. uerbi. Inflammat, sicut ibi patefit Nonne cor nostrũ ardens erat
.j. in nobis dum loqueretur nobis in uia? Purgat etiam, ut illinc in-
Ioan. 15. telligimus iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus
sum uobis. Hunc sermonem si non alii ministrẽt, quos oporteat:
at est ipse CHRISTVS qui præbere semper est paratus. Ad
Ioan. 6. cum est confugiendum & dicendum cum Apostolis Domine ad
quem ibimus? Verba uitæ æternę habes. Quæ ut Apostolis ma-
nifeste præstitit, sic & nobis expetentibus per spiritum insinuat.
Panis pœnitẽ- Sed & alius panis est, quo pascitur & saginatur anima. Panis in-
tiæ. quam pœnitentiæ, de quo scriptum intelligitur In sudore uultus
Gene. 3. tui uesceris pane tuo. Hic enĩ ille panis est, quo dolor admittitur
pro peccatis, & omnifarius labor assumitur ad uirtutes. A quo
Psalm. 126. nec abludit quod propheta suadet Surgite postq̃ sederitis qui
Expo. manducatis panem doloris. Qui sedistis in condigno fructu pœ-
nitentiæ, postmodũ assurgite ad contemplationẽ futuræ gloriæ.
Olim enim multi hunc panẽ comedebant: inter quos Dauid erat .M
Psalm. unus & præcipuus, qui de sese hoc eodem psalmo clamitat Cine-
rem tanq̃ panem manducabam. Q̃z corpus pane, tam anima fo-
uebatur pœnitentia: quæ cineris ex nomine sumitur è scriptura.
3. Regũ. 19. Comedit hunc panẽ Helias, Respexit enim ad caput suum subci-
Expo. nericium panem & comedit: ambulabat in fortitudine cibi illius
usq; ad mõtẽ dei Oreb. Subcinericius enim hic panis quidnã est,
Panis subcine- aliud, q̃ panis ueræ pœnitentiæ? Nempe merito panis ob id di-
ricius quid. ci potest, q̃ mentem alat & animã impinguet. Sed non unusqui-
Pœnitẽtia unde libet panis pœnitentiã repræsentat, at subcinericius tantũ. Quo-
conficitur. niã è cinere, hoc est, ipsa futuræ mortis memoria, conficitur pœ-
nitentia. Cum enim quis recogitet se non ita multo post esse mo-
riturum, cum animo reuoluat quod Adamo dictũ est, sibi quoq;
Gene. 3. uerissime dicendum Cinis es & in cinerem reuerteris: cunq; co-
gitando de omnibus factis, dictis, sed & cogitatis rationẽ se red-
diturum haud dubitet: mouetur ad pœnitentiam. Verum hodie
panis iste uilipenditur, Tam insipidus & acerbus è fermẽto, tam

durus

durus existimat: ut pauciſſimi uelint inde guſtare. Quorũ unuſquiſq; recte dicere poteſt Aruit cor meum, Quia oblitus ſum comedere panem meum. Oblitus ſum, quia dei uerbũ excidit è memoria. Oblitus ſum comedere uerbum illud. Nam multi uerbum illud audiunt, ſed non cuſtodiunt: multi audiunt illud, ſed non comedunt, nõ digerunt: multi uerbum illud audiunt, ſed nõ recordantur, non maſticant, neq; demittunt in uentrem: præcepta dei non adimplent. Oblitus ſum comedere panem meum, præcepta dei mei tranſgreſſus ſum, uilipendi, non attendi. Verbũ dei quid eſſet faciendum, oſtendit, non feci. Quod erat uitandũ inhibuit, feci tamen. Oblitus ſum ergo comedere panẽ meũ. Deus primo illi parenti noſtro arbores omnes paradiſi ad uitæ ſuſtentationẽ aſſignauit De omni inquiẽs ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. Quacunq; die comederis ex eo, morieris. En ubi panis idoneus diſcernitur ab inidoneo. Sed oblitus ipſe eſt comedere ſuum, oblitus eſt præcepti dei. Nõ comedit panem idoneum, aſſignatum & licitum: ſed uetitum nouauit ac illicitum. Vnde contigit ei ſucceſſoribuſq; ſuis, genus omne malorum. An non idem dei uerbum, uox eadem quædã tibi facienda præcipit, & alia uetat? Omnia dei præcepta pariter & eccleſiæ, pro neceſſario pane tibi ſunt. Sunt de neceſſitate ſalutis. Oĩa conſilia ſunt ipſa quoq; panis inſtar. At tu tamen es oblitus hunc panẽ comedere, tu præcepta dei non obſeruas ſed contrauenis. Non comedis panem tuum, ſed panem comedis alienũ. Manducas panem uetitum, panem diaboli comedis. Voluntatẽ eius adimples, conſilium aut ſuggeſtionem potius eius, carnis, & mundi ſequeris. Quappter multa tibi accidunt incõmoda, multa naturæ, plura fortunæ, incõmodaq; alia multa. Malicia, peccatũ, miſeria, oĩa mala inde proueniunt. Vbi quæſo ſunt hodie ieiunia, ubi ueteres abſtinentiæ? ubi uigiliæ & diſciplinæ? ubi meditationes atq; deuotæ orationes? ubi ſanctorũ inuocationes, planctus & lamenta? ubi proſtrationes, genuflexiones, ac pectorum

Pſalm. Expo.

Gene. 2.

Præcepta dei & eccleſiæ panes ſunt.

Panẽ patrũ oẽs ſancti comederunt.

tantiones? ubi facci cingulum aut cilicium? Hæc erant olim assueta sanctis patribus ferecp quotidiana: cp est argenti commutatio frequens, tam hæc frequentabantur omnibus: sed iam rara sunt atcp infrequentia. Vix aliquis in amplo regno, uix unus è cunctis hominū millibus, ad hæc afflescit. Ecce qualiter obliti sumus cō- .O
medere panem nostrum, panem doloris ac pœnitentiæ: quem si uolentes hic non comederimus, post, etiā multo grauiorē comedemus inuiti. Quod facis hic, tibi prævalet: quod ibi facies, omnino uacabit. Pœnitentia nancp in sano sana est, in infirmo infirma, in mortuo mortua. Gustes ergo panē doloris ante recessum, prægustes hic qualemqualē ut præsentias, an tolerare queas tam multo grauiorem in inferno ad quem properas. Gustes hic quēadmodū ferre poteris sitim illam atcp ignem infernalem. Necesse est enim necesse, ut aut hic aut ibi pœnam sustineas & dolorem. Si Maria magdalene non hunc panem hic prægustasset, damnationem profecto gustasset in inferno. In Petro, Paulo, publicano, sancto Latrone, cæteriscp similibus undes ut idipsum acciderit. Gustes itacp similiter hunc panem antecp morianis. Prægustes ut tolerare poteris si ecciderit ad infernum. Mittas hic digitum in ignem feruentem, ut præscire possis, an totū corpus ferre possit illum æternum. Patere sitim, inediam, frigus, æstum hic: experturus an eadem perpetuo ferre queas in inferno. Experire num mortis calicem potes bibere. Audi quid à te CHRISTVS tuicp similibus interroget Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Gustes hæc, gustes in hac uita, ut, cum propheta iam peccata sua uehementer ingemescente, uere dicere possis

Vers. 6. A VOCE GEMITVS MEI, ADHAESIT OS MEVM, carni meæ. O panē doloris insignem, o gemitum admirandum: .p
quem tantum ac tam uehementē pro peccatis in corde suo propheta suscepit, ut per intensum hunc intus dolorem, caro foris emarcesceret: ut in tantam corpus eius maciem uerteretur, cp ipsa quidē ossa carne fere consumpta, cuti cohærerent. Spiritus enim

tristis

» triſtis exiccat oſſa. Nimirum gemitus eſt interior quidam motus » animæ, qui generat̃ è dolore: cũ ſigni alicuius exterioris emiſſiõe » atq; oſtenſione. Eſt itaq; doloris illa uehemẽtia, quam ſentit pœ» nitens in recordatione peccatorum ſuorum, dum ſingulatim ea» dem apud ſe reuoluit. Quod & alibi ſe feciſſe propheta demon» ſtrat ſic inquiens ad deum Recogitabo tibi omnes annos meos, » in amaritudine animę meæ. Se recordaturũ annos, non annum ait unicum, non duos, non tres aut quatuor tantum: ſed omnes ſi» mul annos, immo dies omnes atq; noctes, totum uitæ ſuæ ſpaciũ. Idq; nõ in externo gaudio ſeu ſolatio, ſed interno dolore ſe factu» rum, in amaritudine (ut aſſerit) animæ ſuæ. Recogites ergo re» cogites & tu o pœnitẽs homo, recogites omnes annos tuos. An» nos pueritiæ, annos adoleſcentiæ & iuuẽtutis tuæ: in quibus tam negligenter ac diſſolute uixiſti, in quibus tot enormitates incur» riſti totq; peccata commiſiſti, tot ocioſa ne turpia dicã, detracto» ria & perniciosa uerba, tot obloquia, cõtumelias & cõuicia pro» tuliſti. Nec hos tantum, ſed uiriles etiam ac ſeniles (ſi peruentum fuerit ad annos iſtos) repetas: in quibus quo prudentior eras ac cordatior ut caueres, eo crebrius forſan & deteſtabilius in pec» cata corruiſti. Præmoneo ut cum ſapientiſſimo rege ſic omnes » annos uitæ tuæ recolas. Nam reſpõdebis (ſcio) pro omnibus, in » die iræ & reuelationis iuſti iudicii dei, quando reddet unicuiq; » iuxta opera ſua: & in illo magno ratiocinio, quando diues & po» tens dominus uocabit uillicos ſuos, hoc eſt, nos omnes ad reddẽ» dam rationẽ uillicationis noſtræ. Te pares igitur ad reſponden» dum, ut tanq; in numerato habeas quæ reſpondeas. Ratio poſ» cit, ut externa doceant, quid fieri debeat intus. Si quis rationem alicunde ſubducturus ſit, itineris, alterius ue negotii: calamum, chartam, & atramentum, & calculos ſibi aſſumit: deſcribit in li» bellis, deſcriptos examinat, chartulas particulares extrahit, quæ ſicubi non ſufficiant, ad matriculã recurrit: ut ſi quid oblitus fue» rit, inde fideliter intelligat. Notat dies ſed neq; noctes omittit,

Gemitus quid?

Eſai. 38. Expo.

Recogitandi ſunt omnes ãni.

Roma. 2.

Reddituros rationem diligenter parat computationẽ ſuam.

menſes adiicit ſed nec annos enumerare fugit, ut rationem debi-
te componat. Dum tali ſupputationi diligenter attendit: nō ſom-
ni, non eſus, nō rei cuiuſcū alterius uſqquaq; meminit. Si quis ad
cœnā uocet, ipſe recuſat, Aliud inquiēs habeo quod facere opōr
teat. Si quis litterarum rudis aut qua mulier indocta tale quid fa-
ctitandum habeat: è digitis, è calculis precatoriis, lapillis aut aliis
nonulis haud indiligenter enumerat, ut prōpti ſint ad reddēdam
plenam ex omni parte rationē. Si tali cum ſtudio tam certaq; di- R.
ligentia quis iſthæc temporalia peruideat & intendat: quāto ma-
iori cura tractanda ſunt æterna, & quæ ad animam attinent? quo
maior induſtria debet adhiberi, ut quis rationem apud deum in-
tegre ſubducat, ut pro malis operibus & peccatis quibus deum
offendit, haud imminute reſpōdeat? Difficilis & grauis apud iu-
riſtas eſt ſupputationis actio, in qua cum ſummis altioribus mul-
ti quadrantes & drachmæ, aſſes & oboli, ueniunt annumerandi.
Quo difficilior illa ratio quę reddenda eſt corā ſummo iudice de
ſingulis operibus, uerbis, & cogitatis etiā minutiſſimis? Igit hæc
pro uirili ſunt recogitāda nobis, recogitāda nō in gaudio ſed do
lore, recogitāda in amaritudine animæ noſtræ. Quanta nimirū
Hier. 6. Expo. debeat hęc amaritudo eſſe, docet ibi Hieremias Luctum unige- ,
niti fac tibi planctū amarū. An eſt luctus intenſior cū qui pro uni- ,
genito ſuſcipitur? Mulier cum unigenitum amiſerit, dolorem in-
Matth. 2. & Hier. 31. Expo. Deplorāda ſo- lij mortui. conſolabilem incurrit, Rachel plorans filios ſuos noluit conſola- ,
ri quia non ſunt. Nihil enim grauius aut moleſtius cū dilectū uni- ,
genitū amittere. Iam ut filius tibi unigenitus, opera tua ſunt, quæ
per concupiſcentiā concepiſti, per conſenſum genuiſti, per actū
in apertam lucem protuliſti. Quæ ſi mala ſint, perdis unigenitū
ipſe tuum. Plores ergo filios hoſce tuos, deplores opera tua talia,
peccata recogites in amaritudine animæ tuæ. Si filios inſoleſce-
1. Regū. 2. & 4. re ſinas, tu peccata dependes eorū. Heli nanq; qui filios non cor- ,
ripuit, retro cecidit atq; expirauit. Tuq; ſi mala nō caſtiges ope- S.
ra, ſi peccata non corrigas, ipſe lues. Aegyptii mortē Iacob ſep-

tuaginta

tuaginta diebus defleuerunt, Filii Israel mortem Mosi diebus triginta, Adam mortem Abelis, & Saræ mortem Abraham annis multis. Si mors corporum ita defleta sit: nonne mors animæ multo magis est deflēda? Si fleueris hic, adeo delent ut prorsus obliuioni tradantur, neq; reddenda sit ibi ratio. Sin persistas, ut hinc ea tecum auferas: quomodo respōdebis, cum ille iudex iustus & terribilis aduenerit? iudex fortis ac patiens, sed & glorioſus atq; excelsus in maiestate: ad audiendam operum tuorum supputationem? Sic ueniet ut omnes ad unum terrifaciat, ut superbos humiliet, ut luxurioſos reprimat, ut auaros arguat, ut omnes omnino peccatores cruciatibus adiudicet. Quid agis o sterilis anima? quid dormis? An tum mūdana gaudia senties? Iam serio time, ne sero doleas. Quare nō uenturi iudicis seueritatem extimescis, ut quū uenerit, mitē ac clæmentē inuenias? Quare non peccata corrigis & uitam emendas, ut eius aduentu gaudeas? Te sic præpares, ut cum iudex ille te uocet ad tribunal, lætanter accedas. Vos alloquor o prælati, uos imperatores, reges atq; principes: uos o duces, marchiones, comites, barones, equites, armigeri, generosi, & armis utcunq; uel natalibus insigniti: doctores o theologi, iuridici, rhetores & philosophi: uos iuuenes atq; senes, mercatores & artifices: uirgines, uiduæ, coniuges: uos o Christiani, Iudei, gentiles & pagani: uos denique Saraceni & Turchæ: an nō uenit in mentem uobis eius diei, quo sistemini coram tribunali tanti iudicis? Oh, præparate, præparate uos in aduentum illius. Vos omnes admoneo uigiletis. Quia nescitis quādo dominus ueniet, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cum uenerit repente, uos inueniat dormientes. Quod autem uobis dico, omnibus dico, uigilate. Quid est nocte, nisi sub mortem quæ uitæ lucē excludit, aduenire? Quid per has noctis horas ita distīctas intelligitur, nisi totidem ætates hominis, quibus clam insidiosa mors obrepit? Mane, iuuentus: gallicantu, uirilis ætas: media nocte, senecta: sero, senīū quæ & decrepita ætas, intelligitur. Ita quia dies illa

Querr. Mos antiquorum in deplorandis amicis.

Marci 13. Expo.

illa mortis incertissima, neq; præsciri potest quando uenturus est dominus ad iudiciũ in morte subeundũ: hortatur omnes ut uigilent, ut parati sint ad respondendum eo tempore, ad ostendendũ dignos fructus pœnitentiæ, ut cum propheta gemitus & luctus nostrer, nos deo commẽdet: ut macies carnis & afflictio corporis, nos ueros pœnitentes esse declaret. Sunt enim hæc pœnitentiæ iuga saluti nostrarum animarum necessaria. Vnde duobus his uersibus qui sequuntur, per treis aues, tribus seorsum locis habitare solitas, tria pœnitentiæ membra describit subiungens

Vers. 7. SIMILIS FACTVS SVM PELLICANO SOLITV-
dinis, & factus sum sicut Nicticorax in domicilio Vigilaui, &
factus sum sicut passer solitarius in tecto. Hic tres aues accipis: Pellicanum, nicticoracem, & passerem. Loca tria: solitudinem, domicilũ, ac tectum. Pellicanus auis est macilenta ualde, sola manens in abditissimo deserti loco: unde nisi prœda cogat, nõ egreditur, cuius gratia si quando cõtingat exire, statim ea capta, recurrit eodem. Non fert urbes populosas aut oppida, fugit aspectus hominũ, ut in solitudine sibi chara, se contineat. Nicticorax in locis abstrusis, parietibus ac foraminibus solitaria latitãs, pasta muribus quiescit interdiu, noctu uigilat atq; uolat: tristes ac flebiles sæpe uoces emittẽs. Passer etsi natura feruidus & ppensus ad libidinem, tamen castus dum in tecto solus manet: solus ibi querelam sæpius ingeminat. Iam his tribus auiculis per habitacula sic sua separatis, tres uere pœnitentium ordines assignant. Quorum primi pœnitentiam acturi, sęculum omnino deserunt. Alteri, solum ex parte relinquunt. Tertii, manentes in sæculo, salutem sibi suam è pœnitentiali luctu gemituq; tempestiue requirũt. Triplex ista pœnitentia ad tres status hominum attinet. Prima est Anachoritarum, heremitarum aut monastica. Altera claustralis aut cœnobitarum. Tertia bene conuersantiũ in hoc sæculo. Primi Pellicanũ imitantur, quorum unusquisq; quod hic scribit, de se fatetur Similis factus sum Pellicano solitudinis, contemnit

(ut Iob

Tripleces auctria genera pœnitentium significantes.

Pellicani proprium.

Nicticoracis natura.

Passeris ingenium.

Triplex ordo pœnitentiæ.

Excellentissima pœnitentia.

(ut Iob habet) multitudinem ciuitatis. Transeuntes enim è mundo ad solitudinẽ, ibi se uigiliis, ibi ieiuniis, cordis contritionibus, corporis macerationibus & aliis modis attenuant: usq; dum absumpta carne, solam ferme cutem habeant. A sæculari se conuersatione subtrahentes, à uoluptatibus acriter abstinentes, plorantes & gementes tentatoris insidias euadunt: mundũ contemnũt, ut in heremo tanq; paradiso maneãt, ciuitates & oppida fugiunt aspirantes ad latißima cœli palacia, humana consortia uitant ut angelos associent: A postolorum in morem uni se deo plene cõmittunt, omnia sperantes ab eo neq; diffidentiæ quicq; usq; admittentes, modicißimo contenti pabulo, se speluncis ac cellis includunt. Iob. 39.

V. Beati profecto qui sic se segregant ab hoc maligno sæculo, beati qui se disiungunt à mundanis hominibus, beati qui se hic alienant à consortio peccatorum. Hic est ille paradisus quem deus ab initio plantauit, locus omnium amœnißimus: in quo posuit hominem ut operaretur & custodiret illum. Ibi reuera cõstituitur unusquisq; ut operetur, ut opera syncera præstet pœnitẽtiæ: castitatis uidelicet, orationis, contemplationis, patientiæ, uoluntariæ paupertatis, reliquarumq; uirtutum. Non erant in paradiso multæ ciuitates, non uicorum, non oppidorum aut hominum multitudo: sed unicus Adam in toto paradiso positus, ut exerceret illum. In hac heremo seu paradiso potius, piam exercere uitam, religio est immaculata: cuius nomẽ per orbem uniuersum euulgatur. Ipsi religiosi peculari quodem uoto ac professiõe deo coniuncti: quorũ conuersatio laudatur ab omnibus, quorum uita supra reliquas omnes uitas extollitur, quorum uita fit cunctis admiranda, non Christianis solũ, sed Iudæis etiã, paganis & Ethnicis: certe in uniuersum omnibus. A quibus, angelica potius q; humana reputatur. In carne nanq; sic præter carnẽ uiuere, uita magis angelica q; humana nuncupatur, & est. Degentibus hanc uitam intra deum omnia famulantur, angeli, cœli, elementa & quæ in eis sunt: aues, pisces, & bæluæ. Diabolus etiam quãnumuis inimicus

Beati qui sic in mundo uiuũt, quasi extra mundũ esse uideantur.

Sanctorũ reliquiæ quanta ueneratione excipiuntur.

Hieron.

micus, hiis obedit & obsequiũ præstat inuitus. Angeli tanꝯ spiritus administratorii sæpius apparẽdo solant eos, animãt & cõfirmãt. Cœli multis modis exhilarãt, hoïes necessaria libẽter impẽdũt. Aues, pisces, ac bæluę, ministeriũ suũ exhibẽt. Aues itẽ & bęluę sępius allociãt. Sic coruus Abachuc, sic cœtus Ionę, leones Danieli, leo Hieronymo, dama Egidio: sic multa animantia Marię Aegyptiacæ seruierũt. Horũ itaqꝫ pmagna uirtus est amplaqꝫ potestas. Quorũ nõ modo opera sed & uerba: nõ modo corpora, uerũ etiã indumenta, omni propemodũ creaturæ non tantũ uenerabilia, sed etiam solatio existunt: ut quæ homines uenerabundi exosculantur & reuerentur. Melota Heliæ diuisit Iordanem. Virga Mosi stare fecit aquas maris ut per medium alueum sicco pede transirent Israëlitæ. Eadem uirga de petra suauem aquam elicuit, & uim serpentis elisit. Lignum Helisęi naturã mutauit aquarũ, ut ferrũ supnataret, effecit. Vmbra Petri morbos multos ac infirmitates ab ęgrotis expulit. Boiæ eius gutturnosam adhibitæ sanabãt. Vestimẽta Pauli languoribus medicata sunt. Hieronymi quoqꝫ palliũ tres (ut quædã Eusebii historia narrat) à morte suscitauit. Quid hiis enumerãdis immoror, cum tot sanctorum tam multa monumenta sint, tot (ut uocant) reliquiæ, quarum tot insignia facta cernimus? Hæc angeli uenerabiliter obseruãt, osculant & magnifaciũt homines, huis suo modo assurgũt animalia quæqꝫ, hæc omnes creaturæ uenerantur. Adhuc quotidie uidere est, ut potentes & magnates orbis, plus honoris impendũt heremitis hiis pauperculis, fratribus & ueris monachis, hoc est, hiis omnibus si uere normam suæ religionis obseruent: ꝯ diuitibus & superbis hominibus, ꝯ sæculari more uiuentibus. Vnde precor id, nisi propter singularem eorum sanctitatem & uitæ synceritatem? propter illorum uirtutem & fiduciam tãtam, quĩ tam mira facta sequũtur, ut reuerẽtia tanta merito eis deberetur. Sanctus enim & plene pius omnia cũ fiducia facit. Iustus ut leo confidit, inquit sapiens. Confidenter agit, nec ueretur aut uerecundatur

4. Regũ. 2. Exodi. 14.

4. Regũ. 6. Actu. 5.

Eusebius in epistola.

Veri religiosi uenerãtur ab omnibus etiã a principibus.

Prouer. 28.

uerecundat̃ si quis quod agit introspiciat, non curat quis sua facta
trutinet, omnia secure facit, non sua refert quis uitam, quis cõsci-
entiam, quis animæ conclaue penetret & peruideat. Nihil timet,
neminem formidat. A diabolo cauet, carnem uincit atq; domat,
fit mundo superior. Cum amico conuenit & suauissime uiuit, ini-
micum non lacessit aut contemnit sed usq; ferendo emendat. Nõ
timet famem, non sitim, non nuditatem, non paupertatẽ, non car-
Y. cerem, non gladium, nõ ipsam denicp mortem. Is eorum unus est
, de quibus ait Apostolus Quis nos separabit à charitate dei? An
, fames? angustia? nuditas? incarceratio? gladius? an mors? Certus
, sum cp neq; mors, neq; uita: neq; instantia, nec futura, nõ profun-
, dum aut altitudo, neq; fortitudo aliqua, nos separabit á charitate
quę est in CHRISTO IESV. Quid nos ab hac heremo se-
parabit? quid ab hoc usu pœnitentiæ? An horũ quæ iam recen-
sita sunt, aliquod? Nõ sane. Dulcior enim dulcior ista uita, cp quę
præterea in mundo suauissima. An quid eis suauius aut delicatius
esse potuit cp in illis caueis, cellis, aut spelæis abscondi? Vbi uiue-
bant cõtenti radicibus, herbis & minutilis hiisce terræ fructibus,
solũmodo quod demisit deus, acceptantes: cp si hebdomadatim
daret uel unicus panis ac semel in die aqua, satis opipare ac splen-
dide uictitasse uidebant. Ibi nulla cura, nulla præuisio, nulla om-
nino præparatio: non ars ibi coquinaria uel œconomica. Nullus
aularum uel cubiculorũ ibi minister, nullus architriclinus, nullus
coquorũ usus, nullus cupedinarius, cubicularius ue, nullus denicp
qui inseruiat, sed nec aulæ uel cubicula, sed sola solitudo: nisi dei
præsentiam aut societatem angelorum æstimes. Nulla ibi strata,
lectisternia, mollia ue cubilia, non plumeæ laneę ue culcitræ, non
centones aut ceruicalia: sed si cespes, truncus aut lapis capiti sup-
positus esset, pro hiis omnibus plus cp satisfecit. Quid ultra quæ-
ritis? Videtis quantum illis gratiæ quantũcp constantiæ deus in-
fudit: ut nihil non æquissime tolerarent, nihil intolerabile puta-
rent, quicquid aliis arduum & difficile, sibi pro deo facillimũ ac

Quã laute uiuãt in heremo quamque parce.

Hebre. 11. gratissimum autumarent. Circũierunt (ut inquit Apostolus) in
Melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, in solitu-
dinibus errantes, in mõtibus, in speluncis, in cauernis terræ: qui-
bus dignus non erat mũdus. En paradisum illũ, de quo diximus.
Gene. 1. Plantauit ibi deus omne lignum pomiferum, pulchrum usu & ad
uescendum suaue: lignum quoq; uitæ, & lignum scientiæ boni ac
mali. De omni ligno comedendi facultatem dabat, præterq; de Z.
hoc scientiæ boni ac mali. Cur (quæso) magis hoc q̃ reliqua pro-
hibuit? Certe ne qui manerent in hoc paradiso, qui manerent in
Religiosi a ligno huius uitæ abstinere debent. heremo monachi, fratres & heremitæ, curã aut anxietatem ullã
huius uitæ scientiæ ue mundanæ susciperent, inaudientes illud
Matth. 6. CHRISTI Ne soliciti sitis quid edatis, bibatis, aut quo indu-
amini, ne soliciti sitis in crastinum. Tales quærent regnũ dei spe-
rantes in domino, auxilium omne petentes ab eo, illudq; prophe-
Psalm. 61. ticum accinentes Spes mea in deo est: & hæc omnia adiicientur
eis. Q. si qui mũdo renunciarunt, huic mundo studentes sibi ui-
uant, huius uitæ cõpendia quærant, si ad uictum & uestitũ anxie
laborent, si hoc uel illud soliciti quæritantes, si prandii, si cœnæ
uel cubilis auidi sint: ualeat ualeat uita monastica, uita ualeat here-
mitica. Si religiosi, si perfecti, si mundi transfugæ, lignum scien-
tiæ uorent: si quomodo uiuant, curiose studeant, si ad mundanam
anhelent sapientiam, si scientiam carnalem uel ipsi sibi quæritent
uel alios eam docere contendant: religio perit, perfectio morit,
& uita spiritualis emarcescit, ipsiq; ab hac paradiso statim detru-
1. Timo. 1. duntur. Sic deo militans, se sæcularibus implicare non poterit,
non has aut illas res tractare oportet, qui uni se deo deuouit. Sin
Gene. 2. contra fecerit, à uoluptate huius paradisi alienabit. Quandocũq;
etenim (inquit) ex eo ligno comederis, morte morieris. Paradi-
sus enim ille non sustinet ingluuie carneq; corruptũ. Filiis Israël
Exodi. quandiu farinam Aegyptiacam secum habuerũt: manna defuit.
Itaq; cũ huiusce modi cœlesti paradisiacaq; uita, mundana nõ cõ-
sistit. Atqui harũ rerum exemplis est authoritas administrãda.

Ante

Ante oculos oro ponatis Antonium, ponite Paulum heremitam,
Hilarionẽ, Malchũ. Accedat hiis Athanasius. Nec ueteris histo-
riæ uiros intermittite, Samuelem, Heliam, atq; Helisgum. Tanq;
A. sub interstitio utriusq; Ioannes Baptista subintret: ut iamiã plu-
res haud intromittam. De Antonio scribens Hieronymus, àiu- *Antonij sanctitas.*
uentute inquit usq; ad senectam extremam in heremo degens,
æquã semper abstinẽtiam tenuit, omnino ieiunauit, neq; uel æta-
tis gratia cibis usq; lautioribus utens, uel ob imbecillitatem cor-
poris, habitum unq; immutans. Vestimentũ intus cilicinum erat,
extra pelliceum. Idq; ipsum ad mortem usq; iugiter obseruauit.
Corpus utut sordidum haud aquis abluit, sed neq; faciẽ aut pedes
lauare sueuit: qui tamen integer in omnibus ita perstitit, ut uiuã
oculorum aciem usq; conseruaret. Et illustrior ille uidebatur, cla-
rior, atq; ad fortitudinem promptior illis omnibus qui cibis deli-
catioribus, qui lauacris ut unguentis uariis, uestibusq; preciosis
utuntur. Qui quantas Sathanæ pertulerit insidias, nulli hominũ
compertum habetur. Paulus heremita (de quo narrat idem Hie- *Pauli heremite sanctitas.*
ronymus) circiter quindecim ætatis annos ad montium deserta
confugiens, saxeũ ibi montem repperit, ubi spelunca grãdis erat
quæ lapide claudebatur: in qua ieiuniis ac orationibus perpetem
exegit ætatem. Cibum & uestimentum ei palma præbebat, quæ
arbor est hirsuta frondibus, fructum habens iucundum. Cõtex-
tis enim palmarum foliis uestiebatur. Fructus autem illius arbo-
ris alii palmulas, alii dactylos appellant. Sic (mirum) ille centum
& tredecim annos inter bestias in solitudine, cœlestem uitam in
B. spelũcis adimpleuit. Interim ad eum beatus uenit Antonius, qui
post salutationem, narra mihi quæso (inquit o Antoni) quomo-
do se habeat humanũ genus, & an in antiquis urbibus noua tecta
consurgant: Die quo mundus regatur imperio: An adhuc aliqui
supersunt in mundo: Inter hoslpsos sermones suspiciunt alitem
corũ, qui panem integrum ante eos deposuit: post cuius abscess-
sum, Eia frater (inquit Paulus) dominus nobis prandium misit,

uere pius & misericors. Sexaginta iam anni sunt quibus accepi fragmentum dimidii panis, & in aduentu tuo nobis duplicauit deus annonam. Tum gratiarum actione celebrata, super marginem fontis uterq; cōsedit. Hic uero quis panē frangeret, oborta contentio, pene diem duxit in uesperum. Paulus more cogebat hospitii, Antonius iure refellebat aetatis. Tandem consilium fuit ut panē inter se diuiderent. Dehinc paululū aquæ de fonte prono ore libauerunt. Post immolantes deo sacrificiū laudis, sequētem noctem in uigiliis atq; orationibus transegerūt. Et cum dies proximus illuxisset, dixit beatus Paulus ad Antonium. Iam tempus instat meæ mortis, & tu mihi mos es à domino qui corpus meū humo reddas, & terram terra tegas. His dictis in modū orantis genibus complicatis, erecta ceruice & extēsis in altum manibus, spiritum deo reddidit. Quem Antonius uiuere credens, tanq; cū eo pariter orabat. Postq; uero nulla suspiria precantis audiuit, in flebile ruens oculum, mortuum intellexit: & deplorans mortē, uidit eum in sublime conscendere, fulgentem inter choros angelorum. Cumq; idem Antonius uolens eum sepelire, nec sarculum quo terram foderet habēs, indoleret: ecce duo leones recto cursu uenientes ad cadauer, ibi substiterūt, & circa pedes eius accubantes, ingentiq; fremitu rugientes, eo modo quo poterant corpus exanime deplangebant. Deinde scalpere cœperunt humum pedibus, & locū unius hominis capacē effodientes, accepta Antonii benedictione, recesserūt. Antonius autem corpus illud deponens in fossam, desuper humum aggessit. Atq; q̄ preciosa est C.
Psalm. 115. in conspectu dñi mors sanctorum eius? Videri potest ista mors humano modo uiuentibus, uilis & abiecta: uerum erat inclytissima. Non erant hic pompæ uel celebritates exequiarū, quæ magis (ut Augustinus ait) uiuorum sunt solacia q̄ subsidia mor-
Augus. tuorum. Non hic hominum multitudo sequentium aut præcedētium libitinā, sed uices omnū impleuit unius Antonii diligentia, immo plus omnibus præstitit ipsius dei atq; angelorū celeberri-
D.
ma

mum præsentia. Optandum potius ut nos pauperes deus autan-
gelorum chorus associet: q̄ ut diuites hominum numerosa tur-ba
sequatur. Satius ut citra gloriam omnem & pauperrime tegaris
humo sic iturus ad astra: q̄ ut magnificus & gloriosus diues mit-
taris in gehennam. Paulus uilissimo puluere cooptus erat & sine
syndone, sine lino, uel pallio splendore ue tumulandi sepultus: at
huic à tam uili sepulchro paradisus aperitur, ubi uos forsan quos
operosi saxi sepulchra premunt, cū tali pompa totq; cæremoni-
is, ignis expectat arsuros. Parcite quæso uobis, uel diuitiis saltem
parcite quas tam ardenter amatis. Cur mortuos ita uestros aura-
tis uestibus obuoluitis? Vtquid hæc perditio? Cur inter luctus
atq; lachrymas nō cessat hæc ambitio? An diuitum cadauera nisi
in serico putrescere nequeunt? Vtut Pauli corpus in terra iacuit,
in cœlum anima clarissime subuolauit: cauete uos, cauete ne dum
tanta sit cura corporis, anima dispereat. Verū hinc heremiticæ
uitæ planum cernitis exemplum. Quā si nō uultis ex omni parte
sequi, at alicunde sectemini: si nolitis omnē uictus ac uestitus curā
abiicere, at modicis estote contenti, modiceq; sumite. Dimensum
Pauli panis medius, uos omnia deuoratis. Ille pitissauit aquam è
fonte, uos uinum ac sicerā ab aureis poculis epotatis. Ille utilissi-
mo est usus indumento, iuncis ac palmarum foliis haud artificio-
se conserto, uos auro gemmisq; contexto. Exemplū proposui ut
cernatis ueritatem, & eam pro uirili consectemini. Quinetiam
ibidem se uidisse Hieronymus affirmat in heremo Syriæ quos-
dam monachos, è quibus unus annos triginta clausus, ordeaceo
pane lutulentaq; uixit aqua. Alter in cisterna ueteri singulis die-
D. bus quinq; carycis est sustentatus. Verum hic haud est omitten- *Hilarionis sanctimonia.*
dus Hilarion ille, de quo scribit idem Hieronymus. Aetatis (ut
narrat) anno quintodecimo, heremum est ingressus, solo sacco
membra coopertus, pelliceū habens ependyten. Hic uasta terri-
bilisq; solitudine fruebatur, quindecim tantum carycas post solis
occasum comedēs. Vbi creuerat corpus eius, uoluptatū incēdia

 suggerebat

suggerebat. Iratus itaq; sibi,& pectus pugno uerberans, quasi pollet cede manus cogitationes excludere:ego(inquit) aselle faciamat non calcitres. Non te ordeo alam,sed paleis, fame sitiq; te conficiam,ut cibum potius q̃ lasciuiam cogites. Herbarũ itaq; succo pauciscq; carycis,post totum triduum aut quatriduum,ferme deficientem animam sustentabat: frequenter orans, frequenter psallens,& rastro humũ effodiens: sic attenuatus, ut caro uix ossibus hæreret. Super nudam humum stratumq; iuncum,usq; ad mortem cubitauit. Saccum quo semel indutus erat, nunq̃ exuit ut uel lauaret,sed neq; tunicam mutauit aut nouam accepit,nisi cum lacera prior aut scissa foret. A uicesimoprimo ætatis anno usq; ad uicesimum septimum,tribus scilicet annis, dimidium lentis sextarium madefactum aqua frigida comedit, & tribus annis aliis panem aridum cum sale & aqua. A uicesimo septimo usq; ad triceſimũ, herbis agrestibus & radicibus crudis est sustentatus. A triceſimoprimo usq; ad triceſimum quintum sex ordeacei panis uncias & modice coctũ olus,absq; oleo pro cibo habuit. Senties autem oculos sibi caligare totumq; corpus deficere,ad superiorem uictum adiecit oleum:& usq; ab annum sexageſimũtertium uixit in hoc genere continentiæ. At cum se uideret corpore defatigatum & propinquam cerneret imminere mortem, uidelicet à sexageſimoquarto usq; ad octogeſimũ, pane quidẽ abstinuit: ut eo tempore quo cæteri uiuere solent remissius, ille quasi nouus accederet ad seruitium domini. Tum uero fiebãt ei de farina & olere comminuto sorbitiunculæ. Sic compleuit ordinem uitæ suæ. Verũ hæc recentia sunt,ad antiquiora retro ueniamus. E.

Qualis Heliæ,qualis Helisæi uita? q̃ solitaria, q̃ sancta, q̃ celebris & exemplaris huic heremiticæ? Immo qualis uita illius qui præcessit CHRISTVM in spiritu & uirtute Heliæ, Ioannis inquam Baptistæ: à quo nimirum omnes isti uitam hanc didicerunt heremiticam? Erat enim in desertis (ut euangelista testatur), usq; ad diem ostensionis suæ ad Israël. Et factum est uerbum dñi,

Heliæ. Heliseus. Ioannis Baptiste facultas & authoritas. Luc. 1.

super

» ſuper eum in deſerto,& prædicauit in deſerto. Parẽtes habebat
» admirandæ ſanctitatis,erant enim ambo iuſti ante deũ,incedẽ- Ibidem.
» tes in omnibus mandatis & iuſtificationibus eius ſine querela:ſed
» nec obſcurę dignitatis. Nam pater ſacerdos erat atq; pontifex° Ibidem.
» de uice Abia:mater de filiabus Aaronis. At hic tamen neq; ma-
tris affectu nec patris opulentia motus erat ut domi permaneret,
cum periculo caſtitatis ac innocentiæ. Relinquens domũ ac cog- Nota Alberti
nationẽ ſuam,patrẽ & matrẽ, alioſq; propinquos & neceſſarios in hoc.
niſi iam quinquennis(ut albertus habet) ſummã in heremo pœ-
» nitentiam auſteritatemq; uitæ ſubiit. Veſtimentũ habebat è pi- Matth 3.
» lis camelorum,& zonam pelliceam circum lumbos ſuos. Eſca au- Luc.1.
» tem illius erant locuſtæ ac mel ſylueſtre. Vinum & ſiceram non
» bibit: ſed aquam puri gurgitis. Mollius q; ſuper nudam terram
haud unq; cubuit. Erant omnia uirtuti continentięq; præparata.
Talẽ eſſe decuit prȩconẽ ac præcurſorem domini, de quo ſcrip- ●
tum intelligitur. Parauí lucernã CHRISTO meo. Nec enim Pſal.131.
interim ocioſus ipſe fuit aut ſibi uixit, ſed (quod audiuimus) re-
ligioſiſſime uiuens, cum uerbo tum uita cæteris omnibus exem-
plo ſanctitatis erat. Vita iam patuit, quemadmodum uerbo pro-
F. fuit, adiungemus. Vox erat ante uerbum, miſſus ante CHRI-
STVM, uox clamans in deſerto: lucerna ante ſolem iuſticiæ,
prȩco nuncians aduentum ſaluatoris, ſeruus immo amicus præ-
» cedens dominum. Repletus etenim ab utero matris ſancto ſpiri- Luc.1.
» tu, multos filiorum Iſraël conuertit ad dominum: cõuertit corda
» patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum, parans
» domino plebem perfectam. Angelus ipſe fuit de quo ſcriptum ●
» eſt Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuã: qui præpara- Marc. 1. &
» bit uiam tuam ante te. Propheta fuit altiſſimi, ueniens ante faciẽ Malach.3.
» domini ad parandas uias eius, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi Luc.1.
» eius in remiſſionem omnium peccatorum, per uiſcera miſericor-
» diæ dei noſtri in quibus uiſitauit nos oriẽs ex alto, ad dirigendos
» pedes noſtros in uiam pacis. Immo pluſq; propheta, Inter natos

Matth. 11. enim mulierum (inquit CHRISTVS) non surrexit maior Ioanne Baptista. Cæteri prophetæ de futuro cecinerunt, hic uatũ maximus, martyr præpotens, perpetuus heremi cultor, nescius labem ullius pudoris aut maculam ullam integritatis, præsentem indice demonstrauit Ecce (inquiens) ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Sic plebem edocebat, sic (ut prodit Esaias) clamabat in deserto Parate uiam domini, rectas facite semitas eius Videbit enim omnis caro salutare dei. Clamabat pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cœlorum. Venit in omnem regionem Iordanis prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Docebat omnes status & gradus hominũ, docebat turbas, docebat publicanos atq; milites. Principibus, nobilibus, militibus, & (ut in summa dicam) singulis quibusq; stipendiariis regulam hanc uitæ proposuit Neminem cõcutiatis, neq; calumniã faciatis: & cõtenti estote stipẽdiis uestris. Omnes ad quos cura disciplinæ militaris defensio ue regni seu reip. spectat, hic nomine militum Baptista notat: quibus tria nũc salutaria cõsilia siue statuta distribuit, ad quorum contraria plerique proni ferunt. Nonnulli tanq; immites bæluæ feralibus animis exeunt ad uincendum, & ubi uicerint, ad extremam ultionem uictis inferendam: quos contra monens Neminem inquit concutiatis. Vi neminem aut potentia morte prematis, quem ille si seruare poteritis. Si quis se dediderit aut ultro submiserit, uicto parcite, misereſcite prostrato, donate uitam, uitam concedite supplicanti. Parcere subiectis solet ira leonis, & extinguet aut concutiet furor hominis? Quod bæluæ natura dedit, malitia tollet ab homine? Succumbunt hostes, se misericordiæ tuæ cõmendant: & eris immisericors? Cogita te pari periculo aliquãdo circundari posse. Cogita miles, cogita quisquis es armatus aut proficisceris in militiam. Vnde tibi cõstet uirtus ista corporalis, An non dei donum est? Cogita uictorias, unde sint, si uincere detur. Ois uictoria belli ac fortitudo de cœlo est. Hoc si uere cogites,

Iohan. 1. Esai. 40. Matth. 3. Luc. 3. Luc. 3. Expo. Triplex præceptũ militibus obseruandum. Expo. Primum Vergilius.

si cogites

ſi cogites omnem fortitudinem dei donum eſſe, omnem uictoriã à deo ſtare: deum præfiges ante oculos in omni conflictu quem inubis aduerſum aliquos, ad eius moderamen attendes: quod ipſe monet, uigilanter implebis. Monet autem, Eſtote miſericordes. Vos uiri bellaces & in prælia miſſi, miſericordes inquam eſtote: neminẽ concutite, neminẽ ad mortẽ uſq; perſequimini: ſtrato uel procumbenti nolite mortem aut notabile damnũ inferre. Recordare fortunæ uolubilis incertitudinem, time mutabilitatem. Repetas animo quid poſſit & tibi contingere, quod alteri non bene feceris, uereor ut eueniat idipſum tibi. Multi tam crudeliter cõparati ſunt tam natura feroces, ut ubi quem deiecerunt uſq; ferant, cudulnerent, diuerberent, ictum ictu premant, deniq; immaniter interimant & trucident. At ferinum heu non humanũ, nedum uiri Chriſtiani. Audiet is chriſtiane hic Baptiſtam admonentem Neminem concutietis, audiet CHRISTVM ſic adhortantẽ Eſtote miſericordes: & miſericors erit infortunio miſeria ue preſſis. Multa ſunt quæ iuſtitiæ norma poſcit in gerẽdo H. bello. Primum fides hoſti ſeruanda, ſiquid promiſeris fideliter implendũ, ſi poſcantur induciæ non negandę, interim cum hoſte ut amico uiuendum. Sed nec gerendum bellum niſi prius laudabiliter indictum, nec armorum obſeruationes aliæ uſq; intermittendæ. Fecialibus penes quos erat indicere bellum, ac caduciatoribus qui internunciorum munere fungebantur, liber ſemper & indemnis curſus ac recurſus. Deinde cum hiis qui non crudeliter certant ad interitum, mitius agendum: qui ſeſe dedũt ac ſubmittunt, hiis miſerendum: qui confugiunt ad nos fidem atq; opem implorantes, hii recipiendi ſunt habendiq; pro noſtris. Iſta uidebant & ſequebantur etiã Ethnici milites, quod pudori ſit nobis Chriſtianis omittere uel non multo ſyncerius obſeruare: ut iam non edifferam implexum illud, ah liceat ullo pacto Chriſtianis arma mouere uel inire bellum. Certe ueraciter optarim nũq; inundũ, & certo crediderim hunc ſemper affectũ haberi debere

Luc. 6. Expo.

Miſericordia in bello utendum eſt.

Tria ſeruanda in gerendo bello.

ne belletur,

ne belletur, ne bellorũ ſemina ſpargant, ne trãſeundo fines ſuos, occaſionem iniiciant: immo regredi cũ progredi malint, & ferãt potius cũ inferãt iniuriam. At ad illa quæ diximus, hortati ſumus ubi bella contingunt. Tibi Chriſtiane dicitur Eſto pacificus: eũ quo præcepto ſimul & tibi repromittit Beati pacifici, quoniam hii filii dei uocabunt. Pacificus is eſt qui pacẽ pectori ſuo prius inſerit, & inde pacem inter alios omnes prouirili componit. Itaq; bellum ſi fit poſſibile, uites: & initum ab aliis, ſedes ac requieſcas. Sin nolẽti bellum obueniat, ſic pugnandũ ut quos uiceris, ad utilitatem pacis adducas. Si tyrannice quis aut acriter inſtet & inuadat, prudẽter eſt obſiſtendum. Vis enim uirtute repellitur, & fraus conſilio ſuperat. Vt (natura duce) bellanti reſiſtitur & uim ac iniuriam inferenti uiolentia redditur: ita victo capto ue miſericordia debetur, ſaltem in quo ſecutura perturbatio pacis non timetur. Quem ſeruare potes integrum, ne perdas aut mutiles: ne uulneres aut occidi ſinas quem potes ullo modo tueri: memento quid tibi cæteriſq; Baptiſta dicat Neminem concutiatis. Sed proh nefas, milites ex more percutiunt, proſternunt, uulnerant, atq; interficiunt. Succlamat victus, ipſi fodiunt: gemit captus, ipſi premunt, uerberant, lacerant, mutilant, & perlæpe truculenter occidunt. O te crudelem ſi ſic agas. Ipſe uociferat, Miſericordia. Et tu miſerere roganti. Audi quid CHRISTVS tibi dicat ſi ſis Chriſtianus. Audi quid dicat omnibus, Eſtote miſericordes, miſericordes inquam non qualiter cunq;, ſed ſicut & pater ueſter cœleſtis eſt miſericors. Tu grauatim accipis ut quis hoſtibus fauendum aſſerat. An non pepercit hoſtibus ipſe ſuis? an non adhuc parcit inimicis? Parcit adulteris, homicidis, meretricibus, latronibus: parcit maleficis, blaſphemis, uniuerſiſq; peccatoribus. Hos cum bonis hominibus & amicis ſuis paſcit, hos induit, & nõ fame aut neceſſitate ulla perire ſinit. Pluit ſuper bonos ac malos, & ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos. Cur deus ita facit? quare nos CHRISTVS hic patris exẽplo cõmonefacit?

Matth. 5. Pacificus quis.

Luc. 6. Expo.

Miſericordia dei erga omnes ſuos.

Matth. 5.

Partim

Partim ob hãc reuera cauſam, ut hiis qui nobiſcũ hoſtiliter agũt,
, nos benigne facere doceat. Diligite (inquit) inimicos ueſtros, be- ibidem.
, nefacite hiis qui uos oderunt, orate pro perſequentibus & calũ-
, niantibus uos. Ipſe non uult mortem peccatoris ſed magis ut cõ- Ezech. 33.
, uertatur & uiuat, non uult hoſtis aut inimici ſui mortem: & nos
, hoſtem (quem opinamur) noſtrum, illico ſuffocabimus? Humi-
, libus ipſe dat gratiam & remiſſionem: & nos humiliantes ſe no-
bis, opprimemus? Ea ſaltẽ gratia ſeruandi ſunt, ut uera CHRI-
ST I mẽbra fiant. Clæmenter & benigne tractandi ſunt, ut efficiantur amici. Hoc enim facientes congeretis carbones ſuper ca- Roma. 12.
, put eorum, ut dicit Apoſtolus. Nolite itaq; uinci à malo ſed uin-
, cite in bono malum. Non uoſmetipſos defendentes, ſed dantes
, locum iræ: ſiq; fieri poſſit (quantum in uobis eſt) cum omnibus
, hominibus pacem habentes, nulli malum pro malo reddẽtes ſed
, cunctis bona prouidentes, non ſolum coram deo, ſed etiam corã
, hominibus. An ſic facientibus ulla bellãdi ratio cõſiſtit? Eatenus
enim ut reipubl. cauſa proq; cõmuni & decora pace depugnes,
non ut iræ tuæ ſatisfacias commodum ue quæras, ſed omniũ re-
bus & quieti conſulas, ut prodeſſe cupias omnibus, nullis obeſſe.
, Non eſt (ait Auguſtinus) militare delictum, ſed propter prædã Auguſti. de
K. militare, peccatum eſt. Nec conſulendi modo milites ut in bello verbo domin.
tẽperent à uindicta, ut miſericorditer & modeſte ſe gerant, bene ſermo. 19.
præclareq; habeãt in omnibus: ſed etiã in tempore pacis. Quã- .2.
, re ſubdens Ioannes ait Neq; calumniã faciatis. Nemini falſo cri- Expo.
men intentetis, nullum iniuſte iudicetis, neminem apud iudices
ac magiſtratus inique deferatis. Cauete ut uirum iuſtum, ſimpli-
cem, ac pium, in ius litigioſum trahatis: ut innocenti diem dicatis,
ut irreo noxam impingatis, ut immerentem ad cauſas impellatis,
unde aliquid ab illis falſo ac perperam extorqueatis. Nolite di-
uites eo traducere, quo rapiatis ea quæ poſſident: nolite poten-
tiores accuſare, ut dum ulla pars dignitatum præripitur eis, uos
ſuperius euehamini: nolite æqualibus derogando nocere, nolite
pauperes

pauperes aut inferiores ulla ui fraude uc lædere. Omnem delationem, omnem uiolentam exactionem, quæstus fraudulentos, peculatum & prædationem omnem, dolum omnem ac rapinam, procul à uobis excludite: & (quod tertio loco sequitur) contenti
Exp. estote stipendiis uestris, Idcirco certa stipendia constituta, ne dũ
Ambros. sumptus quærit (inquit Ambrosius) prædo grassetur. Sua cuiq
sorte uiuendum, sua stipe uictitandum, nec aliquid uncp indebitũ ab alio uendicandum, nihil extorquendum, nuscp acriter urgendum. Recolendum, recolẽdum utiq; quid inclytissimi principes, quid cordatissimi duces & antiqui patres obseruarint: qui populorum domitores, urbium ac regnorũ nobilissimi uictores erant.
Duæ præcipuæ ducci belli, quibus uictoria acquirtur. An non præcipue duobus afiisi Satrapis ac ducibus hæc omnia perfecerunt? Qui quandiu sub uexillis eorum aut in exercitu stabant, certissimi uictores euaserunt: illis semel alienatis aut absentibus, uicti, fusi, prostratiq; sunt: aut pudenter cedere, terga uertere, fugereq; coacti. Vultis horum nomina scire? Hinc iusticia erat, illinc misericordia. Sub quibus ubiq; uictoria procedit, pax
Iusticia Pax. æqua serenaq; triumphat ac perseuerat. Iusticia bellum indici facit ut pax acquiratur, & acquisita seruetur. Iusticiæ fundamentũ fides est, per quam fit, ut si dies aut locus sit prælio cõstitutus, nec tempore præueniatur neq; loco, neq; statutum ullum militare soluatur, ut nihil iuris aut disciplinæ militaris omittatur. Iusticia conditiones æquas haud recusat, leges sancit ad pacem integre semper obseruandam. Regulas & decreta statuit, quæ si uiolenẽ aut non impollute teneantur, ordo politiæ subuertitur: ciuitatum regimina cõfunduntur, pax perit, tranquilitas euanescit, prospe-
Iuste omnia agãtur in bello. ritas haud ulla manet, militiæ forma nulla seruatur. Per iusticiam L. editæ sunt leges & statuta condita, quibus quisq; miles certis pœnis astringitur: ne furet, ne spoliet aut deuastet, ne feriat aut trucidet insontes, ne se dedentes aut humiliter offerentes immaniter aut inclementer excipiat, ne turpiter incendat aut diripiat, ne uirgines rapiat aut corrũpat, ne mulieribus ullis uim inferat,
ne substantias

ne ſubſtantias hominũ iniuſta confuſione diſpertiat, ne clamores intẽpeſtiuos tumultus ue agitet, aut inuſſos excitet: ne cubi ſacra prophanet aut minus pie contrectet, ne per fas & nefas oĩa uertat. Hęc ſi milites iugiter obſeruent, uictoria proſpere ſuccedit: ſin impie tranſiliant, pugna mutat atq; inclinat uictoria. Deus enim qui dat omnem uictoriam, legitime pugnantes adiuuat: temere prorũpentes & omnia uaſtantes auerſatur. Satelles alter egregius, eſt miſericordia. Quo fit ut non ſis trux aut immitis: ſed facilis & procliuis ad miſerendum. Si te tibi ſubdit hoſtis, miſericordiam inclamãs: eſto miſericors. Miſericordiam etenim á deo non habebit, qui miſericordiam non fecerit, iudicium fiet ei ſine miſericordia, qui non fecerit miſericordiã. Qui uindicari uolunt, inuenient uindictam à deo. Odibile deo pariter ac hominibus, odibile, diabolicũ illud prędiũ, quod plęriq; ſequunt: uictis inſultãdo, mergendo, trucidãdo, ſpoliando, dilaniãdo: domos, ędes, ac ſegetes incendendo. Qualem immanitatem bæluarum potius q̃ hominum propriam, ubi uiri hoſtiles ſenſerint: qui prius animos habebant ad pacem qualemcunq; propenſos, ſaltẽ haud inhoneſtam: iam contra, uiriliter inſurgunt, fortiter pro uita, pro uxoribus, liberis, fortunis & patria in prælio obire malentes, q̃ turpiter atq; effœminate procumbentes, etiam ita deleri. Vnde non raro contingit ut fortuna uertente, cruento marte uincantur ipſi, qui bene poterant incruento potiri: prætereq; q deum interim aduerſari ſibi faciunt, quem ſua crudelitate nimis offendunt. Nam ipſe de ſe dicit Miſericordiã uolo. Volo ut qualis ego ſum, tales & uos mei ſitis. Miſericors ego dominus, benignus, patiens & prędtabilis ſuper maliciam, miſerebor cui miſertus fuero & miſericordiam præſtabo cui miſerebor. Et uos ergo miſericordes eſtote. Eſtote miſericordes ſicut pater ueſter cœleſtis miſericors eſt. Miſericordiam uolo & nõ ſacrificium. Non id dicit q ſacrificium improbet, ſed q miſericordiam ei præferat, ſine qua, nec illud acceptabile fore deſignat. Scribæ nanq; ſacrificî fuerunt ac

Miſericordia.

Iaco. 2.

Eccle. 28.

Victoria nũquam comitatur ſegnitiem.

pel. 1.

Rom. 9.

Luc. 6.

Matth. 9.

Expo. Miſericordia in omni re &

c. phariſæi,

erga ōnes obſeruanda.

phariſæi, ſed deus eorū ſacrificia non probauit, q̄ crudelia facta fuerunt. Ipſi ſe iuſtificare uolebant è ſacrificiis, cum impia eſſent opera: quando cæteri ſeipſos de ſeſe peccatores & abiectiōe dignos arbitrati, quicquid eſſet in ſe boni, diuinæ bonitati referebant acceptum: de quibus ait CHRISTVS Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Non eſt aptus regno dei qui non ſe peccatorem agnoſcit, & in peccato ſuo cui miſereſ dominus, aliis miſereri condiſcit. Vtq; nos in bello maxime miſericordiam aſſectemur, à ueteribus admonemur, cū noſtris Hebræis uidelicet tum gentilibus: quorum hii qui uere perduelles ſunt & aduerſarii, molliori uocabulo hoſtes, hoc eſt, peregrinos antiquo ritu uocabant: illi ſuos inimicos Allophylos, id eſt, alienigenas appellabant. Sed nec in bello ſolū, immo domi militiæq; quærenda ſemper & ſectanda miſericordia. Nempe alia officiorum genera ſunt propria ſingulorum: miſericordia uero communis eſt omnibus. Omni ætati, omni ſexui, cōditioni, omni perſonæ conuenit. Non princeps, non miles, non publicanus, nō urbanus aut agricola, non diues aut pauper, nullus hinc excipitur: ſed omnes in commune monentur ut dolenti cōpatiantur, ut ſuccurrant impotenti, ut miſereantur ad ſe clamanti, ut iuuent ad ſe confugientem & conferant non habenti. Miſericordia hæc, plenitudo uirtutū eſt. Et ideo propoſita eſt omnibus, tanq̄ perfecta forma uirtutis. Qualiter itaq; turbis, hoc eſt, omnis conditionis N & fortunæ ciuibus Ioannes eam ultra proponat, audiamus. Adierunt enim eum ciues ac negociatores aliiq; qui alicuius nominis aut notæ uidebantur, quiq; diuitiis & authoritate pollebant, percōtates eum ad hunc modum Quid nos faciemus? Reſpondens, Ioannes, aiebat illis Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Vis eſſe miſericors? (debes autē eſſe uelle, ſi uis ſaluifieri) Qui duas (inquit) habes tunicas, & harum altera tibi ſufficit, illam alteram qua nō eges, fac ut conferas indigenti. Ne ſinas inueſtem eſſe, fame ſiti ue premi quē paſcere

Luc. 5.

Miſericordia omnibus edicitur.

Luc. 3.

Expo.

Expo.

uel amicire

l amicire potes, Omni te petenti da, & à te efflagitanti ne auero ris. Miſericordiæ tamen huius pro poſſibilitate conditiõis huæ anæ menſura ſeruanda: ut nõ ſibi quiſq; totũ auferat: ſed quod bet, cum paupere partiat. Et ubi dicit duarum tunicarum alte non habenti dandã, ſic ſentit: ut nemo duas tunicas aut ueſtes plices apud ſe retinere debeat ubi uideat fratrem in neceſſitaſitũ. Eſt enim ubi quis ſine numero ueſtiũ uiuere non poſſit: tam frigidæ naturæ multi ſunt, ut pluribus q; reliqui ueſtimẽ egeant. Sed nec quando Apoſtolis iniunctum eſt ne duas tucas poſſiderent, monitus eo tendebat, quin totidem aut plures abere poterant, ubi corporum imbecillitas, loci neceſſitas, aut poris exigebat. Hoc igitur binario nõ alius numerus q; ſuperuus intelligit Nolite duas poſſidere tunicas, hoc eſt, nolite pluomnino poſſidere q; reuera ſit opus, Qui duas habet tunicas alteram non habenti, huc recidit, ut nos quid ſuperfluũ haud nixe teneamus, quo frater pauperculus & in fratre CHRIS TVS indiget. Dignitatis hic, perſonæ, ſimul & ſtatus habena ratio: ita tamẽ ut ſemper ad fratrũ inopiã pro modulo noſtro beraliter & benefice deſcendamus: ne aut ueſtitus aut cibi deectu intereant. Et (ut ſemel dicam) nos hiis Baptiſta uerbis ad miſericordiæ munus excitat: cuius non infima pars eſt eleemoſyarum elargitio. Date (inquit Euangeliſta) eleemoſynam, & omnia munda ſunt uobis. Date eleemoſynam inquit, date eleemoſynam, & ea uos emundabit & reddet deo acceptabiles. Date eleemoſynam, & ea ſententiam peccatorum ueſtrorum expurgabit atq; abſterget. Date eleemoſynam, & uos in fauorem dei inſinuabit. Date eleemoſynã, & illa redimet animas ueſtras. Date eleemoſynã, & ipſa orabit pro uobis. Cupis ne ſcire q; grata ſit eleemoſyna deo? Nõne deus miſericordi Martino ſe uidendũ exhibuit in ea ueſte quã indigẽti dederat? Martinus (inquiẽs) adhuc catechumenus hac me ueſte cõtexit, ut de multis eiuſcemodi prætereа nõ referã. Catechumenũ nominat, ut plene chriſtianos

Matth. 5. Expo.

Quomodo prohibetur duas habere tunicas.

Quid ſit habere duas tunicas.

Effectus eleemoſynæ. Luc. 11. Expo.

Eccle. 29.

ad similes eleemosynas multo magis instiget. Date eleemosynam ait, quia eleemosyna purgat à peccatis, atq; singulis animæ fœditatibus. Date eleemosynam, quia eleemosyna dei benecuclētiam conciliat, & angelorum atq; hominum amicitiam impetrat. Facite uobis amicos de iniquo māmona, uti CHRISTVS in euangelio monet. Iniquum est si tibi plus satis anxie custodias: iusticiq; ac liberalitatis est materia, si quod superest, pauperioribus eroges. Solent mulieres uestium maculas aqua diluere: q; si aqua sola non sufficiat, nunc oleo deliniunt, nunc uero nitri acrimonia detergunt. Et nos itidem ob peccata compuncti, defleamus & plāgamus: quæ si talia sint ut solo fletu non possint elui, oleum misericordiæ superinducamus, acrimoniam quoq; ieiunii (si sit opus) adiicientes. Iam nullum est tam graue peccatum quod nō purget abstinentia, uel extinguat eleemosyna. Sicut enim aqua (dicit ecclesiasticus) extinguit ignem: sic eleemosyna extinguit peccatū. Magna est ergo uirtus eleemosynæ, quæ delictorum omniū incendia restinguit, cōmerita quoq; diluit. Deus enī peccato quantumuis offensus & à nobis prorsum auersus sit, eleemosyna nobis eum reconciliat: eleemosyna cogit ut eos liberet, recipiat, atq; seruet, quos alioqui damnare proposuerat. Cogitur ipse piis nostris operibus, ad uertendam sententiam quam contra nos ferre decreuerat: cogitur ad miserendū nobis quos misericordes esse perspicit: cogit actibus hisce nostris ut nos respiciat & ad se uocet. A diebus enim Ioannis Baptistæ regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. A diebus Ioannis, dei regnum labore pugnaq; quæsitū est, uictum est & perdomitū. Et uiolenti, rapiunt illud, uiolenter illuc homines ascenderunt, fortiq; manu, sibi iter aperuerunt. Qui sic? quomodo manu forti? quomodo uiolenter? Nimirum fortibus ac ualidis operibus, uita diuina pœnitentiæq; plena perfecerunt ut regnū illud alioquin inaccessum atq; inuincibile, uenientibus ultro pateret. Laborantibus enim, prgmū promittit, uictores palma cōdecorat & corona serenat.

Luc. 16.

Eccle. 3.

Matth. 11. Expo.

Regnū cœlorū rapitur.

An non

An non tales ante Ioannẽ extiterunt? Certe Ioannes primus, tam plane de regno cœlorũ dicere cœpit, ipſe uiam ad ſuperas auras euadendi, quærendiq; cœlum primus apertiſſime deſignauit, inquiens Pœnitentiam agite, & appropinquabit regnum cœlorũ. Sed uiolenti inquit rapiunt illud. O q̃ difficile eſt hominẽ è terra natũ, aſtra uioleniter intrare, cœleſtia ui penetrare, Superas euadere ad auras, hoc opus, hic labor eſt? Arcta uia quę ducit ad cœlum, ampla ſpacioſaq; deducens ad interitum, Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Vi igitur ac fortiter agendum, appetitus à uoluptate coercendus, uigiliis ac ieiuniis corpus affligendũ, eleemoſynis peccata redimenda, multa ubiq; tolerantia opus eſt, ut arcta hac uia conſcendas in cœlum. Sed ſi quis me roget quodnã hoc cœlum ſit quod ita cogitur? Certe ipſe CHRISTVS iam regnans in cœlo. Huic uim facimus nõ potentia noſtri corporis, ſed agnitione noſtræ infirmitatis; non ſuperbia uirtũ, ſed humilitate mẽtis. Ipſe rapit fletu non corporeo conatu, ipſe pœnitẽtia quæritur non iactantia: ipſe non blaſphemiis aut iniuriis tenetur, ſed piis ac ſanctis operibus capit & quiete poſſidetur: utq; pauceis abſoluam, non alia uiolentia q̃ fide uiuida rapitur ac deuincitur. Beata uiolentia illa quæ cœlos inclinat ut intrari poſſint, beata uiolentia quæ deum ad nos rapit & nos in eius gratiam, ut demum intremus gloriam: beata uiolentia, quæ tanq; cœlum aperiens, mundo dei miſericordiam inſtillat. Grata deo uis iſta, grata equidem quam quo maiorem infers, eo ſanctius ac religioſius uitam actitas. Oratio ſæpe deũ cogit, pia ieiunia cogunt, cogit eleemoſyna. Nunquid oratio Moſi deũ impulit ut manum retraheret à uindicta Iſraelitarum? Saccus, cinis, & ieiunia Niniuitarum à ſubuerſione ciuitatis? Nunquid eleemoſyna Nabuchodonoſori peccata deleri potuerunt? Propheta nempe monuit Peccata tua eleemoſynis redime. Pauper orabit cui largiris, aut ille ſi turpiter abſtineat, ipſa eleemoſyna orabit: & menſurã bonã, confertam, & coagmentatã, inde recipies. Orationibus igitur, ieiuniis

Matth. 3.

Virgilius.

Matth. 7.

Virgilius.

Quodnam ſit illud regnum cœlorũ quod rapitur.

Beata uiolentia.

Oratio, ieiunium, & eleemoſyna proſunt.

Daniel. 4.

& eleemosynis, etiã tu peccata quæq; redimere potes, potes in cœlũ ascendere: sed præ ieunio iunat eleemosyna. Ieiunĩ solum ei prodest qui utitur, eleemosyna & dãti, & eius etiã corpori animæq; qui suscipit. O uiolentiam benedictam, in qua nihil indig- R.
nationis est, amoris ac misericordiæ plurimum: quæ patiẽtis bonitatem ostendit, utilitatem inferenti tribuit. Vis infertur, at iniuriam nemo queritur, nemo causatur: uis admittitur, & charitas ac religio propagant. Sic quanto quis in CHRISTVM religiosior extiterit, tanto est uiolentior. Pœnitentes, pœnitentes (ut sic dicam) deum, more latronum aggrediuntur: quem bonis suis spoliare niuntur, dum regnum eius, uitam, & thesauros expetunt. Quæ tamen dum adipiscuntur sibi, nihilominus ipsi relinquunt. Quia tam diues & largus est, ut sic uiolenter irrumpenti nihil abnuat, nulli resistat: & tamen interim omnia quę dat, timul ut prius, ipse possidet. Illum aggredimur non ferro, non fuste, nõ saxo, non armis ullis: sed fide, sed spe & charitate: sed mansuetudine, humilitate, castitate, cæteris q; uirtutibus. Tum illi uim facimus, tum superamus eum: quando uitia corporum nostrorũ expugnamus. Regnare debemus in nobis, affectus usquequaq; nostros regere: ut regnum saluatoris rapiamus. Et hoc est quod in Euangelio dicitur Vim facientes aut uiolenti rapiunt illud. Raptores sunt qui diripiunt aliena. Nos ergo raptores sumus, nos Christiani qui quod ludæorum erat, ad nos traduximus: regnum illorum iam nostrum effecimus. Ecclesia raptrix, quæ fidem synagogæ rapuit. Quod ludæis CHRISTVS ita fore præ- S.
dixit Auferetur inquiẽs à uobis regnum dei & dabitur genti faciẽti fructus eus. CHSISTVS enim in mundũ à patre missus, sub lege natus, in lege nutritus, secundum legem educatus: dum contemnitur & expellitur à ludæis, à gentibus recipitur: dum à supercilios is sacerdotibus abiicitur, ab humillimis peccatoribus inuenit: secundum quod antea cõminatus est eis ibi Publicani &
meretrices præcedent uos in regno dei, idq; quoniã præuenerũt

Parabolæ in laudẽ regnum dei, & quomodo.

Matth. 21. Expo.

Matth. eodẽ.

uos in

s in regno pœnitentiæ. A Iudæis itaq; CHRISTVS rapit, Rapitur Chri-
um ſuſcipitur & prædicat à nobis. Rapitur, qui occidit à Iu- ſtus a chriſtia-
eis, & ſepelit à nobis. Rapitur CHRISTVS à Iudæis dor- nis.
ientibus, qui reſurgendo uigilantibus diſcipulis in multis ſignis
paruit. At ipſe ſemet ab eis rapuit, nõ eum reuera diſcipuli ra-
uerunt, ſicut Phariſæi cuſtodes quos ſepulto conſtituerant, mẽ-
ri compulerunt, dicentes Diſcipuli eius nocte uenerunt & fura- Matth. 28.
ſunt eum nobis dormientibus. At nos CHRISTVM uigi-
ndo & orando rapimus, quem Iudæi dormientes amiſerunt.
Quotquot enim dormiunt in peccatis, CHRISTVM ſpiri-
ualiter amittunt: quem uirtutibus aduigilantes inueniunt. Quare
monet Apoſtolus Surge qui dormis, exurge à mortuis, & illumi- Ephe. 5.
nabit te CHRISTVS. Ergo mortuus eſt, qui ſic dormit ut
CHRISTVM apud ſe non ueraciter aſſeruet: mortui phari-
æi qui uiuentem ſeruare non ualuerunt: mortui, quotquot pec-
catis ſuis illũ è pectore trudũt. Nos itaq; uigilemus circa CHRI-
STVM IESVM ut tanq; cuſtodiis iugiter appoſitis, nulli
ſpiritus maligni peccatis irruentibus illum de ſepultura noſtri
pectoris aliquando rapiant: & neceſſe ſit nobis ita conqueri Ve-
nerũt, & dormiẽtibus nobis furati ſunt eũ. Struunt inſidiæ nobis
ab hiis, qui ſi quãdo dormiamus, CHRISTVM è cordibus
noſtris auferent. Vigilemus itaq;, uigilemus, quia neſcimus qua Matth. 24.
hora fur uenturus eſt. Seruemus CHRISTVM apud nos, Vigilandũ, ne
quieſcamus in CHRISTO: dormiamus, uigilemus in CHRI- Chriſtũ perdamus.
STO, ut & in CHRISTO reſurgamus. Tunc enim regnum
cœlorum uim patietur, nos ei uiolentiam inferemus: uiriliter ad
cœlum aſcendentes, & CHRISTO ſalubriter ac fortiter ad-
hærentes. Quod eleemoſynis apprime procuratur, de quibus Virtus eleemo-
Baptiſta ſic admonuit Qui habet duas tunicas, det alterã nõ ha- ſynæ.
benti. Eleemoſyna nanq; liberat à morte, & non ſinit ire in tene- Tobiæ. 4.
bras, inquit Tobias: & ideo filio conſulens ait Ex ſubſtantia Tobiæ cali.
tua fac eleemoſynã, & noli auertere faciẽ tuam ab ullo paupere.

Actu.9. Tabitha profecto propter eleemosynas huiuscemodi, suscitata
Iudem.10. perhibetur à morte. Et de Cornelio centurione testantur Apo-
stolorum acta, q̃ cum gentilis esset, eleemosynis & operibus mi-
sericordiæ iugiter insistens, misit ad eum deus angelum suum, qui
diceret Dominus me misit ad te ut annunciem tibi, q̃ eleemosy-
næ tuæ ascenderunt in conspectum eius. Vade ergo & accersi
Simonem Petrum, & ipse dicet tibi quid te oporteat facere. Me-
diantibus autem his eleemosynis atq; orationibus, illuminatus in
fide, seruatus est per eam. Quod si in gentili tantum eleemosyna
sit operata; quanto quid maius operabitur in Christiano? Mone-
mur igitur omnes ut misericorditer ac liberaliter eleemosynas
ꝯpendamus. Veniẽtes ad eũ etiã publicani, mercatores, negocia-
tores, artifices ac publici magistratus: ceteriq; his similes, qui ne-
gociis secularibus prꝛcipuã curam impendunt: ut sunt delatores,
lictores, telonarii, portitores, quæstores: hii inquam omnes ue-
nientes ad Ioannem rogitabant Quid & nos faciemus? Quibus
ille Nihil inquit amplius, q̃ quod constitutum est uobis, faciatis.
Regula seruã-
da publicanis. Honesta piaq; publicanorum rogitatio, sed nec iniusta uel inido-
nea prophetæ responsio. Interrogabant illi, ne uel per ignoran-
tiam iusto plus exigendo peccarent, uel cessando ac indiligenter
agendo functionem publicam defraudarent. Propheta moderat
utrunq;, ut nec iniquitas locũ habeat in plus exigendo, nec incu-
ria in officio peragẽdo. Debitum modum docet in omnibus ob-
seruandum. Non ait nihil exigatis, sed nihil amplius q̃ quod sta-
tutum est. Quod ergo constitutum est ut iam iure debeatur, tẽ-
pore suo poscendũ est, poscentiq; reddendũ. Iubet enĩ CHRI-
Matth.22. STVS Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ dei deo. Et Ap-
Roma.13. postolus Reddite omnibus debita, cui tributũ, tributũ: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: & cui honorem, honorem.
Publicanus quid sonat? Publicani uero sunt regiorum uectigalium, cõmunium aut aliorũ
quorumcunq; tributorum collectores seu quæstores, qui greco
uocabulo τελῶναι uocantur; aut qualicũq; nomine censentur qui

recipiunt,

recipiunt, exigunt, numerant aut quomodocũcp contrectant pecunias in usus dominorum introductas: uel qui fisci rerum ue publicarum conductores sunt. Hiis omnibus hic iniungitur, ut nihil amplius faciant cẽp quod constitutũ est: ut ærarii iura non trãsiliant, ut ordinationes & statuta sua simpliciter obseruent, ut nihil fraudulenter aut iniuste faciant, ut nullis iniuriam inferãt, sed ab eis quibus uidetur inferẽda propulsent, ut nuscp lucrum turpe sectẽtur. Talibus enim locis atcp officiis assignati, plærunqp solẽt exactionibus, lucris inhonestis, & iniuriis assuescere: legũ & iustitiæ limites audacter transgredi, quo cupiditati suæ satisfaciãt. Quare Baptista monet eos, ut ab eiusce modi se fraude coerceãt, ut intra ueritatis ac iustitiæ regulas se plane contineant. Deniqp proponit unum documentum peccatoribus omnibus ut à peccatis abstineant, & eadẽ pœnitentiæ remedio curent. Q2 si nihilominus peccare pergant, eos acerrime commonefacit ut resipiant, inquiens Genimina uiperarum, quis ostendet uobis fugere à uentura ira? Facite fructus dignos pœnitentiæ. Non abs re dignos ait fructus. Aliud est enim fructum, aliud dignum fructũ facere. Fructũ facere, bene habet: at dignum fructũ facere, multo melius. Neqp satis est ut fructus facias, nisi dignos pariter efficias. Pro modo peccatorum erit mensura bonorũ operum. Non par fructus expectatur ab eo qui plus deliquit, & qui minus errauit: qui nullum facinus incurrit, & qui graue perpetrauit. In hoc itaqp quod dicit Facite fructus dignos pœnitentiæ, conuenitur uniuscuiusqp nostrũ conscientia: ut pœnitendo tanto maiora bonorum operum lucra perquirat, quanto grauiora damna sibi per culpam intulit. Hactenus de prima parte pœnitentiæ, in qua uitę heremiticę laudem & decus accepistis: exempla simul eius apertissima, Antonii, Hilarionis, Malchi, Heliæ: Ioannis Baptistæ cũ exemplo uitæ sanctissimo saluberrimam utiqp doctrinam. Hiis adiungas uelim Athanasium de quo supra memorauimus, is qui fidei orthodoxæ propugnator optimus, à Constantio Arrianæ factionis

4.

Luc. 3. Expo.

Quid interfit inter fructum facere, & dignos fructus facere.

factionis alumno porro fugatus, in uetustissimæ cisternę lacu sex circiter annos sine solis aspectu latuit. Sequitur alterum genus pœnitentium, qui sunt cœnobitæ, hoc est, in uno cœtu conuiuentes: quales sunt qui monachi uocantur à nobis, quorum primus ac princeps est beatus Benedictus in ecclesia occidentali, sicut in orientali Basilius. Horum contemplationi deditorum certa professio est, certæ regulæ, certæ cęremoniæ. Hiis accedunt Canonici regulares, omnium ordinum fratres, & in uniuersum religiosi: quorum aliqui solummodo contemplantur, alii magis, alii uero minus: cũ uita contemplatiua coniũctam habent actiuam. Oẽs hii sæculo renunciant: urbes, fora, loca quæq; publica horũq; tumultus & turbas omnes, omnino deserũt: ut uni CHRISTO unis in mœnibus una deseruiant. Hii si iuxta religionem uere uiuant, nihil humanum sustinent: nihil amoris aut tristiciæ sæcularis, zelotypiæ nihil habent, nullas hominum insidias, nulla pericula timent, nullam uerentur inuidiam, sed nec mundialem curã ullam habent: sed ea solũ meditantur & laborioſe quærunt quæ dei sunt, quæ regni futuri, quæ spectant ad salutem animæ: quæ rationem fidei, morum stabilitatem, & religionis incrementum sapiunt. Non mollioribus hii uestimẽtis induuntur, non epulant lautius: sed ad exemplum Heliæ, Samuelis, Helisæi, Ioannis Baptistæ, Apostolorum cęteronumq; similium, de quibus in alia parte diximus, q; hii solitarii præstiterunt, quod isti debent in conuentu: camelorum pilis, tullis caprarum, ouium uelleribus & penulis aut pelliceis potius uestibus amiciri solent. Inter ipsos, parca mensa, per quam ebrietas nulla, nulla crapula. Verba ipsorũ pauca, certe nulla, nisi quæ uel sibi uel aliis in aliquo ꝓdesse queant. Exhorrent uoluptates & delicias omnes. Eadem ipsis mẽsa, eadem ferecula, eadem indumenta, nec imparia habitacula, unum uiuendi genus, eadem prorsus anima, eor unum & anima una. Ipsis nulla inter se prȩeminẽtia uel subiectio, nulla differẽtia: nemo maior, nemo minor, nemo superior aut inferior: sed qui maior & superior

1. Secundum genus pœnitentię. Cœnobitæ. Monachi Canõici. Fratres.

Vera religiosorum uita.

Actu. 4

Y.

Z.

, & ſuperior inſtituitur, ſit eāq; minor & inferior. Humilitas inter
cos integra, uera obedientia, ſyncera caſtitas, perfecta fraterni-
tas, conſummata paupertas. Non eſt inter illos meum aeq; tuum,
ſed iuxta quod eſt græcis in prouerbio τὰ τῶν φίλων κοινά,
, tanq; amicorum omnia communia. Iſti reuera ſunt de quibus in
, euangelio Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum Matth. 5.
, cœlorū. Spiritu pauperes ſunt ipſa uoluntate pauperes, qui pau- Expo.
pertatem ultro peculiariq; uoto ſuſcipiunt: Apoſtolos imitando,
, qui ſuam ibi religionem ac profeſſionem oſtendunt Ecce nos re- Matth. 19.
, liquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Reliquimus omnia mūdana, Expo.
aſpirantes ad cœleſtia: reliquimus omnia carnalia, CHRISTO
ſeruituri: reliquimus omnia fallacia uana q; ueritatem quæſituri.
Domū, uictum & ueſtitum, non ad ornatū, ſed ad ſolam neceſſi-
tatem inquirunt religioſi. Hiis ſaccus & cinis ornamētū eſt, ſoli-
tudo atrium: abſtinentia, uigiliæ, lectiōes, orationes, luctus & la-
chrymæ, ſunt deliciæ. Nunc orant, modo plorant: ſæpe pſallunt,
& inde gemunt: orationis, contemplationis, hymnorum & pſal-
modiarū omnia plena: ſpiritualiter bīa fragrant. CHRISTO
uiuunt, unū CHRISTVM ſitiunt & uotis ubiq; ſuis exoptāt:
, horum unuſquiſq; cū Apoſtolo uere dicit Mihi uiuere CHRI- Philip. 1.
, STVS eſt, pro CHRISTO mori lucrum: mori cupiunt & eſſe
, cum CHRISTO. Moriētes enī, ſe mori neſciūt: ſed nec ęgro-
tando laborant, adeo mens ſupernis affixa manet. Si quis ægro-
tet eorum, non ibi lachrymæ funduntur, non luctus auditur, non
medicorum manus appetitur: ſed orationes ſolę perſonant. Bea-
tus ille uir qui uitam hanc elegit. Hic nycticoraci comparatur, &
A. cū propheta clamitat Factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Littera.
Auis enim iſta (uti prius attigimus) noctu peruigil horrea freque- Nycticoracis natura & pro prium.
ter & alia deſerta loca petit, uoces interea flebiles emittens, &
paſta muribus. Hæc nimirum omnia deprehendes in uita mo- Monachorum uita & exercitium.
nachorum ſeu cœnobitarum ſi (quomodo oportet) monaſtice
uiuant. Noctu uigilant, immo noctu pariter & interdiu ſtudiis,
contemplationibus,

contemplationibus, lectionibus atq; orationibus insistunt. Vt auis ista muribus, sic ipsi radicibus, herbis, & esculis hisce uilioribus, ubiq; pascuntur. Deserta loca quaerit auis, ipsi frequentiam hominum ac ciuitatum omnino deuitãt. Flebiliter auis instrepit, ipsi deflent mundi miseriam, peccata deplorant tam aliena q̃ sua; sed non tam duriter instant, quin uicissim agant & honesta gaudia doloribus istis intermisceant. Gaudent cum gaudentibus & flent cum flentibus. Ipsi speciatim uniuersali uigilant ecclesiae, pro omnibus & sine intermissione (ut dicit Apostolus) orantes. Nunc de tertio poenitentium genere dicendum. Sunt hii, qui uiuentes in mundo, peccata plangunt admissa: & quae deplancta sunt, non iterare proponũt. Nempe & haec poenitentia est, praterita peccata plangere, & plancta non iterum committere. Poenitere est dolere q̃ peccatum admiseris, & ne postea committas, apud te constituere. Q̃ si uere consyderent peccatores quanta sit peccati foeditas, & quot mundus ex eo damna susceperit: haud poenitere different. Angelos illud è coelo pepulit, homines è paradiso, mundũ cataclysmo deleuit, pentapolim igni perdidit: & (ut paucis omnia dicam) omne malum in hunc orbem intulit, miseriam, dolorem, morbum, infirmitatem, plagas, pestem, bellum, mortẽ. Quamobrem à peccato sicut à facie colubri fugite. Si fugere noluerimus, oh timeo nobis. Timeo, ut haec incommoda sint multiplicanda nobis. Timeo, ne tinctores & uestiarii pauciores ipsi futuri sint, q̃ ut pulla, lugubriaq; uestimenta sufficienter apparare queãt ad funebria perimplenda. En ut modo truculenta pestis incubat, cuius haud expectandus finis, sed multo maior ingruit, nisi uitam nos pestilentem omnino deseramus. Bella premunt, premunt certe: ne pacem inter uos mutuam expectetis, nisi cum deo prius eam habeatis. Innumera morborum & plagarum genera sunt, miseriarũ infinita multitudo, nec alioqui spes reliqua, nisi nos pernicioſam & damnabilem uitam nostram emẽdemus. Si nos stemus in peccatis, perstabit ipse uindex. Si nos resurgamus à

Rom. 12.

1. Thess. 5.

3.

Definitur poenitentia.

Peccat. dispendia & incommoda.

Eccle. 11.

mus à peccatis, retrahet ipſe uindicatricem manum. Si non eſſet
ulla pœna cõſtituta peccatis, at horror ipſorum ab eis auocaret: o
C. dum uirtus alio traheret ac honeſtas alliceret. Id ſic à uiris nobi-
libus ac ſanctis præpenſum animaduertimus, nõ Chriſtianis ſo-
lum & fidelibus, ſed & infidelibus. Legimus enim Ioſephũ car- Ioſephus.
cerem, tormẽta, mortem elegiſſe potius, q̃ peccare uoluiſſe: Su- Suſanna.
ſannam mortem præoptaſſe peccato: tres electos Hebræorum Sidrach.
ardentem ante fornacem intraſſe, q̃ ut peccato cõſentirent, co- Miſach.
gi potuiſſe: ſeptẽ Machabæos necem atrociſſimam ſuſtinuiſſe, Abdenago.
ne peccarent. Taceo tot præclaros martyres qui mori uoluerũt, Machabæi.
cogi peccare non potuerũt. De paganis ipſis aliquid inferamus, Martyres.
ut pudori ſit, ſi quod in ipſis bene habet, Chriſtiani non ſequant. Pagani.
Scripsum inuenimus de Socrate, zenone, & Anaxagora (ut non
alios hic nominem) q̃ uirtutis amore patienter ad tormenta ue-
nerint, ne uitiis acquieſcere cogerentur. At iſti nihil unq̃ de cœ-
lo audierũt, nihil de inferno, nunq̃ de pœna eiuſdem aut de cœli
gloria. Non expectabant iſti cœli præmium, nec uerebantur in-
ferni ſupplicium: & mori tamen maluerunt q̃ peccare. Si talia fe-
cerit umbra fidei, quid (oro) fieri debet ab ipſa fide? Quid ad
hoc tu Chriſtiane reſpondes? Quod infidelis fideliter & chriſti-
ane fecit, tu gentiliter omittes? Quod ipſa natura duce ſecutus
eſt, tu ſub CHRISTO negliges? Quod ignorans ipſe perim-
D pleuit, tu ſciens præteribis? Tu teſtamentum uetus ac nouũ ha-
bes. In ueteri prophetas atq̃ Moſen, in nouo CHRISTI ipſi-
us Euangelium. Quotidianas quotidianas conciones audis, au-
ſpudenter audire recuſas. Ibi ſcripturæ declarant aperte, è qui-
bus dei noticia promit, ſpes magna cœli, terror ingẽs inferni ſo-
nat, peccatum accuſatur & periculum eius edocetur: tu tamen
(proh pudor) plus & grauius q̃ pagani, proruis in peccatum.
Ethnici autem licet in paganiſmo ſub infidelitate uitam agãt, ta- *Ethnici in mordi*
men quod ad moralem illam iuſticiam attinet, quod ad inſtituta *tuſtera chriſtianis*
& leges ciuiles ſpectare uidetur: longo interuallo hãc uitam, hoc *ſuperant.*

d. uiuendi

uiuendi inſtitutum ſuperare cernuntur, quam hodie Chriſtianorum bona pars ducimus. Illi nanq; minima ex parte huic inſolẽti ac flagitioſo faſtui noſtro dediti, tam bæluinæ uoracitati minime indulgent, ut neq; præterea uiolentiſſimæ rapinæ noſtræ aut extorquendi ſtudio, quibus artibus pauperes indies expilamus: ſed neq; huic ocio noſtro ac receptiſſimæ deſidendi aſſuetudini operam impendunt, ut nec denicq; fœtidiſſimæ libidini. Illorum enim uiuendi ratio (ſi adeſſet fides chriſtiana ac certa ueraq; dei cognitio) ad hanc noſtram tam deteſtandam uitæ conſuetudinem collata: angelica potius q̃ humana uideretur. O itaq; perfidiſſime Chriſtiane, quod dedecus, quis pudor, quæ erubeſcentia, qualis confuſio in metuendiſſimo illo iudicio operiet faciem tuam: quando infidelium Ethnicorũ uita, qui nec fidem nec mandatorum obſeruantiam polliciti ſunt, tua lõge melior & integrior apparebit? Quando ille non alio nomine q̃ q̃ fide careat, dãnatiõi obnoxius erit: tu uero, q̃ promiſſam fidẽ uiolaueris? quãdo tua damnatio q̃ illius, multo grauior erit pluribuſq; nominibus formidãda? Siquidem tu deum ipſum optimum maximum, tu ſynceram illius fidem ad unguem perdoceris: tibi cœlum pariter & inferorum locus abunde declarantur, tibi uirtutes ſimul & uitia è ſacris literis innoteſcunt, tibi nota ſunt uel quæ uirtutũ merita, uel quæ ſupplicia neceſſario uitia ſequunt: quibus omnibus illum carere non eſt mirum, utpote qui nec fidem noſtram nec religionis profeſſionem norit. O ergo infideliſſime chriſtianiſmi profeſſor, quantum probri, quantum ignominiæ & confuſionis tibi ſuborietur, quo tẽpore paganica uita, tua multis partibus uidebitur non tam ſyncerior & probior, q̃ etiam ſanctior & abſolutior: idq; in eo tremendo iudicio, quando probi pariter & improbi, fideles pariter & infideles iuſtum dei iudicium ſubibunt. Vbi quantumlibet inclamaueris, quantumlibet imploraueris diuinã miſericordiam: rem actã egeris, nec impetrabis quod efflagitas. Quantumuis tunc tũ manibus tũ pedibus cœli ianuam perpulſaueris,

Qualis pudoris aderit falſo chriſtiano in ipſo iudicio. E.

Repulſa falſorum chriſtianorum in ipſo iudicio. F.

perpulsaueris, quantumuis cum fatuis illis uirginibus inculcaueris illud Domine domine aperi nobis, Nos enim Christiani sumus, nos sumus filii illi Abrahæ quibus cœlum spoponderis, nos pars tua sumus, hereditas tua, electi tui, regale illud sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, tuo ipsius sanguine redempti, proinde aperi nobis, aperi nobis domine. Sed hic surdo narras fabulam, quãdoquidem deus ipse aliôqui misericordissimus, clamorem tuum hoc loco neutiq; est exauditurus. Nulla eloquentia aut persuadendi uires hic aditum habunt quicq;, nulla tergiuersatio aut uersipellis excusandi callidꝭtas succurrere poterit, nec ulla denig; aut respondendi uersutia aut sermonis fuco prætexere licebit improbissimam illam uitã tuã, quo minus illud terribile metuendi iudicis fulmen, in te iaci non tam inaudias q; etiam sentias Nescio uos, discedite à me, Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatur diabolo & angelis eius. Nam ut est aliãs ad dandam ueniam multo expositissimus ipse dominus IESVS, ita hic nullis uerborũ phaleris, nullis blandiloquentiæ lenociniis, nullo sermonis dulcore quantumlibet ad deprecandum composito, exorari poterit: quo ulli peccatori parcat, quo trãsgressoribus prg. ceptorum suorum ueniam impertiat. Non ergo sermonis facundia, sed uirtute, sed uitæ probitate atq; bonis operibus conciliat regnum dei. Quod & princeps ille Apostolorum Petrus ita admonuit: Ministrate (inquit) in fide uestra uirtutẽ, in uirtute sciẽtiam, in scientia abstinentiam, in abstinentia patientiam, in patientia pietatẽ, in pietate amorẽ fraternitatis & charitatem. Quippe, si hæ dotes uos comitatæ fuerint, si adfuerint hæc uirtutũ ornamenta: neq; profecto uacui, neq; sine multiplici fructu coram iudice uestro apparebitis, quin & ipsius cœli introitus ista faciẽtibus facile patebit, per quem aḍ ipsum dei regnũ, ad ipsum immortalitatis locum recta penetrat. Sed uæ nobis peccatoribus, uæ nobis perfidis & male christianis. Et quemadmodum Esaias scribit. Væ gẽti peccatrici, populo graui iniquitate, semini neq;,

Matth. 25. *Iohan. 8.* *1. Petri. 2.*

Eloquentia in iudicio nõ proderit.

Matth. 25.

1. Petri. 1.

Esai. 1.

filiis sceleratis: dereliquerunt dominũ, blasphemauerũt sanctũ
Israël, abalienati sunt retrorsum, à planta pedis usq; ad uerticem
non est in eo sanitas. Ecce quot abominationibus, quãta malitia
repletur populus christianus. Non est igitur mirũ, sanctũ Apo-
stolũ de sceleribus nostris & impietate tantopere conqueri: quũ
uulgo uix aliud inter nos regnet q̃ peccatum, q̃ iniquitas, q̃ sce-
lus, blasphemia, inobedientia, transgressio legis, superbia uitæ,
arrogantia, inuidia, liuor, auaritia, cupiditas, gula, ingurgitatio,
ebrietas, ocium, luxuria, maledicentia, mẽdacium, furtum, formi-
catio, scortatio, adulterium, cætera id genus uitiorum mille por-
tenta. Propter quæ (ut Osee ait) ipsa terra lugebit. Nã quæ cũq; H.
nobis à benignissimo domino in usum ac salutem nostram colla-
ta sunt, his omnibus ita miserabiliter abusi sumus, ut etiam in ex-
itium nostrum atq; damnatiõem expensa sint & exhausta. Tem-
pus itaq; quod pœnitentiæ impendendũ foret, in ludicris ac mũ-
danis uanitatibus damnose insumitur: corpus misere insanis uo-
luptatibus & superfluitatibus exhauritur, totum eneruum, totum
elũbe & imbecille factum: gratiam illam assistricem, qua in bap-
tismate dõnamur, fastu, insolentia, atq; superciliosa quadam ani-
mi elatione penitus amittimus. Quin & ipse mundus atq; carnis
prurigo, deo passim præponuntur: caduca, transitoria multo a-
uidius amplectimur, q̃ ipsum omnipotentẽ deum qui nos ad effi-
giem suam condidit & è nihilo creauit, qui sic conditos post la-
psum, rursum sanguine suo redemit, qui redẽptos nutrit, alit, &
conseruat. Et quemadmodum tot beneficia conferentẽ (quæ no-
stra est ingratitudo) nõ amamus: ita ne futurum quidem iudicem
pertimescimus. Quo semel infœliciter relicto, necesse est ut ad
truculentissimum prædonem illum diabolum, animarum nostra-
rum carnificem, hominũq; perditorem confugiamus, sub infau-
stissimo illius uexillo militaturi. Nimirum q̃ ordine præpostero
fœdissimis illecebris obruti, corporis uitam, morti animæ ante-
ponamus. Væ etiam nobis miseris, qui omnem uitæ huius cursum I.
& progressum,

Quanta malitia iter christi anos regnet.

Osee. 4.

Quanta in ecclesia inter christianos?

& progreſſum, in nephādiſſimis peccatis exitialiter abſumimus. Nos illi ſumus, de quibus dominus apud Hieremiam cōqueſtus, ita ſubiungit Nemo quod bonum eſt loquitur, nullus eſt qui agit pœnitentiam ſuper peccato ſuo, omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum. Nec minus & illa de nobis uere dici poſſunt, quæ paulo inferius idē propheta ſubnectit, De malo ad malum, inquit, pgreſſi ſunt, & me non cognouerunt, dicit dominus. Numquid ſuper his non uiſitabo, aut in gentem huiuſcemodi non ulciſcetur anima mea? Quia derelinquerunt legem meam, & non audierunt uocē meam, ſed abierunt poſt prauitatem cordis ſui: Ecce ego cibabo populum iſtum abſynthio, & potū dabo eis aquam fellis. Hic audis o peccator iuſtam dei querimoniam de ſceleribus & flagitiis noſtris, audis aperte recenſeri iniquitates quas infortunatiſſimus: ſed & audis etiam cibum illū quem pro hiſce cōmiſſis comeſturus es, ut potum quoq; quem pro flagitioſiſſima uita, quē pro magnitudine delictorum tuorum ad fundū uſq; ebibiturus es. Et ut interim certior fias, quænā ſint hæc edulia quæ tibi deuoranda ſunt, & qui item calices quos oportet epotes: certo ſcito te hic amariſſimas tribulatiōes perpeſſurum, in futuro uero pœnas infinitas cruciatusq; æternos. Hic afflictiōes, uexationes, calamitates, aduerſitates, grumnas, iurgia, rixas, contumelias, lites, litigia, bella, prælia, pugnas, peſtilentias, famem, ferrum, ignem & enſes: illic uero internos conſcientiæ morſus, internas dilaniationes, inteſtina prelia, perpetua interioris mentis murmura, iugē corroſionem, lanienam, ac carnificinam, obiurgationes indeſinētes, litem inter ipſa præcordia irreconciliabilem, bella domeſtica, internam peſtem, internam famē, gladios acuiſſimos, nocte nunq; finiendam, tenebras illas exteriores ubi nec fletus nec ſtridor dentium unq; abeſt: deniq; ignes ut acerrime comburentes, ita & per omnia ſæcula inextingaibiles, utpote nullo unq; temporis ſucceſſu nec terminandos, nec uel tantillum remittendos.

K. O tremibundā itaq; dei ſentētiam, oībuſq; modis multo maxime

d 3. formidandā.

* Hierr. 8.

Ibidem 9. Expo.

Que tormēta expectant damnandos & hic & alibi.

formidandam. O grauissimam ultionis manum, quam indicatu-
rus in miserrimos peccatores extensurus est. O pœnã nulla unq̃
lingua explicabilem. O supplicium inenarrabile, quod tum subi-
turi sunt detestandi peccatores. Expergiscere igitur expergisce-
re o sceleste peccator, surge somnolente è diutino somno, surge
(inquam) dum licet, surge dum tempus patitur, dum datur lo cus
pœnitentiæ. Siquidem nusq̃ alius euadendi modus apparet, nõ
est alia ratio qua hanc dei indignãtiam aut mitiges aut declines,
nisi per solam pœnitẽtiam, per unam resipiscendi medelam. So-
la enim pœnitentia dei sententiã mutat, sola pœnitentia amissã
gratiam instaurat, sola pœnitentia reconciliat fauorem numinis,
breuiter, sola pœnitentia seruat peccatorẽ. Id quod & ipse do-
minus per prophetam suum ita fore pollicetur. Conuertimini,
(inquit) & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris,
& nõ erit uobis in ruinam iniquitas. Proiicite à uobis omnes ini-
quitates uestras in quibus præuaricati estis: & facite uobis cor
nouum & spiritũ nouũ. Et quare ergo moriemini domus Israël?
Nolo mortem peccatoris dicit dominus. Et sequitur. Conuerti-
mini & uiuite. Proinde nõ inutile consiliũ foret o christiane fra-
ter, quisquis es qui te graui peccatorum sarcina onerari sentis: ut
tempestiue discas agere partes nycticoracis, ut in hoc pœniten-
di negocio illius ducatum sedulo imiteris. Ipsa auis natura atq; in-
genita proprietas te facile admonebit, quid à te factũ oporteat.
Nycticorax enim ὁ τῆς νυκτὸς κόραξ græcis nocturnũ cor-
tum sonat: quem è nostris hominibus quidam bubonem, alii no-
ctuam aut ululam appellauêre. Huius auis ingenium est, ut petitis
tenebris interdiu tacita quiescat, nocte uero uigilet, nempe ut tũ
pacifice uictum quærat, ut sub nocte euolet ad captandam præ-
dam, qua sit uictura. Venatur potissimum mures, quibus etiam
magna ex parte pascitur. Domus est aut in cauis arborum trun-
cis aut in abditis parietum latebris, aut in latentibus rupium fo-
raminibus locisq; desertis & desolatis. Postremo uox prorsus

flebilis

Surgendũ peccatori dum licet.

Pœnitẽtiæ aptus.

Ezech. 18.

Nycticoracis descriptio.

Nycticoracis proprietates.

flebilis & gemibunda. Adeoq; reliquis auibus exosus est nycticorax tantoq; odio habetur, ut si forte interdiu conspiciatur, ita in eum obstupefactæ uolueres inuolent, acsi inauditum monstrũ cõspexissent. Hanc aut huius consimilem uiuendi rationẽ, oportet te aut alium quemuis uere pœnitẽtem eligere, quam nyctico-racis instar trãsigas. Porrò quisquis uere pœnitens est, quisquis ex animo & serio prioris uitæ pœnitudine ducitur: is noctuam sequutus, totos dies tacite quiescit, totus contemplans & meditabundus, qua ratione fieri possit ut renunciatis pristinis delictis, tõtum studium suum in unum deum collocet, ut non aliis q̃ diuinis rebus operam det, quo pariter erratis suis ueniam impetret, & alios etiam exemplo uitæ & sano consilio sic adiutet, sic doceat ac instituat: ut una secũ ad deũ quoq; pelliciat trahatq;. Nunc̃ interim orare omittens nõ tam pro se & populo, q̃ pro uniuerso grege christiano, pro tota CHRISTI ecclesia: idq; quatenus omnes fiant uere pœnitentes, quatenus ipsum CHRISTI calicem deguſtent, quatenus omnes de beatissimo illius sanguine hauriant, lambant, & bibant, quatenus omnes glorioſissimę passionis eius merita assequantur, preciosissimiq; sanguinis eius fiãt socii & participes, quo tandem immortalitate donati & pariter salui fiant & inter sanctos æternaliter gloriẽtur. Atq; hæc est illa uere pœnitentis diurna quies, sic autem interdiu quiescit, ut tamẽ noctu uigilet, dum ad prædam euolet & acceleret, pastum qualẽcunq; quæsiturus. Aduentantibus enim iam tenebris seroq; crepusculo noctis, totus solicitus est ueræ pœnitentiæ sectator, quo sibi cibos apparet, id est uitale nutrimentum, uerum animæ pabulum: idq; per ardens diuinarum rerum studium, per orationes continuas, per flagrantissimum amorem, per pietatem & internam deuotionẽ: perq; alia bona opera, quibus primo deo placeat, tum animam diuino alimento pascat, ac denum toto populo christiano prouirili prosit & accõmodet. Cæterum hæc tam insignia pietatis exercitia, hæc tam præclara opera & studia sanctitatis

Oportet perfectè nycticoracis naturam induere.

Quadam etiã parnuent de nocte querit.

Quadam locũ uere pœnitens querit.

ctitatis ita secreto & clanculum factitare conatur: ut præter solũ deum, nullum testem adhibere uelit, quem unum adeo nihil latere potest, ut ne densissima quidem noctis caligo ab huius aspectu quicq; abscondere queat. Quin pœnitens etiam more nycticoracis in domicilio suo se semper continet, semper in angusta cellula aut in cubiculo latitat, à publicis negociis longissime secedit, rarissime in faciem mundi aut publicum hominum conspectum prodit: neq; id unq; nisi ut q; plurimis prosit, q; plurimis hatutilis, q; plurimos denicq; CHRISTO lucrifaciat. Audiuistis iam quomodo uere pœnitens sub alto silentio noctis, escas quæritet:

Cibus pœnitẽtis.

nunc uicissim audite quales tandem sint, q; sumptuosæ q; splẽdidæ, quas sub nocturno tempore sic anxie inuestigat. Certe opiparas & sumptuosas lautitias neutiq; uenatur, sed uiles admodum & facile parabiles, pauperes, & crassas escas. Neq; sane qui uere pœnitens est, unq; appetit delicate uiuere, exquisitas & magni pretii dapes non moratur, neq; ciborum affluentia delectat, sed parsimonia, sed temperantia & frugali uictu. Non expectat lautiores epulas, non delitias terra mariq; quæsitas, nõ uaria mis suum aut ferculorum genera, non multiformem ciborum apparatum, non exactam artem culinariam: ut alia crustis inclusa pinsantur, ut alia elixa fiant, alia assa, alia tosta, alia denicq; in sartagine frixa: sed nec ullum condimenti genus notum habet, non ullũ gulæ irritamentum, quo in appetitum deuorandi prouocet stomachus. Vina meraciora nunq; attingit, gustum aromatum nec expetit nec admittit: herbas, lactuaria, cæteras q; lasciuientis stomachi delicias, prorsus refugit & fastidit: sed contentus illo ciboriorum prouentu quem ad manum promptum & paratum inuenit, quem etiam modice & parce degustat. Tam sobria & frugali uiuendi ratione ubiq; utitur, ut cogat corpus animæ inseruire: cũ quo bene actum ratus est, si tantum pabuli detur, quantum sat est ut anima corpori cohæreat, utq; simul deo ac rebus diuinis operã dare liceat. Postremo q; nycticorax in horreis habitet, q; parietũ

Parcimonia pœnitentis.

& ædium ruinis se occultet, qꝫ petrarũ foramina, arborum truncos, aut opacas hederas incolat: id significare uidetur, id dat intelligere, pœnitentem solere loca secreta inuestigare, ubi cõmodius extra turbam & tumultum, pœnitẽtiæ operam dare possit: ubi precationi liceat uacare, studere, contemplari, piis meditationibus indulgere, reliquisqꝫ id genus fructuosis pœnitentiæ operibus exerceri. Atqꝫ hinc est qꝫ loca aperta & publica tanto studio fugiat, qꝫ aulas regias non ingrediatur: qꝫ fugiat fora, theatra, plateas, spectacula publica, qꝫ fugiat uinarias tabernas, qꝫ frequẽtiam & cõsortium hominum, semper prouirili declinet: qꝫ nullis unq̃ oblectamentũ, nullum huius mundi solatiũ admittat: semper hunc scopum & firmissimum propositum sibi proponens, ut nihil aliud agendum curet, q̃ quod tum deo summopere placere credat, tum animę suæ saluti in primis consulere. Et quemadmodũ ipsa noctua noctu & sub tenebris longe perspicacius perspicit q̃ interdiu, quemadmodum fœlicius & securius seorsim & in locis abditis, q̃ palam & publice uitam agit: sic & pœnitẽs quoqꝫ atqꝫ sanctis contẽplationibus deditus, multo efficacius diuinis studiis ac piis exercitiis nocturna quiete & in solitudine sese applicat & adiungit, q̃ possit coràm in frequente hominũ celebritate atqꝫ tumultu. Quod si forte fortuna huiusmodi quispiã uere pœnitens in publicum populi aspectum prodierit, si quando in mũdum profectus se oculis hominum offerat: non minore stupore corripiuntur omnes, q̃ si tetrum quoddam prodigium & hactenus nulli uisum, in medũ subito emersisse contemplarẽtur, nempe qꝫ huiusce modi pœnitens sit (ut ille ait) Rara auis in terris, nigroqꝫ simillima cygno. Ita ut quemadmodum ad ululam obstupescũt, sic mũdani pœnitẽtẽ qui mũdo renunciauerit, admirantẽ. Neqꝫ satis est sic stupori & deridiculo esse oĩbus, nisi itidẽ ubiqꝫ penè odio, derisu, scommatibus & tannis, ab omnibus uulgo excipiatur: nisi sint qui non uereantur etiam innocentem persequi, cõuitiis insectari, ac demũ probris, cõtumeliis, pariter & iniuriis quoqꝫ

Locus pœnitẽtis.

Seorsum petit pœnitens, & abdita loca.

Horatius. Pœnitenter à prophano uidetur.

quoq; affici. At quare quæso ita facturi sunt? Profecto non alia de q̃ causa, q̃ꝫ q; illius uita & mores longissime ab illorum diserepent, q̃ꝫ q; nihil sit quod cum illis cõmune habeat. De huismodi pœnitentibus ita loquitur ipse CHRISTVS per euangelistam suum. Eritis odio omnibus hominibus propter nomẽ meũ. Omnibus (inquit) hominibus odio eritis, hoc est, de quouis hominum genere aliquibus. Vt sit (quemadmodum dialectici loquuntur) distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum. Quin & aliter intelligi potest locus iste, uidelicet ut sit hyperbolica loquutio, quam figuram sacræ literæ libenter agnoscunt: ut boni uiri & pœnitentes dicantur esse odio omnibus hominibus propter multitudinem eorũ, qui eos odio prosequunt. Proinde subdit causam ipse dominus, cur omnibus sic odiosi sint futuri. Propter nomen meum, inquit, hoc est ob prædicationem, confessionem ac cultum nominis mei, ob ingenuam diuinæ legis & christianæ fidei professionem, propter integritatem uestrã, piam conuersationem, uitæ innocentiã & sanctimoniã: propter puram uiuendi synceritatem, ob simplicem ac deuotam christiani pectoris probitatem, modestiã atq; humilitatem. Sed ne nimium hisce terriculamentis deiicerentur aut metu correpti animũ desponderent: ita eosdem apud Ioannem rursum consolatur idẽ Si mundus uos odit, scitote quoniam me priorem uobis odio habuit. Si de mũdo fuissetis, mundus quod suũ erat diligeret. Quia de mundo nõ estis, ppterea odit uos mũdus. Perinde acsi sic diceret, quoniã mundanos homines imitari recusatis, nec cũ eisdẽ uulgo edere, compotare, conuiuari, lasciuire, indulgere genio, alea, mero, balneis, cæterisq; id genus perditissimis illecebris, bonas horas inaniter conterere dignamini, mundi ritum atq; consuetudinem carnisq; appetentiã per omnia amplectentes: idcirco illi uos non ludibrio tantum & contemptui, sed summo etiam odio prosequuntur. Quod si contra, illorũ uiuendi institutũ moremq; insequi uoluisse tis, nõ dubium est quin in intimam illorum familiaritatem

Matth. 10. Expo. Cur odio habeantur pœnitentes? Philosophus.

Ioan. 15. Expo.

familiaritatem admitteremini, inter præcipuos illorum fautores habiti. Sed non est cur eorum infectationem aut odium uereri debeatis, Quia me priorem odio habuerunt. Ego enim ipse tãq; uilis & nihili homuntio inter istos habitus fui, ego pro abiecto atq; abiectissimo omnium passim ab hoc omnium genere contẽnebar. Proinde ut prius admoniti sciatis quid uobis imposterũ expectãdum sit, qui meis uestigiis insistere apud uos decreuistis, ista meminisse oportet: q; nõ sit discipulus supra magistrum, nec seruus maior domino suo. Ista & huiusce modi hoc nomine potissimũ loquutus est ipse CHRISTVS, ut non solum discipuli eius, sed & omnes etiam alii christiani suo exemplo discerẽt, ꝓbra, cõtumelias, reliquaq; aduersitatis iacula, patienter & æquo animo perpeti: ita ut in omni afflictiõe persequutioneq; gaudere assuescerent, quo in ipsis cruciatibus, tormentis fortiores fiant & in agenda pœnitentia alacriores. Ad hæc quisquis uere pœnitet, simul etiam cum nycticorace flebilem uocem emittet: primo sua ipsius peccata mœstissimis lachrymis deflẽs & heiulans, commissa mala sedulo plangens, non secus q; omissa bona quæ facere potuit, deplorans: totius mundi errores & nepharia crimina ab imo pectore suspirans, abominanda hominum uitia ac maleficas artes simul lamentãs & detestans. Nec his contentus, etiã nocte quum cæteri quiescunt (quod noctuæ proprium est) uociferatur, flebiliter ululans: quin & interdiu quoq; cæteris multo sedulius exclamat & ingemit, incessanter diuinam ultionem deprecans ac precibus propulsans, misericordiamq; implorans: ne uidelicet clemẽtissimus dominus ita cum miseris mortalibus actũ uelit, prout cõmeruit illorũ flagitiosissima uita. Q; si nõ fuissent tales, qui deum suis precibus toties sceleribus hominum lacessitũ ad iram non placarẽt, q; citissime haud dubie iustam diuinæ uindictæ inflictionem mundus persentiret, sine mora iudicium illud tremendum seueríssimamq; superni uindicis iusticiam in nos omnes exhiberi cerneremus, quã paucissimi sane aufugerẽt. Quo fit,

Matth. 10. Ioan. 15.

S. *Fletus & Lachryme pœnitentis.*

Bonorũ precibus tradet deus pulsatur.

sit, ut per nycticoracem secundum quoq; pœnitentium genus intelligatur, eorum uidelicet qui humanos affectus pro uiribus cohibent, qui animi perturbationes iugiter declinãt: qui à publicis hominum congressibus, à populi tumultibus, à forensi strepitu perpetuo abstinent & abhorrent: qui domi cum summa animi mœstitudine & contritione desidentes, mira humilitate & modestia sese diuinæ misericordiæ submittentes, ita constantissime pœnitentes, ut nunq; cessent commissa præteritæ uitæ facinora delugere. Morum itaq; exercitium non aliud est q; ut continuo orent, ieiunent, lachrymentur, diuinũ numen interpellent, assidue intercedentes & pro seipsis & pro aliis: interim solicite studendo, uigilando, precando & contemplando, quo deo placere nitãtur, quo animam seruent suam, quo non sibi tantum sed & aliis quoq; cœli mansionem acquirant & parent, quo tum sibi tum omnibus pro uiribus profuerint, quo saluti oĩum toto conamine noctes & dies inuigilẽt. Quod & propheta hic noster se fecisse attestat,

Pœnitentiæ exercitium.

Vers. 8. VIGILAVI (INQVIENS) ET FACTVS SVM SIcut passer solitarius in tecto. Quo uersu tertium illud pœnitentiũ genus cõmemorat propheta, nempe cœnobitarũ: quorum sunt multæ agendæ pœnitentiæ ratiões & uirtutum exercitia. E quibus, uigilia uel inter præcipua recensetur, & proinde propheta noster inuuens se huiusce modi pœnitentiæ non expertem esse, sed sacris uigiliis aliquando indulsisse, Vigilaui inquit. Et licet uerbum hoc uigilaui in medio uersu collocetur, quasi proprie ad nycticoracem pertineret, nihilominus tamen pertinet non solum ad medium, hoc est secundum genus pœnitentium, uerum etiam ad primum quoq; & ultimũ. Vt sit sensus. Similis factus sum pellicano uigilans, similis factus sum nycticoraci in parietinis ruinosisq; ædibus uigilans, deniq; factus sum similis passeri solitario in tecto, qui inibi & uigilat multum & cantillat. Quocirca subiũgit propheta Dauid Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Vigilaui ait. Et quare id quæso? Profecto q; nemo pro uero &

Tertiũ genus pœnitentium.

Littera. *Vigiliũ oĩbus pœnitẽtibus.*

V. T.

uero & absoluto pœnitẽte habẽdus sit, qui in quolibet prædictorũ loco nõ diligẽter uigilauerit: cõtra dæmonis uidelicet insultus, contra carnis rebellionẽ, contraq; fallacis mundi præstigias. Ne sit igitur heremita securus propterea q; desertum incolat, ne fidat monachus nimũ claustro suo, nec pœnitẽs quispiam loco secretiori & à populi frequentiore congressu remotiori: quandoquidem & protoplastus ille Adam in paradiso tentatus est, quemadmodum & IESVS quoq; in deserto. Quod quum ita sit, tu ne o peccator, te in claustri tui angulis, aut in solitudine te satis securũ
V. fore confidis? Quapropter piis uigiliis acrius insistendum est & undiquaq; aspiciendum, ne incauti in insidias incidamus, præsertim quum sic undiq; astutissimi tentatoris machinis circumueniamur. Quod quia certis experimentis satis superq; didicisset optimus propheta, q; diligentissime potuit, sibi uigilãdum curauit, ne se diabolus dormitantem occuparet. Ad quod obnixe noctes dieſq; præstandum & diuus Petrus in canonica illa epistola sua, ita omnes uere christianos adhortat. Sobrii (inquit) estote & uigilate, quoniam aduersarius uester diabolus tanq; leo rugiẽs circũit, quærens quẽ deuoret. Non satis itaq; est ut expergiscamur, nisi etiam experrecti circũspectissime uigilemus. Siquidẽ quamdiu quis dormit & altius sternit securus, nec sibi prospicere potest, nec se tueri, quo minus ab hoste facile superetur: cæterum experrectus iam & è somno excitatus, satis sibi prospicere nouit, & ne in damnũ incidat, præcauere. Rursum inter dormiẽdum nemo est, qui pericula deuitare cogitat, adeo ut si quis strictum gladiũ illi cuibrauerit, non declinat: at si euigilanti hoc factũ fuerit, satis undiq; remedii apparari potest, ut saltem uel fuga sibi salutẽ quærat, uel (si malit) ut se aduersus hostis impetũ defendat. Atq; hinc est q; sanctissimus dei uates nos omnes suo ipsius exemplo ad uigilantiam exhortatur, quo uigiles simus & circumspecti, à prædictis q; spiritualibus hostibus diligentissime caueamus: ne uidelicet negligentia nostra dormitantiaq; in peccatũ turpiter relapsi,

1. Petri. 5.

e. ab illis

Tempore nocturno diurno que pernatenti vigilandum.

ab illis deuicti misere succũbamus. Atq; id est quod ait Vigilaui. X.
Vigilaui uidelicet tempore nocturno, quatenus uel tẽpus hactenus mihi perditum aut inutiliter consumptum, utcunq; recuperare liceat: ut sedulo diuinis officiis uacare possim, ut studeam quo pacto deo placeam, ut non tam mea peccata deplorem, q̃ etiam aliena lamenter: ut denicq; corpus meum sacrarum uigiliarum laboribus torqueam & affligam. Vigilaui prꝛterea tempore diurno, partim in sacris studiis sacrarumq; literarum lectionibus, dũ nunc meditor, nũc scribo, nũc etiam doceo: partim etiam in summis laboribus occupatus, dum corpus ipsum uel sudoribus exerceam uel macerem ieiuniis, dum sacras precationes assidue fundam, dum diuinum auxiliũ perpetuo implorem, sanctorũ suffragia inuocem: dũ denicq; cætera id genus pietatis opera, perfecta reddam. Postremo uigilaui quoq; uel hoc nomine ut alios etiã homines meo exemplo ad uigilandum prouocarem, ut quantiscũq; possim clamoribus, è graui peccati sopore expergefaciam: ne in hac dubia huius uitæ statione (ubi undequaq; ab aduersariis circumsepti sumus) ita oscitanter se gerant, ut tandem dormitabundi in pernitiem præcipites ruant. Atq; hæc sane uigilantia ad quam sic instigat propheta, non est aliud quippiam, q̃ ut uigil & circũspecta cura habeatur: q̃ ut oculatissime cautum sit, ne temere in flagitia recidamus, ne nos nostra negligẽtia in pernitiem trahat, ne nostra incuria pereamus, ne incauti in peccata labamur. His Y.
Duplici de causa vigiliãdi est.
itaq; qui hæc discrimina effugere student, acriter usq; uigilandũ est: tum quidem ob alia multa, tum uero ob hęc duo, locum uidelicet & tempus. Porrò locus iste in quo uersamur, nos satis ad uigilandum admonet, si consyderemus q̃ omni periculo & discrimine plenus existat, q̃ undiq; ingruant multiplices & teterrimi hostes, quantis tentationibus ab omni latere impugnant: dũ hinc diabolus nos expugnare nititur, illinc corpus insurgat, dum mũdus undiq; lenocinetur: dũ hic amicus, illic inimicus, hostesq; nos omni ex parte perturbant. Siquidem teste Iob Militia est uita hominis

Locus in quo uersamur, periculosus.

, hominis ſuper terram. Vel ut alia lectio habet, Tentatio eſt uita, Iob. 7.
, hominis ſuper terram. Nam hoc ipſa experientia ſatis docet, q̃
quo quis in loco periculoſiore agat, hoc diligentius euigilat, quo
liceat ſe aliquãdo à præſenti diſcrimine ſubducere: quemadmo- Aſtutia militũ in bello.
dum faciunt iſti qui in exercitu & ſub graui bello uerſantur. Iſti
enim ſemper timentes ne hoſtes ſe ſubito incurſu inuadentes, in
incautos ex improuiſo ſuperueniant, non ſolum ſeipſos expergi-
faciunt, ſed & alios quoq; ad faciendas uigilias diligenter inſti-
tuunt: ut uel hac ſaltem arte ſeſe à periculo hoſtũ eripiant. Quod
ſi illi in momentaneo bello faciant ubi corpus tantum periclitat,
quanto magis nobis idem in hoc mundo faciendum eſt, ubi nec
pax ulla aut induciæ concedũtur: ubi præcioſiſſimæ animæ per-
nicies intenditur, ubi mille undiq; intentantur periculorum gene-
Z ra? Quandoquidẽ (ut ait propheta) Non eſt ueritas, non eſt mi- Oſee. 4.
, ſericordia, non eſt ſcientia dei in terra: ſed maledictum, menda-
, cium, homicidium, furtum & adulteriũ inundauerunt ſuper ter-
, rã, & ſanguis ſanguinem tetigit. Mundus enim totus in maligno 1 Ioan. 5.
, poſitus eſt, totus odio, totus iurgiis, rixis, pugnis oppletus eſt: to- Expo.
tus ſcatet malicia, plenus omni dolo, omni fraude & fallacia: o-
mnigenis & laboribus & doloribus refertiſſimus, inſcitia atq;
ignorantia pluſq; obcæcatus, omnipharia uitiorum atq; ſcelerũ Malignitas hu-
contagione abundãs: plenus omni miſeria, inopia, penuria, pau- manis mundi.
pertate: totus continuis infirmitatibus obnoxius, totus uariis tam
animæ q̃ corporis morbis elangueſcẽs: plenus inimicitia, plenus
odio, ſimultate, litigiis, diſſenſionibus & conuitiis: plenus lachry-
mis, fletibus, anxietatibus: plenus ſtulticia, mẽdaciis, fucis & ua-
nitatibus: repletus præterea fœdiſſimis uoluptatibus corporis,
diſſolutiſſimis illecebris, turpiſſimis impudicitiis, immoderatiſſi-
maq; uiuendi licentia: plenus impoſturis, aſtutiis, uerſipellitie, ua-
fricia atq; omni fallendi arte: plenus periuriis, coniurationibus
& proditionibus: plenus etiam ſordibus, feculentiis ac immundi-
ciis: plenus denicq; calamitatibus, infortuniis, anguſtiis, afflictio-

nibus, sudoribus, erumnis, periculis, terroribus, imò tormentis, cruciatibus ac mortibus. Adeoq; ineptiis ac uanissimis nugis re- A
pletus est mũdus iste, ut illud ecclesiastici in eũ appositissime qua
Eccle. 1. dret: nimirũ ut dicat in mũdo esse Vanitas uanitatũ & oĩa uani-
Psalm. 38. tas. Cui & hic quoq; propheta noster nõ incõcinne accinit Vni-
uersa (inquiẽs) uanitas omnis homo uiuẽs. Nec istis abludit illud
1. Paral. 29. quod in libro paralipomenon scribitur Dies nostri quasi umbra
super terrã, & nulla est mora. Quibus suffragatur & Seneca ita
Seneca ad Lucillum lib. 6. epistola. 7. ad Lucillum suum scribens Punctum est omne quod uiuimus, &
adhuc puncto minus. Proinde si altiore consyderatione perpen-
das, quot & quanta sint huius mundi pericula in quibus noctes &
dies continuo uersamur, non dubito quin satis perspicias q̃s ne-
cessarium sit ut excusso somno q̃s diligentissime uigilemus: usq;
adeo & ultra q̃s dici potest, periculosus est locus iste & mundana
statio, in qua nobis miseris uel inuitis ad tempus consistendũ est.
Verum si demus hanc tam urgentem uigilandi necessitatem non
esse, nihilominus tamen christianis hominibus uigilãdum foret,
uel propter præceptum dei: ut pariter in illo ipso totis uiribus la-
boraremus, & simul uirtutibus operã sedulam innauaremus. Ita
Marci. 13. Expo. enim apud euangelistã suũ, suis omnibus imperat Videte, uigila-
Quot de causis uigilidum. te, & orate. Principio uidete inquit, quod per discretionem fieri
necessum est: deinde uigilate, quod ad attentionem potissimum
spectat: orate tandẽ ut & ipsa deuotio absoluatur. Vnde necessa- B
riũ in primis uideri possit ut prudẽter & discrete uigilemus, pri-
mo ut quæ utilia & necessaria uidebuntur prospiciamus, tum ut
noxia caute deuitemus, postremo uero ut quæ nobis profectura
sunt, diligentissime procuremus. Quapropter & ipse dominus
increpans somnolentiam & segnitiem discipulorum suorum, ita
Marci. 14. eos arguit, dicens Non potuistis una hora uigilare mecũ? Et sta-
Ibidem. Expo. tim postea ad uirtutem excitãs, ita subiungit Sustinete hic & ui-
gilate mecum. Et quum addit uigilate mecum, significat se quoq;
Vigilat deus, uigilare. Vnde sciẽdũ est q̃ & ipse quoq; deus uigilet, q̃ angelus

uigilet,

uigilet, homo uigilet, deniq; & diabolus quoq; uigilet. Deus enim ipse uigilat per duos maiestatis suæ oculos, misericordiam scilicet & iustitiam. Per misericordiam quidem ut indulgeat, ueniã condonet, ut peccata relaxet, ut remittat offensas, ut quibus misericorditer ignouit, integros cõseruet & protegat, ut eos multo fœnore remuneret, qui in illius seruitio excubias agere frequentauerint, qui studiose in CHRISTO uigilauerint, qui ad bene beateq; uiuendum se strenue exercuerint, qui ad præstanda bona opera anxii fuerint & soliciti, qui commissa peccata semper deplangẽtes, ad agendam pœnitentiam semper præsto sint & parati: qui suis uiribus quodammodo diffisi, diuinam misericordiã
C. implorare non cessauerint. De huiusmodi uigilia quadam, loquit
, beatus Iob Si diluculo (inquit) consurrexeris ad deum & ipsum
, fueris deprecatus, si mũdus & rectus incesseris, statim euigilabit
, ad te. Nempe ut te ab omni iniuria, ab omni dispendio, iactura, atq; omni deniq; malo liberet. Rursus uigilat per iustitiam quoties peccatores infortunio aliquo afficit, quoties aduersitatis flagello punit: ueluti egestate ac rerum inopia, infirmitate corporis, amicorum interitu, rerum temporalium iactura, bello, peste, fame, maximisq; id genus calamitatibus. De quo uigilandi genere
, ita scripsit Daniel propheta Vigilauit deus super malitiã nostrã,
, & adduxit eam super nos. Vigilat enim deus nos iuste puniẽdo, uigilat dũ sceleribus nostris iustas pœnas infligit & multiplicat: quibus ceu frænis quibusdam nunc quidem ad resipiscendũ mouemur, nunc uero quodãmodo trahimur & compellimur. Tum enim potissimũ uigilat dominus super nos, quotiescunq; propter commissum nephas, in nos tempestiue animaduertit: quẽadmodum contra, dormitare dicitur, quando quod iam diximus non persoluit, sed potius in omne scelus nos impune præcipitari permittit. Et de hac dei dormitantia, hic idem psalmographus alibi
, in hũc modũ mentionẽ facit Surrexit tanq; dormiens dominus,
D. tanq; potẽs crapulatus à uino. Malitia enim nostra & nequissima

angelus, homo, & demon.

Deus p duos oculos uigilat.

Iob. 8. Expo.

Daniel. 9. Expo.

Quãdo deus dicit dormitare.

Psalm. 77. Expo.

uita noſtra præ magnitudine ſua, ita deum ueluti ſtupefactum & inebriatum reddit, ut hac de cauſa uelut altius ſtertere atq; indormiſcere perhibeatur: cęterũ quando progreſſu temporis per reformationem ac ſæuiorem diſciplinam in nos acrius animaduertit, uidetur rurſus ceu ſubito è ſomno excitatus uigilare, quaſiq; è crapula & temulentia experrectus: ut nos miſeros tanq; nephandiſſimis facinoribus ebrios, lethargicoq; uitiorũ ſomno oppreſſos, iuſticię denuo euigilare faciat. Quin & angelus quoq; uigilat perpetuo excubias agens, quo per diligentem cuſtodiam nos ſuę tutelæ creditos tueatur, iuuet, atq; defendat. Siquidẽ ut prophęta inquit, Vigil & ſanctus de cœlo deſcendit. Appoſite ſane uigil uocatur angelus, quandoquidem & angeli ſuo ſemper officio incũbẽtes, ad exequẽda dei mandata nunq; non inuigilant, miſſi ſubinde à deo ad hæc inferiora adminiſtranda. Verum quomodo ipſi angeli nos diligenter cuſtodiendos curant in omnibus uiis noſtris, uidelicet ante egreſſum, in ipſo egreſſu, poſt egreſſum, in progreſſu, in receſſu, poſt receſſum: tum alibi tum uero potiſſimũ ſuper eo uerſu Angelis ſuis deus mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uiis tuis, ſatis ſufficienter, ut uidemur, uobis enucleauimus. Præterea uigilat homo per ſolicitã circumſpectionẽ. Vnde & euangeliſta Lucas ita ſcribit Paſtores erant in regione eadem uigilantes, & cuſtodiẽtes uigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et angelus dñi apparuit eis, & cætera. Per hos paſtores euãgeliſta myſtice ſignificare uidet paſtores gregis CHRISTI, quos oportet aſſidue & inconniuentibus oculis ſuper gregem dominicum noctes & dies aduigilare, utpote pro quorum animabus ſtrictiſſimam rationem reddituri ſunt. Quibus & angelici miniſtri non raro apparent, ut eos per ſpecialem dei gratiam in tam ſanctis laboribus confortent pariter & adiuuent. Vigilãt quoq; huiuſmodi frugi paſtores, ut gregem paſcant, ut gregem erudiant atq; confirment. Ad quorum unumquemuis ita in apocalypſi ſcribit. Eſto uigilans, & cõfirma cętera quæ moritura ſunt.

Vigilat angelus.

Daniel. 4. Expo.

Angeli ſex uigilant cuſtodiẽdũ hominem.

Pſalm. 90.

Vigilat homo. Luce. 1. Expo.

Quot modis ueri paſtores ſuper gregem uigilant.

Apoca. 3.

ſunt. Porrò boni paſtores nunq̃ uigilare prætermittunt, ut modo ouiculas ſuas in cognitione rerum diuinarum informent, modò allectamentis quibuſdam & amore ita ſenſim pelliciant, ut tãdem ad tutiſſimum illud CHRISTI ouile, cœlum ſcilicet, perducere queãt. Vigilant quoq; & per diuini uerbi prædicationẽ. Ad quod fideliter prẽſtandum Paulus ipſe diſcipulum ſuum Timotheum ita exhortatur, & per illum alios omnes quotquot incumbit cura animarum Tu uero (inquit) uigila, in omnibus labora, faç opus euangeliſtæ, miniſterium tuum imple. Quibus uerbis Paulus Apoſtolica autoritate fretus, epiſcopos omnes officii ſui & muneris ſuſcepti liquido admonet, ut ſe uigilanter in omnibus exerceant, ut omni cura & diligentia gregi dominico ad tẽpus ſuæ fidei commiſſo inuigilent, conſulant, & proſpiciant: ut ſalutari doctrina ſedulo paſcãt, hos quidem oportune & importune arguens, illos increpans, alios obſecrans: ita unumquemq; tractãs, ut deceat & oporteat, in omni patientia & doctrina. Vigilant etiã quotquot ueri paſtores ſunt potius q̃ mercenarii, per ſynceram prædicationẽ. Quod & ipſe dominus ſuis imperat faciendum, ita eos exhortans, Ite predicate euangelium omni creaturæ. Quod qui egregie præſtiterit, eũ uigilare ſtrenue oportebit. Vigilant & per piam mentis meditationem, quietamq; cõtemplationem: ad quod præſtandum dominus eos iuſſit ubi ait Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Poſtremo uigilant quoq; per diligentem curam, per acre ſtudium & circumſpectã attentionem. De quibus ſingulis & id ſcriptum apparet Beatus qui uigilat ad fores ſapientiæ, & obſeruat ad poſtes tabernaculi mei. Sed heu nimis miſerum & deplorandum facinus, ſunt etiã quidam, imò (ni fallor) etiã plures, qui ad res diabolicas perpetrandas non minus impigre euigilãt. Porrò, fur qui non alia arte q̃ furto uictum parare decreuit, totas noctes inſomnes ducit, ut alios aliquos circumueniat, ut alios defraudet, ut homines rebus ſuis emungat, ut feriat. Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte

1. Timoth. 4. Expo.

Ibidem.

Marc. 16.

Marc. 14.

Prouer. 8.

Quãtũ uigilia rũ ſuſtinẽt mali, ut male agant.

Flaccus.

latrones, ait Flaccus. Vigilat & perditissimus ganeo, qui totus G.
luxuriæ & libidini mancipatus, non aliud quærit q̄ ut fœtidam li
bidinem suam & turpia carnis desyderia expleat. Quantū quæ-
so defagitationis, quantum laboris, quantum uigiliarū itineriſq
sustinet uilissimus ganeo, nocturnus latro, miserabilis inuidus: tā-
tum in hoc ut nephanda flagitia committant? Quid non sudoris,
quid non laboris patitur insatiabilis helluo totus infami luxui mi-
sere deditus: dum semper irrequietus aut saltat ebriosas ductans
choreas, dum edendo & bibendo totum se inundat & obruit:
dum ludit, ridet, cachinnat, iocatur: dū alea, mero, crapula aliisq
huius generis dissolutissimis uiuēdi ludibriis, lasciuis uanisq uo-
luptatibus, nō solum florem corporis sui infœliciter atterit & e-
neruat, sed & pretiosissimum quoq & non reuocabile tēpus non
tam inaniter q̄ etiam damnose consumit. Qui his tam friuolis il-
lecebris adeo satiari non potest, ut dies totos quantūuis longos,
nimis tamen contractos esse iudicet, noctesq nimiū esse longas,
omne denicq tempus perparcum esse, nec uncq adesse satis spa-
cii, quod tam fœdis uoluptatibus exercendis impertiant. Hii per
totos dies in delitiis agūt, hii à primo lucis diluculo usq in seram
uesperā nil aliud q̄ ludūt, iocant, nugant sine omni modo, genio
indulgent: tamē nec sic sibi satisfieri permittūt, nisi in pari studio
atq detestandis exercitiis, non exiguam etiam noctis partem lo-
cauerint. Hii dum horis matutinis interesse tenētur, altissime de-
sternunt: & dum audiendis sacris operam locarent, tum uelut ab
hesterna crapula experrecti, statim uel nauseāte stomacho, se no
uis epulis adonerāt: ac ne quid supersit temporis quod non male
pereat, pro uespertinis officiis inanissimos lusus introducūt. Sed
o deum immortalē qualis dicenda est hæc uita? Quid aliud quæ- H.
so facit brutissima bęlua, q̄ citra omnem modum uorare, ebibe-
re, uentri tantum uiuere, edormire, stertere, ac bęluinis uolupta-
tibus inseruire? An aliud respiciunt bestiæ, mentis & rationis pe-
nitus expertes, q̄ solummodo ipsam corporalem quietudinem
& ignauum

& ignauum ocium? q̃ ut ipſam corporis appetentiam & libidinem ſaturare queant? Quandoquidem ipſa bruta animãtia, quæ tantum in diem uiuunt, nihil minus perpendũt q̃ ipſum chariſſimũ temporis pretium, quemadmodũ neq; uitam illam quæ hanc momentaneam inſequuntura ſit. Quando ad id quod præſens eſt ſeſe tantummodo accommodant, præteritũ aut futurum nihil aut parum admodum reſpicientes: neq; operis quicq̃ ſibi unq̃ imponent uel ſubibunt laborem, niſi ad id faciendũ adigantur. Sed o homo bæſlua, o bæluine homo: imò quauis bæſlua, quauis bruta pecude longe deterior: ipſis feris non efferatior tantũ, ſed & immanior. Bęluæ enim quoties iſta faciunt, non aliud q̃ naturæ ſuæ inſtinctum ſequuntur: tu uero reclamante penitus humana ratiõe & natura hominis, teipſo turpiter abuteris: abuteris & ratione tua, qua nihil in hoc mundo diuinius eſſe poteſt, quin & corpus quoq; tuum fœdo luxu exhauris & abuteris, tẽpuſq; ipſum (quo nil pretioſius unq̃) inaniſſimis nugis totum conteris & nequiter amittis. Quod quidem in aliud propoſitum ab hoc longe diuerſiſſimum, tibi à cœleſti numine conceſſum eſt, ut tempeſtiuã pœnitentiam ageres, ut animæ ſaluti proſpiceres, ut domino deo tuo iugiter inſeruires, quo tandem cœlum ipſum ac cœleſtis gloriæ palmam, tibi pro mercede comparares. Porrò diabolus ipſe ac damnati ſpiritus ſi tantum temporis illi ſuppeteret ad agendam pœnitentiã, quantũ tibi o peccator elargitus eſt deus: certe facta ſatisfactione, impietatem ſuam & deteſtabilem abominationem corrigeret & emendaret. Et tu o miſerrime peccator hoc tã idoneum & nunq̃ reuocabile tempus, prorſus in pernitiem tuã male perdis, ſceleratiſſimis abuſibus conſumis, conteris, & damnabiliter prætergrederis: unaq; cum tam bonarum horarũ iactura non ſolum corpus eneruas & dẽpopularis, ſed & animę quoq; grauiſſimum naufragium facis & diſpẽdium irrecuperabile. O itaq; peccator qui tam alto uitiorum ſomno tandiu deſternuiſti, expergiſcere aliquando, expergiſcere, diſcute tibi grauem iſtum

Homo luxurioſus quauis bælua deterior.

Tempus datur ut pœniteat.

Surgẽdũ a somno peccati.

istum ueternũ, grauem istũ animi stuporẽ, atq; circũspice quãto in periculo undiq; uersaris, quantum undequaq; discriminis immineat. Porrò diabolus aduersarius tuus nũcq; nõ uigilat, semper ad seducendum ac damnum inferendum accinctus est, sẽper ue-, lut leo famelicus circũit quærẽs quẽ deuoret. Et inde est q; sa- K.
cra scriptura tanq; sedula mater tam solicite nos omnes admone-
1. Petri. 5. at ad uigilandum, quo tam uafri hostis insidias euitemus. Vigila-, te (inquiens) sobrii estote, quoniam aduersarius uester diabolus,
Quemadmodum insidiet homini diabolus. tãq; leo rugiẽs, circũit quẽrẽs quẽ deuoret. Proinde tecum iterũ, atq; iterũ perpendito cũ q; infesto hoste tibi res erit, q; semper in hoc incumbat diabolus ut te in nassam suam illaqueet, q; longe lateq; retia & laqueos suos pro te extendat, q; incuruos hamos, machinas atq; decipulas ubiq; tui capiendi gratia abscondat, q; dolosis & uersutis escis pretiosam animam tuam inescare nitatur. Neq; sane alia esca sæpius animas hominum expiscari solet, q; blandissimis uoluptatibus usq; in extremũ exitium dulcibus. Hac ergo esca, terrorem ac periculum retium, laqueorum, hamorũq; cælat penitus & obscurat: ut escarum dulcedo omnẽ latentis hami suspitionem tollat. Inde est q; exitiale toxicum nunc quidẽ sub libidine, nunc sub gula contegat: ut superbia, ira, secordia, ocio, ignauia, auaritia, cupiditate, aliisq; id genus uitiorum uenenis illinat ac dulcoret letale istud æternæ mortis iaculum. Vnde fit ut L.
tibi fœtidissimæ libidinis uoluptatem persuadeat, alium turpi ingluuie ac uentris appetentia superat, hunc fastu ac animi elatione demulcet, illi præter bilem, furorem atq; iracundiam nihil dulce: quibus artibus fallisq; illecebrarum simulachris, alios innumeros homines in fraudem trahit uaferrimus ille impostor satanas. Et tu interim miser nõ satis cautus sed nimium credulus, primo sordidam illam uoluptatem degustas, deinde hanc utcunq; degustatam sequitur interna delectatio atq; imaginatio mentis tuæ, mox sensim irrepit animi consensus: quo non reluctante, fit ut escã ipsam mordicus arripias, qua deuorata, statĩ in grauissimã

peccati

peccati ſentinam præcipitaris: ſicq; retibus, ſic laqueis, atq; acutis hamis undiq; circundatus ita miſere caperis, ut nullo modo effugere poteris. Hic uides perinde tecum agi atq; agitur cũ ſtolido piſciculo, quando linum ab arundine demiſſum in aqua huc illuc fluitare conſpicit: tandem perſpecta eſca, totus in eam fertur: quũq; primo guſtu attactã, dulcem eſſe ſentit, dulcedinis lenocinio pellectus, continuo deuorat, nihil minus cogitãs q̃ tam dulci eſcæ ſubeſſe mortiferum hamũ: at piſcator interim peritã prædam lætus in ſiccum educit, eueſtigio neci dedens miſellũ piſciculum. Nec diſſimili modo inter aucupandũ decipitur auis, quæ aucupis fiſtula delinita, ad eſcam deglutiẽdam multo auidior eſt
M q̃ ad rete contemplandũ cautior. Hic ergo uelut in ſpeculo contemplari potes dementiſſime peccator, qua fraudulẽtia ac dolis, tu quoq; ab aſtutiſſimo illo prædone peteris aſſidue & inuaderis. Nã tu ad uoluptatẽ peccandi præceps irruis, nihil prorſus interim inuitabiles hamos illos & nodoſa retia precauẽs, quæ ſub tã uana eſca deliteſcũt: unde imprudẽs & infeliciter in uitiorũ uoraginem ac deteſtandam uitam pronus laberis. Siquidem ut iam prius dixi, cuiuſlibet peccati eſca, eſt uoluptas: hamus uero, plaga & decipula, culpa dici poteſt, offenſa aut obligatio: qua uelut ſyngrapho quodam aut chirographo ad æternam pœnam atq; damnationẽ obligaris, qua deberis orco atq; ſæuiſſimo Satanæ imperio. Vbi haud dubie plus nimium hamorum deprehendes, ubi inuenies incogitabiles pœnarum machinas, ubi ipſum damnationis barathrũ reperire licet: ubi quoq; (ut iam non ſemel admoui) Aduerſarius uuus diabolus tanq̃ leo rugiens, circũit quæ-
, rens quem deuoret. Vigilate igitur uigilate, & orate ut non in-
, tretis in tentationẽ. E quibus euangeliſtæ uerbis ſatis liquet, quãta ſolicitudine & cura nobis cuigilandum ſit: ut à tẽtatione caueamus, ut cõtra diaboli inſidias præmuniamur, qui nũq; ceſſat retia ſua, laqueos, alioſq; id genus machinarũ dolos, nobis in dies & horas aſtruere: quo nos fraude captos, inuitabiliter deuoret.

Incautus peccatorũ ſecus quã piſcis aut auis, fraude decipitur.

Eſca, hamus, rete, quid ſignificent.

1. Petri. 5.

Marc. 14.

Et proinde

Matth. 24.

Et proinde ne nos imprudentes adoriatur, ita alio in loco monitos nos uoluit prientissimus dominus. Videte, uigilate, nescitis qua hora fur uenturus sit. Et ne quis esset futurus qui causaretur se non fuisse monitum, ita subnectit euangelista Quod uobis dico, omnibus dico uigilate. Qua ratione fiet, ut adhibita diligẽte uigilantia, longe minori negotio, spiritali illi hosti diabolo resistatis, ut facilius deprehendatis insidiosissimas illius machinas: ita ut simul peccatũ deuitare poteritis, & sic uirtutibus imposterũ adhærere, quatenus animæ uestræ saluti consulere ualeatis. Facuigiles itaq; cum nycticorace, fac nocte tibi somnum discutias, uigilato in domicilio tuo, in cubiculo, in conclaui: uigilato in mensa, in platea, in campo, in templo, domi, foris: deniq; non sit locus ullus, non prætereat tempus ullum ubi non circumspectissime euigiles, ubi non agas perpetuo excubias. Nec abs re tibi ita faciendum intelliges, si consyderes nullum esse nec tempus nec locum, ubi non struat insidias callidus ille hostis tuus: quo te tentationum laqueis capiat ac uelut captiuam prædam deuoret. Neq; satis tutum erit fortasse si solum cum nycticorace euigilaueris in domicilio, nisi memineris etiam uigilãdum cum passere in tecto. In tecto (inquit) hoc est in rebus altissimis ac diuinis contemplationibus operam dare, assidue meditãdo superna illa gaudia, deuoteq; orando ut diuinam gratiam impetres: & ut te totum diuinis studiis atq; uigiliis præbeas. Adeo ut ubiubi fueris siue domi siue peregre, in tecto uel extra tectum, semper tibi uigilandũ esse persuadeto: nempe q̃ nusq̃ non inuadat inimicus, à quo nihil securum esse potest, nullus locus tutus, nullũ tempus à periculo immune. Nam ille tanq̃ truculẽta & inexplebilis bẽlua, omni loco, omni tempore quærit & inuestigat, quem uorax in fauces demittat ac deglutiat. Facito tu itaq; ut cũ ꝓpheta uere dixeris. Vigilaui. Q̃ si quæras, quomodo uigilauerit ille? Certe ad agendã pœnitentiam & præstanda bona opera uigilauit. Aliôqui illud simplex uigilare non fuisset satis: quam non desint qui plerunq; uigilant, quos

Qui sit diligẽter uigilãdum.

Quid sit uigilare in tecto.

Littera.

Expo. Quomodo propheta uigilauerit.

O.

P.

lant, quos magis expediret alte edormiscere. In quo albo, in quo numero prędones, fures, latrones, ganeões, luxuriosi, gulosi, luro cones, helluones, auari, ut nec pauci alii huius farinæ hoies, aseri bi possint. Quapropter uigilaui (inquit propheta) ut par erat uerum pœnitentem, per agnitionem uidelicet priuati delicti, per recordationem miserię atq; status mei, in quo tum uersabar infoe lix. Vigilaui ergo honestis uigiliis iugiter inuigilans, nõ inhone stis illis quibus qui furtis & latrociniis rem parãt, sese assidue exe ercent: ut nocte grassantes, alios iugulẽt & expolient. Vigilaui, sed non in fœdis amoribus, non in lubricitate carnalis concupis centię, nõ in salacitate & hircina libidine: quod faciũt isti infames libidinosi, miseri scortatores ac damnosi ueneris satellites: qui nõ raro totas noctes insomnes ducũt, ut detestãdis abominatiõib us P. suis uacare liceat. Vigilaui, nõ in cõmessatiõibus & ebrietatibus, Rom. 13. nõ in cubilibus & impudicitiis, quẽadmodũ faciunt gulones isti, qui nihil aliud q̃ uentris negocium agunt, totas noctes potantes, ingurgitantes & ad extremam usq; crapulam ac temulentiam se cibo & mero onerantes. Vigilaui, non quidem aleæ, chartis aut aliis huius notæ inhonestis & illicitis ludis operam impendens: ut faciunt quidam turpilueri sectatores, qui miseri se plerunq; uigie lando enecant ut è ludis suis lucrentur & quæstum ferant: in quie bus deus ipse adeo prorsus obliuioni traditur, ut uix unq; habeae tur illius mentio, nisi sit quando horrendis iuramentis, imò pere iuriis eum totum lacerãt, detestandis blasphemiis suis singula sae cratissimi illius corporis membra dilaniãtes. Vigilaui, & uere uie gilaui (inquit propheta noster) sed certe nullo prædictorũ moe dorum. Quibus ergo aliis inquies? Vigilaui in continua pree catione, deum semper orans & interpellans: ut ita me gratiæ sue præsidio muniret, ut ne intrarem in tentationem. Vigilaui itidẽ deum perpetuo studio meditans & contemplãs, semper memoe riam meã peccatorũ meorũ recordatiõe refricans, plangẽs assie due quod offenderim, lamentis & lachrymis quod erratum erat

Quãñ interest inter uigilias bonorũ & malorum.

f. delere

delere ſtudens, pœnitentiam pro hiſce uiriculis nunq̃ non agẽs, miſericordiam diuinam continuo implorans, ac deniq; deũ optimum maximum ex toto corde, ex toto animo, & ex tota mente amans pariter & adorans. Atq; ad hunc quidem modum uigilaui & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Non dies tantũ ſed & noctes quoq; mihi uigilandum duxi, ut tempus illud quod mihi nequiter & inutiliter perditũ fuerat, piis uigiliis denuo inſtauraretur. Vigilaui itaq;, ſed ſolitarius, quo ſedulius diuinis laudibus uacare potuerim, quo corpus meũ ſacris uigiliis acrius affligerem, quo tota mente & animo diuina contemplarer, quo corpus laboribus exercerem: nempe peccata commiſſa deflendo, pœnitentiam iugem agẽdo, miſericordiamq; dei aſſidue implorando. Sicut paſſer ſolitarius in tecto. Nam quẽadmodũ paſſer in alto ac tuto loco nidificat, ne uel ipſa ab obuiis capiatur, uel uorentur pulli eius: ita equidem altiſſimo contemplationis monte conſcenſo, ſemper diligenter cauebã, ne ad res terrenas deſcendens, in diaboli laqueos inciderem. Porrò paſſer quamuis parua auicula ſit, non tamen parua ſagacitate & ſolertia præditus eſt, ut uigili cura ſibi proſpiciat, ne uel laqueorum tendiculis aut pedicis irretiatur, uel per uentris ingluuiem nimia eſcæ auiditate in decipulas pelliciatur: ſed in tecto ſolitarius ſedet ſuo more cantillans, uociferans, & lamentabili ac lugubri quadam uoce ingemiſcẽs. Eodẽ modo & ego (inquit propheta) pœnitẽtia ductus, ne diaboli laqueis irretirer, ne ſpoliarer fructibus bonorũ operum: ad tutum tectum & uelut ad nidum monaſticæ uitæ, ad claſtralem contemplationem, deniq; ad munitiſſimũ eccleſiæ aſylum celer aufugi: ut iam à conuentu malignantium ſeparatus, illic incolumis conſeruarer atq; ſaluus fierem. Et hinc eſt quod ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Huius ergo auiculæ proprietates ac conditiones debet habere is, quiſquis uere pœnitẽtiam acturus ſit, de commiſſis prioris uitæ. Paſſer autẽ quia modica auis eſt neq; alti admodũ uolatus, humilitatẽ rite ſignificare poterit:

Matth. 22.

Quid ſit ſolitarie orare.

Littera.

In tecto moratur paſſer.

Paſſeris proprietates.

Paſſer modica auis & nõ alte uolans.

poterit: quam qui non perfecte habuerit, sciat se indignum qui inter pœnitentes numeret. Proinde uere pœnitentē ita in omnibus se deiicere & humiliare oportet, ita sibi displicere, ita peccata sua odisse: ut ne insolescat unq̄, aut per bona opera sua alios stulte despiciat, quemadmodum fecit arrogantissimus ille pharisæus, qui elato & contēptore animo ita dixit. Non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus: ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. O infœlix pharisæe. Quid agis miser? Quo tam cæcutienter ruis? Heu te misellum & infortunatum hominem. Quid est quæso cur tantillo animi fastu, uanaq̄ linguæ iactantia, tantū bonorum operum aceruum perdinum eas? Tu pauperem & humilem publicanum præ tē uelut impium peccatorem contemnis & penitus despuis: quum ille te multo probior sit & innocētior. Tu dum recte facta tua tam insolenter iactitas, non solum merita quæ inde acceperus esses amittis, sed etiam in damnationē tuam uertis, quæ ex se benefacta erāt, tibi malefacta cōstituēs. O pharisæe, tu bis in sabbato ieiunans, uētrem tibi inanem ac uacuum à cibo cōstituis, & interim eorum animum simulatione & hypocrisi refercis. Tu bis in sabbato abstines à cibis corporalibus, at ne uno quidem die per totam hebdomadā à peccando & execrabili superbia temperare sustines. O hypocrita pharisæe, tu iactabundus inter orandum te decimas dare omniū quę possides, ita confidenter prædicas: cum non itidē iniurias illas tuas & opprobria fateris, quibus inopes & egenos homines oneraueris. Tu quidē pharisæe cæteros omnes præter te unū, satis arroganter & præsumptuoso stomacho improbitatis arguis, arguis rapinæ, iniuriarum, iniusticiæ atq̄ adulterii reliquos traducens atq̄ diffamans: modestum & humilem illum publicanum magno supercilio uilipendens, qui tamē te longe melior seorsim & remote in ima templi parte astiterat, sese prorsus indignum reputans qui ad sanctiora templi loca ingrederetur, cuiusmodi sunt chorilocus atq̄ supremū

Luc. 18. Expo.

Arrogāt pharisæus, humili publicanō eam emnia.

S.

altare: qui præ pudore delictorum suorum oculos attollere non
ausus est, sed resupinato capite atq; luminibus in humũ defixis,
corde tamẽ intus ad deum erecto, animo dolente & mœrore cõ-
Luc. 18. punctο, ita pectus percutiens deum ipsum inclamauit Deus pro- ,
Oratio publicani breuis sed efficax. pitius esto mihi peccatori. Oratio hæc, si uerba spectes, brevissi- T.
ma sane: si autem orationis uirtutem respicias, inuenias uel maxi-
mam. Quod ad orationis modulum attinet, uix quicq; succinctius
esse potest: quod ad sententiã, nihil plenius. Cur quæso? Quisnã
effectus hinc secutus est? Audi paucis sententiam CHRISTI.
Luc. 18. Exp. Descendit hic iustificatus in domũ suam ab illo. Iustificatus, in- ,
quit, hoc est ex iniusto & facinoroso iustus effectus per summam
illam animi humilitatem, qua se deiecit agnoscẽs nequitiam suã,
& peccati pœnitẽs. Et proinde abiit in domum suam iustificatus ,
ab illo. Quid hoc dictu est, iustificatus ab illo? Certe non aliud cq; ,
præ illo, pluscq; ille pharisæus: ut sit sensus, publicanũ propterea cq
humiliter agnouerit impuritatem suam & ingenue confessus fu-
erit, præ fastuoso pharisæo multo iustiorem in ædes suas descẽ-
disse. Nam hic ut tumidus & iactabũdus peccator aduenerat, sic
& peccator quoq; reuersus est: imò multo deterior iam hac noua
insolentia effectus, cq; erat priusq; templum ingrederetur. Quã-
doquidem licet in templum multa peccata secum detulisset iam
primo illuc aduenies: non tamẽ tam nephanda fortasse esse pu-
randa sunt, cq; erant illa quæ in templo sibi infeliciter contraxit,
uidelicet superbiam, hypocrisin, cæterorumq; omnium contem-
Luc. 14. ptum. Verum quemadmodum & ipsa ueritas ait Omnis qui se V.
Exp. exaltat humiliabit, & qui se humiliat exaltabitur. Quisquis enim ,
Superbia semper deijcitur, humilitas effertur. sese per superbiam, iactantiam, ostentationem, per inanem glo-
riam, aut aliorum contemptum exaltauerit: haud dubie humilia- Y.
bitur, hoc est iusto dei iudicio in hac præsenti uita reprobabitur
ac deprimetur miser: & nisi interim per ueram pœnitentiam se
sponte sua & ultro humiliauerit dum datur pœnitendi locus, fiet
ut post hanc momentaneã uitam in perennes cruciatus ac pœnas
tartareas

, tartareas præcipitetur. At cõtra, qui ſe modo humiliat, modeſte
& humili ſpiritu ſuam imbecillitatem, ſuamq; fragilitatem inge-
nue agnoſcens: errores uitæ ſuæ & graues lapſus uere, integre,
& abſolute confitens, ſemper ad agendam pœnitentiã paratus:
hic profecto aſpirante diuinæ maieſtatis miſericordia, quod ſe
deiecerit ac ſubmiſerit diuinæ uoluntati, omnibus modis exalta-
bitur. Exaltabitur in præſentia quidem per pleniora gratiæ in-
cremẽta, in futuro uero per ampliora ac ſublimiora glorie dona.

X. Porrò quemadmodũ in materiali ſtatera uidere licet, ut depreſſa Similitudo.
altera parte, altera e conuerſo in altum ſuſtollatur: ſic & in diuinæ
iuſticiæ trutina fieri decretum eſt, ut quicunq; in huius uitæ cur-
riculo, ſeſe per ſuperbiam & elationẽ animi ſublimare ac criſtas
erigere ſtuduerit: alibi iam uita defunctus, ad pœnas, ad ſuppli-
cium & confuſiõem detrudetur, & etiam uice uerſa. Et quemad- Similitudo.
modũ omnia undiq; aquarũ fluenta é ſummis montibus in ualles
& loca humiliora decurrunt, & quo ualles ipſę decliuiores ſunt,
hoc plus aquæ eò congeritur: ita ad eundem modum ubi ſpiritus
ille ſanctus pluſculum modeſtiæ & humilitatis reperit, illuc abũ-
dantiora gratiæ ſuæ chariſmata tranſmittit. Quo fit ut quanto
humiliores apud ſe homines fuerint, quantoq; minus ſuapte ęſti-
matiõe ſibiipſis tribuerint: tanto copioſiorem gratiã à deo iuſto
remuneratore ſunt reportaturi. Quod & Apoſtolus Petrus ita
, declarat Deus (inquit) ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gra- 1. Petri 5.
, tiam. Quin & CHRISTVS ipſe quo tempeſtiua admoniti-
one incipiẽtem iam diſcipulorum arrogãtiam cõtunderet, quĩ
, ipſi de primatu inter ſe digladiari cœperant diſceptantes Quis-
, nam eorum maior eſſe uideretur: ſtatuit puerum in medio illorũ
, ita admonens, Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruulus Matth. 18.
Y. iſte, non intrabitis in regnum cœlorum. Quid in paruulo aliud
magis elucet, ꝙ ſumma humilitas & modeſtia animi? Nam uera Paruulus in ſcriptura quid ſignificet.
chriſtiani uirtus, uera chriſtiani diſciplina, non in eloquẽtia ſer-
monis, non in uerborum copia, non in ſolertia diſputandi, non

in ostentatione ingenii sui, non in ambitione, non in friuolæ laudis studio aut appetitu inanis gloriæ: sed in uera ac uoluntaria animi humilitate consistit, quæ q̃p minimum suis uiribus attribuit, ac multo maximũ diuinæ gratiæ. Proinde pharisæus iste, de quo tam prolixa mentio facta est, illos omnes figurare potest, qui ita suis propriis operibus confidunt, ut ex illis solis se iustificari postulent. Publicanus contra, illud hominum genus refert: qui ita dei gratiam & benignitatẽ amplificant, ut factis suis aut nihil aut q̃p minimum tribuunt. Illi meritum ponunt, quo cœlum ac regnũ dei se suis benefactis promeruisse iactitãt: isti econtrario nullum meritum suum uendicare audent, sed omnia bona sua non sibi sed dei munificentiæ accepta referunt. Illi deum sibi debitorem statuunt, nec se illiquicq̃p debere, quum iam sibi uideantur pluscq̃p totum officiũ suum persoluisse: isti è diuerso, se deo debitores esse ingenue agnoscunt, & ita quidem debitores, ut nuncq̃p soluendo esse possint, nec tantis debitis ulla ex parte satisfacere posse autument, quo minus illi quicquid boni possideant perpetuo illi debere pergant, deum uero adeo illis uicissim non debitorem esse, ut nihil uncq̃p magis foret impossibile. Illi, gaudium illud cœleste ac interminabilem illam paradisi uoluptatem, ueluti meritũ suũ ex condigno uendicant & expectant: isti item idẽ loci se assequuturos sperant, sed non tanq̃p debitum suis meritis, sed ex gratuito diuinæ gratiæ beneficio. Illi, uelut digni, cœli gloriã sibi poscũt tribuendam: isti ceu indigni, se per dei liberalitatem eodem munere potiuros nihil diffidunt. Illi, nonnihil boni sibiipsis ascribunt, alteri nihil boni, imò mali plurimum agnoscunt. Illi, superbi euadunt, isti modesti ac humileq̃. Illi, in his quæ ad perfectionem spectant, se primos esse uolunt: isti uero soli deo omnẽ perfectionem assignant. Illi quoties sancta loca inuisunt & ingrediuntur ad orandum, statim se ad ipsa altaria & sancta sanctorum magno fastu ingerunt: oculos suos tanq̃p cæteros omnes fastidientes in altum extollunt, & suas iustitias iactando cõmemorant, alios

Qui per publicanũ & pharisæum intelligantur.

Z.
B.
A
C.

alios omnes longe infra ſuam ſortem & ſanctitatem iudicantes, reliquos quotquot præſentes fuerint tanq; peccatores & maleficos præ ſe deſpicientes. At iſti contrario plane modo, longe ab altari & ſacrario abſiſtunt, oculiſq; in terram humiliter depreſſis, pectus ſibi clangore pertundunt, culpamq; ſuam agnoſcentes de ſeipſis pœnas ſumunt, adeo ab omni ſiniſtra ſuſpitione alieni, ut nullos præter ſe indignos arbitrẽtur: & proinde nullum aliud refugium ſibi ſupereſſe opinantur, q; ut ſuis uiribus & meritis in totum diffiſi, ad ſolam dei miſericordiam, ad ſolam dei propitiationem ſuſpirent ſedulo, in nulla re alia q; in ſola illa ſpem ſalutis ſuæ collocantes. Oportunum itaq; eſt oportunum, imò omnibus
Z. modis neceſſarium, ut te humilem atq; modeſtum præſtes, ſi uelis
B. diuinæ gratiæ præſidium & miſericordiam impetrare. Quibus fretus, facile poteris aſtutiſſimi dæmonis inſidias & omnimodæ tentatiõis iacula euitare: modo interim memineris paſſerem (uti pridem dicere cœperamus) tibi pro uirili imitandum. Quæ auicula licet exigua ſit & molis admodum modicæ, non parua tamẽ ſagacitate prædita eſt, ut caueat ne qua fraude laqueis ac pedicis aucupum irretiatur, ne nimia eſcæ auiditate in naſſam ineuitabilem pelliciatur, omni ſolertia ſibi undequaq; proſpiciens, ne his machinis & cautelis deprehendat & captiua fiat, quibus magna ex parte cæteræ aues falli & illaqueari ſoleãt. Huius itaq; auiculæ proprietates nobis imitandas proponit prophera, ut huius exemplo admoniti ac docti euadamus, quo pacto inſidiantis diaboli fallacias & uerſutiſſimos dolos ac laqueos fugiamus: qui nõ ſecus q; callidiſſimus auceps tendit, defigit atq; defodit decipulas ſubterraneas, pedicas quibus auicularũ pedes intricet & implicet, uirgulas uiſco illitas, retia, aliaſq; id genus fraudes & machinamenta, quibus miſerę aues falluntur indies, & in captiuitatem
C. rediguntur. Et quemadmodum auceps qui auiculis has ſtruit inſi- Similitudo.
dias, quanto poteſt artificio cauet, ne aues ſuos dolos ſubodorãtes deterreantur, quo minus liceat eas eſcam ſequentes in naſſam

Segnitia paſſeris.

Quomodo astutos artifices diabolus in capiendis peccatoribus.

suam pellicere: eodem modo & uaferrimus dæmon dissimulans astutiam suam ut omnes in laqueos suos alliciat, passim uenenatas escas deponit: nimirum lenocinium illud ac uoluptatem quã peccando (ut supra diximus) capimus. Sicq; manibus pedibusq; ac toto conamine nititur, desudat, ac satagit: quo me, te, cæterosq; mortales omnes, in tẽdiculas illas ac retia sua deuoluat. Quare si hæc tanta pericula, si hæc tam ancipitia aucupum discrimina, si deniq; has tam mortiferas escas declinare studemus atq; fœdissimam istam peccandi uoluptatẽ despicere, quæ procul dubio nisi citius corrigatur, nobis æternam mortem & damnationem paritura est: oportet ut relicta peccandi consuetudine, ab his diaboli inescationibus, anxie & solicite caueamus. Quod multo facilius facicmus, si passerculi solertiam ac prouidentiã in hac parte imitari uelimus: quem tam prouidum & sagacem esse referunt physici, ut ubi cæteræ aues temere & immodica uentris solicitudine ad uorandam escam præcipites feruntur, nihil minus q̃ periculum illud quod iam eminet perpendentes, quo fit ut capiant incautæ: ipse tamen passer diu multumq; à rapiẽda letali esca abstinet, semper discrimina illa quę inde euenire possent præmeditans, cauens & fugiens. Et siquando ad degustandam escam de- D,
uolet, id nunq̃ sine maxima difficultate fieri cernitur, nec prius q̃ contingat interdum ad incantantis fistulę uocem in casses deuocari: unde interdum fieri uidemus ut tali impostura deceptus capiatur. Cæterum tu homo qui diuina mente, qui diuina ratiõe prædituς inter bonum & malum discernere posti, longe maiorẽ prudentiam sortiri deberes, q̃ hæc minutissima auis. Tibi enim ratio à propitio numine collata est, non in alium usum q̃ ut inter æquum & iniquum, inter rectum & prauum, exacte diiudicare posses: ut quid peccatum sit, quantaq; peccati sarcina, facile perspicias, ut perpendas quãtum periculi peccatũ insequatur, quaq; ratione potissimum peccatum uites & effugias, ut pro uiribus à nocẽtissimis peccati escis & occasiõibus abhorreas tonus. Quod

Qui sit cautus passer ad uitandos laqueos.

Ratio cur datur homini.

si rite

si rite & debita uigilantia præstiteris, recte & optimo iure eum
propheta dixeris Vigilauit, & factus sum sicut passer, solitarius in Littera.
tecto. Factus sum sicut passer sagax, prudens, & circumspectus: Expo.
dum iam memorata pericula quæ peccatum comitantur, cauus
effugi, illud Apostoli consilium subsequutus, ubi ait. Fugite for- 1. Corin. 6.
nicationē, cuius nomine, omne peccati genus intelligit: iuxta care Expo.
men illud diuini psalmographi Perdidisti omnes qui fornicātur Psalm. 72.
abs te, id est quicunq; per peccatum aliquod mortale à te aliena- Expo.
E. ti sunt. Est enim fornicatio quędam spiritualis, qua anima ipsa ra- Fornicatio spi
tionalis polluitur, quæ ad imaginem & speciem sanctissimæ tri- ritualis.
nitatis efformata, multis diuinis donis insigniuit, quæ uelut dei
filia & ipsius CHRISTI sponsa esse debet. Hæc tamen quam
tanqæ dignitatis existat, quoties se peccato admiscet, adultera fit
& creatori suo infidelis, creaturis magis q̄ creatori inseruiens,
rebus conditis potius q̄ conditori innitens, his magis q̄ illo tum
delectata, tum fruens. Vnde efficiuntur quotquot ad hunc modū
affecti sunt, à deo fornicari dicantur. Ex quo grege illi omnes re-
censendi ueniunt, qui adulterinis ac pessimis cogitationibus con
taminantur, qui spurcissimis libidinibus se dedūt: qui turpissimis
actibus à casto dei amore deuiantes, in res mundanas atq; cadu-
cas, omnem amorem suum conferunt: qui spretis cœlestibus ac
æternis, terrenis & transitoriis sese coniungunt atq; agglutinant.
Isti omnes & quicunq; horum similes inueniri poterunt, sunt illi
quos propheta à deo fornicari dixit. Imò ut in genere dicam,
quisquis contra catholicam institutionem corrupta mēte & sen-
F. sibus polluis uictitat, à deo plane fornicatur. De cuiusmodi for-
, nicatione ita apud Osee scribitur Fornicabitur terra à domino. Osee. 1.
, Et alibi apud eundem propheta. Fornicati sunt & non cessauc- Osee. 4.
, runt, quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo mā-
, data, & rursum ad eundem propheta. Noli lætari Israel quia fornica- Osee. 4. 9.
, tus es à deo tuo. Sed ut ad passerem rursus redeamus, non uide- Secunda pro-
, bitur ab instituto nostro alienum, cuius alia adhuc proprietas prietas passe-
memoratur ris.

memoratur pœnitenti conueniens inprimis, uidelicet abſtinen-
tia: cuius adeo ſtudioſus eſt, ut uix uel extrema fame eſcarum de-
ſyderio capiatur. Quæ proprietas cũ conueniat pœnitenti, & ei
qui à peccati maculis abhorret, facile uidebit is, quicunq; ſecum
altius perpenderit quantum mali ac nepharii luxus, à gula & in-
Mala gulã inſe quentia. gurgitatione mortalibus euenerit. Siquidem gula, omnes animi G
uirtutes penitus immergit atq; extinguit. Vna gula omnia malo-
rum genera gignit, ad omnem nequitiam aditum parans & ape-
riens. Gula, fœdæ libidinis fomitem prouocat & exuſcitat, dum
per turpiſſimam gulam oĩa corporis membra, immodica uẽtris
ſuburra, immodica uentris ingluuie extenduntur: crapuloſi ha-
litus certatim exhalantur, intima corporis guloſi uiſcera non per
gutĩ foliũ, ſed & per alias quoq; corporis partes turpiter euapo-
rantĩ: animus ipſe temulentia incenſus exæſtuat totus & igneſcit,
anima immodico uino inflammata exuritur, hinc effrænus libi-
dinis ſtimulus pungit, hinc urget, & inſtimulat: nec uncp patitur
miſeri hominis affectum ſedari aut manere quietum, tota nocte
uelut ignis efferueſcit, tota die ſectatores ſuos ſicuti feſſos anhe-
lare cogit, ad torporem & grauem ſomnolentiam prouocat, otio
tum nutrit, à negotio abducit, rationem prorſus aufert, conſilium
diſſipat & diſſoluit, amantes inquietat, amicos deſpectos habet,
inimicos irritat & exaſperat, bonis inſidiatur, caſtis inuidet, li-
bidinis pruritum accendit, auget & alit: carnis illecebras inflam-
mat, uniuerſum peccati fomitẽ penitus laceſſit & incenſum red-
dit, in libidine nec modum nec modeſtiam ſeruare didicit, nec in
ulla re menſurã ſeruare nouit: poſtremo ipſum corpus hominis
ita ſub ardentiſſimo illo igne ſuo paſcit & ſuffocat, ut tandem &
corpus totum conſumat & exhauriat, & animã item (quod multo
Bona abſtinẽ tiam ſequẽtia. magis dolendum eſt) in gehẽnam mittat. Atq; ut uel hoc uno exe- H
emplo diſcatis, quanta commoda abſtinentiam ſequantur, quan-
taq; uiciſſim gulam incõmoda: meminiſſe oportet gulã in cauſa
fuiſſe, ut homo in paradiſo iã regnans, inde præceps expelleretur:

quemadmodũ

quemadmodum iam errans & palabundus, rursum per abstinẽ-
, tiam reuocatus est, Ieiunate itaq; uigilate & orate, ne intretis in Matth. 26.
, tentationem. Siquidem serpẽs ille antiquus, & aduersarius noster
diabolus, ad gulam & uoracitatẽ uocat & instigat: at deus opti-
mus maximus qui nullum non saluum uelit, ad contrarium plane
admonet & inuitat: nempe ut sedulo ieiunemus & temperemus
á luxu, ne loco sobriæ pœnitentiæ, irrepat ebria gula. Ne te fal-
lat ergo hęc pestilens & importuna gula, ne imperet tibi uenter,
ne studeas immodicę edacitati ut lauticiis epularum capiaris: cre
, bro tibi in mentem ueniat diuitis illius euãgelici, qui epulabatur Luc. 16.
, cotidie splendide, ad cuius ianuã iacebat Lazarus ille mendicus, Diues epulo quam splẽdide
, plenus ulceribus, cupiẽs saturari ex his quæ de mensa diuitis de- utebat.
, cidebant, at nemo illi dabat. At nõ ita multo postea quum idẽ di-
ues mortuus esset & delatus ad inferos, cœpit maximis precibus
agere cum Abraham, in cuius sinu iã pauper ille recondítus erat,
ut Lazarus uel extremam digiti partẽ in aquam intingeret, quo
linguã eius quæ iam intolerabili incendio correpta est refrigera-
l. ret: nec tamẽ iam, quod petiit, impetrare potuit. Vbi nunc quæ-
so sunt illę diuitiarũ copiæ? Quo abiit tanta opulentia? ubi splen-
dor ille & immodicus conuiuiorum apparatus? Vbi illæ co-
messationes? ubi compotationes illæ & ebrietates? Quid de tãto
epularum luxu? quid de tot crapulis & tam infami uinolẽtia tan-
dem accidit? An non iam sitit, qui pauloante inebriabat? An non Diues apud inferos sitit.
qui pridem largis poculis obrutus nimium humidus & madidus
erat, iam contra, totus igne arefactus ultra omnem modum sitit?
Certe sitit, sitit, & eo quidem miserius sitit, q̃ ne unã quidẽ aquæ
guttulam obtinere posset ad tam incredibilem æstum refrigerã-
dum, qui iamdudum tot uini cadis ac doliis ad luxum usq; atflue-
bat: quum interim Lazarus, quem mendicãtem tanto supercilio
aspernatus est, incomparabili felicitate & omnium rerũ copia
abundaret. Sitit ergo apud inferos epulo ille olim tã inuictus gu-
læ mystes & sectator, nec aliud quicq̃ propinatur quod bibat,
præter

præter inextinguibiles illas inferorum flammas, igneaq; gehennæ pocula. Quæ ut per omne æuum inextinguibilia sunt, ita nec ullo spacio exhauriri poterũt, quin semper plena futura sint. Nũc igitur epularum loco, uermes & serpentes depromuntur, qui miserum gulonẽ corrodere & exedere nunc̃p cessabunt: potus uero uicem sulphureus ignis & flammarum globi supplebũt. Et quãdo ex unis tormentis inebriatus est, ex alteris amplius bibere cogenur: sitiet tamen in omne æuum, nec saturabitur unc̃p. Vę itaq; uobis, uæ uobis qui hic saturati estis, quoniam esurietis. Proinde quisquis es qui uere pœnites, fac quantum potes, hos gulæ laqueos effugere nitaris: ne cum diuite epulone irretitus, in profundũ barathrum demergaris, ubi semel recepto, nullus ulterius dabit pœnitentiæ locus. Passerem itaq; imitator obnixe euigilans, ne nimia uentris cura aut escarum cupiditate deceptus, in tæuissimi prædonis diaboli laqueos incidas: ut uere cum prophera nostro hunc uersiculum pronunciare possis, Vigilaui & factus sum sicut passer. Et quomodo sicut passer? Profecto sicut passer solitarius, in tecto. Quũ ait, solitarius in tecto, aliam adhuc uere pœnitentis conditionem ac proprietatem innuit, solitudinẽ uidelicet. Quandoquidẽ pœnitenti in primis conuenit ut in tecto, hoc est in sublimi perseueret uitam agere: uidelicet ut alta petens (per assiduam contemplationem rerum cœlestium c̃p longissime à terra sese subducat, quatenus euadere phas sit laqueos hostium sibi nunc̃p non insidiantium, carnis scilicet, mundi, & diaboli, ut remotus ab huius sæculi turbulẽtissimis tumultibus, uitam solitariam & tranquillam ducat: omnem mali perpetrandi occasionem fugiens, à carnalium & mundanorum hominum conuersatione sese separans & elongãs, cum malis & peruersis malefactoribus nihil cõmercii habens, nec societatẽ coniungẽs ullo pacto. Vtpote quorum detestabilis mos est, ut parent sagittas suas in pharetra, quo sagittent in obscura rectos corde. Quemadmodum & fusius in expositione uersiculi illius declarauimus, Elongaui fugiens, & manſi

Luc. 6.

Littera.

Expo. Tertia proprietas passeris.

Psalm. 10.

Psalm. 54.

manſi in ſolitudine. Ad quem modum & paſſer quoq; magna ex parte in ſummis ædiũ tectis, in ipſis domibus aut cauernoſis pe-trarum rimulis & foraminibus permanet ſolitarius, & ſolitariã uitam degens: interim præ ſolicita formidine cor tremulum, pa-uidũ & palpitans habens, adeo inſidiantiũ technas pertimeſcẽs, ut hinc inde, modo huc, modo illuc, ſeſe pernicißima alarum agi-tatione impellat & dimoueat: ut nunc ſurſum, nunc deorſum, mi-ra celeritate peruoliter frequenter, ut acutißima oculorum acie aliquando in dexterum latus, aliquãdo in ſiniſtrum directa, ante retroq;, imò undequaq; ſibi proſpiciat, ne in infeſtißimas aucu-pũ pedicas dolo aliquo malo pelliciat: omnem locũ ſuſpectũ ha-bens, omnem euentum & occaſionem metuens, ſemper in conti-nuo timore uerſans, ſemper anxia & ſolicita, ne qua fallacia in M protenſam naſſam corruat imprudens. Vſqueadeo ut dũ paſtũ parat, granula è terra colligens, non raro caput ſuum erigit & à præſenti pabulo attollit hinc inde circumſpecturus, ne qua par-te circumueniatur. Ad eundem modũ & pœnitẽs ſimiliter ſem-per anxietate quadã & pauore percutitur, ſemper tremit & for-midat, ne ſua negligentia deo ſeruatori ſuo (quem omnibus pla-catum uelit) in aliquo diſpliceat: ne temere & ſua culpa in aliquod delictum (quo ipſa anima periclitari poſſit) incidat: ne ita in pec-catum præceps labatur, ut nõ tantum ſibi noceat, ſed alios etiam uelut peſtifera contagione inficiat & corrumpat, dum peſſima uiuendi exempla cęteris præbere non ſit reueritus: neue incuria ſua aut ſupina animi oſcitantia, aliquid aduerſum benigniſſimum committat, unde ex miti ſeuerum, ex propitio iratum efficiat: ne prauorum hominum conſuetudine ita ſe inficiat & uitiari ſinat, ut illorum par ſimiliſq; efficiatur: ſemper expaueſcens & trepidus, ne non fideliter & integre perſoluat officium ſuum quod & deo in primis, & cæteris omnibus perſoluere debet. Præterea nunq; nõ ſolicitus, ne iam pœnitere exorſus, aliquo caſu ab incępto de-ſiſtat: ne quũ iam bene agere aggreſſus ſit, aliqua diabolica per-

Paſſer ſemper timet, ne capiatur.

Pœnitens ſemper timens.

Qui ex bonis aliquis malos ex suis habuerit.

suasione in diuersum pertrahatur, quo minus liceat perpetuo in bono perseuerare: præsertim quum permulti inueniantur qui ab initio optime inchoantes, in pessimum tamen exitum deducant,

Saul.

in incæpto bono neutiq; perseuerantes. Nã Saul ille primus Iu-

1. Regum. 9.

dæorum rex, in primis annis inter probissimos & optimos uiros

1. Paralip. 10.

supputatus est: at postea exuta, prius priore innocentia, in omne scelus præceps ferebatur: tot flagitiis conspurcatus, ut tandem

Solomõ.

(teste scriptura) mortuus est propter iniquitates suas. Solomon

3. Reg. 1. & 2.

quoq; ille qui sub prima ætate atq; ineunte iuuentute, ita omnium uirtutum dotibus & incõparabili sapientia floruit, ut nullus unq; illi similis foret, in uiis domini assidue ambulans ac deo unice dilectus: cæterum ubi cõsenuerit, adeo dementatus est animus illius, adeoq; cor illud olim sapientissimum per mulieres alienigenas & idololatras infatuatum est ac deprauatum, q; non solum cum illis contra legis strictissimum edictum carnis suæ concupiscentiam expleret, uerum etiam ut adhuc illis magis gratificaretur, idolis earundem templum constituxit, atq; detestandis dæmonibus cultum diuinum (quem græci λατρείαν appellitant) curauit adhibẽdum, sic uiolationi diuini præcepti & fœdissimæ fornica-

4. Regum. 11.

Lucifer.

tioni etiam nephandam idololatriam accumulans. Quin & Lucifer item ipse atq; reliquus angelorum numerus qui cum illo lapsi sunt, à primo suæ creationis initio optimi fuêre, & deo creatori suo longe charissimi: at ubi primum superbia innumuerunt, nec

Luc. 10.

sua sorte contenti altiora affectarunt, subito è purissimis & angelicis mentibus, impurissimi dæmones sunt effecti: adeo ut omnes illi cum arrogãtissimo duce suo, è cœlorum fastigio in infimam usq; inferorum abyssum præcipitati sunt: & ubi prius interminabili cœli gloria per infinita sæcula frui licuit, nunc indesinẽtes gehennæ pœnas luere compelluntur. Ad hæc, an nõ & Iudas ille

Iudas.

CHRISTI proditor optimum initium habuit, adeo à principio charus magistro suo ut etiam ad Apostolatum accerseretur, inter Apostolos ipsos honorifice ac tanq; socius & coapostolus habitus

habitus & acceptus? At quis tandē quæſo huius præmaturę ſanctitatis exitus extitit? Nōne auaritia excęcatus, paucis denariolis ad prodendum herum ſuum pellectus eſt, ac poſtea de uenia & miſericordia dei infœliciſſime deſperans, ad laqueum redactus eſt, ac ſuſpenſus crepuit medius? Ex quibus exemplis ſatis perſpicuum eſſe opinor, cp̄ nullus poſſit hic eſſe uel momento ſecurus, cp̄ lit in hac lubrica huius uitę imbecillitate nulla certa ſtabilitas aut diutina in bono perſeuerātia, quin qui iam bonus ac integer uidetur omnibus, ſępenumero repentino lapſu corruat: adeo ut qui pauloante uix peccare poſſe crederet, ſubita ruina deficiat ac ex probo improbus efficiatur. Et proinde Apoſtolus Paulus hanc conditionis humanę lubricitatē ſecum conſyderans, ita nos omnes admonitos uoluit, Qui ſtat (inquit) uideat ne cadat. Cui & illud Solomonis nō multum diſſonat, ubi ita ait, Beatus homo qui ſemper eſt pauidus, qui uero mentis eſt durę, corruet in malum. Beatus (inquit) pauidus, beatus qui timet dominū, qui ſemper uelut formidoloſus in metu uerſatur & formidine: qui ita perpetuo in timore perſiſtit, ut deum ſuper omnia reuereatur, ut nunc̄ non metuat ne in peccata relabatur, ne nimia licētia, ne nimio luxu diffluat, ne immodicæ prodigalitati atc̄ ingluuiei indulgeat, cuius impulſu in omne ſcelus retrudatur miſer. Beatus certe & ille quiſquis malum facinus ac deteſtandum flagitium timore dei non audet committere. Quia quicunc̄ timore hoc uacat, quicunc̄ omnipotentem non ueretur, qui non ueretur homines, qui ſanctarum legum edicta uilipendit, qui denic̄ nihil penſi habet quid aut quantum mali perpetret: is haud dubie non poteſt ullo pacto effugere, quin in omne nephas & abominationē omnē irruat totus. Tu ergo quem cōmiſſi ſceleris uere pœnitet, hanc paſſerculi proprietatem pro uirili tua imiteris: id eſt ut cor tremulum ac pauidum omnino tibi accerſas, ut formides quicq̄ cōmittere, quod te è fauore dei alienet. Quod ſi perfeceris, crede mihi uix fieri poterit, ut in aliquod crimen enormius incidas:

Matth. 19. & 27.

Q.

1. Corin. 10.

Prouer. 28. Expo.

Timens deum, beatus reputatur.

ut rursus in ueterem illam delinquendi sentinam labaris: quãdoquidem ipsa dei gratia firmo præsidio erit, ut integer & syncerus permaneas, eritq; ipse dominus tecum fidelis custos integritatis tuæ, cuius præsentiam nihil malignum ferre potest. Habet R.
Quarta proprietas passeris.
adhuc etiam aliud sibi peculiare passer, nempe ut sit solitarius in tecto, ut & ipse propheta meminit. De qua proprietate supra nõnihil attigimus, fusius hoc loco pertractaturi. Qua uix alia magis quadrat in eum qui uere & ex animo resipiscit, qui non simulanter sed solide & certo proposito pœnitentiã in animo habet.
Pœnitens, solitarius debet esse.
Siquidem is nisi solitariam uitam egerit, non facile uideo qua ratione absolute pœnitentem præstare poterit. Sit itaq; pœnitens solitarius, fugiat, quatenus possibile est, omnem populi frequentiam, fugiat nimiam congerronum familiaritatem, fugiat sodalitatem compotorum & confabulonum: uitet toto conatu crebrius hominum consortium, quo liberius & prolixius deo ipsi & rebus diuinis usq; inhærere possit, non alia ẽj superna & cœlestia continua meditatione contemplari, quo discat hæc momentanea commoda & terrenas feces fortiter despicere, & è diuerso quæ dei sunt toto conamine adamare, hisq; ita summis uotis inhiare, ut nihil aliud desyderet aut dulce habeat. Quin & solitudo pœnitenti in primis necessaria est, ut semotus procul à turba & tumultu mundano, commissa sua fidelius ad memoriam reuocet, reuocataq; ac altius pensitata, lachrymis & suspiriis defleat & lamentetur. Et proinde opus est ut publicas celebritates uitet, ut forũ fugiat, ut fugiat ciuitatem, ne celebrioribus cõuiuiis & symposiis multus interslit, denicq; ne mundo huic aut rebus mundanis plus æquo se dedat: quo fiet, ut multo intentius piis precatiõibus operam det, quarum ope & auxilio, se in bono & salubri animi proposito securiorẽ seruet, peccata deuitet, uirtutes adaugeat, gratiam impetret, meritũ suum amplius & locupletius reddat, ac demum gaudia cœlestia & uitam perquirat æternam. Et hinc est q; S.
psalmographus hic noster se uere pœnituisse indicãs, ita de se in

aliorum

» aliorum exemplum teſteatur. Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in
» tecto. Nec temere aut ſine cauſa additur illud in tecto, ſed ex ge-
nuina paſſeris natura deprompſum, qui minime in ramis arborū
aut multum cōſiſtere aut nidificare conſueuit iuxta aliarum auiū
R. conſuetudinem, ut nec rurſum ſuper terrā: ſed ut magna ex par-
te in tecto ædium & ſummo culmine conſidet, ita in foraminibus
ac petrarum cauernis plerunq; nidulatur. In latibulis ergo petra
rum ſemper ferè uerſantur, in foraminibus latitant, in foramini-
bus ſedent, in foraminibus quieſcunt: ibi comedunt, ibi cantillāt,
ibi garriunt, ibi uociferantur. Quæ omnia nihil aliud ſignificare
uidentur, q̄ ut uir probus & pœnitētiæ candidatus ita ſe perpe-
tuo diſponat & paret: ut per pīā contemplationē, per ſacrarū re-
rum meditationem ac ſtudium pietatis, per feruentem pectoris
deuotionem ſedulamq; precationem, ſemper ſub tecto & in ca-
uernis illius petræ uerſetur & inhabitet, de qua Apoſtolus Pau-
» lus ita apud Corinthios ſuos mentionem facit, Petra (inquit) erat
» CHRISTVS. Huius petræ foramina, ſunt quinq; illæ plagæ
quæ ab impiis iudæis innocentiſſimo CHRISTI corpori in-
cuſſæ ſunt: intra quas uelut in tutiſſimum aſylum pius & deuotus
pœnitens ſe totum abſcondit atq; occultat penitus, partim uero
per deuotiſſimum fidei feruorē, partim etiam per uehementiſſi-
mum religionis ſtudium, per internum quoddam rerum ſuper-
narum deſyderium: ac demum per ſubitarium mentis raptum &
T. ſancti ſpiritus tacitum afflatum. Quæ quidem pietatis exercitia
ut nunc̄ p̄ræternittit exercere, ita tum maxime declarare ſolet,
quoties turbulētior aliquis tēptationū uētis ingruit, quoties inſur-
git carnis rebellio, quoties deludūt fallaces mundi huius præſti-
giæ, aut clāculariæ uerſipellis diaboli inſidiæ. Tū uero ut horum
trium tam infeſtorum hoſtiū technas & occultatos laqueos effu-
giat incolumis: ſeſe quātus quantus eſt, in impenſiſſima quadam
harum plagarum meditatione abſcondit, & oculit prorſus. Tum
S. ſecum iterū atq; iterum conſyderat, q̄ horrēda uulnera, q̄ diras

Littera.
In tecto mora-tur paſſer.

1. Corin. 10. In petra nidificat pœnitēt.

In foraminibus petræ manendum.

 plagas,

plagas, q̃ duros cruciatus, q̃ immania tormenta, q̃ denique intolerabilia atq; inaudita supplicia CHRISTVS pro delendis peccatis nostris sustinuit ac passus est. In his itaq; foraminibus residēs iugi CHRISTI passionis memoria, tutus & securus eris ab omni perturbationis uento, ab importuno aduersitatis iaculo, X.
ab insidiosa maligni spiritus impugnatione, à latentibus diaboli decipulis, ab omniū inimicorum laqueis & insidiationibus. Atq; haec eadē foramina sunt, ad quae æternus ille sponsus nos omnes
Canti. 2. Expo. inuitat, ita acclamitās, Surge, ppera amica mea, sponsa mea, formosa mea, & ueni. Veni colūba mea in foraminibus petrę, in caue-
A quibus surgendum sit. uerna maceriae: sonet uox tua in auribus meis. Surge (inquam) à V.
prisco illo & lethargico mentis tuae ueterno, surge ab inueterata illa peccandi consuetudine, surge à graui cordis torpore & inerti animi negligentia. Surge insuper à solito rerum terrenarum amore, à bæluinae uoluptatis carnaliumq; appetituum effraeni desyderio: quo melius possis simul & rebellem carnis concupiscentiam extinguere, & pariter corporis lasciuiā ita edomare, ut una cum segnicie carnalis illius massae discutias inualescentem mētis hebetudinem. Surge adhuc & discussis corporis huius densissimis nebulis, ita animum tuū ad CHRISTVM sponsum sublevua: ita mentis aciem per internū cordis amorem, per syncerum pectoris tui affectum, per incorruptissimam uiuē di integritatem ac deuotas preces ad deū erige: ut nihil prorsus mundanae huius scoriae atq; feculētiae tibi adhaereat, quin ad uocem accersentis sponsi tui sine omni onere & impedimento, leuis & expedita ad
2. Timoth. 2. deū uolites. Surge denique & (iuxta Paulinū consilium) sicut bonus miles CHRISTI labora: sicq; fiet ut spacium quod nobis Y.
hic ad fructificandum & propaganda bona opera à deo impēsum est, minime inanibus nugamentis conteramus. Quare apostolicae exhortationi acquiescētes, Dum tempus habemus, operemur bonum. Quod quia breue admodum est, nec ademptum
Gala. 5. Tempus bene collocādum. recurrit unq̃, ideo dum iam licet, frugaliter collocādum foret &

parce

parce insumendum: præsertim quum post hoc quantumuis breue tempusculum, non restat aliud ullum quod agendæ pœnitẽtiæ aptum aut idoneum existat: sed totum quod deinceps temporis futurum est, aut purgatorio, aut æternæ pœnæ, aut æternæ gloX. riæ impertietur. Et sequitur in precedente textu, Propera, pro Cant. 2.
, pera amica mea. Quandoquidem nequaq; satis est ut surgas tan- *Properandum est ad dñi celerrimè.*
tum à consueta torpedine & dormitantia, nisi etiam q̃q celerrime ad agendam pœnitentiam, uiresq; instaurandas approperes. Proinde propera nunc dum licet, ut te per pœnitentiam rursum fauori dei reconcilies: propera inquam crebro memori mente reuoluens, q̃q pauxillulum spacii ad pœnitendum concessum sit: quo si ad alias nugas abutaris: nec (dũ potes) pœnitentiã egeris, fortassis aliâs quum cuperes maxime, neutiq; dabitur copia. Hæc quibus rationibus tibi satis euidens & perspicuum esse suspicor,
, quanta properandi incumbit necessitas. Propera ergo ad ama- *Deus amorem tuũ beneficijs comparauit.*
torem illum tuum qui ita totus amore tui deperit, ut innumeris plane beneficiis amicitiam tuam ambierit: pro quibus omnibus satisfactum arbitratur, modo aliquando certo colligere queat se à te ex animo redamari, nec ullũ alium apud te sibi in amore præferri aut equiparari: quum sit ipse mire zelotypus amator nec ullũ patit riualẽ aut amoris sociũ. Porrò propera & beneficia eius facile agnosces, si memineris q̃q gratuito te (quũ non esses) é nihilo creauit, quãta deinceps cura educauerit, qui te tot donibus tam animæ q̃q corporis insigniuit, qui te prior dilexit, adeo te suis muneribus & ornamentis decorans, adeo cœlestibus diuitiis ditans te & locupletãs: ut nihil prorsus boni habeas, quod nõ
Y. ab illo gratis acceperis. Q; si hoc non satis causæ tibi uidetur ut ad tam liberalem amatorem properes: saltem ad eum propera uel hoc nomine q; te iam culpa tua perditam, & à se per peccati labem alienatam, tamen pretiosissimi sanguinis sui dispendio è tanta tyrannide non alio cõmodo suo q̃q mero amore tui redemptam uoluit: nec memor pristinæ ingratitudinis tuæ ita constanter perpetuo amat, ut nõ aliam rem cupiat magis, q̃q te à peccato

plagas, ẽp duros cruciatus, ẽp immania tormenta, ẽp denique intolerabilia atq; inaudita supplicia CHRISTVS pro delendis peccatis nostris sustinuit ac passus est. In his itaq; foraminibus residẽs iugi CHRISTI passionis memoria, tutus & securus eris ab omni perturbationis uentõ, ab importuno aduersitatis iaculo, ab insidiosa maligni spiritus impugnatione, à latentibus diaboli decipulis, ab omniũ inimicorum laqueis & insidiationibus. Atq; hæc eadẽ foramina sunt, ad quæ æternus ille sponsus nos omnes

Cant. 2. Expo. inuitat, ita acclamitãs, Surge, ppera amica mea, sponsa mea, formosa mea, & ueni. Veni colũba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ: sonet uox tua in auribus meis. Surge (inquam) à V.

A quibus surgendum sit. prisco illo & lethargico mentis tuæ ueterno, surge ab inueterata illa peccandi consuetudine, surge à graui cordis torpore & inerti animi negligentia. Surge insuper à solito rerum terrenarum amore, à bæluinæ uoluptatis carnaliumq; appetituum effræni desyderio: quo melius possis simul & rebellem carnis concupiscentiam extinguere, & pariter corporis lasciuiã ita edomare, ut una cum segnicie carnalis illius massæ discutias inualescentem mẽtis hebetudinem. Surge adhuc & discussis corporis huius densissimis nebulis, ita animum tuũ ad CHRISTVM sponsum sublevia: ita mentis aciem per internũ cordis amorem, per syncerum pectoris tui affectum, per incorruptissimam uiuẽdi integritatem ac deuotas preces ad deũ erige: ut nihil prorsus mundanæ huius scoriæ atq; feculẽtiæ tibi adhæreat, quin ad uocem accersentis sponsi tui sine omni onere & impedimento, leuis & expedita ad

2. Timoth. 2. deũ uolites. Surge denique & (iuxta Paulinũ consilium) sicut bonus miles CHRISTI labora: sicq; fiet ut spacium quod nobis hic ad fructificandum & propaganda bona opera à deo impẽsum est, minime inanibus nugamentis conteramus. Quare apo-

Gala. 5. Tempus bene collocãdum. stolicæ exhortationi acquiescẽtes, Dum tempus habemus, operemur bonum. Quod quia breue admodum est, nec ademptum recurrit unq;, ideo dum iam licet, frugaliter collocãdum foret &

parce

parce insumendum: præsertim quum post hoc quantumuis breue tempusculum, non restat aliud ullum quod agendæ pœnitẽtiæ aptum aut idoneum existat: sed totum quod deinceps temporis futurum est, aut purgatorio, aut æternæ pœnæ, aut æternæ gloriæ impertietur. Et sequitur in precedente textu, Propera, propera amica mea. Quandoquidem nequaq̃ satis est ut surgas tantum à consueta torpedine & dormitantia, nisi etiam q̃ celerrime ad agendam pœnitentiam, uirutesq; instaurandas approperes. Proinde propera nunc dum licet, ut te per pœnitentiam rursum fauori dei reconcilies: propera inquam crebro memori mente reuoluens, q̃ pauxillulum spacii ad pœnitendum concessum sit: quo si ad alias nugas abutaris: nec (dũ potes) pœnitentiã egeris, fortassis aliãs quum cuperes maxime, neutiq̃ dabitur copia. Ex quibus rationibus tibi satis euidens & perspicuum esse suspicor, quanta properandi incumbit necessitas. Propera ergo ad amatorem illum tuum qui ita totus amore tui deperit, ut innumeris plane beneficiis amicitiam tuam ambierit: pro quibus omnibus satisfactum arbitratur, modo aliquando certo colligere queat se à te ex animo redamari, nec ullũ alium apud te sibi in amore præferri aut equiparari: quum sit ipse mire zelotypus amator nec ullũ patit̃ riualẽ aut amoris sociũ. Porrò propera & beneficia eius facile agnosces, si memineris q̃ gratuito te (quũ non esses) é nihilo creauit, quãta deinceps cura educauerit, qui te tot dotibus tam animæ q̃ corporis insigniuit, qui te prior dilexit, adeo te suis muneribus & ornamentis decorans, adeo cœlestibus diuitiis ditans te & locupletãs: ut nihil prorsus boni habeas, quod nõ ab illo gratis accepisti. Q; si hoc non satis causæ tibi uidetur ut ad tam liberalem amatorem properes: saltem ad eum propera uel hoc nomine q̃ te iam culpa tua perditam, & à se per peccati labem alienatam, tamen precios̃simi sanguinis sui dispendio é tanta tyrannide non alio cõmodõ suo q̃ mero amore tui redemptam uoluit: nec memor pristinæ ingratitudinis tuæ ita constanter perpetuo amat, ut nõ aliam rem cupiat magis, q̃ te à peccato

Cant. 2.

Properandum est ad deũ celeriter.

Deus amorem tuũ beneficijs comparauit.

liberatam, tandem saluam fieri. Propera ergo amica mea. Amica, inquam, mea propera. At quis quæso est iste, qui te tam amãter amicæ appellatione ad se inuitat? Certe sponsus ille tuus qui ita te deamat ac deperit, ut oĩbus modis uelut cupidissimus procus, amicitiam tuam ambiat & eblandiatur. Sed quis tandẽ sponsus? Profecto ille qui nihil aliarũ rerũ procari sustinet, q̃ dilectas hominum animas & ipsas candidas. Verum quis ille est? quo nomine agnoscendus? Reuera hic est dominus noster IESVS CHRISTVS, cuius nomen supra omne nomen est, utpote ad quod omne genu flectẽdum cœlestium, terrestrium & inferorum, & cætera. De quo sponso ita etiam apud Apostolũ Paulum scriptum habemus, Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere CHRISTO. Quare & sponsus iste semper zelotypia laborans ac timens uirgini suæ sibi uni despõsatę, ne cum aliis amatoribus mœcha fiat, ita continuo illi instat acclamare Propera, propera. Sed quid sibi uult istud propera? Sane non aliud innuere crediderim, q̃ uehemens quoddam sponsi desyderium, quo cupit sponsam ita ad se per bona opera accelerare, ut per inseparabilem tam sancti cõnubii copulam, fructificet sponso suo. Cui (ut Paulinis uerbis utar) uiuere sponsus est, mori autem lucrũ. Adeoq; hic sponsus totus amore languens & ardẽtissimo desyderio incensus, non fert moram ullam amatę sponsæ suæ: ut eam anxie solicitet non tantum ut à contractis uitæ prioris piaculis & desidia surgat, sed etiam ut festinãter surgat, festinanter properet, & ueniat. Ita enim eam expergefaciens, inuitat ad se Surge (inquit) propera, & ueni. Ecce q̃ auide sponsæ aduentum expectat spõsus & præsentiam desyderat. Siquidẽ ueri amatores & qui solido ac syncero amoris glutino coierunt, nihil æque grauatim ferunt, q̃ ut separentur aut fiat diuortũ. Et si fortassis aliquãdo necessitas exigat ut ad tempus corpore separent, animo tamen ita semper cõnũcti sunt, ita indissolubili amoris & desyderii uinculo inter se mutuo connectuntur, ut nullo modo

Quis sit sponsus animæ?

Philip. 2.

2. Corin. 11.

Quam auide spõsus præsentiã sponsæ suæ desyderat.

Philip. 1.

disiungi

disiungi possint. Et hinc est q̄ tam blando amicæ uocabulo eam
» compellet, Amica mea inquiēs. Amicorum animi inter quos ue-
ra amicitia semel solide coaluit, ita tenaciter mutua dilectione co-
hærent, ut nequeant omnino semoueri, ut quorum prorsus idem
uelle sit & idem nolle: quæ duo firmant absolutā amicitiam. Q̄
siquando usuueniat ut corpore separentur (ut modo diximus) a-
A. nimorum tamen nexus nullo casu dissolui poterit. Anima syncero
affectu redamans, piis uotis in amatum defertur, ac sanctis desy-
deriis pertrahitur. Verum ubi feruentior amor, ubi uehementi- *Vbi maior amor quā inter sponsū & spōsam?*
or amicitia ac firmior necessitudo aut est aut esse debet: q̄ inter
sponsum & sponsam? Quam arctiorem connexionem aut tena-
ciorē copulam inuenies, q̄ est illa inter sponsum & sponsam per
mutuo amare & redamari. Hic nexus adeo omnem humanū sen-
sum superat, ut etiam illud amoris uinculum rescindat atq; super-
grediatur, quo natura cogente, filii parentes suos prosequuntur.
» Quod & ipse dominus ita præcepit, dicēs, Relinquet homo pa- *Gene. 2. Matth. 19.*
» trem & matrem & adhęrebit uxori suę, sponsę suæ. Nec ad hūc *Expo. Sponso & spō se omnia cō mune.*
tam dulcem & amatorium affectum exprimendum qui iam inter
CHRISTVM & spōsam animam coaluit, dulciora aut amā-
tiora uocabula inueniri poterant, q̄ sunt sponsus & sponsa: quo-
bus omnia communia sunt, nihil proprium, nihil priuatū, nihil à
communi usu seiunctū aut segregatū. Non hic auditur hoc meū
est, illud tuum, hoc mei iuris est, illud tui: sed una est utriusq; hæ-
reditas, unum patrimoniū, una & eadem suppellex, domus una,
una mensa, unū cubiculum, unus thalamus nuptialis, thorus am-
bobus unus, una mens, una uoluntas, consensus unus: breuiter una
B. & eadē caro, uel (ut scriptura loquit̄) duo in carne una. Sic enim
» habet geneseos liber de hac maritali copula edisserens, Propter *Gene. 2.*
» hanc relinquet homo patrem & matrē & adhærebit uxori suæ:
» & erunt duo in carne una. Quin & sponsa quoq; sic unice spon-
» sum diligere iubetur, ut pro illius amore debeat obliuisci populū *Psalm. 44.*
» suum & domum patris sui, quibus officiis captus amans sponsus,
concupiscat

concupiſcat decorem illius. Quare non ſolum amicam ſuam ſed & ſpõſam quoq; uocitauit: nec hoc contẽtus ut uelut certo ſigillo indelebilem amorem confirmet & ſtabiliat, addit. Oſculetur me, oſculo oris ſui. Vide q̃ impẽſo amore ſponſus hic ſuam ſponſam proſequitur. Oſculum petit, quod certe ſatis arguit ſponſum uehementer amare, qui ſic auide in argumentum mutui amoris ſic ſponſæ oſculum uelut pignus amicitiæ depoſcit. Nec patitur impetus ille & uehementia amoris ut longa oratione præfetur, ut rhetorum more magna loquacitate procemium adornet: ſed ex abundãtia cordis repẽte uelut philtro quopiã aut amoris œſtro percitus, paucis uerbis prorumpens, ſed non ſine ingenti tũ fructu tum gloria, Oſculetur me, inquit, oſculo oris ſui. Neq; hic amor latciuus eſt ſed caſtus, ubi ſponſus ſponſam ſuam tam ardenter quærit: cum nõ alio nomine q̃ ut caſtam ineãt amicitiam, cupit. Eſt & ſanctus amor, quia non in concupiſcentia carnis, ſed in puritate ſpiritus. Eſt etiam ardens amor, quũ tanto erga ſponſam inebrietur amore, ut non ceſſet clamare Oſculetur me oſculo oris ſui. Neq; deſunt ex altera parte certæ coniecturę, unde colligi licet promptus animus ſponſæ redamantis, & præ nimii amoris impatientia relangueſcẽtis. Nam ardenter & caſte amare, neceſſe eſt etiam illam, quæ ſolum ſponſum propter ſe quærit & expetit, nec aliud quicq̃ illius aut deſyderat aut moratur. Amat & eadem ſancte quidem & immaculate, non ut inſanam & prurientem carnis illecebram ſequens, concupiſcẽtiæ corporis obſequat & morẽ gerat: ſed ſyncere, ſed puriter & in integritate quidẽ ſpiritus. Nec fieri poteſt, quin & ardenter & feruenti deſyderio in amatum tendat: quę ſic quodãmodo proprio inebriat amore, ſic uiciſſim amatorem ſuum deperit, ut uelut oblita ſui, ut lut rapta & in amatũ tranſformata, nõ ceſſet eonuerſo ita quod audiuit, regerere Oſculetur me (inquiens) oſculo oris ſui. Vide ergo familiare illud colloquiũ animæ adhuc ſub carnis inclusiis, ſic pro uiribus ad immortalem ſponſum ſolicite ſuſpirantis. Nec ſibi

Cantic. 1. Expo.

Inſeparabilis amor ſpõſi & ſponſæ.

sibi temperare potest quin in oscula gestiat, quin toto conatu pe-
rat & amplectatur quem sic cupide quærit, quem tam auide de-
mat ac deperit: interim à nomine amati sponsi linguã cohibens:
propterea q̃ de nulla re minus dubitat q̃ amatorem suum ab o-
D. mnibus pernosci. Qua de causa non ait, osculetur me hic aut ille,
» certum aliquem pronuncians, sed duobus tantum uerbis, osculẽ
» me. Quemadmodũ & fœlicissima illa peccatrix Maria magda-
lena, quum post resurrectiõem sub specie hortulani obuium ha-
buit IESVM quem quærebat, sciscitabatur ab eo quem opina-
» ta est fuisse hortulanum, ira inquiẽs: Domine si tu sustulisti eum?
Eum inquit, non exprimens interim illius nomẽ quem quærebat,
q̃ satis exploratum habuit omnibus palam innotuisse, quisnam
esset quem tam tristis perquesiuit. Similiter & sponsa hæc, soda-
les ac familiares sponsi sui alloquens, quibus satis notũ nihil igno-
rabat, supprimens in tacito pectore illius nomen, in hæc uerba a-
» matoria prorumpit Osculetur me osculo oris sui. De quo quidẽ
osculo licet multo plura dici potuissent, equidem tamẽ impræsen-
tiarũ ne fortasse molestior fuerim, nolo iam apud uos diutius im-
morari: sed ad reliquam propositiõis huius partem declarandã,
stilum paulisper conuertam. Sequitur igitur in eadem sententia,
» Formosa mea. Siquidem sponsa hæc supra memorata, humana
uidelicet anima, apud CHRISTVM sponsum suum semper
pro formosa ducitur, quandiu mundã & immunem à peccato se
seruauerit: etiã si totus mũdus diuersum de illa sentiat. De cuius-
E. modi & illud scripturæ intelligendũ uidetur Nigra sum, sed for-
» mosa. Q̃ nouũ hoc dictu est, Nigra sum sed formosa? Latet ne
contrarietas aliqua aut repugnantia in his uerbis, quemadmodũ
primum intuenti appareat? Minime profecto. Nam tantum abest
ut nigredo formositati aduersetur, ut etiam uix aliud ad commẽ-
dandam speciem corporis magis conducat. Quemadmodum &
nigredo illa, quæ in pupillo oculi cernitur, adeo nõ dedecet ocu-
lũ: ut sine ea nihil esset oculo deformius. Quid, an non atri lapilli

& gemmæ

Amor Mariæ magdalenæ in Christum.

Ioan. 20.

Expo. Formosa sponsa cur dicatur.

Cant. 1.

Expo. Nigredo multum cõfert ad formã corporis.

& gemmæ nigricantes in ornamentis ſummopere placent, & in primo pretio æſtimantur? An non nigrum capillitium & ſubatra cæſaries candentem faciem mire decet? An non decorē ſupeditat? gratiā formę auget? uenuſtatē quandam & uenerationē affert? Sic neuus quoq; nōnunq; mire uultum hominis decet & commendat. Sic in animantibus cæteriſq; naturæ rebus, nigræ maculæ aliis coloribus appoſitæ, plurimum addūt tum ornamēti, tum uenuſtatis & pulchritudinis. Vix fieri poteſt ut hæc ſpōſa, de qua loquimur, quandiu hic in corpore peregrinatur, quacunq; fuſcedinis labe careat, ut omnis maculę ſit expers: at longe ſecus decorabitur olim quum ad cœleſtem illam patriam uentum fuerit, ubi erit tota glorioſa nec maculā ullam aut rugam habens, ut nec aliud quippiam quod formæ ſuę & pulchritudini derogare poterit. At ſi iam dum adhuc in hoc exilio uerſatur, ſe ab omni nigrore immunem & alienam prædicaret: certe, ut Ioannes ait, ſeipſam ſeduceret, & ueritas in ea non eſſet. Proinde nulli mortalium, admirationi ſit, q̄ de ſe dicat nigra ſum, & tamē nihiloſecius ſe formoſam gloriatur. Nā negaſſe ſe formoſam fuiſſe, ſpōſum illum ueridicum mendacii inſimulaſſe fuiſſet: qui eam compellans, ita ad ſe inuitauit, Veni formoſa mea. Quomodo ergo non formoſa, ad quam hæc uerba dicuntur? Hic ergo myſterium reſtat eruendum: audiamus igitur cur ſe ſimul nigram & formoſam affirmauerit. An nigram iccirco ſeipſam pronunciauit, propter hanc contaminatam huius uitæ conuerſationem, quā adhuc in carne exiſtens, ſub principe huius mundi ſortita eſt? Formoſam uero, reſpiciēs ſimilitudinem illam cœleſtis conuerſationis, ad quam à priore corruptione diuinitus mutata eſt, iam in nouitate uitę ambulans? Q̄ ſi ad hunc modum locum iſtum intelligamus pariter & interpretemur: opinor nos non multum à ſcopo ipſo aberraturos, neq; procul abceſſuros à recto ſcripturę ſenſu. Vt prius nigra dicatur ſponſa, ob prægredientem uiuendi foeditatem: poſtea uero formoſa per ſuperuenientem reſipiſcentiam &

Quandiu uiuimus, anima nō caret neuo.

Ephe. 5.

1. Ioan. 1.

Quomodo ſpōſa nigra uocatur & formoſa.

Rom. 6.

nouæ

nouæ gratiæ accessionem. Sed iam uideamus an utrunq; potius ad potioris uitæ statum referri possit? Quod ut facilius peragatur, consyderemus primo exteriorem illum sanctorum uirorum habitum, quibus, si quis è uultu & extrinseca apparentia iudicet, nihil humilius, nihil abiectius, nihil contẽptius aut neglectius esse ponit: q incuria quadam seipsos penitus despicãtes, nihil de sese magnifice sentiebant, sed infra uilissimos homines æquo animo se abiici non grauati sunt: quum tamen interim si internam illam animi & conscientiæ illorum faciem reuelaueris, nihil uidebitur illis aut serenius aut glorioſius, utpote qui intus in spiritu contemplantes limpidissimu illud ineffabilis diuinitatis speculũ, trãsformantur de claritate in claritatem tanq; à spiritu dei. An non quælibet talis anima satis idonea est, ut merito respondere posset omnibus nigredinem sibi exprobrãtibus, Nigra sum sed formosa? At uis ne ut adhuc euidentius tibi demonstrem, quomodo fieri possit, ut una & eadem anima, nigra pariter & formosa esse possit? Vt hoc tibi clarius illucescat, Paulum Apostolum ob oculos statuã: cuius exemplo quod cupis, facile perdisces. Qui quidẽ hominibus quasi denigratus, decolor ac deformis apparuit, dum cernunt sic supra omnem fidem afflictari fame, siti, frigore & nuditate: in laboribus plurimis, in plagis supra modũ, in mortibus frequenter. Hæc & his similia sunt, quæ Paulum denigrare uidentur, quæ apud indoctum uulgum illius formæ gloriam obscurant; quæ prima facie illustrissimum illum doctorem gentiũ reddebant uulgo contemptibilem, inglorium, ignobilem, nigrũ, obscurum, ac deniq; (ut ipse de se testatur) uelut abiectitiũ & uile peripsema mundi huius. At contra, nonne incredibilem eiusdem formam & plane diuinam speciẽ contemplari uideris, quoties tacitus tecum cogitas hunc tamen ipsum eum esse, qui à deo ipso in paradisum rapi meruit, qui ob puritatem & candorẽ mẽtis suæ per primum & secũdum cœlũ pertransiens, in tertiũ usq; penetrarit; ubi arcana uerba audierit, quæ non sit phas homini

2.Corin.3.

Paulus nigerrimus & formosissimus.

1.Corin.11.

1.Corin.4.

2.Corin.12.

loqui? Opulcherrimã procul dubio animã, & oĩ humana forma longe ſuperiorem: quam adhuc miſeri corporis ergaſtulum incolentem, dum nec illa inenarrabilis cœleſtis palatii pulchritudo deſpexit in ſinũ ſuum admittere, dum ſublimitas illa angelica non aſpernata eſt, dum diuina charitas à ſe non repulit: tu ne nigram & obfuſcatam dicere audes? Quare quælibet huiuſce H.
modi anima recte in hoc ſenſu de ſe dicere poteſt: nigra ſum ſed ,
Homines in iudicio ſæpe fallũtur. formoſa. Nigra quidem ueſtro & humano iudicio ducor: at diuino & angelico iudicio, quod nec fallit nec fallit̃, habeor pulchra & formoſa. Et ſi nigra ſum, id nõ undequaq; contingit, ſed foris tantum idq; lippientibus hallucinatorum hominũ oculis. Sed faceſſant fallacia hominum iudicia, quum hic idem Paulus Sibi pro , K.
1. Corin. 4. minimo ducat ut à uobis iudicetur, aut ab his qui ſecundum faci-
3. Regum. 16. em iudicant. Porrò, homo in facie uidet, deus autẽ intuetur cor. Quapropter Paulus ſua nihil referre arbitratus eſt, quantumuis nigra anima illius foris uideretur, modo intus formoſa foret: quo placeret ei cui ſe probauit, hoc eſt IESV CHRISTO,
Galat. 1. non autem uobis cæcis & iniquis iudicibus. Quibus ſi adhuc placeret, CHRISTI ſeruus non eſſet, ſuo ipſius teſtimonio. Fœlix itaq; fœlix illa nigredo eſt, quæ mentis candorem parit, quæ ſcientiæ lumen infundit, quæ conſcientiæ puritatem affert, quæ animæ ueram pulchritudinẽ addit, quæ ſponſæ huic tantum cõciliat formæ, tãtum gratiæ & uenuſtatis: ut ſpecie ſua pulcherrimũ ſponſum totum in amplexus ſuos rapiat & pertrahat. Neq; L.
ſane cõtemnenda eſt hæc externa nigredo etiam in ſanctiſſimis uiris & mulieribus, cuius opera fit ut internus animi candor oriatur: ut pareẽ indeficiens illa ſapientia, qua ſapientia iam immortalitate donati, in æterna illa uita fruituri ſunt iam apud ſuperos, ubi inæſtimabili ſapientiq; candore amicti, gloriabũtur. De qua
Sapi. 7. & ſapiens ille hebræus ita meminit. Candor eſt uitæ æternæ ſa-
Anima ſedes ſapientiæ. pientia. Quare animam ipſam candidã eſſe oportet, & omni nitore refulgentem: in qua ſapientia illa ſedẽ ſibi delegit, ubi uelut

auguſtiſſima

augustissima regina resideat rectrix & imperatrix. Q2 si ergo anima iusti hominis sedes sapientiæ haud absurde dicitur: haud dubie eadem ratione dixerim animam iusti cãdidam esse oportere, præsertim quando & ipsa iustitia candor quidam animi existat. At Paulum, de quo cœperamus dicere, iustum fuisse uel hoc argumento esse potest, q̃ fateatur ipse repositam sibi fuisse coronam iustitiæ, quam daturus esset dominus iustus iudex. Proinde fieri non potest quin & anima quoq; Pauli candida & præfulgida foret: in qua & necesse est sapientiam quoq; illam resedisse, quam apud perfectos loquebatur, sapientiam uidelicet in mysterio absconditam, quam nec philosophorum quisq; attingere potuit, nec agnouit ullus huius mundi princeps. Hũc autem tam immensum & insignem candorem sapientiæ pariter & iustitiæ peperit, aut certe promerebat nigredo illa exterior: quã ex infirmitate corporis sui, è tot laboribus & periculis, è ieiunijs & uigilijs multis, cæteriscp id genus pietatis operibus contraxerat. Ideoq; id quod nigrũ est Pauli, longe speciosius est oi ornatu extrinseco & magnifico regum cultu: longo interuallo gemmas omnes omnemq; huius mudi thesaurum uincit & exuperat. Cui nec ulla corporis pulchritudo comparari potest, nullus formæ splendor, nullus quantumlibet bene curatæ cutis nitor, nullũ oris decus, nulla gratia uultus, nulla quantumuis speciosa facies, nulla corporis proceritas, nulla membrorũ symmetria aut proportionabilitas, nulla coloris blandities aut lenocinium: nullum præterea uestis pretiũ aut immodica cultus magnificentia, nullus diuitiarum strepitus, non præstigiatrix illa auri lux & fulgor admirabilis, imò nec aurei quidem montes, quales Persæ olim iactitabant esse apud se, nullus insuper pecuniæ luxus, nullus gemmarum splendor: nihil denicp earum rerũ, quæ subito sub uana specie emergentes, statim euanescunt ad corruptionem properantes. Sit itaq; omnis cura sanctorũ, sit cura omnis perfectorum uirorum, ut spreto neglectoq; omni ornatu, omnicp cultu superfluo

1. Tim. 4.

1. Cor. 2.

Quod nigrum est Pauli, omnium aliorũ decorem superat.

Curet, ut intus pulcher fiat.

hominis sui exterioris, qui certe brevi corrūpitur: sese totum quā
ta potest cura & diligentia, accingat & præbeat, totasq; occupa-
tiones suas destinet ad culturam, polituram atq; decorem interi-
oris hominis excolendū: qui ad ipsam dei imaginem creatus est,
qui & de die in diem renouat. Iam uero deo nihil acceptius esse .L
potest, q̄ id quod expressam imaginem suam gerit, modo semel
Psalm. 44. Expo. expietur, ac pristino decori restituat. Cuius omnis gloria intus
est in animo, & in intimis conscientiæ penetralibus: nō autē foris
uidelicet in flore fœni, hoc est fragilis corporis huius: non in ore
uulgi & promiscuæ multitudinis, nō in aura populari, non in uā-
nis & ficticiis hominum laudibus: sed in domino deo tota posita
est & collocata. Quicūq; autem tales fuerint, recte cum Paulo di-
2. Corin. 1. Expo. cere queūt. Gloria nostra hæc est, testimoniū conscientiæ nostræ.
Propterea q̄ conscientia solū deum arbitrū habet, utpote qui u- N.
nus reconditas pectorum latebras, secreta cordis antra rimatur,
excutit & perspicit: cui soli placere totis animi conatibus studēt
uiri boni: cui uni obsequi & inseruire, non regnum tantum, sed
solam, ueram, ac summam gloriam ducūt. Neq; sane mediocrem
neq; uulgarē oportet eā gloriam esse, quę intus sub imis præcor-
diis latitans abundat: in qua & ipse gloriæ dīs non modice glo-
Psalm. 44. riari dignat, dicente sanctissimo propheta Dauid, Omnis gloria
Christus hominū iudicio niger & deformis habebatur. eius filiæ regis, ab intus. Verum ut magis euidenter quod cona-
mur intelligatis, nōne & ipsemet CHRISTVS pulcher præ
filiis hominū formosissimus q̄ animæ nostræ sponsus, corrupto
hominū iudicio deformatus ac niger iuxta externum aspectū ex-
Ibidem. istimatur? De quo & Esaias stultam cēsuram hominum taxans, M
Esai. 53. ita scribit Nos putauimus eum tanq; leprosū & percussum à deo
& humiliatū. Ecce in q̄ parua existimatione habebat apud ho-
mines, qui erat speciosus forma præ filiis hominum: q̄ niger re-
putabat, cuius facies iam glorificata resplenduit sicut firmamen-
Matth. 17. cap. 28. tum, & uestes candidæ factæ sunt sicut nix. Nec mirū uideri de-
bet si apud eos niger duceret, apud quos (psalmographo teste)

Vermis

, Vermis habebatur & non homo, obprobrium hominum & abiectio plebis. Nec ſine cauſa pro uerme habitus eſt, qui ſic contemptibiliter ſub omniū pedibus proſtratus & concultatus eſt, qui tam deſpicate dilaceratus, percuſſus & ultra omnem fidē excruciatus: ac ſi uiliſſimus quidem uermiculus extitiſſet & nihil minus q̄ homo. Ita enim apud impios Iudæos uile ſcebat hæc interna CHRISTI pulchritudo, quæ craſſis & carnalibus oculis cerni non poteſt: ut eum ſpurciſſimo ſputo contaminarint, adeo ut non relinqueret in eo neq; ſpecies neq; decor ullus, quēadmodū apud prophetam legitur. Obprobrīū hominū, obprobrium quidem quando coram iudice Pilato obiecīſſent illi Iudæi contemptū legis ſuæ & gentis euerſionem, ita eum falſo accuſantes. Hūc inuenimus ſubuertētē gentē noſtrā. Obprobrīū quoq; quum Pilatū mortis CHRISTI titulū inſcribentem, ita interpellauerunt, dicentes, Noli ſcribere rex Iudæorū: ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iudæorum. Nec illud obprobrīū iſtis minus fuit, q̄ quū aliquoties nec citra conuitia, cæcum illum natū percontati eſſent, quisnam eſſet qui uiſum reſtituiſſet, quū q̄ ille tandem illorū importunitate uictus reſpondiſſet, Nunquid uōs uultis diſcipuli eius fieri? Maledixerūt ei dicentes: tu diſcipulus eius eſto, nos Moſi diſcipuli ſumus. Quid quæſo aliud q̄ obprobrīū hominū fuit, quando eū uiliſſimis ſputis & fœtidis totū aſpergebant, quū uelatis oculis innocētiſſimū colaphis & alapis totū obruebāt, quū caput eius arūdine dire cędebant, quū iam duriſſimis ſpinis coronatum pro ludibrio uelut regem ſalutabāt, flexiq; genibus aſſatim deridentes eū, certatim clamitabant Aue rex Iudæorū? Et impactis iam obuelato diris uerberibus, in eius contemptū obiecerunt Prophetiza, ſi tu es CHRISTVS, quis ſit qui te percuſſerit. Fuit inſuper & abiectio plebis, quo tempore impii & uecordes homines liberū habētes, uelint ne IESVM, an Barabbā famoſiſſimū latronem ex more ſaluum & incolumem in gratiam paſchalis ſolennitatis dimitti: ita cæca ira percitī ſunt, ut nephas

Pſalm.21. Expo. Chriſtus i obprobriū habitus eſt.

Eſa.53.

Pſalm.21.

Luc.23.

Ioan.19.

Ioan.9.

Matth.27. Marc.14.

Mar.14. Luc.22.

dissimũ latronem innocentissimo IESV præferrent, ita uociferantes Non hũc sed Barabban. Erat & abiectio plebis, quando eiectum extra urbem innumeris suppliciis affecerunt, ac tandem tot pœnis ac cruciatibus excarnificatum denicq; crucis patibulo affixerunt. Neq; sic inexplebilis illorũ crudelitas satiari potuit, nisi præter hæc omnia, dira scommata & dicteria in innoxiũ impie iacerent, ita crucifixo insultantes Alios saluos fecit, seipsũ nõ

Matth. 27.

potest saluum facere. Sed nec hæc blasphemia satis salsa uisa est,

Ibidem.

nisi & hoc ab aliis adiectum fuisset Vah qui destruis templũ dei,

Ibidem.

& in triduo reædificas illud. Quin & alii adhuc huiusmodi conuitiis neutiq; satiati, addiderũt Si tu es CHRISTVS, descendas de cruce & credemus tibi. Ecce, ecce quot modis denigratus fuit speciosissimus ille sponsus CHRISTVS: adeo deformatus & atris suppliciis totus à natiua pulchritudine alienatus fuit, ut

Psal. 53.

non remanserit in corpore eius neq; species neq; decor. Imò quũ

2. Corin. 5.

ipse tãtopere deiici uoluit, ut pro delẽdo peccato nostro, se peccatum & maledictũ facere non sit dedignatus: uerebimur postea illũ nigrum appellare? Contemplare, contemplare eum ridicula purpura indutũ, uili sputo sordidatum, duris plagis undiq; liuidum, totũ corpus sudore, sanguine & tabo illitũ ex omni parte & cruentatũ: denicq iam exhausto cruore exanguem & suprema morte pallidum. Cęterũ hæc tanta nigredo & conspurcatio corporis nihil obstat quo minus cũ hac corporis fuscedine cohæreat simul niueus ille animæ candor: adeo ut adhuc uerum reperiat,

Psalm. 44. Expo.

quod de eodem uaticinatus est sacer ille uates Dauid, Speciosus forma præ filiis hominũ. Speciosus quidem intus, quia ab omni peccato liber, ab omni peccato immunis, nec ulla mali specie denigratus: utpote qui (ut autor est Esaias) Peccatum non fecit, nec

Esai. 53.

inuentus est dolus in ore eius. Sed ut summatim & in genere dicam, speciosus erat triplici speciositate, ut ita dixerim: æterna uidelicet, creata spirituali, & creata corporali. De prima uero istarum trium ita ad hebræos scribit Apostolus. Qui cum sit

Triplex species ostitat.

Christus tripli ci speciositate decoratur.

splendor

ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius: ſedet ad dexteram Hebre. 1.
maieſtatis eius in excelſis. De ſecũda autem ſpecie, quam creatã & ſpiritualem diximus, quę in ſumma & abſoluta diuinæ ſapientiæ perfectione cõſiſtit, quæ uerſatur in maxima gratiæ excellẽtia, quæ denique in eminentiſſima charitatis dei ac diuinarũ uirtutum reſidet, beatus Ioannes in hunc modũ meminit, Non ad mẽ- Ioan. 3.
ſuram dat deus ſpiritum: ſubaudi CHRISTO IESV filio ſuo incarnato & homini facto. Atq; hæc quidem ſpecioſitas adeo excellens fuit in eo & incõparabilis, ut longe maior fuit & ſublimior, q; ut ab ullo humano ingenio æſtimari poſſit. Tertia autem pulchritudo quã CHRISTO ineſſe præmonuimus, creata uidelicet & corporalis, illa fuit quæ in decente, in apta & debita proportione, ſitu, qualitate & quantitate membrorum conſiſtit. Quæ nec ei defuit, cui aderat haud dubie omnis naturalis perfectio & abſoluta hominis natura. Tamẽ non ſemper forſan æque pulchrũ & formoſum perpetuo ſe oſtendebat, præſertim quũ ea quæ corporis pulchritudinem ornare, excolere, & cõſeruare debuiſſent, adeo adhibenda nõ curauerit, ut penitus aſpernatus ſit & neglexerit. Quin & ſub diriſſimę paſſionis ſuæ tempore uſqueadeo euanuit per incredibiles cruciatus, per ſupplicia, tormenta & afflictiones hic naturalis CHRISTI decor, ut illud Eſaiæ oraculum certiſſimo euentu de eo uere prædictũ fuiſſe approbetur: Non eſt in eo ſpecies neq; decor: uidimus eũ Eſai. 53.
& non eſt in eo aſpectus. Sic ſatis liquere opinor quomodo ueritati conſiſtit CHRISTVM ipſum amantiſſimum animarũ noſtrarũ ſponſum, ſimul, ſed non uno reſpectu, nigrũ & formoſum fuiſſe. Necq; autem hoc in uno CHRISTO fieri contigit, ſed & in omnibus ſanctis eius: qui q; CHRISTI ducis ſui ueſtigia inſequuti, cruces ſuas & uarias tyrannorũ afflictiones peropeti non recuſarunt, iuxta ſtultam huius mundi ſententiam & iudicium, uiles & deformes reputabantur. Quod & ipſe Paulus & de ſe & pariter de cæteris CHRISTI ſectatoribus ita ad Co- Omnes ſanctiſ hac nigredine aſpergũtur.

1.Corin.4. Expo. rinthios affirmat, Tanq̃ morti destinati, spectaculũ facti mũdo, & angelis & hominibus: stulti, infirmi, ignobiles, esurimus, sitimus, nudi sumus, colaphis cædimur, maledicimur, persequutionem patimur & sustinemus, blasphemamur, tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema usq; adhuc. Ecce quæso quo pacto sanctissimi etiam uiri inter hominẽs penitus habentur despicatui, quomodo ab huius mũdi admiratoribus flocci fiunt & uilipenduntur: quomodo spernuntur, ridentur, sannis, scõmatibus & aliis id genus ludibriis passim excipiuntur: quomodo deniq; ab omnibus & omnibus modis contemptibiles fiũt & despecti prorsus. Spectaculũ facti (ait Apostolus) angelis & hominibus: quasi dicat, confluunt omnes ceu ad publicũ spectaculum, ut nostras erumnas & miserias aspectent: concurrunt boni pariter & mali sed fine tamẽ diuerso, boni enim adsunt, ut nos animent, ut nos hortentur ad constantiam, confortent, ac ut patientiæ & fortitudinis exemplum discant, ut deũ laudent: mali uero, ut afflictis & angustiatis impie & crudeliter insultent, irrideant, subsannent, cachinnent, impugnent, & persequãtur. Infirmi præterea ab Apostolo dicunt sancti hoĩes, propter uarias huius uitæ calamitates, ppter plagas & erumnas intolerabiles quas patiunt. Stulti quoq; uulgo reputati sunt, ppterea q̃ CHRISTI crucem non modo libenter portent ipsi, sed aliis item haud grauatim portandam prædicẽt ac persuadere conentur. Ignobiles, quatenus ad cæcum mundi iudicium & æstimationem uidentur, ubi pro despicatissimis ac contemptissimis habebantur. Adeo enim omni inopia, omni egestate & pauperie oppressi sunt, ut defuerint etiam necessaria, defuerint quæ ad uictum & uestitũ, quæ ad reliquam corporis refocillationem spectarent. Vnde fit ut esurientes, sitientes, nudi, necessario cibo & potu carentes, uestimẽtis ac indumẽtis spoliati: & (ut alibi idem Apostolus testatur) In fame, siti, frigore & nuditate degentes: cæsi, uerberati, angustiati, omnia supplicionum genera, omnifaria tormenta pro

Ibidem. Spectaculum dicitur sanctis.

Infirmi.

Stulti.

Ignobiles.

2.Corin.11.

Christo

CHRISTO sustinentes: usqueadeo ut ne mortẽ quidem pro-
brosissimã atq; ignominiosissimas passiones pro CHRISTI
gloria perpeti ueriti sint. Quo contigit ut ab improbis & malis
hominibus, pro insanis & abiecticiis hominionibus sint reputa-
ti, ut uelut stupida ac nihili mancipia ducerentur, ut uix pntarentũ
digni qui in extrema hominũ sorte essent recẽsendi. Et hoc noĩe
adiunctũ est ab Apostolo, Tanq̃ purgamenta mũdi huius, facti 1.Corin. 4.
sumus omnium peripsema usq; adhuc: non in maiori pretio aut Expo.
respectu habiti, q̃s habentur reiecticia pomorum putamina: quę Sancti apud
tam exigui momenti sunt, ut ad nihil aliud ualere comperiantur, mundũ nihilo-
q̃s ut porcis proiiciant deuorãda, aut ut pedibus hominũ conculo rum reputantur.
centur. Non multum interim uili puluisculo absimiles, qui quũ ab
ipsis ædium areis in idem loci de more uerrntur, statim uel in an-
gulum aliquem obscurum aut pone hostium aliquod reponitur,
non in usum alium, nisi ut q̃s primum alicubi in terquilinũ inter
rudera proiiciatur: ueluti res nihili, nullius põderis aut æstimatio-
nis, nullius pretii aut respectus, sed uelut nausea, fastidium, atq;
reiectamentũ omnibus hominibus: uelut totius orbis fex, sordes,
repudiũ, ac demum publicum odium. Ad istum modum tũ spon
sus ipse, tũ sponsa simul nigra est & formosa. Nigra quidem co-
ram hominibus, nigra mũdi iudicio, nigra, uilis, sordida, conspu-
ta, contempta, & plane abiectissima apud omnes: sed apud deũ
interim, adeo pura, adeo pulchra, adeo uenusta, & formosa: ut
nihil purius, nihil purgatius, nihil tersius esse posset. Quẽadmo-
dũ & ipsa de se affirmat, dicens Nigra sum sed formosa. Et pro- Cant. 1.
inde sponsus externis sordibus nihil offensus, sed interna specie
oblectatus ait, Veni columba mea, formosa mea, ueni in forami- Cant. 2.
nibus petræ, in cauernis maceriæ. Verũ quandoquidem iam to- Nulla hic mala
ties amicas, sponsas, formosas, & columbas audieris optime au- suspicio de car-
dior, hoc loco admonendus es, ut pudicas aures huiusmodi ser- nali amore.
monibus adhibeas: ne quum toties amatoria à nobis recitata ac-
ceperis, perperam & sinistre somnies de lasciuo amore quicq̃
agi.

agi. Quemadmodũ non defuerũt quidam rudes & ignari ſacrarum literarum, qui putarant Solomonem hæc cantica in gratiã ſuæ Dalidæ ſcriptitaſſe, ut uel hoc lenocinio amorẽ illius obtineret. Sed nihil profecto longius à ueritate dici poteſt, nihil à ſenſu Solomonis magis abſonum aut abſurdum. Quum illa omnia quæ illic de amore leguntur, nõ de uiro & fœmina, non de ſeipſo & Dalida, ſed de ſpõſo & ſponſa, de uerbo dei & anima humana, de CHRISTO & eccleſia, Solomonem literis mandaſſe certius & notius ſit, ꝙ ut admonuiſſe ſit opus: quum iam opinor nullos adeo ſtupidos reperiri poſſe, qui de hiſce rebus quicq̃ dubitent. Sit proinde nihil minus uobis in mentem ueniat, ꝙ ut foramina petrarum atq; maceriæ cauernas putetis eſſe latebras & ſpeluncas operantium iniquitatem, & his umbraculis tegentũ nequitiam atq; fœditatem ſuam. Et ne ſuboleat ex his uerbis uel leuiſſima de re uenerea ſuſpitio, pro exploratiſſimo habetote, nihil hic tractari aut de carnis illecebris, aut (ut Pauli uerbis utar) de operibus tenebrarum. Porrò ut ſis ſciens, hæc petræ foramina nihil aliud nobis referunt & repræſentant, ꝙ ipſa CHRISTI ſeruatoris uulnera. Nam ut & ſacra uolumina non uno tantum loco teſtantur, Petra ipſa erat CHRISTVS. Hæc ergo foramina tantum ab omni ſiniſtra ſuſpitione aliena eſſe debẽt: ut non ſit aliud quicq̃ quod ipſam reſurrectionis fidem atq; ipſius CHRISTI diuinitatem magis aſtruat. Siquidem beatus Thomas Apoſtolus prius adeo de reſurrectiõe CHRISTI perplexus & dubius, ut ne condiſcipulis quidẽ ſuis fidem haberet, prædicantibus ſe uidiſſe dominũ: non prius ingreſſus eſt hæc petræ foramina, ꝙ omni dubio procul poſito, clamaret Dominus meus & deus meus. Vnde hoc nouum miraculum reportatum eſt, niſi ab his petræ foraminibus? E quibus ſic retuſa eſt illa Thomæ durities, ut ſubito ex obſtinato & diffidente, ſit ingenuus & fidelis profeſſor diuinitatis CHRISTI. Qui tamẽ anteqũ hæc foramina intrauerit, adeo ptinaciter reſurrexiſſe dominũ diffidebat: ut plane

Foramina petræ quæ ſunt

1. Corin. 10.

Senſus Thomæ per foramina in fidem ducitur.

Ioan. 20.

ut plane & citra omnem fucum aut dissimulationem dixerit, Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitũ meũ in locum clauorum, & mittam manũ meam in latus eius: non credam. Is tamen tam pertinax dubitator, postea q̃ semel hæc tam salutifera foramina intrasset: audi q̃ mox relẽtuit ac remissus est ille tam durus diffidentiæ rigor, q̃ statim CHRISTVM deũ ac dominum suum agnoscebat, Dominus meus (inquiens) & deus meus. Atq; hæc sunt illa ipsa foramina, in quibus passer noster, de quo iam sermo est, inueniat sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi reponat pullos suos. Porrò passer, id est ut iampridem admonuimus, homo uere pœnitens, & idcirco factus sicut passer solitarius in tecto, post diutinum uolatum, post magnam alarum suarum lassitudinem, locum aliquem secretiorem in tecto quærit, ubi delassatus quiescat: quem morem & cõsuetudinem sequitur ut plurimum quisquis ex animo pœnitere & uitam mutare cogitat. Nam ubi primum per inconsultam iuuentutem ac lubricum ætatis se luxu & libidine defluxisse senserit: ubi per petulantiam, lasciuiam, cæteraq; corruptissimas uitæ pestes, se sub prima & ineunte ætate uagum & profugum fuisse animaduerterit: protinus uelut prioris uitæ pertæsus totoq; corpore peccando lassus, sibi domum inuenire nititur, hoc est, diuinæ misericordiæ refugium ac tutissimum gratiæ locum, ut post tot peccati insultus atq; inquietudines, deinceps iam quiescat per piarum rerum meditationẽ, per cõtemplationem uirtutum cœlestium, per pietatis studia & ardentissimam animi deuotionem. Vbi etiam more passerum, querula uoce peccata sua lamẽtetur: ubi lugubri & tristi uocis oratione solitarius & seorsim à populi frequentia ingemiscat: ubi perpetrata facinora fructuosis lachrymis defleat ac deploret: ubi misericordiam suã nequitia amissam, hisce pœnitentiæ operibus sibi reconciliet: pro qua obtinenda, non cessat iam suspiria, non cessat iam gemitus, eiulatus, ac dulcissimas lachrymas perpetuo fundere: quibus pro delicto suo diuinum numen propicium

Ibidem.

Psalm. 83. Expo.

Pœnitens ad modũ passeris quærit domũ uti a tumultu mundi cõquiescat.

antibus

antibus ſperat fore, ut peccata ſua miſericorditer relaxentur. In
Expo. Pœnitens ad modū turturis querit nidū, ubi opera ſua reponat. his itē foraminibus Turtur inuenit ſibi nidū, ubi reponat pullos 2
ſuos: per quem locum impræſentiarum nihil aliud intellexerim,
q̄ q̄ perfectus homo & ueræ pietatis & pœnitētiæ ſectator (qui
hoc loco turturis ſymbolo denotatur) qui rerum cœleſtium de-
ſyderio erectus, in ipſo CHRISTO nidificat, pro ſuaui cantu,
id eſt pro deliciis, pro gaudiis, pro oblectamentis huius mundi,
raucū illum turturis gemitum ſibi aſſumit, quo nomine terrena-
rum rerū deſpectum & contemptū inſelligas: ſpiritui ita prom-
pte ſemper obſequens & obediens, ut carnis ferocē concupiſcē-
tiam ſuperet & perdomitet, pro commiſſis dolens aſſidue, pœ-
nitentiq; operibus ſedulam operam innatuans, quo ſibi nidum pa-
ret ubi reponat pullos ſuos: quoniā id ſedulo agit, ut tutum locū
inueniat ubi ſecure reponat opera ſua bona, quæ illi pullorū loco
ſunt, ubi hunc theſaurum ſeorſim in loco ſecreto collocet: & non
hypocritarū more in futili ore uulgi, nō in fama & aura popula-
ri, non in inani gloria mūdi: ſed contra, in ſyncera cōſcientiæ pu-
ritate, in ſancta paſſionis CHRISTI ac dirorum uulnerū me-
ditatione: ubi haud dubie conſummatum gaudium inueniet, ubi
abſolutam delectationē ſortietur, ubi gratiā acquiret & remiſſi-
onem peccatorum, ubi demum in tam tuto nido reponet, ut non
fuerit cur amplius rapacem illū accipitrem (nempe diabolū) re-
Cant. 2. formidet. Et ideirco ſponſus ita eam ad hunc nidum inuitat, Ve-
Expo. ni (inquiens) columba mea in foraminibus petræ. Petræ inquit,
Nec otioſe aut fruſtra addidit, In foraminibus petræ: ſed ut ſub-
indicaret ita dicens, locum ad quem ſponſam uocaret, ſolido mu-
Securitas in petra. nimine obſeſſum eſſe & circumſeptum, ne eſſet ulla cauſa cur de
cipulas aut aucupum fraudes poſthac metueret, utpote quæ iam
ſolida petra circundata foret, in qua nihil non boni continetur.
In petra ſecurus dormias, in petra ſecurus uigiles, in petra ſecu-
rus ſedeas & ſine inſidiis, in petra ſecurus conſiſtas, in petra
quieſcas ſecurus. Securus à teterrimo hoſte, ſecurus ab inſidioſa

tentatione,

tentatione, securus à lapsu, à redintegrando peccato, fortis & se-
curus in omni aduersitate & insuperabilis, unus securus & foris.
Nec huic multum abludit, quod alibi à psalmista scribitur: Petra refugium erinaciis. Quandoquidē unus CHRISTVS omnibus mortalibus commune refugiū est, quandiu hic in terra more erinaciorum irreptāt miseri, hirsutis uitiorum spinis obsiti & circūuallati: de quibus cito actum esset, si non haberent hanc petram refugii, ad quam ingruenti periculo refugerēt. In his igitur tam profundis saluatoris nostri uulneribus, firma tutaq; consistit securitas, liberrima quies, certissima salus, tutela munitissima, spes non uacillans, fides omnibus numeris absoluta, ardentissima charitas, omnium miserorum mite solatium, ac denique cunctorū bonorum gaudium uerum & interminabile. Fremat mundus quātum potest, premat corpus, insidietur diabolus: tu tamen qui ad huius petrę foramē cōfugeris, qui super hoc stabilimētū locaris, bono & securo animo esto: quoniā fieri non potest ut cadas, aut de gradu deiiciaris, fundatus enim es supra firmam petram. Peccasti forsitā grauiter, cōmisisti peccatū grande, ꝓpetrasti nephas aliquod uix expiabile, conscientia tua inquietata est & perturbatur: sed si semel pie & animo poenitente CHRISTI passionis ac uulnerum recorderis, non amplius (crede mihi) perturbabit. Nam & ipse uulneratus est propter iniquitates nostras. Iam uero quid tam letale, quid tam ad mortem reperiri potest, quod ad CHRISTI mortem applicatum, non facile sanabitur? Quare si tam potentis & efficacis medicamenti tibi tempestiue in mentem ueneris: nō est quod ulla morbi malignitate deterrearis. Ne ergo impediat te ulla morbi cruditas aut sauitia, quo minus ad hunc praestantissimum chirurgum properes: qui, quantumuis alte descenderit uulnus tuū, minimo tamē negotio curabit, modo tu interim salutare poenitentię malagma tecum aduleris. Nolli igitur desperare quieq; de salute, sed cum certa fiducia crede chirurgum tuum & ꝙ facillime posse plagæ tuę mederi, & uelle

Psalm. 103. Expo. Petra omnibus refugium.

In huius petra foramine sibi, salus & quies.

Esai. 53.

item libenter, nisi tua diffidentia obstiterit. Nam unde quæso cõ-
Gene. 4. tigit ut periret ille infœlix, qui dixit Maior est iniquitas mea q̃ ,
ut ueniam merear: nisi q̃ ad hæc foramina petræ huius uolitare ,
neglexerit? Nisi q̃ tam salutifera cataplasmata crudo uulneri no-
luerit adhibere? Quod ergo ex tuis uiribus tibi deesse uideris, id
ex efficacissimis CHRISTI uulneribus tibi cures adimplen-
dum: quoniam illa omni uirtute & sanandi energia scatent, certa
contra omnes animi morbos antidota habentia, ne q̃ insuper de-
sunt foramina per quæ tam salutaria pharmaca defluãt. Quãdo
& ipse CHRISTVS ita apud prophetam de seipso testatum
Psalm. 21. reliquit, Foderunt (ait) manus meas & pedes meos & dinumera- ,
uerunt omnia ossa mea. Et ut alio loco scriptum est, Latus eius ,
lancea perforauerunt. Per hæc ergo foramina, per has rimulas D.
Deuto. 32. & fissuras, licet tibi si uelis, Sugere mel de petra, & oleũ de saxo ,
Mel & oleum e petra fluẽt. durissimo, hoc est, gustare & uidere licebit q̃ suauis sit dominus, ,
Psalm. 33. Sed quid tandem uidebis per hæc foramina? aut quid quæso gu-
Expo. stabis? Certe clamant ipsi claui, clamat lancea, clamant denique &
ipsa uulnera: q̃uera dei uirtus sit in CHRISTO, qui mundum
Luc. 2. sibi sua morte recõciliauit. Cuius animam, impiorũ framea per- ,
Hebre. 4. transiuit, ita ut iam scias eum nostris infirmitatibus condolere & ,
C. 5. compati. Patet ipsius cordis foramen per corporis perforatiões ,
quæ usq̃ in ipsa præcordia penetrarunt: sed multo magis patet
& apertũ est omnibus illud incomparabilis pietatis sacramentũ,
Luc. 1. patent illa uiscera misericordiæ dei nostri, in quibus uisitauit nos ,
Ad Tu. 3. oriens ex alto. Ex qua re quæso magis apparuit benignitas sal- ,
uatoris nostri dei, quo argumento magis perspicue eluxit, q̃ do- ,
Psalm. 85. minus tuus suauis est, mitis, & multæ misericordiæ, q̃ in uulneri- ,
Ioan. 15. bus eius? Porrò ut est apud euangelistam, Maiorem charitatem ,
nemo habet, q̃ ut animam suam ponat quis pro amicis suis. At ,
quanto interuallo omnem omnium charitatem, dilectionem & mi-
serationem longissime superat: qui etiã pro inimicis suis & æter-
næ morti alioqui addictis, non recusat mortem oppetere? Nihil
igitur est,

E. igitur eſt, cur non huic aſſertori & uindici fidem habeas, cur non in his petræ foraminibus peccata tua abſcondas. In quibus, re-
Abſcõdas peccata i foraminibus petræ.
poſitos inuenias omnimodos diuinę pietatis & miſericordię theſauros: in quibus multiformes bonitatis, benignitatis, & longanimitatis dei diuitias reperias. In quibus abunde habetur copioſiſſima dulcedinis multitudo, exuberantiſſima gratiæ plenitudo, & abſoluta denię omnium uirtutũ perfectio, fruitio, & poſſeſſio nunq̃ finienda. In quibus reſidet plenum refrigerium, quies, lætitia, delectatio, gaudium, pax, concordia, unanimitas, gloria, & indefinens æternitatis fruitio & ſecura immortalitas. Proinde ſi ſapias, ſi cœleſtis beatitudinis auidus ſis, facito ut in his petrę huius foraminibus uerſetur tota mens tua & animi deuotio: ut non alibi q̃ in his moretur meditatio animæ tuæ, in his collocetur totum ſtudium tuum, his tua incumbat cogitatio, in horum deniq̃
F. iugi contemplatione fac uiuas ſintul & moriaris. Ex hiis foraminibus prouenie-
Vnde conſtantia martyrum creuit.
bat olim tanta martyrũ tolerantia pariter & cõſtantia, omnem fidem & opinionem ſuperans: ex his magna illa & admiranda eorundem fiducia. Nõ ergo mirum uideri debet, q̃ illi tam parui faciebant effuſionem ſanguinis ſui, q̃ tam crudelem carnificũ dilaniationem non magis horrebãt ſancti CHRISTI martyres. Siquidem dum penitus afflati & diuino amore rapti, contuentur hæc foramina & acerba CHRISTI uulnera, ſitut ſua interim uulnera uix ſentire potuerint, adeo illis dulce fuit pro CHRISTI gloria tormenta & cruces perpeti. Stat igitur cõſtantiſſimus dei martyr exultans, tripudians, & triumphans, dum totum corpus lacerum ac dilaniatum ſit, dum impiũ ferrum laterum latebras ſæua indagine rimetur & alte fodiat: nõ modo fortiter, ſed & alacriter etiam ſanguinem ſuũ undiq̃ exilire, undiq̃ ebullire cernens. At ubi interim peregrinaꝫ martyris animus, dũ hæc iniqua tã æquo animo tolerat? Quo euolauit mẽs è corpore? ubi cõſiſtit modo? ubi moraꝫ? Certe quantumliber in periculo corpus uideaꝫ eſſe: aĩa in tuto quieſcit, nẽpe abſcõdita

in petra iſta, in uiſceribus IESV CHRISTI, in uulneribus illis quę patent ad cõmunem omnium hominũ ingreſſum. Porrò ſi per tantum ſupplicium in ſuis propriis uiſceribus uerſaretur, atq; obſecundans carnis ſuæ infirmitati, ſentiret haud dubie tam durum ferri rigorem, neq; ferre potuit tam inopinabilem dolorem & cruciatum, quin ſtatim ſuccumberet ſuſtinereq; negaret.

In petra fixus, tormenta deſpicit.

Nunc uero quum in petra fixus permaneat, quid mirum aut alienum ab inſtituto ſuo facit: ſi in modum rigentis petræ obdurerit? Quid nouum, quid mirum exiſtimari debet, ſi ille qui prope à toto corpore ſuo exulauit: corporis dolores non adeõ multum ſentiat? Neq; ſane hoc ſtupor corporis efficit, ſed impenſiſſimus amor erga deũ. Quo fit ut in huiuſmodi agone ſubmittatur ſenſus, non autem amittatur. Nec profecto dolor deeſt, ſed ſuperat fortiter, & pro amore CHRISTI contemnitur. Ex petra ergo proficiſcitur hæc martyrum fortitudo pariter & conſtantia. Ex petra potens fit & ualidus martyr CHRISTI ad bibendum prædarum domini calicem, calicem illum inebriantem, qui diuino amore prorſus rapit & inebriat. Quapropter o uere pœnitens, paſſeris exemplum pro uiribus exprimas & imiteris, qui ſemper certum ac tutum habitandi locum ſibi parat, ubi ſecretius & citra inſidias, ſeorſim ab aliis auibus quieſcat & uoto potiatur ſuo. Nõ enim quieſcere ſolet aut nidulari ſuper terram, quẽadmodum quibuſdam auibus mos eſt: non in arborum ramis, ut facit bona pars uolucrum, & ex auiculis non paucæ: ſed communiter ac magna ex parte in hiantibus rimulis ac patulis petrarum foraminibus. Quemadmodũ & te quoq; facere oportebit, ſi quidem ueræ pœnitentiæ ſpecimen præbere uelis. Ingredere ergo in hæc huius petræ foramina, intrato patentes illas CHRISTI plagas, in CHRISTI uulneribus nidum conſtitue, atq; inibi delitеſce. Illic te abſcondas per continuam fidei deuotionẽ, at maxime quoties maiorẽ aliquam tentationis procellam tibi ingruere ſentis: quoties impugnat aduerſitas aliqua uel tribulatio uehementior,

Paſſer ubi nidificat.

Ædificat in uulneribus Chriſti.

uehementior, cogita ꝙ dura & immania ſupplicia ſuſtinuit pro te CHRISTVS, & tu pro modulo uirium tuarum aliquid aduerſi patienter cum eo ſuſtinendum memineris. Porrò non decet ſub ſpinoſo capite membrum fieri delicatū. Proinde ueni in foraminibus petræ, ait ſponſus: hoc eſt in uulneribus pedum, & manuum CHRISTI. Et rurſus in cauerna maceriæ, id eſt in uulnere & alta foſſa lateris eiuſdem, In quibus ſiquidē locis, certa ſalus eſt & tutum plane refugium: iuxta illud pſalmographi teſtimonium, Mōtes excelſi ceruis, petra refugium herinaciis. Sicut enim cerui quum infeſtius à canibus inter uenandum agitantur, ad montes excelſos & præruptos fugere ſolent: ſic item herinacii (qui & Hericii dicuntur) ad cauernas & foramina petrarum pro ope refugiūt. Iuxta quorum exemplum & pœnitens quoq; quem canes illi infernales infeſtis latratibus inſequuntur ut comprehēdāt, ut laceret ac deuorent: debet ꝙ citiſſime ad CHRISTVM ueram petram, quantū poteſt, properare: qui eſt mōs domus domini in uertice montiū, & fluent ad eum oēs gentes terre. Ad eum uidelicet CHRISTVM qui in ſe multa foramina habet, qui multas fert plagas & eruēta uulnera: in quibus habites tutus & ſecurus, donec pertrāſeat furor ille & ueſana rabies illorū canum infernalium, ubi ab illorū morſibus, tutus & ſaluus eris. Illic enim paſſeres, quorū nomine ueros pœnitentes ſignificari iam plus ſemel admonuimus, nidificabunt: ac domicilia ſua figent. Quod & propheta etiam hic noſter alibi itidem, ut & ſupra uiſum eſt, teſtatur, ita ſcribens, Paſſer inuenit ſibi domum, ubi reponat pullos ſuos. Hoc eſt, qui uere & ex animo pœnitet, qui ueram iuſticiam ſectatur: inuenit ſibi domū, in foraminibus utiq; huius petræ, quæ eſt CHRISTVS. Quin & turtur quoq; nidū inueniet, nidū ubi & ipſe pullos ſuos reponat: id eſt, ubi recondat bona opera ſua in tuto, ne prædonū ille maximus & rapax accipiter diabolus, illa ſibi aliqua fraude & tentatiōe præripiat. Cui, pfecto terribilis eſt locus iſte, uſqueadeo ut ne ſemel

Expo.

Cauerna maceriæ quid.

Pſalm. 103. Cerui ad montes, Hericy ad petrā, paruuli ad uulnera Chriſti confugiunt.

Eſai. 2.

Iob. 14.

Pſal. 103.

Pſal. 83.

Expo.

Gene 28.

Ibidem.

Vbi reponas opera tua.

quidem huc appropinquare audeat: nec mirũ sane, quum non sit hic aliud cęli domus dei & porta cœli. Quare si uere sapias, fac illic perpetuo maneas: fac ibi semper habites, ibi quiescas, ibi nidum construas, quo pullos tuos tutos ab insidiis serues: atq; ita demũ fiet, ut pro pullis tuis hoc est operibus tuis bonis, iustis & sanctis merita & premia tibi reportes. Tu ergo intra foramina ista. Et ut scias quomodo hęc foramina intranda sunt, paucis te docebo. Primum, ut ab inferioribus ad superiora paulatim conscendas, intrato foramina pedum CHRISTI. Ille in pedũ foramina intrat, ille in eisdem nidificat: qui pie, qui religiose ac deuote uestigia pedum suorũ sanctis gressibus & itineribus sancte & studiose exercuerit: siue id peregrinando & uisitando sanctorũ limina fiat, siue ad alia bona opera & sanctas occupationes perficiẽdas pia intẽtione quisq; pedester proficiscatur. Ille in foraminibus manuũ nidificat & eadem intrat, qui ob amorem dei & studium pietatis, operibus misericordiæ sedulo inuigilat: qui manũ suam aperit inopi, qui ad persoluẽda bona opera manus promptas habet, & hilarem datorem se præstat, qui uictum suum iusto manuũ suarũ labore acquiritat. Denicq; & ille in foramine lateris nidulatur, qui non alia re magis cq; mero dei amore, in corde suo compungitur: qui CHRISTO tam dira passo compatitur, qui cogitat peccata sua & scelera in causa esse cur tã acerba supplicia passus sit CHRISTVS, se quodãmodo autorem fuisse mortis CHRISTI. Si hæc & huiuscemodi pie meditetur & recognoscat pœnitentiæ professor, non est cq diffidat fore, quin hoc petrę foramẽ ingressurus sit. Et ne te lateat christiãe auditor quodnam & cq salutiferum foramen hoc sit, paucis accipe. Hoc certe foramen est illa cauerna macæriæ, de qua pridem mentionem fecimus. Hoc foramẽ est illa altissima lateris CHRISTI fossa, è qua olim emanauit ubertissima sanguinis & aquæ copia, unde scaturiit baptismi fons & redemptio nostra: unde effluxit ueteris labis purgatio, & remissio peccatorũ. Ab hac tã pfunda fossa,

Qui intrat foramina pedũ.

Qui manuũ foramina intrat.

Qui foramen lateris ingreditur.

fossa, eruperunt septem illa ecclesiæ sacramenta, ex quibus certissima remedia habere possumus aduersus omnia sauciatę ac infirmæ animæ uulnera: hinc parantur efficacia & præsentia antidota contra omnes animę ægritudines, contra uenena omnia & intoxicationes omnes: hinc pharmaca prouenũt quæ omnibus infirmitatibus opponantur, quę omnes diabóli fraudulentias, omnes diaboli insidias & tentationes repellant, uincant ac profligent: quæ carnis nocumenta & importunam rebellionem arceãt & edomitent. Ingredere itaq; ingredere in petram, & abscondere in fossa & humo. Ingredere in petram, id est ad CHRISTVM confugito fiducia quanta potes maxima, & per iugem memoriam CHRISTI passionis abscondere in fossa & humo, hoc est, delitesce in preciosissima CHRISTI carne, in patibulo crucis sceleratis manibus transfixa & confossa, iuxta illam psalmographi prædictionem, Foderunt manus meas & pedes meos. Hic igitur lateas oportet, in his latebris abscondaris, in his balneariis, donec conualescas, donec ad maiora profeceris, donec in CHRISTO grandescas, coalescas, & fias unũ corpus cum eo: donec ad unguem tum animo tum corpore perpurgatus fias & sanatus. Ista foramina, hanc maceriæ cauernã diligenter perscrutatus est Apostolus Paulus, dum ad tertium usq; cœlũ rapit: ubi uidit & audiuit arcana dei, quæ nõ licet homini loqui, ubi ineffabiles illas supremæ maceriæ cauernas scrutabatur, ubi pdoctus effectus est in omnibus rebus cœlestibus, ubi supernas & inscrutabiles mysteriorum cauernas amussatim est rimatus. Porrò uidebat illic non solum ipsum CHRISTVM, sed & foramina uulnerũ eius, atq; ipsam profundam aperti lateris maceriam: & ita uidit, ut & uirtutes quoq; horum uulnerũ omnium intellectas haberet, ut perspiceret efficaciã etiam sacramentorũ quæ inde effluxerant. Vidit illic insuper uirtutem, uidit dignitatem, nobilitatem, celebritatem, excellentiam, honorem, & autoritatem ecclesiæ dei: quæ super hoc tam stabili lapide, super hac tã firma petra solidata est & fundata, ut ab omni uẽtorũ turbine,

Ex latere Christi fluunt septẽ ecclesiæ sacramenta: & antidota contra oĩs animę morbos.

Esai. 2.

Psalm. 21.

2. Cor. 12.

Expo. Quam doctus factus est paulus in illo raptu.

ab omni fluuiorum impetu,tuta ſit & ſecura:imò contra quam ne portæ quidem inferorum prꝛualere poſſint. Ad hæc,uiderat N.
illic Paulus ſingularem illam patriarcharum ſanctitatem,uiderat infallibilem prophetarum cognitionem, grauem illum apoſtolorum ſenatum,immutabilem illam martyrum conſtantiam &incredibilem pacientiam,ſynceriſſimã uirginũ puritatem & caſtimoniã. Prꝛeterea,uidit ipſos angelorũ ordines,ipſos beatorũ ſpirituũ choros,a minimo & ĩſimo angelo ad ipſa uſq; cherubin &
Expo. ſeraphin. Q uinimò audiuit arcana,q̃ nõ licet homini loqui,id eſt ,
huiuſmodi uerba,huiuſmodi myſteria audiuit,quæ nobis ,prſus ,
ineffabilia ſũt,quę noſtra humana lingua ſonari nõ queũt,quę nemo mortalũ explicare poterit:uſqueadeo excelſa ſũt,uſqueadeo diuina & oẽm humanũ ſenſũ longiſſimo interuallo ſuperãtia. Nã eius generis uerba erant,huiuſmodi erat illorum modus,ea pronunciandi ratione proferebãtur:ut nec poſſibile nec phas ſit ulli homini ea rurſum exprimere. Prꝛeter iſta uidiſſe conſtat Paulum excelſiora illa & ſecretiora palatia cœli,etiam ea quæ ad ineffabilẽ diuinę naturę eſſentiã pertinent,quę nulli aliôqui mortalium reuelanda erant:quia propter inacceſſibilem diuinæ maieſtatis eminentiã,nec reuelari potuerũt nec exprimi. Videbat denique & totũ aduentus CHRISTI curſum,uidebat uniuerſã totius CHRISTI uitę ſeriem:totã mortis,paſſionis ,uulnerũ & plagarũ eius tragœdiã:totã reſurrectiõis & aſcẽſionis gloriã ita uidit illic Paulus, ita etiã tã perfecte didicit:ut in his ſolis deinceps per totam uitam ſuam pacatiſſime quieuerit & immoratus ſit. In O.

In hijs Chriſti foraminibus recondas te Chriſtiane.

hiſce itaq; foraminibus (quemadmodũ iam aliquoties adhortati ſumus) & tu quoq; Chriſtiane fac te totum recondas, fac hic te occultes ſemper: ubi citra omnẽ controuerſiam lac illud cœleſte & dulce mel inuenies,ubi ſentieș odorem ſuauitatis,redolentiam miram,& plane odoriferam ac cœleſtem fragrãtiam. Proinde fugito quam ocyſſime uanas huius mundi prꝛeſtigias, fuge pernicioſas uoluptates in exitium uſque blandas, fuge malorum commerciũ, perditorum conſortium cuita,fuge peſtiferos

Malorum conſortium fugiendum.

peccatores,

peccatores qui te citius uel millies ad inferos deducerent, quam ſemel in paradiſi gaudiũ, qui omnibus modis quantum poſſibile eſt, te ab agenda pœnitentia deterrebunt, qui te pro uiribus impediturí ſunt ad bonum propoſitum feſtinantem, nihil interim perinde in uotis habentes, quam ut illorũ ſimilis ac par efficiaris. Siquidẽ ab huiuſcemodi ſatanæ ſatellitibus, imò uiuis potius ipſius diaboli membris, pœnitens ac bonus uir prorſus irridetur: a quibus tamen eiſdem ſummis laudibus effertur, ſi quibuſcunq; impoſturis ac technis ad uoluptates, ad illecebras, ac diſſolutam uitam perduci poterit. Cæterum ſi ſemel te conſtantem experti ſint nec poſſe a tam ſancto propoſito deflecti, ſi uideant te dei ueſtigiis inſiſtere, ſi intellexerint te mundum & mundana omnia reſpuere, ſi uideant ſerio pœnitentẽ, eoſq; & uias eorum penitus contemnẽtem, commiſſa ueris lachrymis deflentẽ, e graui luctu crebro ſuſpirantem & eiulantem, ueniam peccatorum & miſericordiam diuinã aſſidue implorantem: tunc haud dubie infeſtis animis & plane hoſtili inimicitia proſequentur, tunc undiq; te conuitiis obruent, tũc detractãtes obloquentur, tũc deniq; oĩbus modis exprobrabũt tibi & improperabũt undiquaq;. Nec aliud ſenſiſſe uidetur propheta hic noſter, quũ poſt hæc ita ſubinferat.

Quam diligentes ſint mali ut bonos a pœnitẽtia abducãt.

P. TOTA DIE (inquiens) EXPROBRABANT MIHI INIMICI MEI, ET QVI LAVDABANT ME, ADVERSVM ME IVRABANT. Quibus haud dubie uerbis iugẽ hãc & cõtinuã uexationẽ ac ꝓſecutionẽ, quã unuſquiuis hoĩum in hac uita ꝓpter peccatũ tũ originale tũ ſuũ patit, oſtendit. Vſqueadeo ut ne dies quidẽ per totã uitã illucelcat homini, quo nõ ſuſtineat aliquã perſecutionem uel à deo, uel à natura, uel ab hoĩe, uel à mũdo, aut ſaltẽ ab ipſo diabolo immiſſam. Patitur hinc à fictis & fallacibus amicis, illinc multo magis à manifeſtis hoſtibus. Patitur indignationem, odium, opprobrium, contumeliam, irriſionem, iniuriam, malignitatem omnifariam. Sed minus tolerabile eſt inimici iaculum, ꝙm blandiciæ ſimulatoris

Nullus euadit tribulationum expers.

Verſ. 9.

amici:

amici: quia facilius illud q̃ hæ caueri poterunt. Hic coram laudat atq; extollit, contra quem uirulentam linguam clam supra modũ acuit: ille quidem etsi lædat, non occulte tamen sed manifeste ferit, & tanq̃ præmonitum atq; armatum inuadit. Patitur hæc nõ uno tantum aut altero die, sed toto die, sed omni die, sed semper. Omnibus uitæ nostræ diebus sustinemus & inimicorum iniurias atq; opprobria, & insidias se simulantium amicos. Afflictionẽ sustinemus indeficientẽ ob peccatũ illud primi parentis, & quotidianum istud nostrum. Ne unum quidem diem quisq̃ præterit ab omni malo liberum. Nunc grauamen naturale sustinemus, nunc æstus, algoris, nunc sitis, & inediæ: nunc laborum, onerum, litium & certaminum: aliquando dei flagellum, scilicet pestis, febrium, morborũ, plagarum, dolorum, anxietatum, egrotationũ atq; infirmitatum omnium. Sustinemus lites, seditiones & bella, Gens contra gentem, regnum aduersus regnum quotidie bella mouet. Sustinemus lites iuris: & extra ius, dissensiões, perturbationes, exagitationes, uocationes in ius: accusationes, imperiosas iussiones, sustinemus exactiones & uexationes innumeras. Sustinemus tyrannicã diaboli dominationẽ, rebellionẽ carnis cõtinuam, mũdi tentationem ineuitabilem. Ab his instigamur, prouocamur, persuademur ad sequendum uoluptates, delicias, omnem uitæ luxum. Fiunt hæc omnia, hæc omnia fiunt nunc amoris amicitiæq; prætextu, nunc inimicitiarum haud dissimulata comminatione. De talibus uero cum amicis tum inimicis plene dicere non est huius temporis, sed nec ingenii quidem humani, nedũ nostri: si dici posset, id omnino persequi non delectamento esset, aut prodesset auditoribus. Omissis itaq; cæteris, persecutionem hic unam attingit, omnium certe meo iudicio grauissimã. An est alia maior aut intolerabilior q̃ iniquæ dolosæq; linguę persecutio? Ab ea prodeunt adulatio pariter & detractio, duo mali fontis riuuli pessimi. Priore falluntur homines, altera famæ suæ pręciosissimum thesaurum amittunt, aut qui fuerat integer, lęsum & diminutum

Persecutio linguæ omnũ longe pessima.

diminutum inueniunt. Qui ſpoliant hominem, minus offendunt
, q̄ qui detrahunt. Melior enim bona fama, q̄ diuitiæ multæ. Prouer. 22.
R. Quapropter à detractione quia deteſtabilior eſt, ordiamur. Gregorius in moralibus.
, Detractio certe denigratio eſt (ut finit Gregorius) alienæ famæ Detractio dicitur.
, per occulta uerba. Detractor in omni re proterue iudicat, quic- Peruerſum iudicii detractoris.
quid aut audit aut uidet, iudicando peruertit: omnia male accipit, omnia falſo declarat atq; interpretatur, falſaq; relatione ſi rogetur, obnubilat. Quem uidet humilem ac ſimplicem, hunc ſtolidum uixq; cōmuni ſenſu prædituꝫ exclamat: quem modeſtū ac patientē, hunc meticuloſum & ſtupidū ait, ut qui non audeat uultum hominis intueri. Si quem honeſtæ recreationi deditum aſpiciat, en laſciuum, edacem, aut bibonem inquit. Virtutes oēs inuertit & ſyncerum cupit uas incruſtare. Virum probum ac ſobrium, demiſſum & male tacitum appellat: prudentē, arrogantē & ſuperbū: iocundū & comē, diſſolutū atq; leuē: ſodaliciis aptū, ſæculari uanitati deditū: religioſum ac pium, ſingularē: in oratione peruigilem, hypocritam: contemplationibus addictum, ebrium & tardum: taciturnum, diſſimulatorem: ſacris exhortationibus, cōſiliis, eleemoſynis & ieiuniis aſſuetum, glorioſum aſſerit & ambitioſum. O maledicam, ſerpentinam & diabolicam linguam, quæ ordine prꝑpoſtero omnia tranſuertit, omnia confundit, & perturbat omnia: quæ de bono malum, tanq̄ de luce tenebras, affingit, quæ cunctos homines nequiter infamat. Qui doctiſſimi ſunt, detractor facit ut indocti reputēntur: quæ reuera uirgines, ut corruptæ credātur: quæ uiduę cōtinentes, ut pro uanis ac luxurioſis habeantur: qui ueri pœnitentes ſunt, ut hypocritæ iudicentur: qui iuſticiæ ſunt amatores & in peccatum ſæueri, ut tyranni uocentur, rigidi ue iudices: qui mercatores induſtrii, ut fœneratores ac uſuarii nuncupentur: qui deniq; pii, impii: qui boni, mali dicantur. Lingua detractoris omnia trahit in ſenſum reprobum ac pernicioſum, pro benedicto maledictum, pro ueS. ritate mendacium uſurpat & obloquium. O lingua dæmonio magis q̄ hominibus idonea. Quid de te dicā improbiſſima lingua: Pauciſſimi effugunt linguæ perſecutionē.

quid

quid dicam ut edoceam à te cauendũ? Persecutio tua superat alias persecutiones omneis. Aliæ uitari poterũt, tua nequaq̃. A naturæ persecutiõibus, cuius generis sunt inedia, sitis, frigus, æstus, labor, afflictio, & id genus alia: puisio liberat & industria. Persecutionum dei, remedia sunt oratio, ieiuniũ, eleemosyna, & genus omne pietatis. Bella, lites, actiones contentiosas, turbas, tumultus cunctasq̃ mundi persecutiones & illecebras, consultatio declinat: patientia, fugaq̃ causarum adiuuãt. A diaboli persecu-
1. Corin. 10. tionibus seu tentamẽtis, inuocatio diuinæ gratiæ tuebitur. Quia
non sinit hominem tentari ultra id quod potest, & unicuiuis in-
2. Corin. 12. uocanti sub persona Pauli dicit Sufficit tibi gratia mea. A persecutione motione ue carnis, abstinentia præseruat & maceratio corporis. Omnium profecto periculorum, omnium morborũ, certa sunt antidota: præterq̃ unius ueneni quod sub lingua latitat. Neq; boni neq; mali, prudentes aut inepti, discrimen & maliciam illius euitare queunt. Quare propheta clamat & conqueri-
Littera. tur. Tota die exprobrabant mihi, nũc amici subdoli, nunc uiolentes 7.
inimici. Væ linguæ, cuius irremediabile malum est. An ulla bonitas tam certa, tam sublimis, ut ab hac se liberet? Singularis, o
Susanna. sanctissima Susanna, tua castitas erat. At ea (quantauis esset) detractionis & infamiæ malum haud effugit. Num perfidorum senum & iudicum iniquissimorũ impiissima lingua, tam absolutæ pudicitiæ fœminã alligarunt adulterii? An tua te tã laborio-
Iosephus se seruata uirginitas, o castissime Iosephe, tueri potuit ab adulterii suspicione? Vnde (precor) accusatus? An non ab eadem quę te pellicies ad abusum sui corporis, facere uoluit adulterum? Illa tua, illa pulchritudine capta, nihil fraudum omisit, quo te raperet in amorem ac concupiscentiam sui. Tu nihil artis & consilii, quo deuitares. Illa ubi maliciæ suæ locum non inuenit, reum uerbo facere uoluit quem facto non potuit. Corpus quo non potuit abuti, uoluit occidi. Raptrix, raptus innocentissimũ accusauit. Maritũ nimioq̃ credulũ eo male accusando protraxit, ut in carcerẽ

primo

primo mitti iuberet, mox grauiora (si uisum esset) de eo supplicia sumpturum. En quemadmodum detractio nocuit innocenti. En quomodo uere noxia maledicendo, puniri fecit innoxium. O uiperea progenies, in qua tantum uirus inest, ut quia nocere non ualuit, perdere uoluit innocentiam. O detractio cunctis abominanda. O progenies uiperarũ, quis demonstrauit uobis fugere
V. à uentura ira? Vos o filii uiperarum, uos inuisa pernicioſaq; genimina, uos detractores, an est qua fugere poteſtis à iudicio futuro uindictaq; dei? Hic Ioannes Saducęos, Phariſæos, & blaſphemos omnino Iudæos, non tam uiperis ipſisq; uiperarũ filiis haud abſurde comparat. Horum enim præſentius est uenenũ & aſperior aculeus, quo quod mordet & pungitur, inficitur, intumeſcit, in pus & ſaniem redigitur: in eam morbi ſpeciem abit, ut totum corpus mortificet. Nõ ita diſſimili ratione poſſem id ego detractoribus applicare. Quorũ infamatrix lingua tam uenenoſa est, ut detrahendo corrumpat & interficiat, imò uirus ubiq; diſpergat: ab homine ad hominem, à uico in uicum, ab una urbe in alteram, à regione in regionem, & à regno in regnũ. Quod illa tangit, nunq; redit incolume. Non est poſſibile ut maneat incorruptũ, quod illa corruptrix attingit lingua. Inficit, uulnerat, & exulcerat, q̃q̃ nõ corpus: at famam corpore multo charioré. Preciosiſſimus animæ theſaurus est bona fama. Bona fama, cum ipſa uita comparatur. Est ſatius mori, q̃ infamem uiuere: melius non esse, q̃ infamiam incurrere. Vir aut mulier honeſtæ famæ quamuis pauper humillimæ ue conditionis, præfertur infami nobilitati. Hominibus boni nominis, omnia fauẽt & arrident. Deus amat, deus fauet, amplexantur angeli, ſuſpiciũt homines, animantia uenerantur, omnes creaturæ colunt. Legimus in pleriſq; locis ut irrationales, imò res inſenſiles & inanimæ, ſuo modo uiX ris iſtis obedierint. O quanti est bona fama. Hanc ſi cum re quauis alia comparas in eadem trutina: ſi cum gemmis, ſi cum auro, argento, aut alio quocunq; precio: erit ipſa longe ponderoſior.

Matth. 3. Expo. Progenies, uiperarum detractores.

Theſaurus preciosiſſimus fama bona.

Infamia quam pernicioſa.

Fama bona quãti eſtimãda.

k. Et ut

Iob. 6. Et ut Iob inquit Quasi arena maris hæc, sed hæc grauior. Qꝛ abominandus itaq; detractor, qui spoliat hominem hoc incomparabili thesauro? Quanta hæc iactura boni nominis? Quantũ obest qui hoc diminuit, qui hoc denigrat, aut contaminat? Si diuitias quis auferat, est facilius unde reſartias q̃ si bonum nomen extinguat. Extinctio nanq; boni nominis, uelut altera mors est. Sicut enim per bonã famã ciuiliter homo uiuit, ita per infamiã exosus interit. Qui bonæ opinionis est, diligitur & laudatur ab omnibus: qui uero existimatiõis malæ, contemnitur, odioq; habetur: quæ ciuilis ipsa mors est. Curam ergo fac habeas de bono
Prouer. 22. nomine, quia melius est bonum nomen q̃ diuitiæ multæ. Et alibi, Maledictus homo qui negligit famam suam. Qui peccat, quoad potest, clam facit. Cur ita quæso, nisi q; famæ suæ curam quandã
Detractio ut mors ꝯparatur. habeat? Multo amplius curat, qui peccata deuitat. Cauero omnino uenenum, quod si sorpseris, nisi tyriaca postmodum adhutes, interis: etiam accepta tyriaca, uix tunc sic periculũ euades, si contingat euadere. Sic & fama tua si semel læsa fuerit, dũ uiuis, haud tam sana redibit. Non est furtum quo non sit detractio longe deterior. Tollit id modo quod exterius est, penitissimũ ista thesaurum & preciũ inæstimabile rapit. Frenemus idcirco linguam nostram, frenemus ne si diuagetur infrenis, usq; ad detractionem e- Y.
Matth. 12. rumpat. De omni uerbo ocioso quod locuti fuerint homines (ut inquit CHRISTVS in euangelio) reddituri sunt rationem in die iudicii. Si de uerbis ociosis sit tam arcte reddenda ratio: quãto durior est futura de mẽdacibus, de iniuriosis, de impiis, impudicis, de adulatione seu detractione plenis, quomodocunq; per-
Prouer. 18. niciosis? Qꝛ ueridica est illa sacræ scripturæ sentẽtia quæ ait Vita & mors in manibus linguæ? De lingua dicendum, ut usus eius est. Si bonus hic, illa bona: si malus, mala. Bona uitam, mala mortem operantur. Quot improbitate linguæ uiri fideles, infidi: quot
Per linguam multi interemti. ueri, fallaces existimati sunt, & tanq; fures in pericula damnaq;, in carceres & uincula coniecti? Quot hominum uirtus extincta,

quot

quot hominum uita denigrata per linguam lubricam? Quot falsis accusationibus ac delationibus uitam amisere præsentem, qua
» dignissimi fuerūt? Qui lingua non offendit, hic uir perfectus est, Iaco. 3.
inquit Iacobus. Qui non uult offendere, uel taceat uel parce lo-
» quatur oportet. Nam in multiloquio non deest peccatum. Nulli Prouer. 10.
tacuisse nocet, nocet esse locutum. Nunc̄ tibi loquendum, nisi cū
tibiipsi uel alteri prodesse queas. Nemo sit tam iniquus æstima- Tēpus quare
tor, ut curam non habēdam esse censeat temporis, quod in uer- hominī conce-
Z. bis non solū improbis sed & ociosis absumitur. Meminisse opor ditur.
tet meminisse, ob quam causam deus hanc uitam est largitus cū
tempore quo uiuimus. Dat deus tempus nobis. Ad quid? Vt eda
mus, ut bibamus, ut crapulemur, ut insolescamus? Non plane, nō
non: non inquam, non non. Deus tempus tribuit, ad quid? An ad
deliciandum? ad saliendum? ad ducendas choreas? ad iocandum?
Non deus bone. Dat ipse tempus, ad quid? ut pœniteat inquit,
ut operemur & mereamur deo, ut prodesse discamus ipsi nobis,
ut enitamur ad hæreditatem illam futurā, cœli gloriam. Hæc ni-
» mirum est unica causa, ob quā tempus huic uitæ conceditur. De- Apoca. 2. Expo.
» di (inquit) ei tēpus, ut pœniteret. Non ait huius uitæ tempus ideo
concessum ut ludas, ut fabuleris, ut inutilibus & inidoneis uerbis
abutaris: sed ut omnium istiusmodi dictorum pariter & factorū
omnino pœniteret. Interdum ad se deus ab ubere è uita uocat in
fantem. Tempus ibi nullum pœnitentiæ. Vocat adhuc fascia li-
gatum, & in cunis decubantem: paruum, paruū etenim tempus.
Vocat puerum, non adeo tempus magnum. Vocat adolescentē,
maius illi tempus. At tibi uiginti cōcedit annos, triginta, quadra-
ginta, sexaginta, septuaginta, octoginta. Quid ita facis? cur ita
pateris o domine deus? Vt pœniteret, inquis. Tantum ob id, ut
se corrigat: tantum ob id, ut castigatiorem uitam agat. Dedi ei
tēpus hoc, non ut carni, non ut uoluptati seruiat, non ut mūdi glo-
riam & uanitatē affectet, nō ut inutiliter atq; ociose uiuat: sed ut
A. pœniteret, ut pœniteret, dicit dominus. Sed quid sequit? Et pœ-

Expo. lectura tẽporis quãtũ mali affert.

nitere noluit: sed ait inpœnitens, Est ubi fabulari liceat, licet aliquando ludere, licet ut libet, uti tempore, licet horas aliquot ex sententia præterire. Verbum haud pietati congruum. Non est pœnitere uolenti committendum ut dicat, Licet ad horam ita facere, semper autem non item. Quid ais? An non hanc horam ut cæteras deus dedit ad pœnitẽtiam? Etiam hanc horam dedit deus ad obtinendam pœnitendo peccatorum ueniam, ad impetrãdam dei gratiam, ad promerendam cœli gloriam. Igitur hac ut aliis utere, omnibus ad dei cultũ, omnibus ad emendationem tui. Non est uel unũ uerbum tam incaute fundendũ, ut quod aut nocere possit aut alicui nõ prodesse. Volat enim irreuocabile uerbũ, uolat irreuocabile tempus, auolãt horæ, more fluentis aquæ. Nec est uerbum aut tempus, non est horula, cuius non sit reddẽda ratio. Sed noluit pœnitere, dicit. Noluit in adolescẽtia pœnitentiam, noluit in iuuenta, quam differendam arbitratur in senectam. Verum hoc ab hiis nõ raro dici solet, qui nunq̃ pertingũt in senectam. Quare subdit illic dominus Eo q̃ non uult pœnitere, ecce ego mittam eum in lectum, & erit in tribulatione maxima. Quid uult qui dicit in lectum se uelle mittere? In lecto requiescendi locus est, in lecto qui sit (ni causa uiolentior impediat) secure dormit in aurem utranq̃. Vnde fit, ut qui secure peccat, nihil undicunq̃ timens, tanq̃ in lecto poni dicatur. Assuetus enim peccatis & incorrectus requiescit in illis, & audacter ac secure cuncta facit. Nihil extimescit quod inde retrahat, nec aliud quicq̃ cogitat q̃ ut sic peccare pergat. Deus autem hac ultione percutit impœnitentes aut pœnitere nolentes, ut enormia perpetrãtes usq̃ perseuerent, & quotidie crescant, donec in profundum malorum uenientes, contemnendo pereant. Permittit ut desyderia sui cordis adimpleant, per quæ subito in mala inopinata ruãt. Et hoc est in lectum mitti, irreuerenter & secure peccare, secundum uoluptatem omnia persequi. Si quis enim in agro non sit tutus, si non quietus in urbe, si foris exturbetur: quo se recipit? an

Ibidem. Expo. Quid sit in lectum mitti.

Quã ultione percutit deus pœnitentiã differentes.

non

non domum ut in conclaui cubiculoue se componat ad quietem, & secure quæ uult adimpleat: sic enim peccator, peccator sic per diuturnitatē peccādi, tanq; in lecto requieſcit in peccato ſuo. Cū pecce primum, uehementi timore turbatur, nec omnino quieſcit: ſecundo, minus turbatur: tertio, adhuc minus: & ita minus atq; minus donec tandem eo ſecuritatis & confidentiæ ſuæ deueniat, ut ſe longe à periculo poſitum autumet, idq; inter deum ſuamq; conſcientiam: ac tum ſubito in enormia, in grandia & abominabilia peccata præceps ruit: adeo ut peccatum nullius ponderis eſſe iudicet, atq; peccatum pro non peccato habeat: ſicq; ſe peccandi conſuetudine ſecurum reddat. Quæ grauiſſima eſt ira dei, ſummaq; uindicta: qui per prophetam ait, Dimiſi eos ſecundum deſyderia cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. Dimiſi inquit eos, hoc eſt, eos ego deſeruí, reliqui ipſos ſibi ac ſuis naturalibus, gratiam ab his meam ſubduxi, concupiſcentias ſuas eis nude permittens: ut quocūq; ſenſuū auiditas illiciat, eo ferrentur effrenes. Sic quidem relictus in quandam rabiem fertur: tunc uelut limphaticus diſcurrit quo fert ipſa ſenſuum libido, nō ſecus q; olim miſer ille Pharao Aegyptiorum rex: tunc quicquid agit, recte actum arbitratur, tunc peccatum pro peccato non habetur, nec tunc ſatis eſt ſeſe totum peccatis deditſe, niſi etiā ſummo ſtudio operam det, quo nouas & diabolicas peccādi uias adC. inueniat, & ſic ibūt (ait) in adinuentionibus ſuis. Hoc eſt, nouas peccādi uias turpiter adinueniēt, abominabilibus modis ad peccata proruentes. Vt modus, ſic & circumſtantia, nōnihil facit ad incrementum decrementumue peccati. Multum intereſt cum quo pecces, in quo loco, per quos, quomodo, quoties, & quando pecces. Cū quo. Nam grauius eſt peccatum quod cum cōiugata cōmittitur, q; quod cū ſoluta: grauius cū conſanguinea q; cū extranea, grauius cum monacha q; cū ſacris non initiata. Nam adulterium fornicatione grauius eſt, inceſtus grauior adulterio, denicq; ſacrilegium reliquas omnes libidinū ſpecies longe ſuperat.

Pſalmo. 80. Expo. Grauiſſima dei ultio eſt, quoties ſue uoluntati relinquuntur homines.

Circumſtitie aggrauāt peccata.

Quo loco. Sacro an ꝓphão, publico an priuato. Per quos. Quorum ductu aut persuasione. Quo modo, naturali ne an prꝑter naturam. Nam peccandi modus, peccatum ipsum non parũ auget & aggrauat. Plus enim delinquit, qui prꝑmeditatus & data opera offendit: ꝙm qui subita & improuisa tentatione superat. Quoties. Nam quo crebrius peccatum repetis: hoc fit fœdius, grauius & detestabilius. Quando. Quia & temporis ratio peccatum sæpenumero exitialius reddit & odiosius. Quis enim sanæ mentis non fateretur capitalius esse illud erratum, quod diebus festis committitur, ꝙm profestis? quod in die dominico perpetratur, ꝙm per reliquas hebdomadæ ferias? At peccatis assuetum & dormitanter ac secure peccantem, horum omniũ obliuio capit. Obscuratum est (ut inquit Apostolus) insipiens cor eorum. Propter quod tradidit illos deus in desyderia cordis sui, tradidit in passiones ignominiæ, ita ut fœminæ mutarent naturalem usum, in eũ qui est contra naturam, & masculi in masculos turpitudinem operantes. Præcaueto, ne te deus mittat in hunc lectum. Pœnitere at dum tempus habes. Audis enim quid dicat Dedi ei tempus ut pœniteret. Quare si pœnitere nolit, sequitur Mittam eum in lectum. Tempus ergo quantumlibet, nõ est tam parui pendendũ, ut in ociosis uerbis aut factis inidoneis absumatur. Quid est eo precio sius, quo uenia delictorum impetrata, uitam promereri potes æternã? Poteris id in qualicunq; tempusculo. Ne dicas igit posse illud impie uel irreligiose consumi. Si prætermittas hoc tempus, si parũ studiose sumas, incertissimus es an aliud habiturus. Benefac semper, fac dũ tempus habes. Deus omnem particulam tui temporis ad id dedit, inquiens Dedi ei tempus ut pœniteret. Quantillo tempore resipuit latro, qui cum CHRISTO pependit, & paradisi gloriam inuenit? Quotquot damnati sunt, totius mundi precio commutarent uel unam horulam immo momentum, quo pœnitere possent. Quoniam si ad unam horulam aut breuissimum temporis punctulum superessent in uiuis, ita peccata

Rom. 1.

Apoc. 2.

Vel minimum tẽpus satis esse potest ad salutem.

peccata ſua per penitentiã delere potuerint, ut citra omne dubiũ ſalui forent. Ideoq; cõſulit Apoſtolus ut Dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes. Non uult ut quis ocioſe uiuat, ut ulla perſuaſione ceſſet ab honeſtis, bonis atq; piis operatiõibus. Tẽpus enim breue eſt, ut ait idem Apoſtolus. Breue quicquid uiuimus, breue quicquid hic poſſidemus. Vnut lõgum nobis, reuera breuiſſimum. Habet in natura ſui tempus, ut fluxum ſit ac breue. Quod ſi ſupputes, ſi ſcindas: quod dico, ſcies. Tempus enim aut præſens, præteritum, aut futurum eſt. Quicquid præteritum aut futurũ, non eſt. Præſens dũtaxat inſtans eſt, quod cũ dicas eſſe, citius dicto præteriit. Pariter id omne quod eſt in tempore hic ſolũ eſt, ut momento uaneſcat. Cũ fuerit aut potius eſſe cœperit, ſubito diſparet. Quod adeſt, uel fore ſperatur, abit anteq; adeſſe ſentitur. ſeruandum ergo diligenter, quod tanta cũ difficultate retinetur: plurimi pendendũ, dũ habetur: quod ſemel amiſſum, haud unq; recuperatur. Diuitiarum iactura reſarciri, ſanitas reſtitui: uelocitas, robur, aut pulchritudo reuerti: etiam uita redire poteſt. Nulla reditio tẽporis, aut reſtitutio. Præterea quod nũq; redit, citiſſime (quod dixi) fugit. Velocitas infinita tẽporis, pũctũ eſt & puncto minus id omne quod uiuimus. Non equus tam uelociter excurrit, non nauis equora ſulcat, non ſcindit aëra nubes, non uenti perflant ocyus, nõ auis ulla tam cita uolat, q̃s tempus ipſum auolat. Vita noſtra temporanea eſt, nec longo tempore durat. Etiam quantula conceditur, mutila fit & incila. Deme tempori quod edormiſcimus, & uix dimidia pars uitæ ſupereſt. Mors etenim quædam, ſomnus eſt. Deme tempori uitæ noſtræ quod in ludis, poculis ac eſcis & aliis naturæ uoluntatiq; requiſitis abſumimus, & quantillũ eſt quo ſtudioſe uiuimus? Quod autem alio modo diſpenditur, non pluris eo quod non ſit, habetur. Quod ſi uerum eſt, ut eſt, quid tum uos aulici, quid hic uos eſtis dicturi? Nunquid pereunt tempora uobis? Oh quantum & quale tempus in aula male fruſtraq; teritur? In taxillis, in chartulis,

Gal. 6.

1. Corin. 7.

Tempus ita fugax, ut nunquam ſecuro ſatur.

Tempore nihil uelocius.

Minimum uitæ portionẽ deo conſecrat.

in alea, in ſuperabundantia potus ac cibi, in iocis atq; ludis, in
Roma.13. cantilenis, organis, & tripudiis: in ebrietatibus & commeſſatio-
nibus, in cubilibus & impudicitiis, in luxuriis & carnalitatibus,
in nugis omnibus, & omnibus rebus malis. Proinde ſupputet ſe-
cum quisq;, à primo anni primordio exorſus uſq; ad finem eiuſ-
dem, quantū temporis ſomno tribuerit: quantū in edendo, bibē-
do, quantūiq; in cæteris uoluptatibus inaniter conſumpſerit: ac tū
quid ad inſeruiendū deo reliquū fuerit, iterū ac iterum perpen-
dat. Quantum ex toto anno in diuino officio collocaſti? Non cē-
teſimam quidem partem, uix integrū triduū ſi ad totū annū re-
Serui ſumus deo. ferас. Bellū ſane ſeruitiū, egregiū ſacrificiū. O homo, homo, fac
ſemper memineris q; deo teodotarius es, ſubiectionis honorem,
Ex de pēde-mus. & officii recognitionem debes: à deo pendes per militare ſerui-
tiū, per ſeruitiū ad uitæ terminū, per ſeruitiū ex more & conſue
tudine, ad uolūtatem domini cui etiā & ſeruus es. Debes ei quic-
quid es, diuitias, corpus, uitam, mortem, fœlicitatem omnem. Et
qui tantū debes, tam parū impendis? Si tuus tibi famulus tam mi-
nute reſpōderet, non ſatis ipſe placeret. Igit incuſare deū noli ſi
grauatim accipiat, dū tu nō ſatis integre famularis. Si per negli-
gentiam effuderis dei amorem, uires omnes adhibe quo redeas
in gratiam. Redde ergo ſemper quod debes, aut ſi quando præ-
Ephe.5. termiſeris tempus illud, redime ut ſitis Redimentes tempus (ait) F.
Expo. quoniam dies mali ſunt. Ars hęc artium eſt, ut quis tempus ipſum ,
Tempus quo modo redimi-dum. redimat. Tūc bene poſſidetur, quando non ocioſe ſed utiliter ac
dīligenter omnino inſumitur. Si quis dies bonos atq; horas utiles
male collocet, ipſum à ſe tempus alienat. Quod ni redimat, hoc
Dies quare mali dicātur. ſibi dictū intelliget Dies mali ſunt. Redimis, quando quod uno
tēpore male feciſti, dīligenter alio reſtituis. Dies mali ſunt, quot- ,
quot perperam expenduntur. Dies enim natura ſui non habent
quo mali dicant. Viciſſitudines temporū ſunt, ſemētis & meſſis,
æſtus ac frigoris, hyemis & ęſtatis, ortus & occaſus, curſus & re-
curſus ſolis. Hæc omnia bona ſunt ordinatiōiq; naturali cōgrua.

Cur

Cur ergo dies mali? Certe q̃ homines male uiuũt in eis. Cur molesti? Q̃ inuicem se grauent & infestent homines. Mali dies, in quibus exercitatur hominũ malicia, miseriaq̃ demõstratur. Miseria nanq̃ dierũ, commune malũ hominũ. Nam ex quo tempore lapsus Adamus est, non fuere nisi mali dies, hoc est afflictione,
G. solicitudine, molestiaq̃ pleni. Portendit idipsum infans omnis iam primũ in lucem æditus. Is, ætatem auspicatur à ploratu. Qui loqui nescit, fit laboris & miseriæ suæ uates. Prophetat uagitu, prophetat lachrymis, quod ætate uitaq̃ sequenti sentit. Redimamus ergo tempus nostrũ. Quod unq̃ male gessimus, reuocemus in integrũ. Tempus ipse suũ redimit, qui quod amisit, quasi precio iam nouo recipit. Vt pro uino nummus, ita pro iactura temporis deo quod debemus, exoluendũ. Debemus pro negligentia, uacationem ac diligentiam. Emens aliquid, de suo dat & facit illud suum. Dat unum, & aliud accipit: unum amittit, & acquirit aliud: dat nummũ, ut rem aliã comparet. Si uelis ergo redimere tempus, de tuo dandũ est. Opera danda, pœna sustinẽda, quo sanus habeatur. Amittenda uoluptas, ut requies animæ quæratur. Tempus enorme peccatoq̃ consumptum, cũ tranquillo, quieto & à uitiis alieno commutandum. Adeo te pares uti dño deo tuo
, uaces, ut ab ea quiete nihil te abducat. Si quis teẽ uelit in iudicio Matth. 5.
, contendere tunicamq̃ tuam tollere, dimitte ei & pallũ, potius q̃
H. ut litem alas, ut quietum cor in deo possideas. Tempus uacandi deo nolis omittere per lites aliquas aut iacturas rerũ temporaliũ. Redimite uos tempus quod male uiuẽdo tanq̃ uendidistis, quod nõ bene sumpsistis. Dicetis, Quod tempus? Nimirũ, illud omne quod uixistis. Filiorũ Israël alii mortui sunt in Aegypto, multi in deserto, aliqui in sancta promissaq̃ terra. Hiis tria tempora uitæ signantur. Nonnulli siquidem uix dies incipiunt suos, pleriq̃ dimidiant, alii complent. Vix uix incipiunt morientes in infantia aut in pueritia: dimidiant in iuuenta, in senecta perimplent. Habent omnes omniũ istorum dies quo mali censeantur, habent sug

Triplicia tempora humanæ uitæ.

solicitudinis

solicitudinis quiddam habēt & miseriam. Itaq; redimite dies ue-
stros quoniam mali sunt. Mali sunt. Quamobrem quod perpe-
ram uno tempore fecistis, alio iam tempore restituite. Tempus
inutiliter absumptū, tibi malum est. Illud ergo redime, redime
tempus amissum, linque uoluptatem, pœnam patienter admitte,
agas pœnitentiā, ad hæreditatē tuam enitere quam amisisti, ad eā
totus aspira, diligenter elabora ut fœlicitatem possideas, deplo-
ra peccatum, diligentiam adhibe, cum agricultore iuda. Non si-
net ipse sementis aut messis tempora perire. Non prœteribit ne-
gligenter uindemiator putationū curandæq; alioquí uineæ tem-
pora. Continuis hii se laboribus atq; occupationibus insuefaci-
unt, ut incuria sua nihil inutiliter accidere queat. Mercatores du
rante mercatu, non recedūt: dum perstant nundinæ, ipsi perma-
nent. Mendici quoq; qui multitudinis manū expectant, à statiōe
non abeunt quandiu gratia sperantur. Osi nos hæc omnia refer-
remus ad animū, utinam ita tempori parceremus, utinā ita sem-
per abesset ocium ut semper in opere bono persisteremus. Noli
ergo malis operibus īsistere, noli diffluere uerbis inutilibus, noli
te maculando per detractionē cæteris obesse. Detractores enim
deo sunt odibiles, ut asserit Apostolus. Noli æstimare detractio-
nem non adeo grauem esse, aut non esse peccatū, q; ore solo cō-
mittatur. At audi quid hic dicat Apostolus Detractores deo sunt
odibiles, ut qui damnari merentur. Quo quid grauius aut mole-
stius esse poterit? Si detractionis hæc sequela sit, quid ea peius?
Certe sicut nihil ea crudelius, sic nec peius quicq;. Asperior est
& cruentior ea, lancea quæ sub mortem latus CHRISTI per-
fodit. Lancea illa CHRISTVM tetigit in terra manentem:
detractio siue blasphemia linguæ, cū patre sedentem in throno
transfigit. Illa morientem offendit, hæc regnātem in cœlo lædit.
Minus est CHRISTVM humiliter in terris ambulantē cru-
cifigere, q; in cœlo triumphanti detrahere: minus adhuc morta-
lem, q; modo splendid īllimum & immortalem blasphemare.

Agricultorū, Vindemiatorū, Mercatorū, mēdicorūque diligentia.

Roma. 1. Expo.

Quam atrox uitiū blasphemia?

Multū

Multum deo displicet, multum deo officit qui proximi detractã-
do nomen obscurat. Quanto magis, qui deũ ipsum blasphemã-
do quantũ in se est, lacerare pergit? Blasphemia est uitium, quo
attribuit deo quod ei nõ conuenit: uel ab eo remouet quod con-
uenit. Vel blasphemia est attribuere creaturæ, quod creatori
cõuenit, aut ediuerso. Ipsa derogat excellẽti dei bonitati, derogat
honori. Quod creatoris est, creaturæ tribuit: & quod creaturæ
conuenit, non satis pie refert in creatorem: laudem, gloriam &
honorem dei proprium aufert & ascribit aliis, quæ est in deum
offensa grauissima. Qualiter enim grauius offendi deus poterit,
q̃m si nominis sui tollas honorem: & quod debetur ipsi soli, alteri
tribuas? Quid deo molestius q̃m ut se, nomenq̃ suum inhonorari
uideat? q̃m ut corpus, cor & uulnera, ab impudicis uocibus igno-
miniose tractari cernat? q̃m ut se in testificationem falsi perspiciat
inuocari? Verum o calamitatem temporũ. Tota die iugiter no-
men meũ blasphematur, dicit dominus. Ipse quicquid est boni,
tibi largiter impendit: tu contra, quicquid mali potes, in eum re-
fundis. Ipse cũ filius dei & deus esset, pro nobis homo factus est:
pro nobis, è cœlo descendit in terram: è gaudiis, ad pœnas: pro
nobis esuriit, pro nobis sitiit, paupertatẽ tulit: tulit & pro nobis
flagella, crucẽ, & mortẽ: pro nobis oĩa preciosissimi sui corpo-
ris membra, tormẽtis & flagris exposuit innumeris: caput spinis
asperrimis, oculos & aures, os omne colaphis, manus & pedes
clauis, cor lanceq̃ diris ictibus, totum corpus pœnis acerbissimis:
ut de eo uerissime propheta dixerit A planta pedis usq̃ ad uerti-
cem capitis non erat in eo sanitas: corporis sui sanguinem abun-
dantissime fudit, & animam ipsam dedit ut nos redimeret: & nos
tamen hæc oĩa paruipendimus, blasphemandoq̃ (proh nephas)
abiicimus: sacrificium illud sacrificiorum quod uerũ corpus do-
mini exist̃it, non respicimus: ut nõ immerito de nobis querimo-
niam istam deus instituerit Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem
spreuerunt me. Quam maiorem ignominiam o mortalis homo

Blasphemia de finitur.

Esai. 52.

Quicquid boni habemus, ex deo habemus.

Omnia Christi membra pro nobis perpessa sunt.

Esai. 1.

Esai. 1.

deo

Deus conqueritur de ingratis Christianis. etiã.

deo potes iniurere conari, ꝙ ut ſacratiſſimum nomẽ eius tam irreuerẽter tamq; negligenter accipias? Nomen enim illud, nomẽ ſalutare, nec eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Quid ignominioſius, quid in deum uilius aut indecentius excogitare poteris, ꝙ ut tam turpiter atq; indecore deum & membra ipſius beatiſſima, blaſphemando lacerandoq; cõtamines: dũ deũ ipſum, dũ corpus eius, dũ ſanguinẽ, dũ animam, cor, & uulnera: dũ partes oẽs in uanum iurãdo peierandoq; tam miſerabiliter inculcas? Ouir improbe, ò miſer peccator, quodnam (oro) corporis illius membrum non tibi perpeſſum eſt, quod non tibi dolendo profuit? Expunctus è capite ſanguis, illine & è corde, manibus ac pedibus, immo per corpus omne diffuſus. Portiunculam uel unam illius ſanctiſſimi corporis oſtende, quæ non quicquid eſt dolorum, tui cauſa ſuſtinuit? Vobis itaq; clamat, o blaſphematores abominandi Quid ego uobis ultra facere debui, quod non feci? Fecit quod debuit, fecit & longe ultra. Si deus male uobis feciſſet, quid in eum grauius agere tentaretis? qui modis omnibus beneficentiſſimum tali uerborum enormitate lacerare non pudeſcitis? Vos omnũ animalium, immo rerum omnium eſtis ingratiſſimi. Bęluæ, uolucres, piſces, arbores, plantę, fruges, mare, flumina, ſol, luna, ſydera, cœlum, terra, & omnia quæ in eis continentur, deum ſuo modo collaudant, ut de concordi angelorũ laude nihil dicam. Quod pſaltes affirmans Omnis (inquit) ſpiritus laudat dominũ, Laudant illum cœli & terra, mare & omnia reptilia in eis. Et tu blaſphemator ingratiſſime qui cæteros laudando præires, ſolus obloqueris. Mẽs o feralis, o improbiſſima lingua. Vnde ſingulare dei beneficium accepiſti, an derogabis eidem? Quantũ, quantũ eſt loquendi beneficiũ ſoli homini conceſſum, quo quiduis exprimis, & omnẽ ſenſum tui pectoris alteri declaras? At ideo potiſſimum datũ, ut quod bonũ eſt, proferas: præſertim quod ad dei laudẽ attineat. Iamtu ſi deo non agas inde gratias, an non te tanto dono demõ-

Eſai. 5.

Omnis creatura præter mollũ blaſphematorẽ, deũ laudat.

pſalm. 150.

Pſalm. 68.

Quã præſtat loquẽdi beneficiũ

ſtras

ſtras indigniſſimũ? Soli tibi collatum, non alteri cuiq; animaliũ: & tu dum cætera quęq; laudare non ceſſant, turpiſſime blaſphemas, crudeliſſime maledicis, & uituperas impiiſſime? Membra ipſa CHRISTI ſanctiſſima diſcerpis, ſacramenta illa dilanias & inſaniſſime ſacra quæq; prophanas. Omnia confunduntur, omnia in tetrum chaos uertuntur, deus ipſe abſq; omni timore & reuerentia ubiq; blaſphematur. Q; ſi ueteres hiſtorias animo repeteres, haud tam graue deteſtandũq; facinus uſq; incurreres,
» Sẽnacherib an non eius tibi uenit in mentem? Illum blaſphemũ
» angelus domini non immeritis pœnis affecit. Vna nanq; nocte,
» centum octoginta quinq; millia exercitus illius interemit: & pro-
» prios eius inde filios in necem illius excitauit. Si Danielem ipſe perlegas, ſi pleraq; alia ſacræ ſcripturæ loca: reges fere deprehendes grauiſſimas blaſphematoribus pœnas aſſignaſſe. Prophetarum enim monumenta docent, reges omnes ſui temporis ob id grauiſſime reprehenſos, quotquot dei præcepta uiolari uel honorem euacuari ſinerent: non modo ſi uiolarent aut euacuarẽt
» ipſi. Blaſphemiam Nabuchodonoſori recole, qui cũ ſeruus eſſet
» idolorum, deum ipſum contẽnens, ſeſe nimis arroganter erexit.
» Sacrilegis enim legibus ſui ſimulachrum propoſuit adorãdum.
o. Verum, ipſe quantumuis in hac re delirans, diuino tamen inde miraculo caſtigatus, piam hanc & impendio laudabilẽ honoriq; dei plane congruam legem euulgari iuſſit: ut quicunq; blaſphemiam diceret in deũ uerum, deũ Sydrac, Miſaac, & Abdenago, cum domo ſua penitus interiret: non abludens ab eo quod in lege ſua Moſes ante ſcripſerat Quicunq; blaſphemauerit nomen
» domini, morte morietur. Vnde de blaſphemo filio Salumith
» mulieris Iſraelitidis conſultus à Moſe dominus, ait illi Educ blaſ-
» phemũ extra caſtra & ponant omnes qui audierũt, manus ſuper
» caput eius, & lapidet eum populus uniuerſus. Et paulo poſt, Qui
» maledixerit deo ſuo, portabit peccatũ ſuum. Maledicit deo qui non reueretur nomen eius, maledicit qui non ſatis reuerenter eũ

Sẽnacherib. 4. Regũ. 19. Multi, etiã reges pro blaſphemijs puppibus tulerunt. Dan. 3.

Nabuchodonoſor. Daniel. 3. & diſt. 9. cap. imperatores & 2. ſequentibus 11. 9. 3. Imperatores.

Leuit. 24.

Filius ſalumuth blaſphemus. Ibidem. Ibidem. Expo.

aut partes sui corporis attrectat, maledicit qui iuramentis inanibus nedum periuriis sacerrimum dei nomen attaminat. Tantum apud omnes gentes semper habebat blasphemiæ crimen, ut etiam apud infideles, ethnicos, & saracenos, quisquis deos suos blasphemauerit, inter duos asseres intrusus, ad mortē diiudicatus sit. Sanctus quoq; Ludouicus olim rex Franciæ christianissimus, huiusce modi blasphemis linguā prescindi fecerat. O itaq; Christiani principes, sitis memores officii uestri. Si quidem infideles ita hoc uitiū punierint, quanto magis decebit uos idē ēq; maxime præstare, cum hoc scelus supra reliqua omnia, deo odiosum sit & infestum? Præcipit enim CHRISTVS in uouo testamento Non iurabis omnino, sed sit sermo uester, est, est: non, non: in ueteri uero Non assumes nomen dei tui in uanū, ut nunq; frustra iurare licuisse doceat, iā nullo pacto iurare moneat: ne consuetudine hac permissiue iurādi, frustra falso ue iurare discas. Cuius hæc quæso uerba sunt Non assumes nomen dei tui, uel non iurabis in uanum? Nunquid ipsius dei? Si dei, num parui ponderis aut momenti putatis esse? Putatis deum hæc uerba inaniter præcepisse? Putatis nō eundem deū esse qui loquitur nobis in euangelio, & qui locutus est ante patribus in lege? An ne creditis q pœnam sumit de nobis sicut ab illis ante sumpsit, si præcepta legis eius non integre præstiterimus? si iuramenta frequentemus illicita, & blasphemiis immodeste diffluamus? Est deus ipse, deus Hebræorū, est deus Iudæorū, est & deus Christianorū. Est idē Gallorum deus pariter & Anglorum, est deus omniū. Blasphemiam Hebræorum uindicauit, Iudæorū, blasphemiam uindicauit & Gallorum, aliorumq; hactenus omniū grauissime puniuit: & Anglorū tantam transibit impunitam, qui hic in angulo mundi cōstituūtur? Certe ni corrigamus ipsi nos, ni blasphemare desinamus: non dubium quin ipse nos corriget in tertiam, in quartam, in quintam, sextam, immo in septimam usq; generationem. Filii nostri, & filiorum filii, eorūq; filii, blasphemias nostras ipsi acerbe

Quomodo Ludouicus punit blasphemos.

Matth. 5.

Deut. 20. Exod.

Idē deut. utriusque testamēti.

Deus semper in blasphemos uindicauit.

acerbe luent. Nõne blaſphemi Iudæi conclamando uociferabãtur Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros? Et quid (oro) ſequebatur? Nonne ſãguis ille precioſus qui pro nobis omnibus eſt effuſus: ad ruinam uſq; deuenit eorum, qui tam clamoſe blaſphemabant eundem? Vbi nunc quæſo habitatio Iudæorum illorũ qui tam impie illud clamitabant Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros? An non ille ſanguis in quem inuehebantur, in illorũ capita ruebat? Nonne per omnem undiq; diſperſi ſunt orbem? An non ſunt totius orbis abiecticii? nobis, nobis itaq; blaſphemis, nobis haud chriſtiane uiuentibus chriſtianis, nobis qui CHRISTI corpus integrantes, corpus illud ſacroſanctum impiiſſima uoce laceramus, nobis qui ſacramenta non ſatis reuerẽter & pie ſuſcipimus, nominamus & tractamus, uindictam certe qualem ante Iudæis, infliget. Vereamur ergo fratres in CHRISTO IESV, ne ſanguis ille precioſus qui pro redemptione noſtri fuit effuſus, ne corpus illud glorioſum quod pro ſalute noſtra tam multa tamq; grauia paſſum eſt: uindictam atq; damnationem nobis inferãt, ſi blaſphemiis iſtis & irreuerentiis inſueſcere pergamus. Quare deſines o homo, deſines ab omni blaſphemia, ceſſabis ab iſtiuſmodi iniuria quam ſoles deo turpiter inferre. Vindicans uĩdicabit deus ſe ſuper omnem impietatem tuam: & omnẽ iniuſticiam linguę blaſphematoriæ ſeu detractoriæ caſtigabit. Oh, lingua eorum gladius acutus, ut inquit pſalmographus, lingua detractorum. Acutior illa lingua gladio, lancea penetrantior, omni pugionis cuſpide atrocior, omni ferro ſæuior. Ferro nanq; corpus modo tangitur, per linguam anima cũ corpore ualde grauat, fama maculatur, uita tollitur, & quicquid eſt in homine trucidatur. Percutit ipſa uiuentem, percutit & mortuum: loquentem percutit, & audientem. Nam (quod Bernardus ait) Detrahere, & detrahentem audire: quod horum damnabilius, non facile dixerim. Percutit ipſa præſentem, percutit & abſentem. Non igitur eſt dicendum eam uerborum eſſe leuitatem,

Matth. 27. Adhuc luãt ia dei blaſphemiam eorum.

Timeant blaſphemi uindictam.

Eccle. 5.

Pſalm. 56. Expo. Lingua detractoris ferro acutior.

Bernardus.

ut ponderari curariq; non debeant. Sed ſermo (ut quidam aiũt)
cito uolat, uerbum cito præterit & leuiſſime ſpargitur. Certe le-
uiter auolat, ſed nihilominus atrociter urit: facile pertranſit, ſed
multum ac diu uulnerat: aurem illico penetrat, ſed animo preſſi-
us inhæret: ſubito profertur, ſed difficillime reuocatur. Verba
leuia ſunt in aure, ſed in opere grauiſſima: facile uolant, ſed non
facile uulnerant, non facile uiolant. Etenim uita & mors in mani- R.
bus linguæ. Lingua profecto lingua, ipſamet inquam lingua, p-
pter blaſphemiam & detractionẽ apud inferos exardeſcet. Vis
id exemplo non incerto perdiſcere? Prædiuitem illum epulõem
affer in medium. Hic inter alia membra, linguæ præſertim ſup-
plicia pertulit. Vnde tormentorum iuuamen ab Abrahamo po-
ſtulans, inſit Pater Abraham, mitte Lazarum deorſum ut intin-
gat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam
quæ flammis cruciatur. Ecce linguæ mentionem præcipue facit.
Sed cur de linguæ prſertim pœna conqueſtus eſt? Cur illius ex-
igui membri potius q̃ totius corporis adiumentum impetrare
percupiit? Ardebat cũ lingua reliquũ omne corpus, & tamẽ uni-
us linguæ iuuamen exoptat. Cur id quæſo? Nimirũ q̃ grauiſſi-
me punita eſt lingua. Et quam ob rem ſic linguæ contigit? Certe
q̃ ipſa præcipue peccauerat, & omnino pars illa corporis qua
peccator maxime delectatur, maxime punietur: ſeu ſit oculus, ſeu
lingua, manus, aut quoduis aliud membrorũ corporis: cuius de
licto pœna conquadrabit, iuxta quod ſcribit Quantũ in deliciis
fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Diues hic triplex pec-
catum incurrerat linguæ, dum pauperem iacentem in foribus
irridendo maleq; dicendo præteriret: dum lautioris epulationis,
in qua ſibi nimis exquiſita fercula perquiſierat: dum denicq; detra
ctionis ocioſeq; ſermocinationis, qua menſam nimis largam exu-
beranter impleuit. Hęc autem abominanda detractio famã uio- §.
lat & non raretur extinguit: qua qui ſunt ad honeſtatem com-
parati, nihil habent precioſius. Quod ſi reuoluas antiquorum
hiſtorias,

Verbum cito uolat ſed uerũ in modũ penetrat ac uulnerat.

Prouer. 18.

Lingua apud inferos propter detractionem plectitur.

Luc. 16.

Expo. Epulo cur lingua cruciatur.

Expo.

Apoca 18.

Diues ille tripliciter linguæ peccauit.

Quam diligenter obſeruãda ſit bona fama.

historias, non difficulter intelliges. Hippo nanq; græca fœmina, dum circa littus maris ambulans & à piratis rapta, in q̃ nauem introducta uiolari pertimeret: ad puppim aduolans, sese precipitem in mare dedit, sic mori malens, q̃ fame precium amittere. Hippo.

Lucrecia quoq; singulare quoddam exemplar Romanæ pudicitiæ, dum ui se uiolatam à Tarquinio iuuene perdoleret, noluit ipsa, fama sic deperdita, diutius superuiuere, sed illico secedẽs in specu quodam, mariti sui Tarquinii collatini pugione se transfodit, abunde sic testata, famam sibi q̃ uitam esse chariorem. Sed quid nobis cum hiis externis? Ad nostra ueniamus, in quibus nõ solũ qualis erat famæ cura, monstratur, sed & quorsum ipsa pertigerit. Macharius ille sanctus cum maledicus quidam probrum in eum iaciens, inertem & infamem asinum appellasset, patienter omnia tulit. At cum fœtidum hæresis crimen obiecisset, conuiciũ repellens, mentiris inquit. Quam uelut impatientiam cum quidã admiraretur Hoc mihi solũ (inquit) uertitur in infamiam: quam ferre nec debeo nec possum. CHRISTVS etiam (ut in hiis minoribus non immoremur) qui fuerat in omnibus alioqui patientissimus, cum Iudæi dicerent Dæmonium habes, In principe dæmoniorum hic eiicit dæmonia, Ecce homo uorax, potator uini, peccatorum & publicanorum amicus, cum tentaretur à diabolo, à seruo percuteretur, & alia multa sustineret: hæc omnia patientissime tulit: ut quę se solum & humanitatem suam attingebant. Sed cũ post alia dæmon hanc conditionem obtulisset Hęc (inquiens) omnia tibi dabo si cadens adorauerisme: hanc totius trinitatis iniuriam, immo blaspemiam noluit ultra sustinere: sed uade (ait) Satana, dominũ deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Tui non est adoratio, sed dei solius: cuius blasphematricem hanc uocem tuam ferre non possum. Tanti est fama bona, ut nec eam sibi negligẽdam CHRISTVS arbitretur. Tanta debet esse cura famæ simul alienæ, ut si quis excommunicatus ad sacerdotem qui nec ignorat, accesserit gratia communionis habendę, Macharius. Christus. Luc. 7. Matth. 9. Matth. 11. Matth. 4. Ibidem. Nec Christus autor esse uoluit infamie.

modo

modo plebẽ lateat, ob infamiã tamẽ euitãdam admittet. Sic enim Iudam CHRISTVS admisit in cœna, quem mortali peccato nouit esse subiectum, sic sibi suũ corpus administrauit. Sed quia populo fuerat id ignotũ & Apostolis, ne cuius peccatũ adhuc erat occultũ, cũ publicitus infamaret, à cõmunione cæterorũ haud repellere uoluit. Tantam (ut uides) famæ aliorũ curam CHRISTVS habuit, ut nulli neq; suã nec alienam despiciendã ostendat. O quantam Apostolus diligentiam impendit, ne culpabilis inuenirentur ut sua fama uilescceret Expedit (inquiens) mihi magis mori, ẽp ut gloriam meam quis euacuet. De hiis igitur qui famã nostram lædere conantur, cum propheta dicere possumus Tota die exprobrabant mihi inimici mei. Recte uocat inimicos, qui conuiciando uel exprobrando, famæ notam inurere contendũt. Quales erant inimici CHRISTI crudeles illi Iudæi, clamitantes Vah qui destruis templum, & in triduo reędificas illud. Alios hic saluos fecit, seipsum non potest saluũ facere. Discipulis item eius obiiciebant Quare cũ publicanis & peccatoribus manducat magister uester? Ad se peccatores ipse recipit. Hæc & hiis similia probra iecerunt in eũ, ut è recto tramite pertraherent in obliquũ, ut è summopere laudabili in suũ traherent improbissimum. Et quia non hac succedebat, aliam aggressi sunt uiam huic omnino diuersam: quia ubi conuicium aut detractio nihil potuit, adulationis machinas subinferunt dicentes Magister, scimus q uerax es, & uiam dei in ueritate doces. Mos hic peccatorũ est omnũ, ut qui quos iniuriis à recto proposito flectere non possunt, artibus & blandiciis auertant. Nunc minas, nũc irrisiones, nunc conspirationes & obprobria: nunc autẽ preces & laudes omniquaq; multiplicant: sæpe se fingunt amicos qui reuera sunt inimici, sicut hic eosuerissime propheta uocat. Quorũ adulationibus ne patefacias aures, alius alibi propheta monet, inquiens Populeus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Syrenũ cantus euitandi nautis ut enauigẽt, piscibus escæ ne prendãtur hamis. Nec minus

Apostolus. 1. Corin. 5.

Littera. Expo.

Iudæorũ conuicia in Christum. Matth. 27. ibidem. Marci. 2. Luc. 15.

Matth. 22. Iudæorum in Christũ assentatio.

Adulatio quãtum noceat. Esai. 3.

V.

Y.

X

minus adulatorum uerba nobis, ne protinus inescati, pereamus.

Est nimirū adulatio, fallax uerborū deceptio sub amicitiæ spe-
cie, est artificiosa locutio figurā habens honestatis ac amoris, sub
qua arte circūuentionis atq; odii uenenum occultatur, & auditor
decipitur. Profert adulator solū placitura, grata profert ac sua-
uia: quibus auditorē illiciat, quibus fauorem incat, & emolumen-
tum acquirat. Hæc autē adulatio non absurde comparatur oleo,
quod cū sit molle, lene, & suaue: tamen inficit & corrūpit, ubi pe-
netrat. Vides id in uasis, quæ penetrantur oleo recondito. Pari
forma uox adulatoria mollit, lenit, oblectat, sed & corrumpit si
quorū aures adintret. Viæ quibus affectat ingressum, hæ sunt,
subdola cōmendatio, fallax excusatio, improba sui iactatio, & ali
orū uituperatio iniusta. Te cōmendat in omnibus, ut tibi place-
at: excusat si qua male perpetres, magnifacit amicos ac notos tu-
os: si quos oderis, hos ipse uituperat, ut hac assentatiōe te sibi pe-
nitus adiungat. Istā adulationis impostūram, non solū homo qui-
dem ab homine, sed à rebus item aliis homo patitur. Adulatur e-
nim homini homo, mundus, caro, diabolus. Nam peccator cum
(spiritu intus operante) se conuertat ad deū præteritæ uitæ pœ-
nitens, & præsentem miseriā futuramq; consyderans, dolendo,
lachrymando, gemendo: tūc profecto, tunc grauiores illico ten-
tationes insurgunt, tunc impedimenta plura q̄s prius emergunt:
nunc hominis, nunc mundi, modo carnis, sæpe diaboli. Diabolus
non coram in sua specie sed per homines alios tibi notos & pro-
ximos consanguineos & domesticos obrepit. Dū tu te paras ad
dolendū pro peccatis, accedentes amici mundani & consangui-
nei dicticāt, heus quid agis amice? quid te dolendo maceras? cur
lætum ex more uultū immutas? Quæ uoluptas est, quanta pars
huius uitæ ut uersere nobiscum amicis tuis? ut ſociere, ut ioceris,
colludas & colloquaris nobis, ut tripudia agas, ac tempus iucun-
ditate insumeres? Quare maiestas tua, dominatio tua, reueren-
tia tua, tua uirilitas ageret hanc pœnitentiam? Quid adeo tristis

Adulationis definitio.

Adulatio oleo similat.

Adulatorū cōditiones.

Quatuor adulantur homini.

Amici etiam a pœnitentia impediunt.

Quam pernitiose adulātur amici?

es? Sic tu tibi nocebis ipsi, sic spiritus ipsos uitales infirmabis, sic oberis isti corpori, sic uitam ipse tuam decurtabis. Vide sodes, uide quæso ut macer es, ut pallescis: uide quàtillo tempore totus pene emacruisti. Emarcuit illa prior habitudo corporis, decor omnis euanuit. Hæc abstinentia, ifte dolor uisum lædet, stomacho nocebit & appetitum omnẽ abripiet, te perdet & occidet. Currere uolentem ad deũ per ueram pœnitentiam, sic isti retrahunt amici. Post hunc caro subingreditur, non quæ palam loqui possit, sed quæ se per motus meos insinuet, per stimulos naturales: dũ sensualitas rationi, dum corpus animæ reluctatur. Ipsa pro se incipit adulari, ipsa delectationes suas obtrudit. Q; bonũ (inquit) est ac delectabile ut edas, ut bibas, ut commessationibus & crapulis indulgeas, ut edormias, diu cubes in pluma, puluinari q; quiescas? Quantum oblectationis ac uoluptatis habet, ut carnaliter, licẽter, ac luxuriose uiuas? Tunc mundus haud partium suarum obliuiscitur, q; gratum (inquiens) est ac suaue, q; q; gloriosum ut honores & diuitias, ut fãmam & gloriam allequaris: ut in autoritate magnificentiaq; stauaris: ut numero stipatorũ comitatuq; sequentium adorneris? ut omnibus mundi huius rebus atq; oblectaminibus abundes? Oh, quales hii sunt amici? An non potius sub amicorum specie graues inimici? de quibus ibi scribit Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt? Si uoces amicos, fictos & fallaces simul appella: qui seculari mũdanoq; more, quandiu carnaliter ipse uiuis, aderũt: ubi cõuerteris ad spiritum, procul auolant. Si quando cœperis à uitiis abhorrere, si cõmissa deflere, si spiritum cõtribulatum & cor contritũ habere, si pœnitendo mouearis ad lachrymandũ: tum diffugiunt, tum irrident, insaniunt & impugnant. Eo sæpe uitiũ istud euadit, ut uir uxorem à ieiunio deterreat, ab oratione, à cõtẽplatione, cæteris q; uirtutibus & benefactis abducat: uxor uirũ exclamando retrahat, ut abstinentias, peregrinationes, eleemosynas, litterarum & uirtutũ studia, cunctaq; bona opera amicus

Caro impedit a pœnitentia.

Mundus a pœnitendo remouetur.

Psalm. 37.

Necessarij se mutuo seducunt.

amico

amico dissuadeat. Sic pater filium, sic mater filiam, sic parẽtes liberi, consanguineus consanguineũ, affinis affinem, amicus amicum: sic uicini uicinos plerunq; seducũt. Alteri sunt alteris impedimento quo minus ad deum aspirent, alteros alteri perpellũt ad diabolũ, sanctis mutuo propositis obsistũt, ut iniqua prouehant.

B. Cur (inquit alter alteri) tu ieiunas? cur te macilentum efficis? cur graue quicquã pateris: qui dispensatiõem habes, aut habere potes, qua dispellas omnem ieiunandi patiendiq; necessitatem? At ego tibi dico, q; nullus in hoc sæculo, nullus tecũ dispensare queat, ut tu per uoluptatem, gaudiũ, & quietem, ad cœlum ascendas: ut sine pœna, citra pœnitentiã aut absq; lachrymis & contribulationibus ad æternam uitam properando pertingas. CHRISTVS enim in scriptura Nisi pœnitentiã (ait) egeritis, omnes simul peribitis. Et Apostolus aperte pronunciat Non est regnũ dei esca & potus. In potibus atq; escis, in iocis & tripudiis, in cõmessationibus & crapulis, in sodaliciis & mundanis alioqui uoluptatibus non consistit gloria cœlestis. Ista non affectant uiã ad cœlũ, sed sola pœnitẽtia, uigilia, sitis & inedia, paupertas & miseria uoluntaria. Oportet (inquit CHRISTVS) oportet per multas tribulatiões intrare regnũ dei. Oportet & CHRISTVM pati & sic intrare in regnum dei. En tibi uiam quæ perducit ad gloriam. Nemo potest in hoc sæculo gaudere & regnare cum CHRISTO. Non dico quin possit deus ex absoluta potentia peccatorem absq; pœnitẽtia seruare. Sed quis huic se casui temere committet? quis animam suam tam anceps discrimen subire, aut ita periclitari sinet? Potest deus potest hac sua absoluta potentia seruare infantem non baptizatum, potest & eadem potentia, damnato Paulo, seruare diabolum. Cæterum adeo se nolle decreuit, ut cum sit ipsa ueritas, haud aliorsum ibit. De hac potentia dei humiliter ac parce loquendũ. Potentia certe quanta est, terreni regis huc se porrigit, ut malefactores ac noxios uitæ restituat, quos suę leges morte dãnarunt. Sed ob id nemo secure uiuat.

Nulla dispensatio absque pœnitentia ad cœlos ducit.

Luc. 13.
Rom. 14.
Expo.

Act. 14.
Luc. 24.

Hieron.

De absoluta dei potentia per eius loquendũ.

Quousque se extendit potestas terreni regis.

uiuat. Nam iustícia regis utut potest, semper animaduertet in iniustos. At ut illa sit flexíbilis & uariabilis, iustícia profecto dei manet immota: quæ se manifestabit in die furoris, iræ, & iusti iudicii dei. Quid ergo tum de hiis amicis fiet qui nō modo nō bene faciunt, sed & benefacturos impediunt: qui suadentes iniqua, dehortantur ab hiis quæ sunt rectíssima: qui multa disquirūt impedimenta, permultas difficultates affingūt per quas à bonis institutis auocent: qui mouentes ad abominabília terrę desyderia, cœlestia dissuadent? Noli igitur eos imitari qui tibi persuadere uelint, non opus esse ut pœnitentiam agas. Noli fidē habere quātumuis te probum uirum esse affirment. De hiis diligenter caueto qui huiusmodi impedimenta, qui huiusmodi moras, dispēdia, auocamēta: cæterasq; id genus detestandas persuasiones tibi opponunt: cum reuera hii sunt de quibus hic propheta loquitur

Littera. Tota die exprobrabant mihi inimici mei, subdens Et qui laudabant me, aduersum me iurabāt. Qui iurabant (inquit) aduersum me, hoc est, qui coniurabant in me, ut me uel reprehendendo uel adulando deflecterent ab honesto: primū ingerunt obprobria, si quod nolunt, fecero. Si per ea non profecerint, adulationi pestilenter incumbunt. Probiorem ac sanctiorem esse prædicabūt ęi ut sit opus ieiunio, oratione, uigiliis ac contemplationibus. Si pergam ego talibus insistere, cur (inquiunt) sic agis? cur te is perditū? Tu bonus es uir, tu sanctus, tu dei filius, deo tu prædilectus. Quadrat pœnitentia peccatorībus, non electis, nō tui similibus. Eccam adulationem execrandam, eccam pestiferam assentationem & inusitam linguæ persecutionem: quæ deū ab homine, quę hominem à deo alienare contendit. Quam qui frequentant, uolunt amici uideri: & sunt profecto nonnunq; affines & consanguinei qui sic dehortantur ab omni pœnitentia, qui sic ab omni bonitate dissuadent, trahentes ad peccata. Verum ipsi sunt, de quibus scribitur Molliti sunt sermones eius, & ipsi sunt iacula. Initio molles sunt adulando, sed in obloquiū mordendo desinūt, mentiendoq;

D.

Expo. *Aduersa adulatoram.*

Affines etiam & consanguinei dehortātur a pœnitentia.

Psalm. 54. Expo.

mentiendoq; deperdunt. Nam qui tã facilem in cœlos acceſſum ſibi fingũt, fallunt ipſi, fallereq; niuntur alios. An aliã etenim uiã
E. inuenient q̃ qua CHRISTVS aſcendit? CHRISTVM autem (ut iam præſcripſimus) oportebat pati & ſic intrare regnũ dei. Oportebat, inquit, non q̃ alia ſibi non pateret in cœlum adi-
tus, non q̃ CHRISTO ulla ingrueret neceſſitas: ſed in exemplum & doctrinam noſtram. Si nouiſſet aliam uiam nobis aptiorem, eandẽ (haud dubiũ) iniiſſet. Potuerat citra pœnã omnimodam, potuerat per uoluptatem in cœlum aſcendiſſe; ſed non cõuenit ea uia nobis, potuerat per oblectamenta ad ſuperos commigraſſe, ſi ea recta uia uiſa foret: potuerat hic illecebris indulſiſſe, ſi id quidem ſatis fuiſſet: ſed illuc per uarios cruciatus & afflictiones profectus eſt, ut nobis palam faceret, ſi quod iter magis compendioſum extitiſſet, ſe id quoq; nobis patefacturũ. Per tribulationes igitur aſcendit, ut nos ea uia ſequeremur. Sic enim ſecuti ſunt diua Maria, Apoſtoli, martyres, cõfeſſores, uirgines, omnes ſancti: per quos poſt CHRISTVM uia demonſtrat qua ſolum abitur ad aſtra. Si qui contra doceant, ſi contra ſuadeant, audi quid propheta moneat ut ab hiis præcaueas, Molliti ſũt
ſermones eius, ſed ipſi ſunt iacula. Acrius enim perſuaſiõe ſua q̃
iacula, leduntur. Quam ob rem propheta dicit Qui laudabant me,
qui multa mihi bona blandiendo tribuebant: aduerſum me iurabant, totis in me uiribus coniurabant & eluctati ſunt, ut à piis ac
F. ſanctis inſtitutis me reuocarẽt. Sed nulla res, nullus amor, te ſeuocet a deo uere pœnitentẽ: nõ amor patris, non matris, non amor coniugum, fratrum aut ſororum: non ſodalium aut conſtituentiũ, non carnalis amor ullus aut naturalis: non exprobratio, non adulatio, nulla perſuaſio, nullæ delitiæ pœnitenti ueritatem tibi ſubtrahant aut diſſuadeãt. Eunti ad CHRISTVM, ad pœnitẽtiã, ſi quis parentũ, cõſanguineorũ, aut affinũ obſtet; recordare tum quid tibi CHRISTVS indicet Non ueni, inquit, pacem
mittere in terram ſed gladium, Veni ſeparare hominẽ aduerſus patrem

Luc. 14. Expo.

Cur oportebat Chriſtum pati.

Pſalm. 54.

Literra.

Nihil te a deo deuocet.

Matth. 10. Expo.

Deus gladiũ alij quando inter amicos mittit.

patrem ſuum, filiam aduerſus matrem, nurũ aduerſus ſoerũ ſuã: & inimici hominis domeſtici illius. Quid ita domine? cur ita facis? An tu qui deus pacis ac dilectionis es, natura coniunctos ita ſeparas? Certe ſi conentur ipſi nos à deo ſeparare, tu ſeparabis, etiam coniunctos. Nam qui amat patrem (inquit) aut matrem, filium aut filiam plus q̃ me, non eſt me dignus. Pater ante nobis alienandus, q̃ CHRISTVS offendendus. Iam nulli tam facile nos auocãt à deo q̃ affines & conſanguinei, q̃ fallaces amici, qui nobis familiares & domeſtici ſunt. Sæpius hii uerbis ſuis, ſæpius deſyderiis ac ſuaſionibus iniquis, nos à deo ſeparant: ad carnem autem & diabolum illiciunt. Diabolus enim quos arte laboreq̃ uincere non poteſt, per domeſticos ad peccatũ inſtigat: per quorum blanda uerba talem uim amoris exprimit, ut tanq̃ in retia ſponte pertrahat. Sic Eua per diabolum ducta pellexit Adamum, cui fuit uelut inſtrumentum quoddam mali. Sic in CHRISTI paſſione diabolus uxorem Pilati ſibi conquiſierat, ut per eam, paſſionem illam ſalutiferam impediret. Verum itaq̃ quod CHRISTVS ait, Inimici hominis domeſtici illius. Non eſt inimicior quiſq̃ q̃ ficticus amicus amico, q̃ cognatus cognato, ſanguis ſanguini, pater filio. Obiicies, quomodo poteſt hoc fieri? An tanta labes inter ſanguine propinquos euenire poterit, ut animis ita diſiungantur? Certe. Quis enim citius ad diabolũ abit, q̃ per filiũ pater, aut per patrem filius? Pater filio quærit, extorquendo, rapiendo, modis omnibus ad ſe trahendo: tantum ut diuitem & potentem relinquat filium. At hæc utriuſq̃ corruptela fit ac perditio. Nec raro uir per uxorem perit, aut uxor per uirum, dum mutuæ uoluptati nimis indulgent, dum alter alteri diſplicere non audeat, dum alter in alterius gratiam deum ad iram irritare non formidat. Sic plerunq̃ fit, ut marius penitus pereat, dum uxori ſuæ nolit incõmodare: & rurſum uxor, ut marito rem gratam faciat. Sicq̃ uir ob uxoris amorem ad inferos ſe trudit: & uxor ob amorem uiri. Quam ob rem tu, quem uere pœnitet,

Matth. 10.

Præſtat deſerere amicũ quã deũ offendere.

Diabolus quod ipſe nõ poteſt, id per hominũ amicos ſuadere tentat.

Eua inſtrumẽtum diaboli.

Vxor Pilati.

Matthæ. 7. Expo.

Nemo citius ad inferos ducit, quam amicus amicum.

diaboli

diaboli cauę fallacias, cauę carnis illecebras, ne te quis amor à deo ſeparet: cauę ut naturalis affectus imponat. Vir, nō te ſeducat uxor, nec te uxor uiri fallant illecebræ: nō ulla conſanguinitatis aut amicitiæ captio peruertat. Sic uiuas ut cum Apoſtolo uere dicere poſſis Neq; mors neq; uita neq; inſtantia neq; fortitudo aliquā, me ſeparabit à deo. Si ſpiritus pulſet cordis hoſtiū, aperi: ſi te uocet ipſe, reſponde: ſi ſpiret ſpiritus, aſpira: ſi te inuitet, applaude. Memento quid tibi, quid omnibus Apoſtolus iniungat Nolite extinguere ſpiritum: nolite ſpernere prophetias. Si te ſpiritus intus alliciat, aſſenti: ſi uocet, accurre: ſi quid imperet, adimple. Si quis aliorſum inſtiget, ſi quid cōtra moueat: omnino deuita. Si conueniant amici, ſi proximi concurrant, ſi cōuolent affines ac conſanguinei: ſi derideant, ſi impetant, ſi adblandiantur, ſi interminentur: audire nolito dum uana loquuntur & impia ſuadent carnaliaq; ſuggerūt, ut animam diabolo nā acquirant. Talibus acquieſcere noli, talibus noli reſpondere quomodocunq; te ſtimulant, utut urgent ne declines ad dexterā neq; ad ſiniſtram, ad dexteram adulationis eorum, neq; ad ſiniſtram detractionis, ſed fortiter ac ſtrenue reſiſtas. Siquidem nemo coronabitur, niſi qui legitime certauerit, ut inquit Apoſtolus: & CHRISTVS Qui perſeuerauerit (ait) uſq; in finem, hic ſaluus erit. Quiſquis ergo peccatum incurriſti, qui non obſeruaſti præcepta dei, nihil obſtet quin te cito pœniteat: & noli tardare ad emendandum ac redimendum ſcelera tua: ne tardes conuerti ad dominum deum tuum, & ne differas de die in diem. Nam ſubito uenit ira eius, & in tēpore uindictæ diſperdet te. Ergo quicunq; te moleſtabunt, tu fortior inſurge, & certum iter ingredere: quo perducaris ad dominū. Ne omittas igitur pœnitentiā agere, ne omittas ſaccum & cilicium induere, nō ſit tibi durū cinere inſpergi, humi humiliter proſterni: cæteraq; ſeuerioris uitæ exercitia perficere. Ad quæ præſtanda, huius pœnitentis prophetæ exemplo, ſatis liquido admoneris, ubi ita de ſe ſcribēs ais

Roma. 8. Pulſat ſpiritus aperi.

1. Theſſa. 5. Expo. Ne extinguat ſpiritum uella admoneri.

Prouer. 4. Expo.

2. Timo. 2.

Matth. 10.

Ne tardet pœnitētiā agere. Eccle. 5.

m. Quia

Vers. 10. QVIA CINEREM TANQ; PANEM MANDV- K.
CABAM ET POTVM MEVM CVM FLETV ,
Imperitentes parentes sub sannant. MISCEBAM. Conquestus est antea propheta q; mali mũda- ,
nique uiri, sic exprobrarent, detraherẽt, & maledicerẽt sibi, q; uo- ,
tis suis obstarent, nunc insidiose quidẽ adulando, nunc uero per- ,
Littera. uersissime coniurando: iã causam indicans adiungit. Exprobra- ,
Expo. bãt (inquit) mihi inimici mei, quia cinerem tanq; panem man- ,
ducabam. Exprobrabant atq; illudebant mihi carnales isti, mũ- ,
danicq; peccatores: q; illorũ uitæ uita mea dissona fuit ac impar. ,
Illi iocis & deliciis omnino dediti, ego castigationi carnis atq; af-
Sapien. 2. flictioni corporis: illorũ ista uox Venite fruamur bonis quę sunt, ,
utamur omni creatura, uino pretioso & unguentis optimis im- ,
pleamus nos, & non prætereat nos flos temporis nostri: mea ue- ,
Psalm. ro Cinerem ego tanq; panem manducabam, & potum meum cũ ,
fletu miscebã: edaces illi, potores, lusores, & omnifario luxu dis- ,
fluentes: ego uero abstinentiæ, contemplationi, atq; omnimodis
pœnitentiæ generibus me addixi. Et quia propheta pœnitens L.
sequi noluit & uiis illorum acquiescere, cõtemnere cœperũt atq;
Sapien. 2. inuidere, dicentes illud sapientiæ Grauis est hic nobis ad uiden-
Expo. dum, dissimilis est nobis uita illius, immutatæ sunt uiæ eius. Gra- ,
Mira peccato- rum conuersio. uis est nobis, quia non est iocundus & conuiua suauis, non est cõ- ,
gerro affabilis, non sodalis, non homo omnium hominum & ho-
rarum: congredi nescit aut conuiuere, cõpotare coẽpulariq; non
uult: stolidus est, non est bene moratus, nõ educationis honestę.
Dissimilis est nobis. Vah itaq; uah, ualeat, in malam rem abeat, ,
Sodalitas eo probatior q; non interfit, nos tanto peius habemus
q; illum aspicimus. Immutatæ sunt uiæ eius, mutauit uitam, muta-
Expo. uit mores ac conuersationem. Immutatæ sunt uiæ illius, olim ha- ,
bebatur haud instrenuus combibo, at nũc nescio q; uitricam ui-
tã cœpit degere. Quare, non abs re uere dicerẽt Immutatæ sunt
uiæ illius Cum paulo pridem constaret eum fuisse unum è maximis
totius orbis peccatoribus: ut nõ multo post, unicũ erat & singu-
lare

gulare omnium pœnitentiũ exemplar. Ex hiis uidere licet, quæ
lia uere pœnitentibus imputans impœnitentes obduratiq; pec-
catores. Malam isti uitã demutare fugiũt, illi feliciter immutãt.
Miranda enim immutatio mirarida, ut cernas peccatorem immu
tat. priori uita ad resipiscentiam refugere, pertæsumq; sceleris
sui, ad salutarem pœnitentiam tanq; ad asylum properare. Quid
M enim admirabilius q; cernere qui fuit ante superbus, insolẽs, idu-
ranus: ut nunc fiat humilis, cõstans, & modestus? Quid magis mi-
rum, q; ut qui prius iracundus, furiosus, inuidus & malitiosus: ut
nunc repente patiens, tacitus, gratiosus atq; mitis? Quid maioris
admirationis, q; ut qui bibax ac ingluuiosus: nunc abstemius &
sobrius fiat? qui lubricus & intemperans, iam castus ac pudicus:
qui sœuus ac immitis, nunc mitis & misericors: qui rapax prius &
auarus, nunc liberalis & munificus: qui mũdi sectator & amicus,
nunc ipsius dei fiat amicus atq; angelorũ? qui diaboli filius & ge-
hennæ, nunc dei filius ac gratiæ esse incipiat? O mutationem ad-
» mirabilem, sed & sanctam. Hæc mutatio dexteræ excelsi, an nõ?
Certissime. Num hæc ipsa mutatio dexteræ excelsi, ut quis ab eo
nunc subito abhorreat, quod antea summopere diligebat? nunc
subito & id apprime diligat, quod omnino fugiebat? ut è carnali
spiritualis subito & ex imperato resurgat? ut subito defleat, quo
» totis uitæ diebus condelectari sueuit? Hæc mutatio dexteræ ex-
celsi. Non homo potest hoc facere, non ullum hoc ingenium in-
uenire, nulla uoluntas exequi, sed nec diligẽtia perficere potest.
N. Solius id est dei, solius gratiæ, solius spiritus. Habet enĩ spiritus
» eius & fluẽt aquæ, ut alibi ꝓpheta dicit. Spiritus eius. Cuius eius?
Cuius spiritus, cuius flatus aquas effundet seu fluere faciet. Nimi
rum dei spiritus, ille spiritus de quo sic in hodierno legitur euan-
» gelio. Ductus est IESVS à spiritu in desertum. Hic enim ille
spiritus est qui multa ac magna facit, & operatur mirabilia. Hic
quæ de se difficilia sunt atq; ardua, facilia facit & tractabilia. Hic
multa sublimia, hic alioquin incredibilia imo nec ex se possibilia,

Mirum, peccatoris conuersio.

Psalm. 76. Dextera dei, cõuersio peccatoris.

Psalm. 147. Expo. Spiritus multa ac mirifica operatur. Matth. 4.

plane perficit. Hic de nihilo creat omnia, deperdita subrutaq; re staurat, ruinosa & decidua reparat, uetera reniouat. Hic hominũ mentes immutat. Hic alienat à mũdo ut ad dominum conuertat. Hic per amorem deo copulat, illuc affectus eleuat & ibi fixos asseruat: illuc in spiritu rapit & ibi retinet: peccatores, hoc est, æternæ uitæ mortuos, ad gratiæ gloriæq; uitã suscitat, suscitatos in ardore uirtutis & dilectione bonitatis affigit, stabilit, & confirmat. Hic dei spiritus est, hoc opus illius. Q. Triplex spiritus, mũdi uidelicet, corporis & dei.

Q. si spiritus huius naturam & proprietates aliunde uelis addiscere, mundi spiritum, id est uentum, & spiritum corporis, hoc est, animam inspice: ut aliquantam inde noticiam huius elicias. Ventus (ut uides) adeo tenuiter, adeo subtiliter afflat atq; penetrat, ut ubicunq; uel minimũ foramen aut rimã inuenerit, nihil obstiterit quin statim adintret, statum repleat & abunde recreet. Spiritus corporis, id est, anima per uenas, per neruos & arterias, immo per partes omnes corporis, ita subtiliter & occulte se diffundit: motum, uitam, sensum, affectum, atq; intellectum administrando, ut hoc esse clare uideas: sed qualiter aut unde, non tã certo percipias. In hunc utrinq; morem sanctus ipse spiritus operatur. Hic spiritus penetrat, hic spiritus intrat, replet, arefacit: hic spiritus humectat, pullulare facit & excrescere. Hic spiritus purgat, emundat & purificat: hic spiritus uegetat, uiuificat & uigorem præstat. Mirabili modo iste spiritus penetrat, subtiliter intrat, opus omne suum impercepti bili modo perficit. Si quid gratia uirtute q; uacuum, adimplet: si sit aridum, humectat: si sordidum & impurum, purificat ac emũdat: si caducum & moribundum, uegetat, expergefacit, & reuiuiscere facit. Vbicunq; foramen, hoc est, affectum cordis aut cõscientiæ cernit apertum, illico subintrat, replet, exhilarat & confirmat: motum rectæ intentionis, sensum contritionis, uitam operationis bonæ, & intellectum salutis administrans. Subtiliter & occulte spiritus hæc omnia facit. Spiritus ubi uult spirat, sed nescis unde ueniat aut quo uadat: tam subtilis & impercepta est eius operatio.

Spiritus mundi.

Spiritus corporis.

Spiritus dei.

Ioan 3. Expa.

operatio. Q̃ mirifice quæſo ſpiritus hic operabatur in Dauide rege? in Maria magdalena? in beato Petro? q̃ ſubtiliter in electo Latrone? q̃ imperceptibiliter in beato Paulo? Hii nanq; ſubito ſunt in melius mutati, hii ſubito cõuerſi, de uiris malis in optimos ſubito uocati, in deũ à mundo ſubito correpti, ſpirituales ſubito facti, ſubito ſancti, ſubito domeſtici & amici dei cõſtituti. Ex quo precor autore niſi ſpiritu, de quo loquimur? Is ipſe ſpiritus eſt de quo (ſicut dixi) meminit euangelium hodiernum: qui duxit IESVM in deſertum, pœnitentiæ dico deſertum: quod IESVS idcirco ſubiit, ut ſubeundi nobis uiã primus adaperiret. Nihil enim egit ipſe cuius pœniteret, nos multa, pro quibus ipſe doluit. Quare nos etiam peccatores ipſe ſpiritus adducit in deſertũ pœnitentiæ: ut pœna debita, peccata deleamus. Quod & ſubito facit acuia nobis ignota. Vis ultra uim atq; operationem huius ſpiritus introſpicere? Exemplo perdiſce quod alioqui uix poteris. Cerne citharœdũ. Nõ hic ab una chorda unius ue chordę gradu cantum omnem inchoat, ſed ordinibus uariis & gradibus diuerſis: nũc has, nũc illas chordulas uarie attingens, uarios item ſonos ac multiplices efformat: modo fa modo my, modo obtuſum modo acutũ: nunc ſummos nunc imos, nũc graues nunc acutos, modo perfectos nunc imperfectos. Sic è uariis diuerſarum fidium tactionibus, fit aliud atq; aliud melodiæ genus, fit alius atq; alius harmoniæ concentus, & miſcet diſcordes, imperfectos ſonos & perfectos, unde ſuauiſſima emergit melodia pariter & ſymphonia. Sic ſanctus reuera ſpiritus admodum uaria atq; uaria tanq̃ ſuo tactu producit opera, uarias tanq̃ è uariis chordis uirtutes in generat. Aliquando diſcordem quendam ſonum, mox aſſonum ſed imperfectum, deniq; perfectum ædit, unde conſonantia melodiaq; procedit. Ordiur interdum tanq̃ à diſſono ac diſcordi, quando peccatorem ſiſtere facit ſuiq; meminiſſe & abominabilis ac deteſtandæ uitæ, ut eam quodammodo relinquere ſtudeat & gradum firmare faciat, ut uelut è dubia ſuſpenſaq; ſententia pen-

Q.

Matth. 4.

Vt citharœdus chordas, ita ſpiritus ſanctus hominũ corda tangit.

Spiritus ſanctus uarie tangẽdo corda hominũ uaria operatur.

deat, quid aut quomodo facere oporteat. Rursum tangit, sed adhuc imperfecte: quãdo dolere facit ac lamẽtari quod deliquerit, & male turpiterq; uitam exegerit. Rursum ita perfecte tangit, ut peccantem à peccato reuocet, in honesta perfectaq; uita stabiliat, & in deum amoremq; dei salubriter inflammet. Sic uarie tangendo corda hominum uarie & uarie operatur: uarias & uarias perficit uirtutes. Huius cor tangens, ad orationem & gratiarum actionem adigit: illum, timere, dolere, secq; ipsum facit accusare: hunc, pium, humilem, contritum, & contemplatiuum efficit: illum, in charitate, in castitate, puritateq; uitæ stabilit: aliũ denicq; alia atq; alia uirtute confirmat. En spiritum, en operationem eius. Hęc enim omnia operatur unus atq; idem spiritus: sicut unius oris aut gutturis flatus, alios ac alios sonitus reddit, uarias harmonias concentusq; suaues efficit: ita hic spiritus ex mera benignitate sua alia atq; alia gratiarum dona elargitur. Hic ille spiritus est de quo CHRISTVS in euangelio Cum uenerit spiritus, quem ego mittam uobis, ille arguet mundum de peccato, de iustitia & de iudicio. Hic est spiritus qui Ioannẽ Baptistam, hic qui IESVM CHRISTVM duxit in desertum. Vocat hic quotidie peccatorem in desertum pœnitentiæ, ut illic esurire, sitire, uigilare, orare, contemplari, in orationeq; durare discat. Hic qui direxit omnes sanctos, qui locutus est in prophetis omnibus. Ipse Niniuitis in Iona prophetã clamãs Adhuc quadraginta dies inquit, & Niniue subuértetur: qua uoce traxit eos ad pœnitentiam, per quam salui facti sunt. Duxit iste spiritus Mariã ægyptiacam in desertũ, ubi septendecim annos sub ea pœnitentia uixit, ut solis herbis & radicibus interea uictitaret. Traxit hic spiritus ad resipiscentiã Mariam magdalenen, traxit ad prioris uitę correctionem, ad gemitus & lachrymas: traxit in desertum, ubi triginta perpetim annos inter rupes ac uepres uerissimam exegit pœnitentiam. Beatum itaq; Hieronymum spiritus iste uocauit ac pertraxit in desertum, ubi neq; uinum aut syceram sed unicam aquam

1. Corin. 12. *Spiritus sanctus ad modum flatus operatur.*

Ioan. 16. *Opera spiritus sancti.*

Spiritus uocat in desertũ pœnitentiæ.

Iona. 3.

Maria ægyptiaca

Maria magdalena.

Hieronymus.

aquam deguſtauit, ubi ſemetipſum ſub acri diſciplina correctione q̄, ſub cinere & ſacco cōtinuit, ſæpe pectus ad effuſionem usq̄ ſanguinis acuto duroq̄ lapide perrumpens. Mirificē hic uirtutem oſtendit in Apoſtolis, Martyribus, in Confeſſoribus, ac uirginibus. Apoſtolos atq̄ Martyres ad ultroneā Martyrii palmam adduxit, Confeſſores ad inuictam fidei profeſſionem, & uirgines ad caſtitatis integerrimū amorem: in omnibus illud uirtutis robur expreſſit, ut mori ſatius q̄s turpiter aut minus Chriſtiane uiuere duxerint, inquientes ut habet illorū unus, Apoſtolus Paulus Quid nos ſeparabit a charitate dei? Tribulatio? angu-
, ſtia? nuditas, gladius, an ipſa mors? certus ſum, q̄ neq̄ mors neq̄
, uita neq̄ quic̄q̄ aliud in hoc mūdo. Ingreſſus eſt hic ſpiritus clauſis ianuis & ſe manifeſtum præbuit inter diſcipulos in cœnaculo, uenti inſtar, qui perflabat eorum unumquenq̄. Vnde repleti & foras egreſſi, perſonabant audaciſſime CHRISTVM dominum, perſonabant fidem eius & ſynceram populi pœnitentiā, pulſat ipſe continuo corda noſtra, pulſat hoſtia conſcientiæ, cla-
T. mitans Ecce ſto ad hoſtium & pulſo, ſi quis aperuerit, intrabo.
, Pœnitentiā (inquit) agite, appropinquabit enim regnum cœlo-
, rum, plorate inquam & ululate peccata ueſtra. Iam ſurgite Niniuitæ, & quid inter uos ſit operatus dei ſpiritus, nobis oſtēdite.
, Clamāte nāq̄ propheta Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur: mirabile quod ibi contigit. Statim etenim ad hanc pro-
, phetæ uocem deſcendens rex e ſolio ſuo, deſcendens e ſede maieſtatis, illico coronam abiecit, proiecit ſceptrum, proiecit diadema, ſimul omnia proiecit inſignia regum: & ueſtes preciоſas exuens, ſaccum induit: ſeq̄ prouoluens in terrā, cinere conſperſit: ieiunare cœpit, ieiunium uniuerſim ſuis indixit, uoce clara ſed
, & flebili pronuncians Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat deus?
, Clementiam igitur eius ac miſericordiam imploremus. Miſericors enim eſt, benignus & præſtabilis ſuper maliciam. Audiens erat populus, & huic regis edicto parēs. Etiam animantia more

Apoſtoli. Martyres Cōfeſſores. Virgines

Roma. 8.

Spiritus uenti inſtar aſſiuit apoſtolis.

Apoc. 3.
Matth. 3.
Ioel. 2.
Ionæ. 3.
Niniuitarum pœnitentia.
Ioel. 2.
Ibidem.

suo paruerunt, quadam abstinentia ceu dolorem attestantia. En opus sancti spiritus quod operabatur in horum pectoribus. Ci-
Littera. nerem hii tanq̃ panem manducabant, & potum suum cum fletu
Marie Magdalene penitentia maxima. miscebant. Maria quoq; magdalena quid ipsa tanq̃ hoc spiritu V.
percita fecit? Nonne panem ipsa tanq̃ cinerem manducabat & potum suum cum fletu miscebat, cum in cõuiuio palam adeo fleret ut inconsolabiliter citraq; modũ, citra mensuram lachrymas super CHRISTI pedes effunderet? præsentes ibi conuiuas haud consyderans? sed nec eorum exquisita ferecula, non uerba obprobriosa, non iocos, non risus aut cantica, quibus atrũ mensæq; tunc forsan perstrepebãt: non honestatem (ut ipsi putabãt) ullam, non famam suam utcunq; ponderãs, neq; quicq̃ aliud: sed omnino peccata fleuit quæ commiserat, ob animæ salutem corã CHRISTO quem offenderat, sese humiliter prosternens in terram & ad pedes eius amarissime flens simul atq; eiulans, adeo quidẽ ut neq; loqui uel causam aduẽtus indicare posset: sed toto corde totoq; corporis obsequio, quod ore non potuit, ueraciter expressit: osculata subinde pedes eius, quos lachrymis lauans, capillis modestissime absterst. Oculis, manibus, ore, omni denicq; parte corporis, obsequium suum & amorem intimum CHRISTO testatissimum effecit: ut quem tot tamq; grauibus pecca-
Littera. tis offenderat, hoc saltem pacto leniret. An non igitur ipsa panẽ X.
Expo. suum tanq̃ cinerem manducabat, & potum suum cum fletu misce-
bat? Miscebat certe, & manducabat. At quid est panem tanq̃
Quid est panẽ tanquam cinerẽ mãducare. cinerem manducare? Per cinerem hic profecto reliquiæ peccatorũ intelliguntur. Sicut enim cinis ex combusto ligno remanet, sic ex cõmisso, cuius tam per ignem charitatis & dilectionis dei, q̃ per feruorem contritionis ac doloris remissum absumatur ac deleatur quantum ad ipsam culpam, quędam tamen reliquię manent tanq̃ ex materia combusta cineres: reatus uidelicet, hoc est
Reatus peccati qui ẽt obligatio ad pœnam temporalem. Remanet peccati fomes, ma-
Fomes peccati quid? net affectio mala, manet ad malum pronitas, difficultas ad bonũ eligendum:

eligendum: manet ipsa cupiditas ad uomitum redeũdi. Sunt autem hæc manducanda, sunt pœnitendo minuenda & exterminãda, sunt per continuam contritionem ab animo peccatoris diluẽda. Lignum uero lignum (quod uides) materia est ignis elementaris quo iam utimur: mortale peccatum, materia flammæ infernalis. Nihil enim ardet apud inferos præter infectos mortali peccato. Ligna foco subtrahens, ignem utiq; restinguis: ita peccata si pœnitendo deleas, ignẽ infernalem euacuas. Duplex nãq; est modus adurẽdi peccata. Temporalis, quando hic per uerã contritionem, per synceram confessionem, per satisfactionem, orationem, eleemosynam, ieiunium, & cætera charitatis ac pietatis opera, peccatum aboletur. Aeternus siue spiritualis, quo peruritur in inferno. Si non priore modo hic uratur, æternæ reseruatur adustioni. Verum uti trabes accensæ redigunntur primo in carbones & deinde in cineres: sic in adustiõe illa temporali, pœnitẽtia uidelicet, de qua prædiximus, q̃p̃ per sacramentum offensa deleatur, at reatus tamen manet per quẽ infligenda mulcta: pro quo reatu ego nihilo minus taxabor, mulctaborq;. Qualis ista mulcta quæso? Nihil aliud profecto q̃ obligatio quędam (uti præfati sumus) ad pœnam temporaneam: quæ uel hic uel in igne purgatorio uenit persoluẽda. Serenissimus etenim princeps noster potest offensam quã merito meo erga maiestatem suam incurri, mihi condonare: potest per intercessionem, aut mera bonitate, clementiaq; sua in gratiam ac pristinum fauorem me recipere, & tamen mulctam quandã simul imponere: sic & deus peccata remittere potest officio ministerioq; sacerdotis in perimplendo sacramento: & tamen ex commerito, pœnis ulterioribus asseruare, uel hic uel alibi persoluẽdis. Ego sacerdos absoluo te, ego tibi benedico, & a quo ego quidẽ absoluo, deus simul absoluit. Equidem absoluo te in foro pœnitentiæ ab æterna pœna per uirtutẽ sanguinis CHRISTI in illo ipso sacramento sic operãtis: sed nõ pariter ab omni pœna libero. Manet enĩ pœna quędã (de qua

Peccatũ, materia ignis infernalis.

Duplex est peccatum cõburitur & cõsumitur.

Quæ sit mulcta peccati.

Rex multis modis indulgere potest, sic & deus.

(de qua meminimus) temporaria, ceu mulcta quędam: pœnitentia uidelicet iniungenda, quę si ex se satis sufficiens non fuerit, aut hic minus adimpleta: reuera supplebitur in illo igne purgatorio.

Littera.

Dicit itaq; quem uere pœnitet Cinerem tanq; panem manducabam, hoc est reliquias peccatorum per dolorem internum iugiter acceptum, abolere studebam, de illis cõtinuam habendo memoriam: sæpe flendo, sæpe pectus mihi pertundendo: & tanto magis atq; acrius indolendo, q; satis digne dolere, satis flere, cõteriq; satis non possim. Monet enim ipsamet scriptura De propiciato peccato noli esse sine metu: quia nescis an pœnitentia tua sufficiẽs fuerit, nescis an digna. Noli igit iudicio tuo niti. Quis enim pœnam quam uolẽs admittis, sufficientem approbes, at illa nihilominus dei forsitan iudicio manet insufficiens. Quia nemo (quod sapiens affirmat) scit, an odio sit an amore dignus. Et licet pœna fortasse tua sufficiens fuerit ad culpam abolendam, uerum non itidem forsan ad pœnæ debitum diluendum. Vnde hoc tibi certum habeto, Quanto magis te hic pœnitet, & quo sæpius doles ac intensius: pœnam certe tanto minorẽ alibi sustinebis. Qui pertranseunt ignẽ purgatorium (uti asserit Apostolus) Salui fient; sic tamen quasi per ignem. Per ignem ait, hoc est per pœnã & afflictionem quæ per ignem exercetur. Metallorum examinator & discretor non tam aurum ab argento, non tam argentũ à cupro, non cuprum à plumbo uel plumbũ à terra: non tam pretiosum lapidem à uili materia separat; q; ignis ille peccatorem à iusto discernit, antecq; cœlum ingrediatur: ut qui hunc aut parum attingit aut inoffense facillimeq; dimittit, tamen eousq; detinet, donec plene satisfaciat. Tu forsan adeo desipis, ut arbitreris teni hũ ignis purgatorii passurũ, eo q; corpus usq; ad iudicium in terra iacebit puluere cõtectum. Quod si senseris, o q; falleris, q; omnino hallucinaris. Nam sub mortem tuam dum corpus insensile sed uix adhuc frigidum in lecto iacet, anima statim uolãs tribunali diuino sistitur: ut ibi recipiat secundum ea quæ gesta sunt in corpore

Ecclesi. 5. Nemo est qui noscat scipsũ.

Eccle. 9.

Quo hic maior fiat pœnitẽtia tua, hoc facilior erit in purgatorio uenia.

1. Corin. 3.

Expo.

Quam exacte peccatorũ purgatorio examinatur.

Anima e corpore elapsa, statim suum iudicium nouit.

corpore siue id cœlum fuerit, siue locus purgatorius, siue (quod
, absit) inferorũ sedes Qui uero bona fecerũt, ibunt in uitã eternã: *Athanasius.*
, qui mala quorum non pœnituit, in ignem æternum. Qđ si pœnituerit at non satisfactũ fuerit, purgandi sunt ante ingressum gloriæ cœlestis. Iam o uiri molles & delicati, qui uitam hanc usq; suauiter exegistis, qui mollissime cubaris, lautissime comeditis & splendidissime ornati estis: an non id grauabit uos si subito transferamini illinc ad pœnam, ad ignem, ad ignem æternum? Quid facis miser qui cõfidis in homine, aut in ulla re temporali? Deus natales tuos, nobilitatem tuam, potẽtiam aut autoritatem, pulchritudinem, uires aut prudentiam nõ consyderat: sed opera *Vir molles quantũ timere debent.*
, solum bona & uitæ pœnitentiam. Non est ipse acceptor perso- *Deus non est acceptor personarum. Actu. 10.*
, narum, sed operũ, sed pœnitẽtiæ, Veniat in mẽtem infirmitatis
, tuæ, & cito persuadeberis ut cum propheta panem tuum tanq; B.
cinerem manduces. Hic enim infirmitatis nostræ recordatio, *Multũ confert propriæ infirmitatem recordari.*
animam tanq; panis, usq; refocillat. Quam ob rem dies cinerum ab ecclesia instituitur, quo cum bellum contra uitia pariter & diabolum inire debere Christiani perdocentur, cinis ipsorum capitibus aspergitur à sacerdote sic admonente Memento homo q; cinis es, & in cinerem reuerteris. Acsi sic diceret, Recor- *Ecclesiæ 67 Gent. 3. Expo.*
dare iam infirmitatis tuæ, qua quotidie laberis: recordare unde prodieris & in quid desines, & cum undiq; nũ nisi cinerem aut puluerem uel hiis quid minutius introspicias, tanto facilius à diabolo machinisq; suis usq; cauebis, neq; mundo neq; carni locum *Quare homo cinere aspergitur die cinerum.*
, in te prebebis. Facile nanq; contemnit omnia qui se tam infirmũ *Hieron.*
, intelligit, ut post alia tam multa grauamina se moriturum cogi-
, tet. Cinis ad infirmitatis recordationem & commodum pœnitẽ- *Cinis, materia pœnitentiæ.*
tiæ pertinet. Sunt enim cinis & cilicium arma pœnitentium, uel ipsius CHRISTI testimonio ubi ciuitates peccatrices ita ter-
, refacit Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida, nam si in Tyro aut *Matth. 11.*
, Sydone factę fuissent uirtutes quæ factę sunt in uobis, olim in ci-
, nere & cilicio egissent pœnitentiam. Quo exemplo complures

hodie

hodie dum pœnitere ſtudent, in cinere, puluere, terraq; uoluntur: in hunc plærunq; modum clamitantes. Cinis & terra ſumus, cinis & terra ſumus. Quare Iob Deſpexi meipſum inquit & di-
Iob. ſtabui, & æſtimaui me terram ac cinerem. Hæc humilitas erat
Humilitas Iob, Abrahæ, & aliorũ ſanctorũ. Gene. 18. Abrahæ, qui pro Sodomitis ac Gomorræis exorabat dicẽs Ego terra ſum & cinis. Hæc fere ſanctorum omniũ, qui dum ſe totos deo committebant, nihil aliud q̃ terram & cinerem ſe putabant.
Cinis quid ſignificat. Per cinerem ſignificatur amaritudo pœnitentiæ, & memoria fi- C.
nis uitæ. Qualis igitur inſania, ut quis homũculus hic ſui memoriam efficere contendat? Facit enim quod in cinere uel puluere
Multi ſtudent fama ſua perpetuare. ſcribens, cuius opera tota cito perit: dum uẽtus aut alia procella ſurgens, omnia ſpargit. Qui uerò conatur ad fragillimi ſui nominis perpetuandam hic memoriam, ille tanq̃ in cinere ſcribit qui citiſſime dilabitur. Si in puluere ſcripſeris, ſtatim uemo oblitterabitur: ſi in lapide, adhuc alteretur: ſi in ferro, non durabit: uſq;
Gloria nobilium non durat. Quod ſi in libris depinxeris, aliquandò forſitan fides habebitur, aliquando uero in totum abroganda. Recenſeas res præclare geſtas ab Anglis, & Galli diffidunt. Recenſe Gallorum inſignioꝝ facinora, neq; Angli credituri ſunt. An non tot memorabilium Romanorum tum Carthaginenſium pene in obliuionem uenerunt? Et quid de nouem illis præcipuis bellatoribus & uictoribus dicemus? Horum omnium hiſtorias inuenies à uariis ita uarie narratas, ut nihil harum pro certo multi ducant. Adeo res o-
Pſalm. 9. mnis per temporis progreſſum tranſit in obliuiõem. De talibus qui uolũt hic fama prædicari, propheta dicit Periit memoria eorum cum ſonitu. Vis ergo nominis aut famę perpetuitatem? In D.
libro uitæ ſcribito. Scribes autem ſi bene beateq; uixeris, ſi cinerẽ, hoc eſt, pœnitentiæ fructũ ædideris, ſi cõtinuam mortis memoriã in pectore geſtaueris, ſi timueris deũ, ſi delinquere formidaueris, ſi ſtimulante conſcientia teipſum caſtigaueris, ſi ita in peccati deſpectũ ueneris, ut te inde q̃ citiſſime redimas. Huiuſ-
Pſalm. 111. modi pœnitentis memoria, in æternum permanebit. Nam in me-

moria

moria æterna erit iustus, ut propheta dicit. Actus eius memoriam perpetrant, uita eius gloriosa sit hominibus, splendescit inter angelos, In æternum iusti uiuunt, peccatores autem toti moriuntur. Hæc ipsius dei iustissima uindicta: qui pœnam inter alias istam peccatoribus infligit, ut in hoc mũdo tradant obliuioni qui moriunt in peccatis in quibus diu uixerant. Patris (ut uidemus) sæpe filius obliuiscitur & pater filii, mater filiæ filiaq; matris, uxor sponsi sponsæq; marius, soror fratris fraterq; sororis, cõsanguinei cõsanguineus & amicus amici. Horũ sane quorũ esse deberet arctissima cõiũctio, sæpe tãta fit inter se inuicẽ obliuio, ut nec alter alterius aĩæ bene preceꝫ, neuter alterius causa dixerit Propicius sit deus aĩæ illius. Cur id inter eos qui sese tã pfecte tãq; plene dilegerẽt, obuenit? Nemo est qui nõ dixerit q; id inhumanitas effecerit. Et quare nõ sui mutuo recordant? quare nõ sunt sui inuicẽ memores uti debent? Reuera deus id fieri permittit in commeriti pœnam, ut qui dum uiuunt dei nolunt reminisci, nec ipsi sub mortem salutis animæ suæ recordentur, neq; post mortem ipsorum quisq; memor existat. Quid itaq; faciendum ut quis hic memoriam sui relinquat? Recte profecto iusteq; uiuendum. Tũetsi simul omnes te mortales traderent obliuioni, scilicet procaces & ingrati, deus tamẽ in memoria retineret: apud quem semper bona ponderantur opera, sola uita trutinatur. Q2 si bene uixeris operaq; solũ bona feceris: ut omnes homines ingrati taceant, ipsa opera, at ipsi lapides & parietes usq; proclamabunt, coram deo, coram populoq; testabuntur. Ipsi tanq; in os coram dicent Nos sumus huius aut illius opera. Ipsi taliter impensis suis ædificarũt, & ordine quisq; suo statuerunt: & nos ipsorũ præclara testamur ædificia, nos maneamus ut in nobis memoria ipsorũ una permaneat. Qz̃q; ipsi iam mortui, uiuunt tamen per ædificia, tũnc & per opera bona: quæ quisquis aspicit, & inceptorũ ac fundatorũ utiq; meminisse debebit. Et hęc operũ bonorũ ac præclarorum fundationum una inter alias condigna merces. Sed quid si

Iustus uiuit, peccator moritur.

Amici amicorum cur obliuiscuntur.

Opera ipsa suum autorẽ testantur & clamant.

Opera perpetuum.

nil tale ſuppetat unde quis tam clara producat opera? An eſt unde poſſint alioqui ſuam perpetuare memoriã? Profecto ſola fortitudo mentis & in fide uirtuteq; conſtantia, memoriam æternã obtinet. Id ſi martyres ac confeſſores ponas ante oculos, facile uidebis. Tyranni uolebant ipſorum memoriam extinguere, dum corpora illorum auibus & bæluis abſumenda proiici, uel undis aut igne uaſtari præceperunt. An ideo memoria illorum eſt abolita? Non certe non, ſed manet uſq; uelut inextincta. Quomodo id probamus? Ecce quomodo adhuc memoria tenent, ecce quomodo in ſumma ueneratione habẽtur: quomodo non ipſi tantũ, ſed ipſorum quoq; reliquiæ longe lateq; inueſtigantur, uiſuntur, & à peregrinis deuote adorantur? Multorum ibi corpora ſunt ſepulta, ubi memoria minus digne celebrata eſt. At illinc autore deo trãſlata ſunt, ut honoratio condignior alibi ſuccederet. Multis multa de ſanctorũ corporibus ipſe reuelauit, ut uenerabiliter in locis ſibi deſtinatis collocata manerent. Pro nonnullis ubi ſunt poſiti, miracula monſtrauit, ut inde ſpecimen beatificationis eorum aſſumeretur: & dei uoluntatis qua iam eos cum reliquis à populo memorari coliq; uoluerit. Ea Stephani, Gamalielis, abibon, Nicodemi, Catherinæ, Ioannis Baptiſtæ, cæterorumq; reuelatio facta fuit. Baptiſtæ corpus ne ueniret in manus Chriſtianorũ, eſt igne concrematum. An igitur obliuioni traditum? Nomen eius dupliciter manet in memoria. Manet in memoria dei ſimul & angelorum, quia ſcriptum eſt in libro uitæ. Manet in hominũ grata ſuauiq; memoria, dum ipſorum eccleſia iugiter meminit. Qua certe gratia, martylogium eſt in eccleſia inſtitutũ, & quotidiana lectione recitatum. Sed in cœlo plena memoria eſt, hic imminuta. Sic etenim In memoria æterna erit iuſtus, Sic perit memoria peccatorum cum ſonitu. Meminerimus ergo finis noſtri, beneq; uiuamus: ut ad hanc memoriæ perpetuitatem ueniamus. Hii ſunt illi cineres unde panem noſtrum fieri debere admonuit propheta ubi dicit Quia cinerem tanq; panẽ manducabam, nec obliuiſcamur

Quomodo ſancti in continua memoria habentur.

Deus corpora ſanctorum abſcõdita reuelat, ne obliuioni tradantur.

Ioannis baptiſtæ ceterorũ que ſanctorũ memoria.

Martylogium cur in eccleſia legatur.

Pſalm. CXL.

Pſalm. 9.

Littera.

obliuiſcamur quid in lege ueteri conſcribatur. Iuſſum eſt ibi ut ſacrificiorum cinis, iuxta altare ponerentur in loco mundo ad orientem. Quid eo deſignatur niſi q̃ mortis ſit ſemper habẽda memoria, idq; puro ac ſyncero corde? Nam cinis, mortis & infirmitatis noſtræ memoriam: locus mundus, mundiciem cordis indicat. Nihil ita mouet hominem ad ſectandam humilitatem & contemnendam mundi uanitatem, ac conſyderatio mortis & memoria peccatorum. Exemplum familiare uidero. Pauo nimirum auis pennarum forma numeroq; gloriosa, dũ plumarum decus aſpicit, ipſas illico tanq̃ inſtuoſe iurrigit: ſed ubi pedum deformitatem contra reſpectat, acſi pudefactas plumas ipſas deorſum ad ſe reuocat. Sic nos omnes hic mortales, ſi prudentiam, ſi ſcientiam, ſi facundiam, acumen ingenii, agilitatem, uires: ſi diuitias, autoritatem, ſi multitudinem ac potentiam amicorum, ſi ſplẽdorem ædificiorum & agrorũ amplitudinem inſpiciamus, extollimur & placemus nobis: ſed ubi pedes ipſos attẽdimus, hoc eſt, huius uitæ terminum & ipſam corporis (ut ita dicam) incinerationem, immo multo maiorem animæ per peccata pœnam, quæ niſi purgentur ante, ipſa luet in inferno: reuocamur ab omni ſuperbia, cogimur omnem ex omni parte faſtum deponere. Vnde Hieronymus ita monet Memento mortis tuæ, & non peccabis. Nam qui ſe moriturum quotidie recordatur, uilipendit præſentia, accelerans ad futura. Et Solomon in eundem modum Memorare nouiſſima, & inæternum non peccabis. Vt nil huius metaphoræ relinquamus inexpreſſum, Triplicem cinis habẽt proprietatem ſeu uirtutẽ: ablutricem, cõſeruatricem, & conſumptricẽ. Quoad primum, cineres aqua madefacti & in lixiuiũ (quod uocant) adducti, ueſtimentorum ſordes abluunt & mundificant: ita quando per mortis aut ipſius incinerationis tuæ recordatiõem fit cum lachrymis ac compunctione ceu lixiuium quoddam purgatiuum, ſordes animi lauantur & abſtergũtur. De cuiuſmodi cinere fletu commixto, ſic in ſeſe patriarcha Iobẽ fit Operui cinere carnẽ meam,

Leui. 6. Expo.

Pauonis natura.

Mortis memoria humilitatẽ affert.

Hiero.

Eccle. 7.

Triplex cineris effectus. Primus.

Iob. 16.

meam, & facies mea à fletu intumuit. Propheta quoq; Dauid isti-
usmodi se lixiuio lauit & absterſit, continuãq; habuit memoriam
futuræ mortis, resolutionis futuræ & incinerationis sub ingi fletu
pœnitentiaq; perpetua se continuit. Hos cineres ut panem man-
.2. ducabat & potum suum cum fletu miscebat. Vt cineres ignem
Vt cinis ignem seruat, ita mortis memoria amorem erga deum.
quem tegunt inextinctũ asseruant, sic assidua mortis aduenturæ
memoria, pœnitentem in feruente dei amore charitateq; conti-
nua incendit, inflammat atq; adurit: & in eundem modum humi-
litatem, cõtritionem, atq; charitatẽ acquirit & retinet. Ad quod
Iob. 30. alludit quod ibi scribitur Cõparatus sum luto & assimilatus sum
fauillæ ac cineri. Fauilla leuissimus cinis est & candidus, qui ut
ignem nutrit, fouet, & conseruat, ita mortis meditatio uerum er-
.3. ga deũ amorem pariter & timorẽ tuetur & reſocillat. Et quem-
admodum cinis arefacit humores, consumit humiditates & su-
perfluitates rerum quibus apponitur: ita futuri finis memoria hu
miditates peccatorum exiccat & delet, ad dolorem ac confessi-
onem accelerare cõpellens, abominationem peccati penitus dã-
nat, appetitionemq; ultra relabendi refrænat. Acredo siquidem
illius, recentium pellium pilos exiccando deradit, & à corrupti-
one fœtoreq; defendit ac cõseruat: ita mysticus iste cinis, memo-
ria uidelicet instantis incertitus, primo pilos abradi facit, hoc est,
superfluas diuitias & rerum appetentias extinguit, ac ad eleemo-
synarum largitionem per quam peccata redimũtur, allicit: dein-
de uoluptatem omnem & carnalem appetitum alienat. Quo nos
Dani. 9. exẽplo sui propheta Daniel adhortando perducit. Posui inquit faciem
meam ad dominum rogare & deprecari in ieiunio & sac-
Pastores & sacerdotes ferè maxime macerare pœnitentia debent.
co & cinere. Quo ieiunio macerari, sacco contegi, cinereq; con-
spergi, cum omnes ad unum Christiani debeant, at sacerdotes &
prælati maxime. Nam hii se in primis humiliare debent ut iusti-
ficentur. Quam ob rem hortatur propheta Hieremias Vlulate
Hiere. 25. pastores & clamate, aspergite uos cinere optimates gregis. Vo-
Expo. Vlulatus quid sit. lulatus uox confusa est & inconditi, signumq; magni doloris.

Quos

Quos igitur ululare & clamare prȩcipit, hiis extremum quendã dolorẽ imperat: quos aſpergi cinere iubet, illos uult per humilitatem in perpetua ſuæ mortis memoria permanere. Sunt hii primates populi & gregis CHRISTI rectores: ad quos cura ſpectat & nõ gloria mũdi. At ohe quot hodie ſunt preſbyteri, quot magnates huius rei prorſus obliti, qui quando humiliores eſſent, humilitatem nonnunq; omnem exuunt: ſe peruerſiſſime credentes ideirco ordinari, ut humiliari deſiſtant. Sacerdotalis honor aut ulla dignitas non faceret ut extollaris, ſed ut magis te ſubmittas, ut magis te humilies, dicente ſcriptura Quanto maior fueris, tanto te magis humilia in omnibus. Et CHRISTVS in eundẽ ſenſum admonet Qui maior eſt inter uos, ſit tanq; minor. Modo tamen (o dolendum dico) uerſa inuerſa omnia. Adeo deferbuit iam charitas & humilitas exulauit, ut quoſdam prȩclari nominis ſui tȩdeat: ut qui rem quærunt atq; dignitatem, ſed non officii ſedulitatẽ. Si quis iam ſacerdoti dixerit, accede ſacerdos, indignatur illico q; ſic uocetur, nec accedit. Si ſuo nomine monachus appelleſ, & ipſe dedignatur: canonicus item & pauperculus frater. A nomine ſuo, quiſq; religioſus quaſi abhorret. Quid in cauſa eſt, niſi q; emolumentum & honorem appetas, & ideo profiteris: aſt ordinis tui pondus & officium quod ex nomine ſignatur, exhorreſcis. O uir religioſe, o monache, o frater & canonice, o ſacerdos optime, nolito nolito ad nomenclaturam tuam & titulum religionis erubeſcere. Nominis huius pulcherrimum fuit exordium, & ratio uenuſtiſſima. Ideo monachi uocantur, ut in ſolo deo ſolitarii manerẽt: fratres, ut humiliter in CHRISTO domino fraterneq; diligerent: canonici, ut regulariter uiuerent: ſacerdotes, ut ſub CHRISTO res ſacras ac cœleſtes adminiſtrarent. Ipſe ſacerdos inæternum manens & ſempiternum habens ſacerdotium: iſti, ad tempus. Nomen ergo tuũ o monache, perpulchrum eſt, celebre & uenuſtum: tuũ frater, honeſtum: tuũ canonice, peruenerandum: tuum nomen o ſacerdos, eſt inter

Sacerdot primas eſt populi, & gregis rector.

Humilitas meſſe debet preſbyteris & religioſis.

Eccle. 3.

Matth. 20.

Religioſi ac ſacerdotes ſe ſuo nomine uocari abhorrent.

Monachi nomen unde exordiatur, Fratres, Canonici, Sacerdotes.

Hebre. 7.

Nomen ſacerdotis excellentiſſimum.

Christianos excellentissimum. Si quis horum nominum quoduis cõtemptim accipiat, ipse nominis honestati nihil officit sed sibi: nulli reuera detrahit nisi sibi, dum exprobrãdo res honestissimas dehonestare conatur. Tu igitur sub nominis huius honore, recte uiuas & strenue milites: nec ullius opprobria pertimescas. Nomẽ sacerdotis (quod nec abhorruit ipse CHRISTVS) præclarissimum est: officium in hoc mundo præstantissimum. Vicarius enim ipse CHRISTI, cuius personam gerit & habitum ostendit. Debet in terris CHRISTI uicem agere, uel orando pro populo, uel sacrificando, offerendo, tingendo: uel alioqui sacramenta & ritus ecclesiæ perimplendo. Quare mundior etiam atq; purior aliis esse debet, cui tam sancta creditur administratio. Mundicies in sacrificando quæritur, ut etiam in participando tractãdoq; de rebus sacris. Vnde sacerdotes olim secundum sacerdotii consuetudinem in ordine uicis suæ templum ingressi, abstinebãt interim ab uxoribus. Et Achimelech sacerdos Dauidi uolenti cum suis, panibus propositionis uesci Mundi, inquit estis à mulieribus ab heri & nudiustertius? Vnde & sacerdotalem celibatum sacrosancta constituit ecclesia. Quod igitur aliis licet, illis illicitum. Quod & Apostoli uerba probabunt. Teipsum inquit castum custodi. Sed dicet aliquis, si nubere bene liceat: quare non & sacerdotibus? Certe q; hii contra, deo spondeant ac uoueant, dum sacris initiari postulant. Ante prospiciãt ut uouerint: sed ubi se dedicarint, integre & inoffense persoluãt. Nemo nescit ex uarietate hominum, leges & statuta uariari. Est quod generatim omnibus liceat, & est quod hiis liceat, illis uero minime: quod aliquando liceat, alias haud quaq;. Omnes adulterari seu fornicari prohibentur: negotiari uero non item. Id aliquibus aliquando licet, quandoq; cunctis, aliquibus semper illicitũ. Quod laico licet in profesto die, non licet in festo: nũq; licet ecclesiastico. Christianus uxore non prohibetur uti, nisi contra se obstrinxerit. Sed & à licito concubitu aliquando refrenandũ, ut sacris

Officium sacerdotis quale. L

Sacerdotes celibes sint & casti.

1. Regũ. 21.

1. Timo. 5.

Sacerdotibus nõ licet ducere uxorem.

Quid, quibus, & quando liceat. M

Quod laico licet, sacerdoti non licet.

ut ſacris diebus orationiq; dedicãdis: quo facilius quod intendit, impetretur. Ex conſenſu (inquit Apoſtolus) & ad tempus abſtinendum ut uacetur orationi. Multa ſatis honeſta congruaq; ſunt, ſed non ubiuis. Apud multos optime licet, quod coram imperatore facere diſpuderit. Quis autem imperator deo cõparãdus, coram quo ſemper uidendum quomodo te habeas? Vnde ſacerdos qui frequẽtior & familiarior apud eum eſſe debeat, omnino proſpiciet ut mundior & probatior aliis eſſe perſeueret. Orans, ſacrificans, baptizans, cæteraq; ſacra miniſtrans, uicem CHRISTI gerit. Nã ſacra ſunt quæ tractat, ſacra quę miniſtrat. Quare tanto debet eſſe cautior, ne tali officio putetur indignus. Nihil cum adeo decet, ut mundicia corporis & animi puritas: quibus ut à uulgo ſeparatur, ita deo pariter & angelis redditur aſſimilior. Eſt inter ipſos hoies etiam ſæculo ſeruientes, magna uitę diuerſitas: ſed hiis oĩbus ſacerdotũ uita prælucere debet. Lucerna tenebras antecellit, ſtellæ lucernam, luna ſtellas, & ſol lunam. Stellæ lucernam obſcurant, ſtellas luna minores, & lunam ſolis ipſa claritas, cuius tamẽ ſplendor ſi cum deo conferas, nox erit & tenebræ. Sic inter homines alius alio ſanctior, alius alio ſtudioſior, alius alio purior: ſanctiſſimus uero debet eſſe ſacerdos & puriſſimus. Quæ legitima ſunt aliis, ei ſunt illegitima. Multis multa competunt, quæ ipſius dei uices gerenti non quadrant. Veſtimentum quantumuis mediocre, quantumuis immundum, nõ dedecet perſonam agricolę: quod regi tamen aut imperatori minime conueniret. Nullus audeat imperatori ſeu regi, niſi ſplendido claroq; ueſtitu miniſtrare. Quo magis deus mundos ornatoſq; ſibi miniſtros exigit. Agnoſcat itaq; ſacerdos ſuam dignitatem & rationem dignitatis: ut quomodo dignitate cæteros antecellit, ita ſit & exemplo præcipuus, merito ſingularis, & opere primus, uita caſtus, & moribus integerrimus. Agnoſcat ſuæ uocationis honorem, agnoſcat q̃ ſit angelus domini exercituum, q̃ mittatur ut angelus ante faciem domini ad præparandam uiam eius.

1. Corin. 7.

Quã pura debet eſſe uita ſacerdotis?

N.

Matus lumen obfuſcat minus.

Dignitas ſacerdotis quantum excellat.

Malach. 2.

Idem. 3.

Matth. 5. Agnoſcat ꝙ ſit ſal terræ, & lux mũdi. Recordetur quorum in loca ſit ſuffectus, & quales habuerit anteceſſores. Principatum hic habet Abelis, patriarchatum Abrahæ, gubernatiõem Noe, ordinem Melchiſedechi, dignitatem Aaronis, autoritatem Moſi, uirtutem Samuelis, poteſtatem Petri, unctionem CHRISTI. Si tantus honor ſacerdotis, an cura minor erit? Certe horum alter alteri reſpondet. Quid de ſacerdotibus ergo dicemus, quo- O.

Negligentia quorũdam ſacerdotum. rũ curæ tot animæ cõmittunt, quas ipſi tamen non curant? Sunt, ſunt qui non animarum dicam pro quarum minima reſpõdebũt in die tremendi iudicii: ſed nec eccleſiarum quas poſſident numerum agnoſcunt, aut quorum nomine dedicatæ ſunt. Non maiorem animarum curam habent ꝙm pomorum, ſed nec plærique tantam. Nam poma ſub ſeranum ac clauiũ tutamine ſeruant: animas autem (quod in ſe eſt) lupo diabolo ue deuorandas permittunt. Quærentes lucrum, curam uero negligentes, eccleſiam eccleſiæ iungunt, ceu domum domui & agrum agro: ut non abs re ad hos

Eſai. 5. referri poſſit quod ſcribitur Væ qui coniungitis domum ad do- ,
mum, & agrum agro copulatis uſq; ad terminum loci. Vniuntur ,

Eccleſiarum uno & impro perato quãti mali gignant. Abac. 2. ecclesiæ eccleſiis, improperãtur monaſteriis. Contra quos Abachuc Væ qui multiplicãt non ſua, uæ qui mundo mortui, negotiantur in eo: ut mortuis mundo qui uenantur ea quæ mundi ſunt. ,

Expo. Verum de hiis plura, ubi ad perſecutiones eccleſiæ uentum fuerit. Num cogitatis o inſenſati & miſeri paſtores ac religioſi ꝙ ſitis aliquãdo morituri? An nõ animo reuoluitis ut eſtis ullicatiõis ueſtræ rationem reddituri? Et qui principatum, rationem quoq; reddet honoris? Sed irritauit impius deum, Dixit enim in corde ,

Pſalm. 9. Expo. ſuo, nõ requiret. Requiret ipſe tamẽ nihilo minus, requiret pro- P.
fecto requiret exactiſſime, ad nouiſſimum uſq; quadrantem à te

Pſalm. 30. requiret, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiã, facienti- ,

Matth. 21. Expo. bus malum. Malos agricolas ipſe male perdet, & uineã ſuam lo- ,
cabit aliis. Væ autem operantibus in uinea ſi non fructificent, uę ,

Væ malis paſtoribus. ductoribus armentorum ſi cum armentis ipſis abſcindãtur. Væ

paſtoribus,

paſtoribus, ſi cū ouibus intereant, ſi cum hœdis in ſiniſtra numerentur. Væ piſcatoribus, ſi cum malis piſcibus foras eiiciantur. Væ dominicæ meſſis operariis, ſi cum palea comburantur. Væ, uæ paſtoribus qui ſeipſos paſcunt. In eo nāq; ſunt plæriq; paſtores q̄ ſeſe paſcant, at non oues ſuæ curæ commiſſas. Quātum ad curam ipſarum, tonſores ſunt potius q̄ paſtores. Lac quærūt & lanam, non ſalutem ouium. Quinam hic culpandi uehiunt? Qui cum paſtores ſint, à gregibus abſint, & his non proſpiciant: an qui taliter abſentes apud ſe retinēās? Vtriq; certe, q̄ſq; illi magis ad quos cura pertinet. Sed & iſti multum, q̄ tales in familia teneant, quos oportuit nō demiſſos tantum, ſed uel inuitos ad curam ſuam abigendos. Mittite ſacerdotes, mittite ſacellanos ueſtros quos donaſtis ſacerdotiis, mittite ad eccleſias & curas ſuas: & hiis non donati ſuccedant. Vos illorum cauſa damnationem incurretis, niſi culpam hanc in uobis atq; illis ſimul emendetis. Dū uobis in aula famulant, diabolus gregē latenter inuadit & diſpergit oues, hoc eſt, animas indoctæ pariter & incultæ plebis interimit. Sinūt animas, animas ſinūt ſubditorū perire, ſinunt lupū intrando uorare, ſiniunt inimicum omnia dilaniare, omnia deuaſtare, Q uos prælati, manus huic iam negotio ueſtras apponite, eccleſiam (quod debetis) adiuuate, animas tinctas CHRISTI ſanguine perire nolite ſinere. Auinea dñi Sabaoth tatiaq; lupū ablegate, diabolum expellite. Noſce & tu ſacerdos officium tuum, & in eo te ueracem ac humilem oſtēde. Fuge ſuperbiam radicem malorum omnium: fuge pompam ſæculi, quod in baptiſmo nedum ordinatiōe promiſiſti: fuge carnis appetentiam, mūdi gloriam, diabolo q̄ renuncia: & beatus eris in conſpectu dei, hominibuſq; gratus. Si tui ſtatus memor extiteris, illico quod dico facietis, nullum ſuperbiæ crimen admittes. Non obliuiſcet quid ſapiēs admoneat. Quid ſuperbis (inquiēs) o terra & cinis? Quo ſic dicere uidet? Quiſquis es, fac humiliari uelis: ut qui tā cito in cinerē terrāq; redigendus es, cinerē manduces tanq̄ panē:

Ezech. 34.

Quātū malorū omnium per q̄ſtuā paſtorū.

Prælati officium.

Quid præſidū ſacerdot.

Eccle. 10.

fac quod

Expo. fac quod ante fecit Apostolus, qui de se fatetur Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, quasi diceret Ipse me reprehendo & ago pœnitẽtiam in fauilla ac cinere, Memento uitæ prætęritę, negligentiamq; corrige. Et ueniat omnibus in mentẽ ut rex

Regis Niniuitarum pœnitẽtia. ille Niniuitarum cinerẽ tanq; panem ederit, qui post auditam Ionæ prophetæ cominatiõem, seu dei potius per os Ionæ; descendit è solio, depositisq; uestibus quibus assueuit uti & regiis insignibus, atq; induens se sacco cinereq; conspergens, resedit in terra, deflens utiq; peccata, deflens quæ commiserat, & infirmitatis suæ memoria conscientiam emundans: sed nec omittens quod

Littera. impleſſe se propheta fatetur Et potum (inquiens) meum cum R. fletu miscebam. Misceo uinum meum, misceo potũ meum aqua, diluo pocula mea limpha. Verus amator cultorq; pœnitentiæ ũ

Vere pœnitentiæ argumẽta. reuera potum cum fletu miscet, quando præterq; q alibi, etiam edendo bibendoq; peccata memorãs, iugiter opplorat, & anxie cõtritus, abolere studet. Verus pœnitẽs ample dolet, & q dolere possit, eoipso gaudet; sed & dolet q nõ sat dolere queat. Verus pœnitens in mensa conuiuioq; sedens, unus se lętum ac iocundum foris exhibet, intus abunde commissa deflet, facit quod se

Littera. fecisse propheta perhibet Miscebam (inquit) ego uinũ seu potum meum cum fletu, cũ aqua. Sed quanam aqua? Non ista certe aquæductuum, non rupium, non illa fontium limpidissima, sed

Verum limpha tum. salsa nimis ac acerba: aqua nimirum oculorũ, hoc est, fletu seu lachrymis acerbis ab oculis per genas hincinde defluentibus. Sed qualis interea mensæ iocunditas aut apparatio, dum qui sedet in ea primus, lachrimari magis q̃ uesci studet? Cum neq; ientaculũ esset ullum, neq; prandium aut cœna: neq; sympoſium, bellaria, aut secundę mensæ intercederent, nec ullũ alioqui uoluptatis genus: quin animus illius semper in abominatiõem peccati sui fixus fuerit, quin mens supplicii illud semper prę oculis haberet, quod pro perpetrato scelere se meruisse agnosceret. Ambi qualis & quanta sit hodie, præparatio? num ea deliciarũ & cõfectionum

exquisitio-

exquisitio? O quot sunt nostri temporis epularũ nouæ confectiones, quot condimentorum inuentiões, quot numerositates ferculorum, quot condimentorum genera subinde à cocis pharmacopolisq; excogitantur? Nunc hoc nũc illud palato arridet, ita ut appetitum prouocet, ut stomachum irritet, adeo ut uel inuitus comedas. Coci nunc omnem artem suam adhibẽt, quam & quotidie recentibus inuentis adamplant: apothecarii præter tot oris irritamenta gulæq; fomenta, uaria etiam oculorum oblectamina fingunt. Nunc hoc nunc illud condimentum exquiritur, tantum

S. ut gula crescat, tãtum ut appetitus excitetur. At o uorax & gulosse, diuitis epulõis ingluuiẽ, tua longe superat uoracitas. Iã ille luit apud inferos, & tu non sequeris ni te maturè corrigas? Mille quingentos & amplius annos illic ipse doluit, & clamans ac uociferans ut uel unam aquæ guttulam è Lazari digito persentiat, nec exauditur: & quid tu facies qui sic perduras in delicijs? Exemplo sit ille tibi quo tibi caueas, utq; potum miscens fletu, prophetam imiteris. Prophetæ quæso nostri memineris, regis inquã & prophetæ, sed & ueri pœnitentiæ exemplaris: qui cum in summa libertate foret, se tamen tanq; seruum habuit: sedẽs in solio maiestatis, uelut in carcere uinctus: regali uestitu tectus, tanq; cilicio saccoq; coopertus: in eburneo preciosoq; cubili iacens, uelut in puluere uel humi cubans: uersatus in aula largoq; comitatu stipatus uelut in solitudine uiuẽs: in medio nobilũ ornatu gloriaq; sua, tanq; solus erat: sed nec unq; minus solus, q; cum solus esset: semp eo mẽtem & conatum omnem applicans, unde seruaret animam deo placens. Quid hoc erat aliud q; q in omni splendore suo, in omni gloria, in uniuersa pompa, diuitiis & deliciis omnibus, sua semper mens ad futuram mortem intẽdit, ad peccatorumq; pœnas instantes, ad extremi iudicij diem. Quicquid apponebatur, hic tanq; unus discus intererat: qualiscunq; potus, hic tanq; unus

T. & frequens haustus erat. O secretam illam & apud se reconditã prophetæ uitã. In media turba multitudineq; strepentiũ hoium, in tanto

Quãtus hodie epularũ apparatus.

Diues epulo sua gula damnatur.

Quomodo propheta se mactauit se in lacum dimersit.

Propheta in tanta sua gloria, indecij diuum nõ est elatus.

in tanto rerum ſplendore conſtitutus, tam deiecto animo fuerat, ac ſi iamiã eſſet moriturus. Nulla ſui ſtatus ratio, nulla nobilitas, potentia nulla, nulla gloria, ſed nec autoritas ulla: nulla uoluptas aut deliciæ, opes nullæ, res nulla mouere poterat eius animũ quo minus aſſiduæ compunctioni pœnitẽtiæq; ſtuderet: perpetuam habens memoriam tremendi illius iudicii, timẽs admodũ ac ſubhęſitans, qualiter deus uitam ſuam acceptaret, ne pro cõtempta. Ideo tanq; uere pœnitens mundum hunc deſpectui habuit: diuitias, epulas, potentiam, honores, immo corpus & omnem eius curam abiecit, ut ſoli deo uacaret, animæ curam gerẽs. Peccata defleuit, uitam planxit anteactam: peccata doluit non ſua ſolum, ſed etiam aliena. Quicquid applauſit & ipſi complacuit, ad honorẽ dei retulit: non ad ſuam concupiſcentiam, non ad ſuam uoluptatem. O rex ſancte, o propheta beate: oſi te mundus iſte uellet imitari. Sed uæ, q; id deſperatum eſt: At nunc diuitiis & deliciis omnia parent. Vt gulæ diuitum & magnorum uirorum ſatiſfiat, nulla pericula deuitantur. Quot ſe morti obiiciunt, ut habeant quod eos implere delectareq; poſſit? Funeſta fames iſta, funeſta luxuries. Corruit hic ligniſaber è ſummis culminibus, ut uobis & frumentis ueſtris habitacula glorioſa receptaculaq; perampla faciat. Videmiator è ſublimi decidens, lanus alteutrũ euerberat, dũ uuas inueſtigat, è quibus digna cõuiuiis tuis uina fundãtur. Merſus unda piſcator interit, dũ pertimeſcit ne menſę tuę piſcium uarietas ulla deſit, ne uel unum quidem oſtreum abſuerit. Venator & auceps dum leporibus, feris, auibuſq; capiendis inuigilarunt quæ palato tuo arrideant, brumali ſæpe frigore diriguerũt. Sic conuiuium inter ipſas epulas perſæpe cruore reſpergitur. Cruor inquam cruor in menſa tua, cruor in diſco tuo, cruor in cypho, dum ſaciando turpem illam gulam tuam tam multi tam multa incommoda incurrant. Tolerabilior menſa reprobi diuitis tolerabilior, q; tua. Eix ea ſolum pars uel micarum decidentiũ, indigenti Lazaro denegata. Tua multorum ſanguine conſtat & uita,

Quot pericula adeũtur, ut uentri ſatiſfiat.

Cruor pauperum in menſa diuitum.

pocula

pocula tua cruore rubent illorum qui pro exquirendis epulis tuis uitam amiserunt. Tanta cura tantaq; cautione cibaria ubi quæ- Ciborū apud runtur, apparantur, ponuntur & eliguntur; tanta diligentia mis- nos apparatus tuntur, discernuntur, & de mensa reuocantur, tanta cum suauita- mirandus. te sumuntur; tantq; in ipsis pars gloriæ cœlestis esset. At audi quid dicat Apostolus & experto crede, Regnum dei non est es- Roma. 14. ca & potus. Non cibus est, non grandia pocula quę cœlū parāt, Expo. non deliciæ aut opipera cōuiuia, non tragemata aut exquisitę da- pes: sed plane parsimonia & abstinentia, sed maceratio corporis & afflictio: quæ spiritum humilem reddit. Multi tamen (inquit) Philip. 3. ambulāt, quos sæpe dicebā (nunc autē flens dico) inimicos crucis CHRISTI: quorum finis interitus, & quorum uenter deus Expo. est. hęc ipsa ingluuies peccatorum omnium tanta est & tirannus, per quam adoriente crapula, subingreditur etiam ebrietas, Co- Gule comites. mites, sunt ociositas, carnalis uoluptas, luxuria, detractio, pigri- cies, inuidia, & omne genus maliciæ. Finis uero egrotatio, infir- Gule mala. mitas, cruciatus, fastidium, & ipsa mors, non solum corporis, sed & animæ multociens. Peccatum cœpit in gula mali per ingluiem Euæ & Adami. Gula cū luxuria comite, mūdum cataclysmo per- didit. Comedentibus enim & bibentibus, repentinus superue- 1. Thes. 5. nit interitus. Carnium auiditas, Israelitas quoq; perire fecit, teste psalmista qui ait: Adhuc enim erant escæ in ore ipsorum, quādo Psalm. 77. cecidit ira dei super eos. Pentapolis ob ingluiē, est igne sulphu- req; cōsumpta. Nam saturitas, panis, & ocium, corrupit eos. An Ezech. 16. Oloferneti fœmina uicisset, si non gula & ebrietas ante superas- Iudith. sent? Quid dicam amplius? Quid, nisi quod affirmat Apostolus? Philip. 3. Gulosi, crucis CHRISTI inimici. Inimici crucis CHRISTI, Gulosi inimici nec immerito. Nam quod erux illa fucrifecit, ipsi gulones perdi- crucis Christi. tum iri conantur. Crux illa, mundum à peccato uindicauit, gula in seruitutē retraxit: crux animas inter empticias uitæ restituit, gula rursum in barathrum retrudere molitur: crux aduersus omnium temptationum procellas propugnaculum est & tutela: gula cōtra,

omnes uirtutes hostiliter iuuadit, omnisq; tentationis altrix est, autor & fotrix. Vere ergo inimici crucis CHRISTI. Igitur age Christiane quod propheta prius egit. Gulam fac adeo declines, ut quemadmodum ille, potũ etiam cum fletu misceas. Ille in corpore tanq; extra corpus, in mundo uelut extra mundum: ille uiuens acsi mortuus, ille omnibus utens quasi nihil habens: quicquid agens nusq; nõ compunctiõi flebiliq; peccati memoriæ deditus. Tu pœnitens illum imitare qui sub ientaculo, sub cœna & prandio: sub conuiuiis omnibus peccata deplangebat, cuius exemplo tu quoq; defle uitam ante male sumptam. Quale conuiuiũ à deo propheta, tu tale postula. Cibabis (inquit ille) nos panelachrymarum, & potũ dabis nobis in lachrymis in mensura. Qualis hęc mensura quæso? Certe de qua scribitur ibi. Pro mensura delicti, erit plagarum modus. Aquam uino compone, mensura pœnę, mensuræ respondeat culpæ: modus pœnitendi, peccandi modum adæquet: alterum iuxta alterius pondus depẽde. Multũ & forte uinum, aqua multa dilue: ingens peccatum, ingenti pœnitentia tollendum: grauia peccamina graui compunctione digerenda, grauibusq; lamentis abluẽda. Quantum fuit in deliciis, tantum date ei luctus & tormentum, spiritus ait in apocalypsi. Mœrores, lamenta, singultus, suspiria, tunsiones pectoris, manuũ applausus, atq; oculorum erectiones cum interna mentis eleuatione: orationes, pii clamores sub acuta cõtritione, certissima signa sunt syncerę pœnitentiæ. Iuxta mensuram uini, sit mistio aquę. Iuxta mensuram oblectationis quam peccando sensisti, sit conterendi lamentandiq; modus. Tot lachrymæ, tot suspiria, tot dolores, tot compunctionis aculei, tot sint pocula mœroris per cogitatus intrinsecos, quot delectabiles motus & suauitates uoluptatis in peccatis habuisti. Si qua mensura maior, illa sit aquę præ uino. Vini magnitudinem atq; fortitudinem, aquæ copia temperet omnino. Abominatio uitæ magna si sit, multaq; peccati fœditas: cõtritionis & mœroris maior esto. Tot effunde lachrymas quot

Interna Dauidis paenitentia.

Psalm. 79. Expo.

Deute. 25. Expo.

Modus paenitẽdi par sit peccato.

Apoca. 18. Expo.

quot ob peccata teneris, ſit ſecundum peccatorum multitudinẽ, ipſarum lachrymarum multitudo. Magna profecto lachrymarum uirtus eſt. Vis intelligere quanta? Memento q̃ Petrus lachrymando tranſfugii uenią obtinuit, q̃ Magdalena uitæ meretriciæ, q̃ lachrymis Martha ſit ſanata, q̃ pro ſalute filiæ Chananea mulier ſit exaudita: memento q̃ lachrymis Ezechias ſibi uitã prorogauit. Nemo flẽs acceſſit ad deũ, qui non impetrauit quod poſtulauit, ait Hieronymus. Neq̃ mundus (ut inquit Bernardus) diluuio periiſſet, ſi ad lachrymas confugiſſet. Cũ hiis ergo (quos A. dixi) tu peccata defleas, deflens cum propheta dicito Potum meum cum fletu miſcebam. Si non ſatis iſti commoueant, uel cum CHRISTO defleas. Defleuit ipſe mortem Lazari & ad uitã reuocauit, fleuit humanam miſeriam, fleuit ruinam electæ ciuitatis, defleuit in cruce peccata ſe crucifigentium, culpas omnium. Cum clamore ualido & lachrymis orauit, & exauditus eſt pro ſua reuerentia, ut inquit Apoſtolus. Fleuit inhumanitatem ipſe tuam, & tu cum eo defleas. Defle peccata, defle mortem ſpiritualem, defle miſeriam ipſe tuã. Memineris o miſerabilis homo q̃ multa, q̃ magna, q̃q̃ uaria ſint tua peccata: qualia & q̃ grauia, q̃ abominabilis & odioſus agẽdi modus, quo tempore, cum quibus, quoties, & quo loco. Tu te ſic ſuſcites à morte ſpirituali, ſicut Lazarum CHRISTVS à corporali. Infremuit, contriſtatus eſt; fleuit, clamauit & gratias egit. Fremitus confuſam quandam uocem indicat, quali pœnitendo peccator uti debet. Adeo dolebit uerus pœnitens ut præ fletu, præ ſuſpiriis & lamentis, nec loqui uel mentem exprimere queat. Verus pœnitens ſuſpirat, gemit, opplorat, ſingultit, uocem ſolũ inconditam & incertam edit. Quo deprehendis q̃ mœrore ſit pleniſſimus ob peccata, quemadmodum Magdalena in domo Phariſæi. Cõtriſtatus etiam (inquit) eſt. Sic & tu fremere, flere, triſtariq̃ debes, ob iſtam peB. catorũ uilitatem. Q̃ ullis facta es nimis iterans uias tuas, ait Hieremias? Referetur autem hoc ad animam Chriſtianam, quæ cum

Lachrymarum uirtus.
Petrus.
Magdalena.
Martha.
Chananæa.
Ezechias
Hieron.
Bernard.
Littera.
Chriſtus fleuit.
Hebre. 5.
Ioan. 11.
Expo. Fremitus quid ſit.
Hiere. 2.
Expo.

Qñ nihil redditur animæ ꝓ peccatis?

sit uera CHRISTI sponsa, si per peccata tãq; meretrix ab eo
secedat: turpis, uilis, & sponsi sit amplexibus indigna. Fit squali-
da præ fornicationibus in conspectu dei sponsi pariter & homi-
num, odiosa, monstrosa. Monstrositas hęc (o) nunc ubiq; terram
occupat. Videbitis (inquit Ioel) prodigia in cœlo & in terra: san-
guinem, ignem, & uaporem fumi. Quid est in cœlo & in terra,
nisi in clericis ac laicis, quibus tanq; cœlitibus & terrigenis mili-
tans hæc constat ecclesia? Tanq; cœlites ab initio clerici, quorũ
uita & cõuersatio in cœlis: laici, pii terræ cultores. Monstra nunc
homicidium, adulterium, fornicatio, periurium, similiaq; pecca-
ta. Adeo cunctis hominibus odiosa sed & insueta. Sed dabo (in-
quit) prodigia in cœlo & in terra, hoc est, hæc adeo fieri permit-
tã, ut quæ per infrequentiã tanq; prodigia olim in primitiua ec-
clesia erant: nunc talia per assuetudinem monstra esse desinant.
Videmus, audimus ista, nec miramur: tam sæpe perpetrantur ab
omnibus. Sic neq; Balaam expauit ad uocem asini q̃q; id mon-
strosum erat: quoniam magicam artem exercens, talibus mon-
stris assuetus erat: uti scribit magister in historiis. Ad hunc ergo
modum si quando peccaris, fremere debes & tristari: recogitãs
& pertimescens æquitatem iudicii dei: de quo propheta formi-
dans ait Cognoui quia æquitas iudicia tua. Sed qualis æquitas ista
rogo? Certe quæ bona bonis & malis mala retribuit: quæ mino-
ra minoribus, maioraq; grauiora peccãtibus supplicia decernit.
Potentes (ait) potenter tormenta sustinebũt. Quo potẽtior opi-
bus, sublimior honore, ingenio præstantior, authoritate maior,
scientiaq; preclarior, eo datori deo fis obligatior: si peccas & illũ
offendas, offensa tãto molestior, tanto ingratior tu & ad ratiõem
reddendam magis obnoxius. Nam cui multũ datur, ab eo quoq;
multum quæretur. Quanto dotibus insignior, tanto per peccatũ
fit maiori cruciatui subiectior si damnari contingat. Quo nanq;
maiorem gratiam qui recæperint, eo maior pœna sequet si deli-
querint. Si peccator hæc animo reuolueret, fieret hic utiq;, ne

Num. 22. Quare Balaã nõ expauit ad ſitti ſui loquelam?

Pſalm. 118. Expo.

Sapien. 6. Expo. Damnatio potentum ceteris atrocior.

Greg.

Beda.

posthac

» posthac alibi cogatur ululare. Flebunt & plangent super iniqui- Apoc.18. Expo.
» tatem suam reges terrę, cum qua fornicati sunt & in deliciis uixe-
» runt: cum uideant fumum incendii eius, longe stantes propter ti-
» morem, & dicentes uæ, uę, uæ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas
» illa fortis: quoniam una hora uenit iudicium tuum. Confusio Ba- Babylonis interpretatio.
bylon interpretatur, designans utiq; peccatorem qui tanĉ confu sionis ciuitas est & miseriæ. Confundetur enim coram deo, beatis angelis, coram sanctis omnibus, & uniuerso (ut semel dicam) mundo. Tũc clamabit uæ, uæ, uæ. Væ propter peccata cordis, Terror & cõfusio peccatoris. uæ pro peccatis oris, & uæ pro peccatis operationis. Nẽpe quis dolor & quanta confusio peccatoribus in illo metuendo tremendoq; iudicio futura, quando uidebunt iudicem illum terribilissi-
D. mũ, ante cuius conspectum conflagrabit ignis? Quanta tunc erit illi confusio, quando grauia peccata sua dãnandaq; recognoscet opera? An non præ confusione pauoreq; contremiscet? Quanta Nec fuga nec pœnitentia tũc peccatori conceditur. quæso, quando fugam undiq; perquiret, nec uscũ tamen effugere possit? quando toties inducias & tam flebiliter implorabit, nec ullas habere poterit? quando uel una hora plus foret ad pœnitẽdũ, cũ omnes mũdi istius possessiones? quando tot precibus unius horę spacium optabit, nec tamen impetrabit? Quanta tũ peccatori futura confusio, quando supra se iustum iudicem (de quo diximus) uidebit iratũ: ante se, quæ fecit, opera damnabilia: mũdum retrorsum, terrifica flamma consumendũ: demorsam intus à uerme conscientiam: angelos à dextris, à quibus omnino deseretur: sinistrosum dæmones accusantes, ad seq; pertrahentes: infernum infra se, puteumq; fumantem: ubi miseriarũ & palpabilũ tenebrarum infinita congeries, ubi flamma uorax at non consumens, frigus urgens & non deficiens: ubi fœtor intolerabilis, indeficientes lachrymæ, nodosa uincula, facies dæmonũ atq; damnatorum horribilissima: ubi fletus & stridor dentium, ut inquit Matth.13.
CHRISTVS. Non tantum fletus & stridor dentium, sed & clamor & ululatus. Clamabũt itaq; qui illuc descendent cũ diuite

epulone ad Abraham pro una guttula aquæ qua refrigerent linguam ardentem q̃diu & ipſe hucuſq̃ clamauit, & non exaudiẽtur, ſed comburentur. Comburentur omnes, comburentur, & à
Eſai. 66. uermibus exedentur, nec tamen abſumentur: quia uermis eorum
Apud inferos miſeria continua. non morietur, nec ignis eorum extinguetur. Gratias igitur agãt E.
deo qui ſuos ſemp̃ tueť, ne ad eũ locum ruãt, ubi nihil aliud q̃ ſolę miſeriæ, nihil aliud q̃ tranſitus à miſeriis ad miſerias. Ibi ignis miſeria, miſeria aquę, miſeria ueſtis, miſeria nuditatis, miſeria caloris, miſeria frigoris, miſeria famis, miſeria ſitis, miſeria putredinis, miſeria fœtoris, miſeria uitæ, miſeria mortis, mortis æternæ. De miſeria itur in miſerias, & illas quidẽ infinitas. Has propheta miſerias animo reuoluens, & undiq̃ timore perculſus, Mi-
Pſalm. 37. ſer (inquit) factus ſum & curuatus uſq̃ in finem, tota die cõtriſtatus ingrediebar: per harũ memoriam potum ſuum fletu miſcuit, gaudiũ mundanũ iſtiuſmodi recordatione mortis & iudicii temperauit: edẽdo, bibendo, cubãdo, ludendo, quicquid q̃ agẽdo peccata ſua iugiter agnouit, defleuit & perdoluit. Ex cauſa ſubditur
Verſ. 11. A FACIE (inquit) IRAE INDIGNATIONIS TVAE, F.
Quid in cauſa erat, cur ſic flauerit propheta. QVIA ELEVANS ALLISISTI ME. Hic cauſam profecto fletus & mœroris oſtendit. Ira inquit atq̃ indignatio dei, facit ut doleam: in quã nõ ego ſolũ ſed omnes etiã alii qui naſcũtur in hunc mundum, ſicut ſupra monſtratũ eſt, incurrunt. Quid item ſit ira dei & qualiter intelligenda, prædiximus in illo ſexti
Pſalm. 6. pſalmi uerſu Domine ne in furore tuo arguas me, neq̃ in ira tua
Pſalm. 50. corripias me, & ibi Auerte faciem tuã à peccatis meis, nec opus hic ulla repetitione. Tamen inprimis aduertendum, quomodo ſingula pene uerba pſalmi huius, miſeriam humanam, neceſſitatem, & doloris abundantiam explanent: oratio, clamor, inuocatio, auris inclinatio, exauditionis affectatio, fumus, fœnum, cinis, fletus, gemitus, ſolitudo, exprobratio, inimicitię, ira, indignatio, alliſio, umbra, declinatio, ariditas, & hiis ſimilia: ut hinc q̃ miſera ſit hominis conditio, quanta q̃ ſit huius pauperis anxietas, li-

quido

quido ſciatur exhoc q̃ dicit A facie iræ indignationis tuæ domine, à manifeſta grauiq̃ uindicta quam ab Adamo ad hũc uſq̃ diem exercuiſti: de cuius origine nati, iam inde filii irę facti ſumus. Quæ nec aliunde fit euidentior, q̃ q̃ deus hominem quem honore, dominio, gratia, gloriaq̃ tanta ſublimauit, ut tum ad imaginem & ſimilitudinem ſui crearet, tum uolatilibus, bæluis atq̃ piſcibus præficeret, & in amœniſſimo quietiſſimoq̃ uiuẽdi loco conſtitueret: eundem poſtmodum ab eodem eiectum, omni hac ſublimitate quieteq̃ depriuaret. Quam ſane miſeriam haud ſufficienter enarrare deplorare ue queo. Sed ut in uerſu perſiſtamus, ab eodem tria colligimus. Eleuationem hominis, alliſionem ſubſequentem, iram atq̃ indignationem dei per quam alliſus eſt. Quemadmodum illum exaltarit & multiplicibus beneficiis ac prærogatiuis honorificauerit, creando, redimendo, ſeruando, uocando, remittendo, ſibi aſſociando, & deniq̃ glorificando: nõ inſufficienter (opinor) in illo quinquageſimi pſalmi uerſu Domine labia mea aperies, aperuimus. Nunc igitur qualiter ab hiis eiectus fuerit, adaperiamus. Alliſiſti me (inquit) ab ipſa paradiſi ſuauitate, & ad huius terræ mœſticiem deieciſti, priuans omnibus illis beneficiis ac dignitatibus, quibus tam largiter ante donaſti, quando in primo illo parente noſtro Adamo, quem per tranſgreſſionem præcepti tui in has mundi miſerias una cũ tota poſteritate detruſiſti: ubi timor magnus & ingens dolor, ubi miſeria magna, anguſtia, paupertas, fames, ſitis, nuditas & indignatio, ubi terror & formido indignationis & iræ tuæ. Et (ut de illo tertio dicamus) ira dei in peccatores magna eſt, maior indignatio. Facies iræ eius ualde terribilis, facies autẽ indignationis multo terribilior. Vis nunc faciem iræ per exempla conſpicere? uis à cõſtitutione mundi qualis extiterit, introſpicere? Hæc, peccatores angelos è cœlis ad imos uſq̃ tartarorũ carceres expulit: hæc Adamum & Euam è paradiſo deiecit, uniuerſos homines præter octo ſolos in diluuio ſubmerſit: hæc Pentapolim incendio conſumpſit,

Tria notanda in hoc uerſu.

Pſalm. 50.

Littera.

Ira & indignatio dei, in quo differant.

Facies iræ dei qua ſeuit in peccatores.
Eſa. 14.
Gene. 3.
Gene. 7.
Gene. 19.

Exod.12. sumpsit, Aegyptiorum primogenita uastauit, Pharaonem atq; suos multis alioqui suppliciis ac flagellis afficiens, quem cũ exercitu grandi demum in mari submersit: hæc, Amelech & memoriã eius omnino deleuit, duos Aaronis filios igne perdidit: blasphemum & sabbato ligna colligentem lapidibus obrui fecit: hęc cunctos Israelitas carnũ impudenter auidas, post illarum esum miserabiliter afflixit: Dathõ Abiron & Core effecit ut terra uoraret cum ducentis quinquaginta uiris qui sub duce Core turibula tenebant ad sacrificandum, similiter ab igne cœlitus emisso peremptis. Hæc Mariam Mosi sororem lepra percussit. Hæc Mosen etiam ac Aaronem ob suam ad contradictionis aquas incredulitatem, ab ingressu terræ promissæ repulit, cum sexcentis præterea uirorũ millibus, quorũ nullus præter Caleb & Iosue, terram promissionis adintrauit. Hæc peccanti populo serpentes immisit, Achan cum familia deleuit, populũ sæpe pro peccatis merito flagellauit, duobus præsertim tẽporibus, quibus gladio quadraginta uirorũ millia perierunt, è tribu uero Beniamin uiginti quinq; millia pugnatorum. Hæc Hely morti condemnauit cum filiis icorrectis, Saul immemorem è regno depulit, post cuius mortem magna fames terram inuasit, per quam multi perierunt: septuaginta milia uirorum ob superbiam Dauidis angelo uindicante protriuit, in exercitu Sennacherib blasphemante centum octoginta quinq; millia uirorũ una nocte peremit: hæc pseudoprophetam inuadente leone occidit, deuorantibus ursis quadraginta duos pueros interemit ob prophetam dei minus reuerenter acceptum: hęc Giezi symoniam lepra uindicauit, Oziã regem Iuda sibi officium adolendi minus recte usurpantem, leprosum reddidit: Antiochum grauissimis infirmitatibus agitauit, seruũ immisericordem qui conseruo parcere noluit sed suffocare, reuocauit ad carcerem. Hęc Ananiam & Sapphiram subitaria morte sustulit. Hęc Herodem ut angelus affligeret, effecit. Ecce grauem iram, ecce terribilem iræ dei faciem. Nam (ut breuiter

Exod.14.
Ibidem.14.
Ibidem.17.
Leui.10.
Numer.15.
Numc.11.
Ibidem.16.
Numr.12.
Numc.20.
Ibidem.14.
Numc.21.
Iosue.7.
1.Reg.2.4.
2.Reg.24.
4.Reg.19.
3.Reg.13.
4.Reg.2.
4.Reg.5.
2.Paral.26.
1.Mach.3.56.
Matth.18.
Actu.5.
Ibidem.12.

breuiter omnia dicam) adhuc ira dei uiget in omnibus, quos ori-
ginalis culpa peruadit, quę exarſit, in protoplaſtum & in nos un-
K. de quaq; deriuata. Inde naſcimur iræ filii, ut ait Apoſtolus. Inde Ephe. 2.
pertrahimus omnes originale peccatum à parẽtibus. Trahimus Filij ire naſcimur.
autem, non à coniugio quod bonum eſt beneq; ceſſit inter eos:
ſed à libidine mala quæ ſemper ex quo natura corrupta eſt, in-
tercurrit. At inquis, ſi ſit hęc libido parentum, quid ad paruulum
qui de concubitu procreatur innocens? Videtur infans omni ra-
tione ſeruandus. Non plane. Non naſcitur hæres aut ullum ius
habet regni cœleſtis unde uendicare poſſit, niſi baptizetur. Ete-
, nim dominus affirmat periturum de populo Iudæorum, ſi quis Gene. 17.
, octauo die circumciſus non fuerit. Videntur potius ante damnã- Expo.
di parentes qui (quod neceſſariũ intelligebant) circũcidere de-
bebant, cũ infantulus ignorans, nec dum bonum à malo ſecer ne-
re gnarus. Eſto, parentes ob hanc incuriam (de quo nuſquam ſcriptu
ra non meminit) haud immerito luãt & ſupplicia perditionis in-
currãt: an illorum iſta damnatio, ſalus erit paruuli? Parentes me-
rentur interitũ, at filii non merentur uitam, ſed utriq; quod opor-
L. tet, dependunt. Ait enim nõ homo ſed dominus. Infans qui octa- Ibidem.
, uo die circumciſus non fuerit, peribit anima illa de populo ſuo. Expo.
Paruulus æditur in hanc lucem plenus undiq; miſeria, neq; per- Paruulus non circuſus cur damnatur.
manet ſed tanq; flos cueſtigio fugit, ac uelut umbra diſparet, co-
ram tribunali dei ſiſtitur, ibi iudicandus: & ſententiam damnatio-
nis accipit q incircumciſus obierit. Itaq; circũciſio ſeruat quem
incircumciſio condemnat. Sed hic obmurmuras iuſticiæ dei, cur
id, inquiens? An æquitas hæc eſt, ut innocentem condemnet in-
circumciſam? Si ſit innocens, cur damnatur? & quare circumcidi
iubetur alioqui periturus, qui nõ peccauit? Incaſſum imperatur,
, ſi peccata non diluat. Si te rogem an ſit iuſtus dominus? reſpon-
, debis ſcio Iuſtus eſt dominus in omnibus uiis ſuis & ſanctus in Pſalm. 144.
, omnibus operibus ſuis, equitatem uidet unus eius. Id ore forſan Pſalm. 10.
ais, prætendens amorem, ſed corde mendax, ab amore prorſus
alienus;

alienus. Nec enim adeo credis in eum quin admirando cæcutias q̄ hic dominus paruulū insontem (ut ante opinaris) aut circumcidi uel incircumcisum damnari uelit. Si nō ita titubes, dicas oro cur ea solum causa condemnet q̄ fuerit incircumcisus? Dices nō ob id solum, sed præterea q̄ peccato subiacuerit, & illud circumcisio purgare potuit. At actuale nullum habet, ut quod nunc̄ cōmisit. Quid enim committere ualuit infās octo dierum? Trahere illum peccatum originale fateri non uis? nec ob id damnari? Vnde iniustum esse dei iudicium innuis, qui nullius peccati reos (ut asseris) in sententiam damnatiōis adigit, damnatq̄ infantem quē nulla causa damnabilis incusat. Nō ita putares si dei legem fidelem esse crederes, qua affirmat paruulum incircumcisum periturū. Sed deus (inquis) futurorū omnino præscius, talia infantem perpetraturum antea nouit postq̄ excreuerit: ideo eum de populo suo periturum asseris. An factor & creator omnium non facta pro factis habebit? an quem perpetraturum nouit, pro perpetrante puniet? Moritur infans, & senis aut uiri pœnam luet? Non habet tempus quo diffluat, sed nec uoluntatem qua peccet aut uolendi libertatem: & tanc̄ uolūtarie peccans imputato delicto sequente q̄ supplicio dolebit? Non est hoc iusti iudicis, non est eius qui iudicat omnem terram, & reddit unicuiq̄ iuxta opera sua. Quare ergo cum deus dicat Masculus cuius præputii caro die octauo circumcisa non fuerit, peribit anima illa de populo suo? Hoc non alio respicere potest q̄ q̄ originale peccatū cōmuniter à parentibus accæptum sit, per quod infans ille disperit. Nemo ne infans quidem unius diei, sine peccato uiuit, sed neq̄ nascitur, fœlix ille qui liberatur. Liberauit ante circūcisio, baptismus modo beatificat. Nisi quis (inquit) renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, nō potest intrare regnum dei. Et Iob Quis potest (ait) facere mundum de immundo concæptū semine? Nōne tu qui solus es? An ita scriberet, si non omnes paruulos ante baptismum censeret immundos? Gignuntur gignunt̄ ex immundo semine

Gene. 17.

Originale peccatū, causa damnationis.

Ioan. 3. Baptismus originale delet, sicut olim circūcisio.

Iob. 14. Expo.

semine parentum, quam ob rem & immundi nascuntur. Sordes etenim ipsorū peccato prolem infici ūt & criminatricem reddūt.
Nō ueni uocare iustos sed peccatores, inquit CHRISTVS. Luc. 5.
Non est enim sanis opus medico sed male habētibus. Is uenit ad sanandos omnes quotquot prodesit in hanc lucem. Nullus ergo de se sanus sed omnes undiquaq; uulnerati, tam infantes pueri q; seniores. Vnde qui prius abiecit incircumcisum, dicens Qui circūcisus nō fuerit, peribit: iā non baptizatū excludit à cœlis, inquiens Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest Ioan. 3.
introire in regnum dei. Peccatores igitur & immūdi sunt infantes atq; paruuli nuper nati. Quorum nec ante peccatum abolet, q; ipsi baptismo sint abluti. Cuiusmodi quid, ibi subinsinuare uideri potest CHRISTVS Sinite paruulos uenire ad me & Matth. 19.
nolite eos prohibere. Vult enim oēs credere q; paruuli indigeāt auxilio suo, quo perueniāt in regnū dei patris, dicit nāq; Ego sum Ioan. 14.
uia, ego hostium, nemo uenit ad patrem nisi per me. Praestat autem auxilium per gratiam suam, semper assistendo baptismi sacramento. Et sicut nemo uenit ad patrem uel regnum patris nisi per CHRISTVM: ita nec ad CHRISTVM uenire quisq; poterit, nisi pater attraxerit. Quod etiam ipse manifestans ait
Nemo uenit ad me nisi pater qui misit me, traxerit eum. Sed nec Ioan. 6.
ad patrem aut filium uenire potest ullus, nisi spiritu sancto simul Ioan. 3.
operante: qui ubi uult spirat, & gratiam diuidit ac partitur pro- 1. Cor. 12.
ut uult. Gratiam nimirum in nomine non à se dissociata, sed indiuisa trinitas unus deus, tanq; una manu, unaq; potentia semper operatur. Qua de causa, quisquis baptizat, in nomine patris & filii & spiritus sancti tingitur. Baptismi certe gratia, remissionem peccatorum & salutem efficit. In remissionem itaq; peccatorum susceptitur. Si qui fuerint adulti, ipsorū tam actualia q; originalia peccata, baptismus abolet. Sin infantes aut pueri fuerint, solum originale tollitur, gratia donatur, & daemonis potestas eiicitur. Quapropter etiam ante catechizantur, & exufflantur, ac inde

Baptismus & originale & actuale omne abluit.

baptizantur:

baptizamur: ut princeps huius mundi diabolus, ibi nihil habeat, sed foras protinus expellat. Vbi uero baptismus hoc ipsum peccatũ aboleuerit, remanet nihilominus adhuc fomes, hoc est quidam rebellio carnis, affectio quædam & dispositio peccandi: de qua Paulus expostulans Caro (inquit) cõcupiscit aduersus spiritum. Stat autem per illũ fomitem, ut quotidie dilabamur in peccatũ, ut nunc hæc nunc illa, modo minora, sæpe uero maiora delicta perpetremus: adeo nimirum, ut qui superiores aliis creaturis ab initio facti sumus, his impulsibus multo deteriores sæpius euadamus. Quanto siquidem innocens homo primus originalig iustitia præditus, omnibus aliis creaturis eminentior erat; tanto per peccatum ab illo statu decidens, factus est dejectior. Nulla nanq creatura homine inferior hanc peccati miseriam aut gehennæ patitur. Non est piscibus, auibus, aut iumẽtis horror peccati uel gehennæ formido. Quod pecus plangit reatum peccati? aut quæ auis timet gehennam ignis æterni? Quo magis homini prægauendum, ut ubi per baptismum à peccatis omnino liber exiit, nequaq per illum fomitem ad ea recidat. Nã facies iræ dei uertitur in peccatum, atq quæ nec peccantibus angelis, ne dum hominibus si perseuerẽt in eis, ignoscit aut parcit: sed ex merito cũctos affligit, reges cum subiectis, diuites cum egenis, formosos cũ deformibus, dominos cum seruis, & potentes cum humilibus. Hæc est facies iræ dei quam leuat in peccatores. Sed & indignationis faciem ad eos sæpe porrigit, at illo præsertim in iudicio, quãdo uocante tuba, tanq in ictu oculi consurgemus, & ante tribunal IESV CHRISTI stabimus, audituri sentẽtiam in nos ferendam secundum quod unusquisq gessit in corpore, siue bonum siue malum. Q. si bona fecerimus, ibimus in uitam æternã: si uero mala, in ignem æternum. Videbimus tunc fluuium quendam igneum tanq aborsu solis usq ad occasum protendentem, tocamq terram perurentem: is qui flumina, fontes, stagna, riuos, immo mare ipsum exiccabit. Tunc aer agitabitur, nunc uirtutes

Quæ mala originale sequantur.

Fomes peccati remanet i baptizato. Gala. 5.

Homo per peccatum cæteris animalibus deterior factus est qui ex natura sua præstantior erat.

Deus neque peccãtibus angelis, neque hominibus pepercit.

Facies indignationis.

Athanasius. Signa terroris quæ iudicium antecedent.

uirtutes cœlorũ mouebuntur, tunc coruscationes emicabunt undiq, sydera foliorum instar è cœlo decident, sol deniq deficiet, lunaq uertetur in sanguinem, & cœlum ut liber complicabitur. Angelorum exercitus aderunt, hinc illinc properantes, ut omnes in unum homines ibi compellant: quos & partientur in duos exercitus: hunc electorum, illum uero damnãdorum. Tunc omnis creatura quæ in cœlis, quæ in terra uel subtus etiam erit, illico cõparebit in conspectu regis regum & domini dominantium: qui tanq̃ scintilla ibi cœlis ex inopinato reuelabitur: & cum ueneris in potestate & in maiestate sua & omnes angeli cum eo, tunc cœlũ & terra tanq̃ in fugam auertentur à facie sedentis in throno: ibi separabit omnes gẽtes à seinuicem uelut agnos ab hœdis, collocans agnos à dextris ubi seruabũtur, hœdos autem à sinistris unde damnationem accipient. Tunc opera unuscuiusq manifesta fient, & quæ tot annis latenter ac in tenebris admissa sunt, omnibus ibi patebunt. Tunc erunt aperti libri conscientiarũ & reuelabuntur undiq. Tunc requiretur à singulis ibi Christianis signũ illud illibatum baptismatis seu caracter baptismalis, fides integra tunc postulabitur. Tunc illud insigne quo donati sumus ex quo catholicam orthodoxamq fidem suscepto iam baptismate palã & in facie (ut dicunt) ecclesiæ professi sumus, pro se quisq dicẽtes Abrenuncio Sathanæ, abrenuncio & omnibus pompis eius, omnibus operibus eius, infractum & immaculatum exigetur. Ac quibus (inquis) põpis? quibus operibus? Audies, Adulterio, fornicationi, cunctis immundicijs ac impudicitijs: homicidio, furto, mendacijs, inuidiæ, ueneficijs, omnibus rapinis ac cupiditatibus: incantationibus singulis & diuinationibus, idôlorumq culturis: iræ, rixis, odio, contentionibus, emulationibus, & blasphæmijs omnibus: accidiæ, uoluptati, luxuriæ, gulæ, ebrietati ac ingurgitatiõi: superbiæ, dissolutiõi, lasciuiæ. Quid dicam? Vicijs & peccatis omnibus. Hæc enim opera Sathanæ sunt, & filiorum eius quq perpetrare solent. His operibus, ãtiusmodi persuasionibus

Angelorũ ossecia in extremo iudicio.

Apoc. 19.

ibidem. 4.

Apoc. 20.

Libri conscientie omnibus in uelabuntur.

Abrenuncio Sathanæ.

Pompe sathanæ, quæ sunt

p. acq

atq; allectatiõibus abrenunciauimus in ſanctificatiõe baptiſmatis, in illa ſacra piſcina, quam quiſquis ingreditur, ſanus ab omni morbo ſeu peccato redit. Hęc autem ſcimus opera tenebrarum, diabolicq; doctrinas eſſe. Hæc in baptiſmo regenerati per aquã & ſpiritum ſanctum, abnegauimus: exuentes ueterem hominem cũ actibus ſuis, & nouũ Adã id eſt IESVM CHRISTVM induentes. Angeli notant & tanq; ſcribunt hanc abrenunciationem noſtram in baptiſmo factam, iidem hanc ipſam profeſſionẽ die iudicii requirent. Ad quam qui non integre reſpondere quiuerit, ſuo magno periculo damnoq; ſteterit. Ait enim ſcriptura tibi Chriſtiane frater. Ex uerbis tuis iuſtificaberis & ex uerbis tuis condemnaberis. Et improbo præuaricatori ſeuere dominus inſtit Ex ore tuo te iudico ſerue nequã. Faciet hoc promiſſum ſeu profeſſio potius, ut aut iuſtificemur aut condemnemur. Examinabimur etenim omnes, qualiter obſeruauimus hoc pactũ. Si perfecte, uerba nos noſtra iuſtificabunt: ſin minus, nos eadem condemnabunt. Ordine quiſq; ſuo ſecundum honorem quem ſuſcepit, aut onus potius quod humeris ultro ſuis impoſuit, ex hoc pacto reſpondebit. Examinabuntur epiſcopi, quemadmodum huc honoris aſcenderint, quo animo quæſierint aut acceperint oblatum, quomodo ipſi uixerint, quomodo creditũ ſibi gregem gubernarint, quali exemplo traxerint, an peccãtes æquabili moderamine correxerint, & bene uiuentes miſericordia condigna fouerint: an doctrina, nutrimento, ſubſidio, conſilioq; iuuerint: an ſacramenta ſufficiẽter adminiſtrarint, adminiſtrãdaq; curarint. Tantum reuera uitam populi, uita præſulis tranſcendere debet: quãtum & diſtare ſolet á grege, uita paſtoris. Audiat epiſcopus quid dicat ſibi dominus, & (credo) cauebit. Ait enim ipſe Erit anima tua pro anima illius. Cuius illius? Vniuſcuiuſq; curę tuæ cõmiſſi: quem ſi uel negligentia tua deſtituerit uel corruperit tuum exemplum: tu cum illo peribis. Sanguinẽ enim eius de manu tua requiram, ait. Scribuntur hæc epiſcopis, ſcribuntur & aliis cura

Profeſſio in ſacro fõte facta, per angelos tã quam mandatur literis.

Matth. 12. Expo.

Luc. 19.

Examinatio peccatoris in iudicio: & de ratione reddẽda.

Omnes reddit rationem coram ſummo iudice.

Magnates.

Epiſcopi.

Expo.

Ezech. 3.

S.

,

,

T.

,

,

toribus

toribus seu rectoribus animarũ omnibus. Arbitrantur nonnulli rem magnam se prestitisse, si sacerdotium quodpiam aut quãuis in ecclesia dignitatem adepti fuerint. Qui si repeterẽt etiam animo, quanti sit illud oneris quantiq; periculi, qualem inde rationẽ summo iudici reddituri, quomodo sanguinem pro sanguine, uitam pro uita, siue animam pro anima daturi: non ob id adeo sibi placerẽt. Sed semper sub metu ac formidine uersarentur de periculo illo ac tremenda illa ratione quã inde essent reddituri. Nõ episcopi soli (ὅμως hii ipsi ualde multum) sed & abbates ac prælati, singuli sacerdotes & presbyteri habent, quod sibi pro se & creditis ecclesiis & grege respondere debeant. Nec solis prælatis asseruatur amaritudo diei illius: sed regibus etiam ac principibus cæterisq; magnatibus ac potentibus. Reddẽt & hii quoq; rationem quomodo rexerit, an iustos defenderint ac enutrierint, an peccatores & noxios iuste punierint, quomodo fidẽ CHRISTI tutati fuerint, qualiter ecclesiæ causam in se suscæperint & eandem promouerint, quo pacto pauperes à diuitibus, humiles à potẽtibus, quomodo uiduas, orphanos, & pupillos à magnis oppressoribus seruauerint illæsos, quomodo iustitiam obseruauerint & ipsas leges æqua lance administrauerint. Cõstituti sunt enĩ patres orphanorum, iudices uiduarũ, & animaduersores cunctorum excessuum: defensores ecclesiæ, fidei tutores, religionis aduocati, patroni ueritatis, uirtutis alumni, qui semper aduigilẽt & prospiciant ne bonos ac innocentes mali pessundent. Hic est ille gladius de quo scribit Apostolus Non sine causa gladium põrtant, ad uindictam inquit malorum, laudem uero bonorũ. Diuites ibi rationẽm reddituri sunt, sed & pauperes: magni, sed & pusilli: singuli respondebũt ibi de propriis operibus. Scriptum est enim Oportet nos manifestari ante tribunal CHRISTI, ut unusquisq; recipiat prout gessit in corpore, siue bonum siue malũ. Tunc itaq; tunc faciem indignationis suæ peccatoribus exhibebit, tunc quicquid alioqui solaretur, aduersabitur: crux enim ipsa CHRISTI, o peccator ingrate, cõtra te stabit, immo perora-

Abbates.
Sacerdotes.
Reges.
Principes.
Potentes.

Reges & potentes ecclesiã & pauperes defendere debent.

V. Roma. 13.

Diuites.
Pauperes.

Roma. 14.

Insignia passionis Christi arguẽt peccatores in ipso iudicio.

bit: aduersum te uulnera multa multum allegabunt, contra te ci-
catrices ipsæ loquentur: obprobria, sputa, flagella, contumeliæ,
uerbera, colaphi, fel, acetum, claui, clauorum foramina, lancea,
mors, sepulchrum: hæc nimirum hęc omnia & quotquot alioqui
propicia forent, in te miserum peccatorem atrociter insurgent
atq; accusabunt. O miserrime peccator quid tunc tu respon-
bis? Quando CHRISTVS hæc tibi monstrabit aduersan-
tia, quid adiuuabit? Videbis in cœlo signum eius, uidebis quem-
admodum homo pro te factus est, quomodo captus, quomodo
alligatus, elusus, cæsus: quomodo crucifixus, mortuus, & sangui-
nis sui precium à te quæret, tantarum iniuriarum pœnam exqui-
ret. Tu uero quid contra dices? quid afferes in tui defensionem?
quis ibi tuus erit aduocatus? quis pro te respondebit? quis defen-
Zacha. 12. Expo. det ab ira & indignatione sedentis in throno? In illo certe die X.
Apoc. 1. Expo. magnus erit planctus, ait Zacharias. Reuera magnus, quia Tũc ,
Quibus plan-ctus futurus in iudicio. plangent super eum omnes tribus terræ. Iudæi tunc plangẽt qui ,
crucifixerũt CHRISTVM, plangent Gentiles qui idõla co-
luerunt: plangent improbi Christiani qui mũdum plusq; deum,
carnem plusq; animam, pecuniam plusq; iusticiam, iniquitatem
plusq; uirtutem amauerũt & sectati sunt: plangent peccatũ quod
admiserunt, uirtutes quas omiserunt, stulticiam & maliciam qui
non correxerunt, gloriam cœlestem quam amiserunt, pœnam
In illa die nulle erit appellatio, nulla fuga. æternam quam cõmerentes incurrerunt. Plangent inquam plã-
gent, quia nõ erit uirtus ulla resistendi, nulla facultas effugiendi,
nullus locus pœnitendi, nullum tempus satisfaciendi: sed nec ulla
misericordia iudicis quæ subueniat, sententiq nulla reuocatio: nõ
superior ulla curia ad quam prouoces aut appelles. Tanta iudicis
erit excellentia, tam plana criminis euidentia, & omnimoda tem-
1. Corin. 15. poris indigentia. In momento nanq; fiet & ictu oculi. Accusabũt ,
1. Petri. 4. peccatorem ipsa peccata dũ iudex interrogabit. Si tũc uix iustus ,
saluabit, ubi peccator apparebit? Latere impossibile, apparere ,
intolerabile. O peccator, o, cur ad hunc diẽ non aduertis? Quo Y.
fugies?

fugies? unde petes auxilium? Tum CHRISTVS immerentē non exaudiet, ipſa clæmentiſſima uirgo & mater iuuare non poterit, angeli contra te ſtabunt, Apoſtoli, Martyres, immo ſancti omnes contra te clamabunt, iuſticiam expoſcentes: ut pro qualitate delicti ſit & plagarum modus. Tunc cœlum & terra cōſurgent aduerſum peccatores, o quanta tunc iudicis erit indignatio, qui peccatores ad infernum uſq; proiiciet, ibi puniendos, ibi cruciandos inæternū, dicens Ite maledicti in ignem æternū? Aeternum dicit, hoc eſt, ſine fine duraturum. In infernum abituros, in unum itaq; locum. Vnus ergo peccatorū omnium an uarii cruciatus erunt quia locus unus? uaria certe Inferni & particularia loca, uariaq; tormentorum genera quæ præparantur damnādis ut ex euangelio legimus: nec ibi ſolum ſed & ex aliis ſacræ ſcripturæ locis. Sunt enim (ut ibi ſcribitur) Exteriores tenebræ. Si iam exteriores, haud dubium quin & interiores illic habeantur. Interiores animæ, corporis exteriores. Gehenna, ignis ue gehennæ: fletus, ſtridor dentiū, uermis immortalis, læſæ conſcientiæ: ſtagnum ignis, ignis inextinguibilis ardor inæſtimabilis: aquæ niuiæ, frigus immenſum: dæmonū ſocietas horribilis, fœtor intolerabilis: horror maximus, & dolor incomparabilis. Ibi infirmitas, debilitas, deformitas, timor, tribulatio, dolor, tædium, lamētatio, & cōfuſio. Quid dicam? Irruet ſuper eos omnis dolor. Iſtarum pœnarū ſuus cuiq; locus, horrore, tædio atq; atrocitate pleniſſimus. Inter quæ profundum inferni, locus omnium horridiſſimus: ubi nimirum impiiſſimq; plectuntur animæ ac infœliciſſime cruciantur. Certe locorū & pœnarū ſit iſtiuſmodi diſtinctio, q; ſecundum menſuram delictorum, eſſe debuit diſtributio ſupplitiorum. Mitius aut immitius prout commeritæ ſunt, ibi torquentur animæ. Spinis etenim peccatorum ſuorum unuſquiſq; conſtringitur, ſecundum quod etiam ibi ſcribitur Sciens uoluntatem domini & non faciens, uapulabit plagis multis. Nempe iuxta menſuram & grauitatem delictorum: ita tamen ut qui illic minimum

Deute. 25.

Matth. 25. Expo.

Varia tormentorum loca, & uaria ſupplitia in inferno.

Anima & corpus ſimul ibidē puniuntur.

Pœne infernales infinite & innumere.

Z. Prouer. 5.

Luc. 12.

minimum pœnarum passurus sit, multo grauius onus sentiet, q̃ cui sustinendo idoneus sit futurus, utpote plus q̃ ab humano ingenio estimari possit. Siquidem ubi nullus puniendi finis inueniri potest, quis unq̃ humanæ æstimationi locus dabitur? Est enim illic cruciatus perennis & omnibus penitus modis infinitus, siue continuam ipsam affligendi durationem spectes, siue intensionẽ aut extensiõem perpendas. Porrò diuersis peccandi uicibus, diuersis modis, respondent & ipsorum cruciatuum uarietates. Et quemadmodum non est unus delinquendi gradus, sed alius alio nonnunq̃ longe grauior & atrocior: ita sunt & delictorum punitiones, aliæ aliis multo uel intensiores uel remissiores. Et quo magis placuerint peccata, quãtoq̃ magis de hiis capta fuerit uoluptas, tãto erunt tormenta tum uehementiora tum etiam intensiora. Quod si forte scire cupias quæ sint hæc discrimina atq̃ uarietates cruciatuum, paucis audi. Mœchus & adulter, illic pœnã quandam suam & adulterio suo peculiarem sortitur. Fornicator, intemperantiam suam etiam priuatim luit. Habet & homicida cruciatũ suum. Fur quoq̃ suo tormento plectitur. Illic nec uoraci helluoni, suum unq̃ defuturum est supplicium. Periurus mercedem suo periurio dignam, recepturus est. Est & illic superbo cõstituta certa punitio sua. Vbi nec desidiosi impune euasuri sunt, quin inertiæ suæ pœnas dabunt. Postremo illic quoq̃ generalia peccata afflictionem generalem inuentura sunt, ut quę in genere commissa sunt, in genere item supplicium ferant & condemnationem. O itaq̃ diem illum multis nominibus tremendum. O dei indignationem nulli mortalium tolerabilem. Tunc autem lamentabile illud & minabundum uę, quod toties in sacris literis in nepharios detonatur, uerum effectum suum consequetur. Tum uæ tibi o superbe, uæ tibi adulter, uæ tibi quoq̃ fornicator, uæ tibi fraudulente. Væ illis oĩbus qui in hoc mundo cœlum suum constituerunt, qui summã fœlicitatis suæ in conuiuiis, in commessatiõibus, in symposiis, in potatiõibus, in ebrietatibus, in tympanis, in cytharis,

Vnicuique peccatori suũ cõstituitur supplicium.

Væ omnibus damnatis.

in cytharis, aliisq; id genus uoluptatum illecebris collocarũt. Vę illis etiam uel in primis, qui inuiolabilem sacræ scripturæ maiestatem ad diabolicum propositum suum detorquent atq; ad patrocinandũ delitiis suæ carnis trahũt ac impellũt, ipsius CHRISTI uerba sacrosanctumq; euangelium omnifaria contumelia afficientes. Deniq; ut summatim dicam, uæ omnibus peccatoribus, qui tum tẽpus ueniæ quærent & non inuenient. Væ illis qui inter iudicandum à sinistris statuentur. E quorum grege alii illud triste, discedite à me maledicti, audituri sunt. Alii non amplius cũ cum fatuis uirginibus, Nescio uos. Nonnullis terribile illud fulmen dire intonabit, Ligatis manibus & pedibus mittite in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium, nec exibit inde donec soluerit ultimum quadrantem. Erunt etiam illic quibus dicetur, Conuertantur peccatores in infernũ, omnes gentes quę obliuiscuntur deum. Aliqui inaudiẽt, Tolle quod tuum est & uade. Sed hic fortassis quæris, quid sit illud tuum, quo tecum sublato, iuberis abire? Illud in primis satis constat, tibi nihil proprium esse quod sit bonum. Nã si fortasse boni quippiam possideas, id totũ haud dubie diuinæ beneuolentiæ ascribendum est. Quẽadmodum econuerso quicquid mali, quicquid peccati tibi adhærere sentis, id profecto in uniuersum ex teipso tanq; à primario fonte dimanat. Hoc est ergo illud tuum, quod tecum ad inferos tollendum est: quo tempore post latam irreuocabilem sententiã, dicetur à supremo iudice, Vade. O quam tristis futura est hæc uox, uade, abi, discede è conspectu meo. Verũ quo tandem abituri sunt isti, quibus ad hũc modũ dicetur, uadite, abite, discedite à me? Certe non est dubitandũ quin eò recta proficiscent, quò se recipient illi, quibus ita imperabit iustus ille & metuendus iudex Ite maledicti in ignem æternum. Vbi ueluti zizania in fasciculos colligentur exurendi in camino ignis. In eo die segregabuntur à se inuicem omnes, ut boni in uascula colligantur, mali contra foras mittãtur. Tunc & episcopi ab episcopis separandi sunt, presbyteri

Vę detorquentibus scripturã ad affectus suos carnales.

Apoc. 9.

Matth. 25.

Idem. 22.

Psalm. 9.

Matth. 20. Expo.

Omnia bona a deo sunt, mala omnia a nobis.

Idem. 25.

Idem. 13.

Segregatio bonorum a malis in ipso die.

byteri à presbyteris stabũt segreges, diaconi à diaconis diuidẽtur. Tunc & magnificentissimi reges inter se segregabuntur, ita ut alius ad alium gregem, uelint nolint, perducendi sint. Stabunt C. tum qui probe uixerunt, longissimo interstitio distantes à malis. Quin & religiosi in diuersas partes migraturi sunt: adeo ut alii cum agnis, alii cum hœdis numerabuntur. Nec euadent hanc seperationem, qui hic uentri & somno dediti, torpide ac segniter uixerunt: quiq; mundana cœlestibus, qui momentanea æternis, qui terrena nunq; interituris stulte prætulerunt. Tunc non dubium quin liberi à parentibus seiunctim ibunt. Frater à fratre semouebitur, nec omnes amici eodem tendent, cognati cognatis, consanguinei consanguineis, propinqui propinquis, uicini uicinis non permittentur adhærere, sed in diuersas rapiẽtur partes, quisq; pro meritis aut commeritis suis. Tunc etiam alienabũtur, qui susceptum matrimonii uinculum fœde ac libidinose confregerunt, qui thorum illum immaculatum connubii spurcis adulteriis contaminauerunt, qui castitatem ac pudicitiam suam parum integre aut religiose obseruarunt. Seperabuntur deniq;, ut summatim dicam, omnes fontes atq; peccatorum maculis aspersi: ab his qui in præsenti sæculo, sancte & pie uitam degerunt. Quos hii à dextris iudicantis statuentur, faustissimum illud elogium au-

Matth. 25. dituri: Venite benedicti patris mei, possidete regnum quod uobis paratum est ab origine mundi: illi uero contra, ad sinistram redigentur. Aduersus quos & illa formidabilis sententia minaciter feretur Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatur diabolo & angelis eius. Hæc erit illa futuri iudicis seueritas, hęc iusta D. indignatio dei: quæ tum peccatoribus exacte exhibebit. Ex quis hæc impense & ex animo audiẽs, à lachrymis temperare potest? Hanc itaq; diuini iudicii indignationem secum subinde repetẽtes sanctissimi olim uiri patres nostri, sponte sua quicquid in mundo iucundum uidebatur, quicquid aut extra sensibus, aut intus animo arridebat, penitus reliquerunt. In quo genere sunt opes, di-

Cur sancti & religiosi uiri mundum & mundana reliquerunt.

uitiæ,

uitiæ, honor, magiſtratus, delitiæ, uoluptates, parẽtes, liberi, fratres, neceſſarii, propinqui, amici. Quæ oĩa una cum ſeipſis partim impenſiſſimo quodam amore erga deũ, partim iudicii huius timore, ultro deſeruerunt. Sicq; ſpretis, contemptis, atq; conculcatis omnibus, qui ſtultis hominum affectibus in hoc mundo eblandiri uidentur, ad eremos & inculta loca certatim profugerunt: in deſertis montibus, in ſpeluncis ſyluarum, in ſaxeis antris ac ſubterraneis cauernis totã uitam actitantes: egeſtate oppreſſi, anguſtiati, uariis caſibus & per omnia periculorum genera agitati, omnibus miſeriarum machinis tentati, ita infortuniis afflicti, ut omni aduerſitate eſſent longe ſuperiores: ne in hac tam tremenda hora confunderentur. Neq; ſolum à uirili ſexu hæc tam ardua fieri contigêre, ſed & mulieres aliquot uirorum fortitudinem æmulantes, arctiſſimam quandam uitam & omnibus anguſtiis plenam fortiter olim egerunt, ut ſic regnum illud cœleſte, quod ſibi uim inferri gaudet, per æquum & iniquum, per plana & prærupta ſibi raperent. At quis hodie mihi dabitur, qui pro hac hęreditate ſibi comparanda, huic mundo aut pompis eius renunciauerit? Quis iam paratus eſt, ut ob amorẽ dei fundos, prædia, agros, patrimonia, pecunias, opes, reliquasq; poſſeſſiones deſerat? Vbi inuenias his diebus qui priſcos martyres imitati, æquo animo paſſuri ſint iniuriam: qui ut apud deum amorem ineant, uerbera, cędes, mortes, milleq; tormentorum genera paſſuri ſint? Quibus nihil tam truculẽtum obtrudi poteſt, quod illis propter deum non fuerit ſuauiſſimum? Quis hodie rectam pœnitentiæ ſemitam percurriſſe reperitur? Certe rariſſimus quiſq; inuenietur, qui non auaritia laboret, qui non multimodis flagret cupiditatibus, quem non inficiat amor ſceleratus habendi. Vix erit quiſpiam, qui ſe totum non dedicauit diſſidiis, qui non ex omni parte perſtrepat litigiis, rixis, iurgiis & contumeliis: qui nõ ſit plenus contentionibus, qui non abundet litibus, qui nõ ſit perpetuus litiũ agitator, indefeſſus cauſarum atq; actiõum ſectator.

Fœmine etiam olim mundana ſpreuerunt.

Quãtũ corrupti mortẽ nõ ingeant

Neq

Neq; his pauciores sunt, qui in uoluptates, qui in carnis illecebras, in horridam ac feculentam libidinem feruntur præcipites. Est & alia pestis his prædictis nihilo infestior aut pernitiosior, quæ non exiguam hominum partem inficit, corripit, & inuadit. Nimirum dum cultui corporis ac nimium preciosis uestium generibus immodicam curam atq; sumptum impendimus: dū potius uestimentorum beneficio, cū bonis artibus aut dotibus ingenii nos stultæ plebeculæ commendari studeamus: interim quod est luxus & insolentiæ, munditiem atq; nitorem interpretantes. At quotus quisq; interim cultum animæ curat? Quis illi uirtutum F.
Corpori nihil deesse, dū anima indigè plorabit.
gemmis adornandæ operam impendit? Vt corpori nihil desit satis soliciti sumus, illud mollibus, delicatis, atq; holosericis uestibus splendide adornandum curamus: illud tenerius cule anicul is byssinis inuolui, illud sumptuosis ornamentis inuestiri, illud opiparis lauticiarum delitiis depasci nimis ambitiose affectamus: quū tamen anima interim prorsus neglecta, cum Lazaro mendico miserabiliter clamitet Date mihi de micis, quæ cadūt de mensa domini: adeo fame & siti laborans, ut cupiat libenter edere de micis & siliquis: nec reperiē qui illi ad summam egentiam redactæ, quicq; elargiri sustinet. Hæc itaq; quū ita sese habeant, imò quū longe grauiora sint cū ego pro hoc temporis spatiolo declarare possim: creditis ne deū ultis flagitiis placari posse? Quod si credi absurdum fuerit, cur non mutato uiuendi instituto, pro uitiis illis quibus iamdiu alluctuistis, reponitis fragrantes uirtutum flosculos? proinde qui se seruari cupit, uirtutes imposterū sectetur studiose. Qui ad cœlestis regni participatiōem aspirare optat, ipse G.
Luc. 16.
Qui saluari uelint, hæc adimpleant.
sam animi oscitantiam negligentiamq; à se penitus excutiat necesse est. Quisquis gehennę ignibus eripi cupit, par est ut in hoc uitæ curriculo ita legitime certare discat, ut brauium illud incorruptibile apprehendere ualeat. Quicunq; illic in cœlesti uidelicet Hierusalē exaltari ambit, hic prorsus paruulorū instar humiliandus est. Qui illic solatium & consolationē quærit, hic interim

necesse

neceſſe eſt ut ſibi flendum eſſe ſtatuat. Nam ut & ſacra ſcriptura teſtatur Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Beati etiã qui ſedulo precationibus inuigilant. Beati miſericordes, qui ſcilicet in ſeipſos atq; animas ſuas & in alios miſericordiam exercuerint & qui operibus miſericordiæ ſtudent: beati qui uirtuti, ac pietatis operibus ſtrenuam operam dederĩt, qui in terris diuinam quandam uitam meditanẽ, qui hic uiuentes ſaluti animæ ſuæ cõſuluerunt. Sunt & illi nihilominus beati, qui contractã peccati labem exuentes, pœnitentiam uolentes aſſumunt ſibi ad plenum fortiter peragendam. Beatus ſeruus ille, quem quum uenerit dominus, inuenerit ſic facientem. Sed hæc ut nũcq; ſunt intempeſtiua, ita tamen multo præſtabiliora ſunt, ſi mature & ſuo tempore perfecta fuerint. Porrò quum ſenũ iam adfuerit, ipſeq; iam canpulo proximus fueris, penè ſero erit ut hæc p dignitate præſtes: quando corporis infirmitas ac infeſtæ morborum procellæ uires tibi abſtulerint, non ſatis ualidus eris, ut pœnitẽtiæ onus perferas. Cæterũ quo tempore iam mors adfutura eſt, quãdo uelut fur in nocte ſubito te corripuerit: nec ullus omnino pœnitentiæ relinquetur locus. Proinde nimium foelices ſunt illi, quicunq; in tẽpore ad CHRISTI ianuam pulſare perſeuerauerĩt: uerus eſt etenim nec fallere nouit, qui ita huiuſmodi pulſatoribus pollicet Pulſate & aperietur uobis, quærite & inuenietis, petite & dabit uobis. Ad hunc ergo ueluti ad ſacram ac unicam noſtræ ſalutis anchoram confugiamus omnes, procidamus illi humiles ac ſupplices in lachrymis & pœnitẽtia, dicamus illi uno ore. O ſanctiſſime generis noſtri conditor & autor, o noſtræ ſalutis inſtaurator, quãdoquidem ineffabili miſericordiæ tuæ uiſum eſt, ut nos, qui nihil eramus, ad ipſam effigiem tuam creares, ut iam rurſum noſtra inſcitia relapſos, ſacratiſſimi ſanguinis tui diſpendio redimeres: ne ad extremum perdas precamur, quos tibi uindicatos uoluiſti. Hæc ſi corde pœnitenti dixerimus, non eſt ambigendũ quin auditurus ſit ille, qui ita nos ad ſe conuertendos optat & hortatur

Matth. 5. Beati qui ſunt.

Luc. 12.

Pœnitentia ſenũ uſque nõ eſt differenda.

Matth. 7.

Zacher.1. hortatur Conuertimini(inquit) ad me,& ego cõuertar ad uos,
Ioan.6. Et alibi. Eum qui uenit ad me,non eiiciam foras. Vigilate itaq; o
Luc.12. uiri christiani,quia qua hora non putatis,dominus uenturus est,
Semper pulsandum apud ianuam dei. Satis ergo admoniti ut diligenter uigiletis; ut pulsetis perpetuo, ut indefinenter quæratis,ut assidue oretis,ut laboretis strenue,ut citra intermissionem pœnitentiam agatis. Nam his rebus ponsſimum paratur æterna illa beatitudo,ad quam omnes prouiribus anhelare debemus.De cæteris rebus non est cur adeo anxii sitis,
Matth.6. Sed quærite primum regnũ dei,& omnia hæc (nempe quæ uobis expediuerint)adiicientur uobis.Sed omni cura cauendũ est, ne hæc quæ iamdudum facienda admonuimus, nimiũ diu ut plerisq; mos est,differantur: ne aut non fiant omnino, aut tempore alieniori tententur,quando satis cum periculo nec citra maximã difficultatem fieri necesse est. Cito igitur facite si sapitis & diligẽter,quandoquidẽ sub alia uita inter ardores illos sempiternos,
Psalm.113. ubi nec mortui laudabũt dñm, neq; oẽs qui descẽdũt in infernũ:illic,inquã,nulla penitus spes erit,pmerẽdi ueniã. Quodergo K.
facturus es, cõsiliũ fuerit,ut citius feceris, memor illius,pphetice
Vers. 11. admonitionis DIES MEI SICVT VMBRA DECLINAVERVNT,ET EGO SICVT FOENVM ARVI.
Moriturus in peccato mortali nulli ecclesiæ suffragium proderit. Quæ sententia perinde sonat ac si dixisset,si(quod absit)contingat ut lethali crimini obnoxius moriar, non acta in præcedente uita pœnitentia: nulla certe hostia, nihil sacrificii in ecclesia relictum est,quod amplius prodesse poterit. Nulla precatio sic mortuo succurrere potest,omne aliõqui suffragium irritũ euadet,oís oblatio incassum abibit, neq; uero eleemosyna, quæ alioqui peccatorum incendia extinguere solet, neq; sane aliud quippiam quicq; emolumenti est allaturum.Nimirum q; ipsa tẽporis oportunitas atq; merendi status præterierit. Siquidem
Rom.6. CHRISTVS ipse semel tantũ mortuus est,ut est apud Apostolũ.Acsi diceret,hęcuna CHRISTI mors,hęcuna CHRISTI passio, satis uirium habuerunt, ad redimendum quicquid

usq

usq; per totum orbem disperierat. Nec sanguis ille qui tum pro omnibus in genere fusus est, uncp denuo fundetur. Nec mirum, quum ad omnes totius mundi regiones sese extendat, se se porrigat, ac dilatet: ac præterea ad ipsum usq; purgatorium & ad infernum, ubi ante hunc sanguinem effusum degebant olim prisci illi patres. Verũ quemadmodum ad omnem mundi plagam, ad locum purgatorii, ad antiquum lymbũ diffunditur efficax quædam uirtus sanguinis huius, ita ad inferos inferiores neutiq; permeabit. Quia, ut est autor Iob, In inferno nulla est redẽptio. Cui assonat & illud ecclesiastici. Non est apud inferos inuenire cibum. Quum contra, propheta eos qui alibi sunt, de sanguine CHRISTI saturos fore pollicetur. Bibẽt, inquit, ex eo omnes peccatores terræ. Adeo ut hic sanguis semel tantum profusus oĩbus saluandis ad uitia expianda satis fuerit. Et sic CHRISTVS semel mortuus est, iam non amplius moritur, mors illi ultra non dominabitur. CHRISTVS semel obtulit sacrificium sui saeri corporis, CHRISTVS semel passiõem sustinuit, CHRISTVS semel sanguinem suum fudit: illa unica oblatio, illa unica passio, illa unica sanguinis effusio satis erat. Ille sanguis ad totũ orbem se extendebat, uirtus illius sanguinis in totum mundum porrexit se, ad lymbum patrum, ad purgatorium: quia omnes illi membra erant corporis CHRISTI, & omnes qui membra sunt illius corporis (sicut omnes sumus) possunt de eius sanguine bibere. Qui de hoc sanguine non bibit, saluari nequit. Qui ergo saluari uolunt, bibent de hoc sanguine precioso. Quapropter iã nec alia oblatione, nec passiõe, nec sacrificio opus est ut noua aspersione uindicẽtur peccata hominum, propterea q; sanguis iste non mundanos solum, sed etiam eos qui uel in lymbo, uel in purgatorio uersantur, attigit & rigauit. Vsque adeo ut nemo iam sit qui non gratis seruari poterit, modo bibere de hoc sanguine nõ dedignabitur. Sed hic priusq; è uita excesserint, oportebit bibant, si salutem suam charam habeant. Porrò si è terra exempti,

Iob.

Eccle. 14.

Psalm. 74.

Bibendum omnibus de sanguine Christi.

Roma. 6.

Expo.

q. quando

quando hinc emigraturi sunt, secum culpam relictam detulerint capitalem: profecto neq; mors CHRISTI, neq; claui, neq; corona, neq; spinæ, neq; crux ipsa: sed ne sanguis quidem illis ad salutem proderit. Attende ergo & tecum diligenter considera, q̃ dies tui (ut admonuit propheta) sicut umbra declinauerunt. Ecce, q̃ mors appropinquat, ecce q̃ cotidie pulsat, q̃ adest parata in ianuis, q̃ capiti tuo omni hora imminet, q̃ obsidet utrunq; latus, q̃ omni denicq; ætati insidiatur ut feriat, ut rapiat, ut deuoret. Omnes enim morimur & quasi aqua dilabimur. Mors omnium rerum extrema linea est. Mors uniuersas hominum beatitudines dissipat & obliterat. A morte, nihil integrum aut syncerum esse potest: nõ parcit ingenio, magnæ eruditioni non concedit, nullis animi dotibus ignoscere dignatur, imò ne probitati quidem propitia esse solet. Adeo ut si ipsam Abrahæ fidem toties in sacris literis laudatam sortitus esses, si memorabilem Ioseph pietatem, charitatem Mosi, Sampsonis fortitudinem: si zelum Phinees, si uirtutem Dauidis, miracula Heliszi, prudentiam pariter & opes Solomonis: si denicq; inimitabilem patientiam Iob, si horum (inquam) omniũ dotibus ornatus esses, tamen uni morti minima ex parte par esse potuisses: quãdo semper extrema gaudii luctus occupet, ut sacrum prouerbiũ habet. Sic ut humanis exitus ad hunc modum historiæ finem imponat, hæcq; postrema omniũ fiat cõclusio, dum ab omnibus undiq; clametur, Mortuus est, mortuus est. Sed is demum fortunatus est, quem cõtingit ita fœliciter mori, ut mortem secundam euitare queat. Qualiter & sanctum Iob, cuius modo mẽtio facta erat, obiisse testatã illud scripturæ. Mortuus est senex & plenus dierum. E quo loco annotandum est, esse aliquot qui pleni dierum moriuntur, alii rursus qui dierum uacui.

Littera.

Mors quomodo omni ætati insidiatur.

2. Reg. 14.

Prouer. 14.

Iob. 42. Expo.

Plenus dierum & uacuus die rum quid.

Ille autem uacuus dierum mori dicitur, qui uiuens huius mũdi ridiculis pariter & fallacibus nugamentis, uanitatibusq; totus studet inseruire: ita ut tandem moriens, nihil hinc secũ afferat, cuius ope æternæ uitæ societatem sibi promereatur. Contra, plenus

dierum

dierum à præsente uita demigrat, qui ita hic sanctis exercitiis ac probitati se totum, quantus quantus erat, nuncupauit: qui ita uirtutibus operã dedit, ut plane quod psalmista scribit, Impleuerit desyderium suum ex ipsis. Qui sic transitorios atq; momentaneos huius fugacis uitæ dies transegit, ut in uita illa futura, quę nũq; N. desitura est, dies æternitatis inuenire possit. Bonũ sane ac in primis tutum est bene uiuere, at longe melius est bene mori. Cæterum hoc ex illo priori sequi necesse est. Siquidem fieri non potest ut quis bene moriatur, qui non aliquando bene uixerit. Sed sunt nonnulli (quod magis dolendum est) qui eo peruicaciæ deuenerunt, ut centies mori mallent, q̃m ut peccata sua deserant: quorum finis mors est & interitus nunq̃ finiendus. Hunc istorum tã dolendum exitum, Samson (qui olim colligatas uulpium caudas succendebat) præsignare potest. Vtpote quorum finis & exitus merito deputatus sit ac destinatus igni illi inextinguibili, qui præparatur diabolo & angelis eius. Sunt rursum alii ad tantam dementiam progressi, ut quum recusent bene uiuere: tamen nimis insolenter & præpostere bene mori affectant. Sciunt enim isti q̃ sit uere dictum Preciosa est in conspectu domini mors sanctorum eius. Non ignorant aliquando tempus fore, ut quum Dederit electis suis somnum, ecce hæreditas domini. Non latet beatos esse mortuos, qui in dño moriuntur. Tamen ut hæc omnia agnoscunt cupiũtq; tanta præmia consequi, ita laborum & erumnarũ, quibus hæc parantur, nolunt nec socii esse, nec participes, nolũt esse illorum similes, quibus ità loquitur dominus. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Nimis delicate cum CHRISTO cõregnare ambiunt, at commori cum eodẽ detrectant penitus. Horum similis fuit Balaam ille ariolus ac augurandi peritus, qui quando altius secum consyderauit castra filiorum Israël, & illam æternæ beatitudinis repromissionem, quam intellexit illis à domino factam esse: ita uitam finiri optat, Moriat̃ (inquit) anima mea morte iustorũ, & fiant nouissima mea horũ

Psalm. 126.

Pessima mors, nõnisi ex bona uita sequitur.

Psalm. 115.

Psalm. 126.

Apoc. 14.

Luc. 22.

Balaam malus bonam mortẽ optauit.

Numer. 23

similia. Finem Israelitarum expetit, quem uidebat esse inclytum & fœlicem: labores tamen illos longe abhorrebat, quibus illi ad tantum gloriæ culmen merebantur. Proinde si cum CHRISTO immortali gloria frui labores, oportet ut prius crucem illius feras. Neq; enim illic metes quicq̃, nisi hic prius seminaueris: non assequêris brauium, nisi prius ita curssites ut currendo apprehendas, nõ regnabis, nisi prius milites. Quandoquidem ut est autor Aristoteles, non est aptus imperio, qui non uolerit aliquando imperium. Haud cõuenit ut gaudeas, si nunq̃ antea dolere didiceris. Haud quaq̃ cum CHRISTO coronaberis, si hic pugnam detrectare uelis. Quapropter laborandum est in hac uita, multũ desudandum, enitendum grauiter: priusq̃ mortis tyrannis te occupauerit: quum non aliis messoribus esse conceditur, q̃ his qui prius semẽ iecerint: nec aliis deferetur palma, q̃ qui in stadio cucurrerint. Quis unq̃ citra pugnam, uictoriam expectare ausus est? Nõ datur inerti regnum usq̃ gẽtium, sed industrio & ei qui nullos unq̃ labores aspernatus est, qui plurimum sudauit & alsit, ut aliquando ad uirtutem emergeret. Denique si coronã nancisci postulas, ita hic certandum est ut palmam apprehendas. Nã nemo coronabit, nisi qui legitime certauerit. Quid cogitas qui ista facere grauaris? Expectas ne ut cœlum otio, uoluptati, ac delitiis concedatur? Falleris longissime quisquis ita reputas, nec recordaris interim quid diuiti epuloni dictũ sit. Fili (inquit Abrahã) recordare q̃ recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: ideoq̃ tu cruciaris, hic uero consolatur. Hic, id est in hac uita receptiti bona, non q̃ reuera ex se bona essent, sed q̃ tibi mundanis illecebris obcæcato, bona uiderentur. Cuiusmodi sunt uoluptas, quies, otium, cibus, potus, cultus magnificus ac splendidus uestium apparatus, opes, diuitiæ, locupletissima omnium rerum suppellex, maiestas, potentia, autoritas, dignitas, delitiæ: denique quicquid ullo modo uoluptatis pruritum excitet, aut alios corporis sensus uano oblectamine demulcet. Hæc & his similia, in quibus (deo

Brauiũ si uelis adipisci, oportet currat.

Certa, si coronari uelit. 1. Tim. 2.

Luc. 16. Expo.

Diues hic bona recepit, Lazarus mala.

bus (deo prætermisso) spem tuam collocasti, sunt illa bona imò mala potius: quæ nūc cruciatū parient, quū Lazarus sorte longe meliore nūc gloriabit in sinu Abraham, gaudio sempiterno fruiturus. Caue ergo iterum atq; iterum, ne ea te amentia inuaserit, ut simul in præsente uita oblectare te postules, nec deinceps cœlesti gaudio fraudari. Nimium enim nimiū delicati stomachi foret utrunq; ad plenum affectare, nempe ut hic apud homines tam animi tui libidinē expleas, & nihilo minus cū CHRISTO itē lętari gestias. Non licet, nō licet mūdanas delicias ad satietatē usq; carpere, nec interi cœlestes diuitias missas facere. Proinde nūq; excidat è memoria tua casus ille diuitis conuiuatoris, qui ut hic bysso & purpura induebat, & quotidie splēdide epulabat, ita mortuus in īferno sepultus est, tāta gehēnalis īcēdii flāma īar descęs, ut à Lazaro gestuātis linguę refrigerīū postularet. Cui ita respōsum est Fili recordare q; recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. In hac itaq; re repulsam passus, iterum instat rogare Abraham. Rogo, inquiens, te pater ut mittas Lazarum in domū patris mei: habeo enim quinq; fratres, ut testificet illis, ne & ipsi ueniant in hunc locū cruciatus. Quid est habere quinq; fratres, nisi quinq; sensibus prędituꝫ esse, unde omnis cognitionis fons oritur. Siquidem ut est apud Philosophū Omnis nostra cognitio orum habet à sensu. Cui suffragatur & id, quod idem alibi literis mandauit Nihil est in intellectu, quin prius fuerit sub sensu. Adeo nihil sciri potest, cuius origo inde non proficiscat. Hii sensus fenestræ illæ sunt, per quas uel ad uitam uel ad mortem intromittaris. Hæ portæ aut ad deum aut ad diabolum aditum ac uiam pandunt. Istæ sunt ianuæ illæ, ista sunt ostiola, quæ CHRISTVS crebro adiens ita inquit Ego sto ad ostium & pulso, intraturus si quis aperuerit. Hæ fores diligenter occludēdæ sunt, certisq; uigiliis custodiendæ, ne infensissimus ille pirata diabolus apertas occupet. Sequutus ergo consilium prophetæ: Auerte oculos tuos ne uideāt uanitatem. Inclina aures tuas à uerbis

Ibidem. Expo.

Quinque fratres diuitis quibus qui sit. Philosophus.

Idem.

Apoca. 3

Psalm. 118. Psalm. 140

Psalm. 33.

bis malitiæ, & labia tua ne loquantur dolum. Cæteris quoq; ſenſibus uigilantiam adhibe, nequa fraude circumuenti, hoſtem intromittant. Ita igitur horum repentinos motus cohibe, ut ſpiritui iudicioq; rationis mature obtemperare aſſuefcant: ne te aliòqui ſua ferocia ad uoluptates & uitæ intemperantiam rapiant. Quo fiet ut cœleſtis hæreditatis ſias expers. Quandoquidem ut iam non ſemel prædiximus, non licebit ſimul utrunq; poſſidere. Aut hic cum Lazaro patienter ferenda eſt afflictio, aut illic amittēda æternæ beatitudinis fruitio. Q; ſi cum epulone laute epulari uis (interim pauperibus omnino ipretis) caue ne cum eodem etiam apud inferos ſepeliaris. Alterutro carēdum eſt neceſſario.

Quomodo a ſanctis regnū dei acquirebatur.

Nam pro inſanis merito reputare poſſumus ſanctiſſimos olim reges, prophetas, apoſtolos, martyres, cōfeſſores, tot teneras ac delicatas uirgines: q; ſic aſpernati opes, q; ſic aſpernati uoluptates, delitias, & quicquid aliud in hoc mundo ſtultis & incautis eblādiri ſolet, ſeſe angustiis, tormētis, mortibus uitro obiectarēt: ſi illam gloriam ac fœlicitatem, quam tot laboribus, tot periculis, ærumnis ac uitæ diſpendio adepti ſunt: iocis, ludis, otio, delitiis, uoluptatibusq; adipiſci potuiſſent. Subtrahe ergo tibi atq; ſubduc ſingulis diebus aliquid de fallacibus huius mundi oblectamentis: deme aliquid de delitiis, uoluptatum illecebris aliquid in dies & horas adime. Et quo magis eis antehac uſus fueris, hoc deinceps fortius ab eiſdem abhorrebis. Viam pœnitentiæ & cito & libens ingreditor. Nec tibi durum aut auſterū uideatur, ſi eas nunc nugas prudenter ualere ſinas: quæ olim ſtulte ac temere tibi placuerūt. Neq; exiſtimes in hac mortali uita, id graue aut moleſtū eſſe, quod in futura, cœleſtibus gaudiis ex æquo reſpōdere ſufficiat. Nam uel Paulo teſte, Non ſunt condignę paſſiones huius temporis, ad futuram illam gloriā, quæ reuelabitur in nobis.

Roma. 8.

Iuuentutem in deo expende.

Sed o nos miſeros & multum ingratos, qui ipſum iuuentutis noſtræ florem, carni, mundo, ac diabolo mancipamus: at CHRISTO optimo maximo benigniſſimo ſeruatori noſtro, cui tot etiam

(etiam si infinities pluris essemus) optimo iure debemur: aut nihil, aut certe ipsa exhausti senii reiectamenta relinquimus. Vinū lympidum ac meracissimum porcis ac suibus ampliter propinamus, dum interim regi CHRISTO prꝛeter ipsas feces ac furfura nihil reliqui fit. Prꝛæpostere admodum facis, quisquis iuuentutis floseulos melioris ꝙ ætatis uigorem diabolo consecras, quū deo conditori tuo uix putridū illud atꝙ extremo senio confectū corpusculum cōsecrare dignaris. Longe falleris atꝙ toto (quod aiunt) cœlo erras, si cadauer illud corporis tui in cœlo coronari putes, quod hic in terris obsequio diabolico omnino deditū fuit. Quin potius ergo iuxta apostolicam admonitionem Exhibete corpora uestra deo hostiam uiuam, hostiam sanctam, hostiā deo placentem. Quod ad primam huius sententiꝛ partem attinet, ille hostiam uiuam deo offert, qui sub priori æuo corpus deo ac diuinis exercitiis addicit: qui propter deum peccare desinit, dum adhuc non tam possit ꝙ oblectet peccare. At contra, ille mortuam hostiam offert, qui iuuenilem atꝙ ineuntem ætatem concupiscentiæ nequitiis exhaurit, ita tamen interim secum pollicens: quum primum consenuero, agam pœnitentiam, uoluptatibus ꝙ contemptis, probitati operam dabo. Cæterum dum hæc tam magnifice pollicetur, longe ante expectatam senectutem morit æternꝛ damnationis reus. Egregium sane ferculū ꝙ regijs oculis in lance coronata porcelli caudulam porrigas. Equidem culmū straminis mihi porrigi mallem, ꝙ huiusmodi inanibus promissis ac meris nugis deludi. Sed caue etiam atꝙ etiam ne deo impone re moliaris, ne deum pro ludo habeas, quum ille ridiculus esse nō uult. Siquidem deus non irridetur. In ueteri lege prꝛæceptū fuit, ut quicūꝙ sacrificaturus esset, totū integre curaret sacrificandū: caput uidelicet, corpus atꝙ extremam caudam: his circumstantiis prꝛæmonstrans, nos debere omnes ætatis partes deo sacrificare, nimirum iuuentam ipsam, mediam ꝛtatem, ac deni ꝙ extremæ senectæ reliquias, quæ per caput, corpus & caudam in lege

Rom. 12. Expo.

Hostia uiua, quid

Deus non irridetur.

Gala. 6. In sacrificio tum impune habetur.

Hostia sancta, quæ.

abumbrabãtur. Hostia illa uiua, quæ deo unice placet. Atq; hæc eadem, etiam sancta hostia uocatur. Sancta, quamdiu sancte & religiose seruatur, ne uitiorum maculis & contagione inficiatur. Sancta item quamdiu pure & caste à sputcitiis carnis custodiur, sancta q̃diu sese in diuinis obsequiis exercitatam retinet. Sancta q̃diu carnis inclinationes deuitat, mundi pompas aspernat, nec diaboli tentationibus locum præbet: sed se totam rerum diuinarũ studio applicat & addicit, sicq; se aptum & dignum deo sacrificium efficit. Et hæc est gratissima illa hostia quæ deo unice placet, quæ deũ mirum in modũ delectat, quæ iratum numẽ propitium reddit, atq; à deo impetrat quicquid aĩæ saluti fuerit necessarĩũ. Noli ergo uanis uoluptatum lenociniis, quod in ætate optimum est, conterere, ac tandem effœtum, exuccum atq; eneruatũ corpus uelle deo dedicare. Non est æquum, ut cõsumpto nequiter primeuæ iuuentutis flore, cupias reliduo breuis ac miserę uitæ regnũ dei commercari. Regnũ enim dei tanti est, quantũpro eo comparãdo ex cordis tui desyderio offerre dignaris. Porrò

2. Corin. 4.

ut inquit Apostolus Quod leue est & momentaneum tribulationis nostræ, immensum gloriæ pondus operatur in nobis. Agite V.
itaq; o auditores christiani, agite, dispergite & date pauperibus (ut monet propheta) ut iusticia uestra maneat in sæculum sęculi.

Matth. 6.

Thesaurizate uobis thesauros in cœlo, ubi nec erugo nec tinea demolitur, nec fures effodiunt & furantur. Sed semper recordamini hoc cito præstandum esse, hoc statim cõficiendum, ne mora aliqua fiat. Quia ut ꝓpheta noster summa pœnitudine ductus miserrimumq; huius uitæ statum deflens, cum lachrymis pronũciat Dies mei sicut umbra declinauerunt. Illi dies iam uelut ad occasum uergunt, qui mihi à propitio numine in hoc concessi sunt, ut iam dũ licet hic in præsenti sæculo, salutem meam operer atq; concilĩẽ. At quia iamiã sicut umbra declinauerũt, & ob hoc citissime, & nõ aliter q̃ tenuissimũ nubis uestigium, transierunt: ideo festino gradu ac propere laborandum est, ut non quidem cibum

Litera.

Dies nostri declinant.

umbratilem

umbratilẽ inanis oblectationis qui perit, sed spirituale exercitiũ, quod durat in uitã æternã, operemur. Neq; sine causa uestigio ita operandum est, quandoquidem iam uenit nox & umbra quãdo nemo potest operari, hoc est ipsa mors instat ac urget, quæ quũ semel aduenerit, sera est & intempestiua omnis pœnitendi uolũtas. Cæterum si prædictum locum ad tropologiam ac moralem sensum examinari uelis, ad hunc modum moraliter exponi posse uidetur: ut intelligatur de ecclesia militante iam de statu suo conquerente & flebiliter lamentante, q; iam dies sui sic penitus declinauerint ac uelut è medio excesserint. Q; si forte dubites qui sint ecclesiæ dies, certe sunt sacri doctores, sancti & probatissimi uiri: qui ecclesiã largiter suis uirtutibus ac sacra doctrina illuminarunt, qui uitæ integritate & probitate constabilierunt. De quibus & ipsamet ecclesia huiusmodi testimonium perhibet Quorũ doctrina fulget ecclesia, ut sole luna. Cui astipulatur & illud psalmographi In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sed q; hoc sæculo mira paucitas horum relicta sit, tristi uultu conqueritur mœstissima mater ecclesia dicens Dies mei sicut umbra declinauerunt: suspirans ex imo corde his diebus deesse illius generis uiros, qui in dei ac sua causa labores subirent. Porrò ut iam sæculi nostri homines cum priscis conferamus, ubi hac hominum tempestate licebit in ecclesia reperire huiusmodi pontificem maximum, qualis erat olim Linus, Clemens, Gregorius? Quis dabitur Cardinalis Hieronymo similis si cardinalis erat. Quis episcopus Ambrosio cõparandus? Quemnam presbyterorum huius temporis licebit cum Augustino conferre? Quotusquisq; ex sodalitio Benedictinorum, ipsius Benedicti sanctimoniam ac uiuendi austeritatem attingere uidebitur? Quando expectabit Franciscus quempiam ex ordine suo, qui sua uestigia ad unguem insequetur? Dominicus è suo grege nullum adhuc sui similem sortiri potuit. Magna ubiq; turba heremitarum passim obuiam omnium oculis occurrit, inter quos

Iom. 9. Expo.

Ecclesia deplorat dies suos declinare.

Dies ecclesiæ qui sunt

Ecclesia.

Psalm. 18.

Littera.

Pauci huius sæculi ad æquant patres comparandi.

quos qui Paulum, Antonium; aut Hilarionem referat, ne unum quidem comperiet. Quis quæso inter laicos, siue nobiles fuerint siue ignobiles, Dauidi regi conferẽdus uidebitur? Vbi inter uirginum choros aut ex omni aliô qui fœmineo sexu inuenietur, quę Caterinam referre ualeat, quæ Margaretam aut Luciam? Huiusmodi perfectorum hominum thesaurus, altis bonorum suspiriis desyderari potest, expectari potest: at uereor ne nô usqȝ gentũ reperiantur, usqȝadeo ubiqȝ iam refrixit charitas multorũ. Vt nô mirum sit cõqueri ecclesiam Dies mei sicut umbra declinauerũt: uelut altera Rachel plorans filios suos, nec uult consolari, quia nô sunt. Dies enim nostri in noctes conuertuntur, ex his qui debent esse lux mundi, iam fiunt tenebrę, Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt, nõ est qui faciat bonũ, non est usq ad unum. Exactam illam sacræ scripturæ doctrinam deseruerunt omnes, à sacrarum rerum contemplatione prorsus alienantur, nihil minuȝ ceeleste desyderium ac uitam spiritualem amplexãtur. Plericȝ omnes non alii studio ȝ carnalibus concupiscentiis, ȝ pompis mũdanis, diuitiis, honoribus, & cæteris id genus uanitatibus dediti atq addicti sunt: adeo ut non sit mirum Rachelem matrẽ nostram uidelicet ecclesiam militantem plorare filios, nec admittere consolationem, propterea ȝ non sint. Proinde fratres charissimi obtestor uos omnes in uisceribus IESV CHRISTI, ut deinceps à caducis huius mũdi nugis, studium uestrum ad deum ac diuina conuertatis: ut sanctissimos patres ac maiores uestros imitari conemini, iuxta illam Apostoli exhortationẽ Estote imitatores mei, sicut & ego CHRISTI. Verum hoc sęculo omnis uitæ sanctimonia, omnis probitatis ac syncerioris uitę exemplum, prorsus exulauit. In tantum ut pœnitens propheta sese miserabiliter conterens, ȝ temeritate sua à lumine gratiæ ac uirtutum, à lumine diuini uultus quod signatũ est super nos, tam graui lapsu ceciderit: ita ingemiscens ait Dies mei sicut umbra declinauerunt. Dies etiam (ut propposito nostro iam ad alĩ sensum detorqueamus)

Littera. Hieremi. 31.

Psalm. 13

Omnes peccant hoc tẽpore carnalitati studẽtes.

1. Corin. 4. & 11.

Psalm. 4.

Littera.

detorqueamus) opera nostra bona, uirtutes, ac dei dona significa re possunt: quæ toties uelut umbra à nobis declinare festinant, quoties peccatorum tenebræ redeuntes, animos nostros occupant. Nã quemadmodũ in altissimis tenebris nihil lucis aut diei remanet, ita reuertente quopiam ad peccatum, nihil prorsus remanet de meritis præcedẽtibus, neq; sane (ut scholastico more loquar) formaliter, neq; in acceptatiõe diuina, quãdiu is qui reciderit, in peccati tenebris remanserit, idq; quannum ad prẽmium æternum attinet. Quod & autoritas Ezechielis palam efficit, sic edisserens Si auerterit se iustus à iusticia sua, & fecerit iniquitatẽ: omnes iusticiæ quas fecerat, non recordabuntur. Hanc ergo lamentantis prophetæ cantilenam repetat, quisquis à sacro baptismatis lauacro ad renunciatum Satanam ac opera eius relapsus sit. Idem faciat & ille, qui pridem ab actualibus communibus iustificatus, denuo ad similia reuersus sit. Accinat his & religionis professor, siquando à uita institutа ac sancto uoto auersum se sentiat. Dicat idem & primus ille parens, qui uersipelli dæmonis astutia circumuentus, perdita innocentia, à gratia illa qua prius munitus fuerat, destitutus est. Deniq; hoc secum non semel cogitet peccator, quisquis uere & ex animo pœnitet Dies mei sicut ũbra declinauerunt, hoc est, cito transierunt nullum probitatis uestigium post se relinquentes, abierunt inutiles, inaniter auolauerũt, nullo boni operis fructu post se relicto. Hæc & his similia ad tuã memoriam reuocans o peccator pœnitẽs, nempe iam dies tuos declinasse: memineris pro delictis tuis iam tempore sanii faciendum. Quandoquidem quum mors semel aduenerit, nimis sero est ut pœnitentiam agendam somnies. Non enim est in morte (ut ait propheta) qui memor sit tui. Porrò instante iam tempore mortis, conuersio à peccatis admodum difficilis fuerit, præceps in primis & periculosa pœnitentia: idq; eum ob alia nonnulla, tũ uero potissimum ob quatuor illa memorabilia quæ morti uicinos infestare solent. Quorũ meminit psalmes iste noster psalmo centesimo

Opera bona declinant.

Ezechi. 18.

Repugnat unusquisque patrum hanc prophetæ cantilenam.

Littera.

Psalm. 6.

Cõuersio ẽpore mortis difficilima.

Quatuor præcipue mortẽ perturbant.

Psalm. 114. Expo.

cẽtesimo decimo quarto Circũdederũt me (inquit) dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me: tribulationem & dolorem inueni. Principio satis euidens omnibus esse opinor, difficillimũ tum fore ut pœnitcas, propter uehementes ac intolerabiles mortis dolores, qui circa id temporis ita omni cruciatuũ genere animam tuam obsidebit, ut ne tantisper quidem uacare tinant, quo intolucra conscientiæ tuæ ac animi latebras excutere ac discutari possies. Verum experiaris, quod alibi ab hoc eodem prophcta sit dictum Quoniam non est in morte, qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Proinde caue dum licet, ne pœnitẽdi oportunitatem omittas, ne usq; in feram ac occiduam ætatem animæ medelam differas: ne forte tum irriguo gratiæ rore destitutus, cogaris cũ ppheta dicere, Ego peccati talce succisus, sicut fœnum aruit. Quemadmodum paulo superius uita humana cõparabatur umbræ, qua nihil usq; est fugacius: ita hic fœno assimilat, quo uix est fragilius aliud aut quod facilius euanescat. Tanta enim humanæ naturæ imbecillitas, tanta miseria & infirmitas, ut uix usq; in sacris literis rei firmæ aut stabili comparata reperiatur: sed ubiq; caducis ac euanidis rerum simulachris, cuius farinæ sunt umbra & fœnum, ut in præsente uerticulo uidebitis: quemadmodum & in aliis locis, nunc rori, nunc uento, aliquando hospiti, aliquando texturæ, interdũ fumo aliisq; id genus momentaneis umbraculis collata legitur. Nec sane immerito umbræ assimilat homo. Vt enim umbra, sublato corpore opaco, uelocissimo trãsitu euanescit: sic & uita nostra quæ infinitis penè mutationibus, innumeris uarietatibus atq; alterationibus obnoxia est, uelut in puncto temporis transformatur penitus, aufugit celerrime, ac breuissimo momẽto in mortẽ labitur. Neq; hæc umbratica uita tot uicissitudinibus & mutationibus subiecta, in uno aut altero homine deprehenditur: sed in genere in omnibus idq; citra omne discrimen. In pari enim securitate habetur uita pauperis atq; diuitis. Nec is plus secum hinc ablaturus est, cũ ille.

Psalm. 5. Conuersio a peccato non differenda.

Vita humana cõparatur umbræ.

Vmbræ homo assimilatur.

Quapropter

Quiapropter dementes habendi sunt, qui mundo atq; eius uanitatibus nimium indulgent, non dileentes interim feliciter mori, præsertim in tam umbratili & fugace præsentis uitæ breuitate. Neq; enim citius pedem in hūc mundum conferimus, q̄ ad mortem tendere & quodammodo mori incipimus. Sic ut primus uitæ dies, primus hic ad mortem gradus. Cui & illa Augustini sententia suffragatur, Tempus uitæ nostræ nihil aliud est q̄ cursus ad mortem. Idcireo & propheta hic noster alibi de hoc generali omnium mortalium transitu loquens, ita ait Transiui & ecce non erat, quæsiui & non est inuētus locus eius. Cuius eius? Certe summi pontificis, imperatoris, regis, fortis, imbecillis, prudentis & imprudentis, senatus & plebis, magistratus & priuati, initiati sacris & prophani: breuiter cuiuslibet, cuiuscunq; fuerit ætatis, sexus aut conditionis, qui in hanc lucem prodire audet. Vbi iam est partriarcha Abraham olim tam acceptus deo? Vbi Ioannes Baptista tantę sanctitatis uir, propheta, & plusq̄ propheta? Vbi Gregorius papa tam absolutum sacerdotii exemplar? Vbi tot bellicosissimi imperatores? Vbi tā multi præpotentissimi reges? Quo abiit Gulielmus ille, quem adhuc conquestorē appellamus, qui bello victor Angliam nostram sibi pro dono victoriæ adeptus est? At quid hoc modo ei prodest, quādo hodie non aliam ob causam celebris ac memorabilis habeatur, nisi quod aliquando uicta hac insula, ipsos insulares suæ ditiōi subdiderit? Verū quid quæso hoc animæ saluti cōfert? Fieri autem potest, ut sanguis ille quem in bello fuderat, nondum sit expiatus: sed adhuc clamitet, Vindica domine sanguinem nostrum qui effusus est. Adeo ut tanta & tam insignis victoria, ut uulgo uidetur, non solum ei uana fuerit, sed etiam noxia. De quo hominū genere prophetica sermo non minus uere q̄ elegāter ita scriptum habet Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut umbra prætereunt. Quin & Adam ille protoplastus, si usq; ad hoc tēpus superstes, hodie moreret: quid illi tanta transactę uitæ longinquo prodesse posset?

Angust.

Psalm. 36. Expo.

Gulielmus conquestor Angliæ quid prodest tāta uictoria?

Apoc. 6.

Psalm. 143.

Si Adam hodie usque uixisset, quid profuisset

I. Siquidem,

Siquidem, ſiquidem hæc uiuendi quantumuis longa mora, hæc mortalis gloria, hæc inanis huius ſæculi pompa, nullum poſt ſe relinquunt famæ ſuæ ueſtigium, nullam ſui memoriam: ſed ut ce-
Pſalm. 9. cinit lyricen ille pſalmographus Memoria eorum periit cum ſo-
Ridicula hu-ius mundi pō-pa non proſit poſt mortem. nitu. O miſerrime itaq; peccator quiſquis es qui non aduertis te E.
cito moriturum: dic mihi ſi poteris, quid profuit illis (quos diudū recitauimus) inanis illa gloria, ridicula illa pompa, lætitia breuis, mūdana potentia, titillatio carnalis uoluptatis, ingens familitium, diuitiæ plurimæ, reliquaq; id genus fortunæ ludibria: quibus miſeri homunculi dies noctesq; ſurſum ac deorſum agitant? Quo deuenit tam profuſus multorum riſus? Quo aufugerunt ludicriocq;? Quid de profuſo luxu actum eſt? Quid iam reticuit ſolitus ille diuitiarum ſtrepitus ac ſplēdor olim tam magnificus? Quo iam receſſit tanta arrogantia, quo illa inſolens oſtentatio, iactantiaq; pluſq; tolerabilis? De tanta lætitia quantam nunc triſticiam ſubortam putatis? Tantillam uoluptatulam, quæ non pœnitentia, quæ non miſeria, quis denicq; non cruciatus non ſequit?
Sapi. 6. Expo. Nam (ut ſapiens teſtatur) Potentes potenter tormenta patiētur. Qui locus, duobus modis exponi poteſt: aut uidelicet de morborum infirmitatumq; torminibus quæ ex crapula ſubinde naſcunt, aut de inferorum tormentis quæ ob peccata hic perperrata, illic perferenda ſunt. Primo quot quæſo cruciatus, quot angores, cuiuſmodi infirmitates, cū acerba uiſcerū tormina, cū infeſta morborum agmina, quot lethales infectiones, cū peſtiferi humores
Quot morbi comitātur crapulam? contagioſam crapulam comitari ſolent? Porrò, Vbi eſcæ multæ F.
Eccle. 37. ſunt, infirmitates etiam multos eſſe neceſſe eſt. Sed noli (quem-
Roma. 14. admodum Apoſtolus monet) noli tuo cibo opus dei deſtruere.
Eccli. 37. Quandoquidem plures occiduntur crapula cū gladio. Supplicia autem illa quæ crapuloſos comitantur, in diuite epulone tancū in
Vita humana fœno compara-tur. ſpeculo clare conſpiciūtur. Verū ut ſimilitudinē inchoatam proſequamur, humana natura ſecūdo in loco fœno cōparari poteſt. Et proinde huc alludens, pphera hic noſter, ſubiungit. Et ego ſicut fœnum arui. Nam floſculi, herbæ, gramina, teneriuſculæ ſe-
Littera. getes:

gites, licet hodie forsitan uirescant ac floreant, breui tamen aut falce demessa, aut imodico solis ardore correpta, uelut in momẽto arescunt atq; euanida fiunt. Non secus q̃ fœnũ agri (ut inquit saluator) quod hodie est, & cras in clibanum mittitur. Quid enĩ adeo fœnum agri meretur dici atq; homo, qui aduersa ualetudine, qui morbo aut senio confectus, adhuc quidem in agro huius mundi consistit? Quid autem est cras in clibanũ mitti? Non aliud reuera q̃ quod homo uariis egrotationibus ac senio arefactus, iã in deliquium uergens in singulos dies atq; horas paratus sit, ut in sepulchri clibanum reponatur. Quantumuis iuuenis, q̃tumuis fortis, quantũuis pulcher aut aspectu decorus sit, si uel una febricula irrepserit: protinus uel unius paroxysmi concussione, uelut herba arescit, diminuitur, atq; ita deformatur, ut nescias eundem esse. Quod si unus aut alter adhuc accesserit, ita intra breue spacium tabescere incipit, ut iam morti proximus nõ procul ab ipso sepulchri ingressu abesse uideatur. Quapropter consulum fuerit ut agnoscat se quisq; mortalem natum, morti obnoxium, propediem moriturum, atq; hanc friuolam mundi gloriam extẽplo relicturum. Antonius Chronicorum scriptor, refert historiã quandam de Soldano Aegyptiorum rege, ut non inutilem instituto huic nostro, ita omnibus memoratu non indignã, Is aliquando accersito primario uexillifero suo ita dixisse perhibetur. Tu qui antehac toties inter præliandũ signa atq; uexilla ante me gestare solebas, nunc hunc uiliorem panniculum, quo hoc uile corpusculum inuoluendum decreui, per totam Damacenorum ciuitatem circumferto, ita populo palam protestans, Ecce dominus totius orientis iam moriens, de tota gloria sua non fert secum, nisi hunc uilem pannum quem hic modo uidetis. A quo dicto non adeo abhorret, quod alibi propheta hic atq; idem illustrissimus rex ita in sacro psalterio suo modulatus est Quum interierit homo, non sumet omnia: neq; descendet cum eo gloria eius, momẽtanea uidelicet huius uitæ fœlicitas. Non sumet secum omnia, ut

Matth. 6. Expo.

Vnicus febris paroxysmus hominem trãsformat & deijcit.

Antonius secũda parte chronico. lib. 27. cap. 9. §. 23. Soldanus quid fecit cum moreretur.

Descant reges Christiani mori a Soldano.

Psalm. 48. Expo.

Mortuus nihil secum aufert.

sit potius uniuersalis negatio, q̃ uniuersalitas negata. Quũ interierit, id est, cũ morti concesserit, non auferet secum omnia, id est, nihil auferet secum. Vides uiuẽtem, magis cogita statim moriturũ. Quid hic habeat, satis dĩligenter attendis: & quare non con- H.
templaris q̃ nihil secum sit ablaturus? Hic multum auri habeat, multum argenti, ampla prędiorum latifundia, numerosam clientium ac mancipiorũ turbam, domorum copiam, sumptuosa ædificia, ditia & regalia palatia. Interea moritur is tam locuples, cuius beatitatem paulo ante ita admirabaris: linquũtur illa fœlicia fortunę munera, at quibus liquuntur, prorsus ignorat. Siquidem nisi quibus cupit benefacere relinquat opes suas, perspicuũ est non quibus uoluit seruasse. Et sunt non pauci qui sua ĩdustria acquesierunt multa, quæ sibi per manus maiorum non fuerunt tradita: at multi contra, quæ sibi à parentibus dimissa fuêre, sua inertia amiserunt. Proinde remanentibus hic fortunis omnibus, quid tãdem secum abstulit? Forte dicturus es illud, saltem abstulisse sudarium in quo mortuum cadauer sit inuoluendũ. Et quicquid præterea uel in marmoreum sepulchrum, uel ad propagandã apud posteros memoriam, insumptum fuerit. Cui equidem sententiæ neutiq̃ accedere possum. Nam tulisse secũ sudariolum, quo mortuus cõtegatur, non uideo quomodo suum uere asserere queat: præsertim quum emortuum corpus illud linteolum non sentiat,

Inter mortuũ & somniantẽ quid interſit

ut quod nec calor foueat, nec frigus arceat. Verum si dormien- I.
tem forte uestibus indueris, fieri potest ut quemadmodũ uestes ipsas in corpore habet, ita etiam in somnis imaginetur sese peruestiri. At in mortuo nullam nec sensuũ uirtutem nec mẽtis imaginationem superesse, satis pro explorato habetur. Quanq̃ fortasse omnia longe aliter expergefacto reperiantur, q̃ uisa fuerãt dormienti: tamẽ multo maioris momenti fuit sic uidisse, q̃ omnino nihil sentire. Quid ergo o charissimi fratres, quid ad hæc dicendum iudicatis? quæ est hęc hominũ inepti? Nemo ferè mortalium est, quem statim mortem aditurũ, non habeat ĩstiusmodi sollicitudo.

ſollicitudo, Erogetur ad efferendum corpus meum, illa uel illa pecuniæ ſumma. Non eſt cur hæredibus omnem ſubſtantiã meam relinquam. Habeant illi plurimum de meo, modo interim reſtet aliquid quod mecũ illuc deferam, quo mox ſum migraturus. Hic conſcientias ueſtras appello auditores optimi, quidnam creditis defunctum corpus hinc ſecum abducturum? Quid habebit caro putreſcens? Quid uile cadauer nihil ſentiens? Quod ſi diues ille epulo, cuius lingua apud inferos præ nimiis tormentorũ ardoribus exiccata fuerat, quicq; de tanta opulentia ſecum deferebat: eſt cur & alius quiſpiam ſperet ſibi quoq; de ſuo aliquid relictum iri. An legimus in euangelio diuitem illum in holoſericis ac byſſinis indumentis Abrahę ac Lazaro uiſum extiiſſe? Nũquid qualis antea in extructis epulis apud lautã menſam apparuit, talis etiam apud inferos legit fuiſſe conſpectus, quando uel ſtillulam refrigerantis aquæ ardenti linguæ inſpergi deſyderauit? Q; ſi ibi prior ille luxus non fueris, ut certum eſt non fuiſſe: ergo nec ſecum accepiſſe quicq; neceſſario fatendũ eſt. Neq; enim quod ſepulturæ datur, ſecum in uſum ſuum aufert mortuus. Vbi enim ſenſus & ratio exiſtunt, ibi hominem eſſe neceſſe eſt fateamur: ubi uero hæc deſyderantur, ibi nec eſſe hominem cotidie experimur. Vaſculum illud corporis, uaſculum illud quo iampridem continebatur homo, extinctum iacet atq; homine uacuum. Nam corpus quandiu uiuimus, animæ pro domo eſt, quã præſens hic incolat. Quum ergo corpus inſenſile & uitali lumine caſſum domi noſtræ adhuc calidum reſidet, fieri poteſt ut ſpiritus interim ardeat torſus apud inferos. Quod ſi fit, quid proderit q; corpus cinnamomo, balſamo, uariiſq; id genus aromatibus condítum ac deliburum ſit? q; ſyndone & preciofis lineamentis inuolutum? Quod perinde fit ac ſi quiſpiam ipſarum gdium parietes ſtragulis ac tapetis byſſinis adornet eo potiſſimum tempore, quo illarum dominus in exilium mitteretur. Ille exul & extorris patria ac bonis oĩbus exutus, inedia laborat fameq; periclitatur, interdũ

Solertia dominorum mortuorum.

Diues epulo defuncto nihil ſecũ deferebat.

Corpus, animæ domus eſt.

Quid proderit corpori aromatibus condito.

uix casulam pauperem aut tenue stigurium inueniet, ubi sumptu capiat, at tu interea temporis foelicem esse iactitas, qui aedes sic decoret domi pictis tapetibus ornatas tuas. Quis est obsecro qui te insanientem conspicatus, non arbitretur te tui nimium impotentem uocari, aut (quod ueri est similius) prorsus insanire? Corpus ipsum corpus, rem plane nihili, magnifice adornas: sepulchrum non exiguis sumptibus extruendum curas, funus ipsum quibus potes pompis & diuersarum rerum apparatu studiose frugis efferendum? non interim uel ipsi feretro tuum cadauer deesse contenus: quum tamen interim spiritum, cui succurrendum pietas iubet, miseria torqueatur. Quare si erga mortuum misericors esse uelis, id spiritui dandum foret: quod tam frustrà in corpus excolendum profundis. Verùm quid illi dederis, quum aliquando postulata uel minuta aquae guttula, nihil penitus consequutus est? Sed hûc nihil refrigerii illuc sequi potuit, propterea quòd praese aliquid mutuere, quo postea refocillaretur, proteruiter contemptis. Sed quid in causa fuerit cur contempserit? Certe non aliud arbitror in causa fuisse, quòd quiuens non putaret aliam esse uitam praeter hanc praesentem: neque aliud curae habuit moriens, nisi ut preciosis uestibus obuolutus sepeliretur. Dum autem haec agunter, subito ablata est anima ab eo, ut apud orcum poenas luat. Quemadmodum & dominus alteri cuidam diuiti immodico opum cumulatori, alibi in hûc modum minitatur Stulte, hac nocte auferetur tibi anima tua, quae uero paraisti cuius erunt? Et sequitur paulo infra. Neque descendet cum eo gloria eius. Hic paulisper aduertat obsecro charitas uestra, Quia degebat in otio, commessationibus & potationibus prolixe indulgens, ociosis uoluptatibus inebriatus: quia quodcunque uoluit ad nutum suppeditabat, idcirco haec & similia sunt, quae seruator, illius gloriam appellat. Nimirûm quòd in his unicè gloriatus sit, praeter haec nullam aliam aut gloriam aut foelicitatem arbitratus. Ad postremum tamen neque haec omnia, neque horum quota pars cum eo descendebat. Caeterum quod apud mundum

auide

Multi nimium impendunt cadaueri efferendo, animã parum curantes.

Diues nihil habuit moriens, quia nihil ante se misit unde.

Alter diues cui minatur deus.

Luc. 12.

Psalm. 48. Expo.

Gloria huius diuitis quae?

ide ingrigitabat, nec per otium apud inferos cōcoquit, nemi
e iniquitatem, quia hic inter epulandū usus est. Vt enim ore cor
o & corpore lautissimas epulas helluari solitus est, ita ore, cor
is, mente scilicet & cogitatione iniquitatem ruminat. Proin
e quicquid apud superos mandendum acceperat, hoc postea
apud inferos in illis suppliciis iterum ruminare atq; digerere co
ctus est. Nemo inter nos est, nemo ut opinor, quin quoties ab
no in alterum domicilium demigrare cogitat, prius diligenter
prospiciat, unde liceat illic commode victitare, quo se & familiū
parari ferre in animo habeat. Praeterea uero si uel annona charitas,
uel hyemis uicinia urgeat: nec consilium nec prouidentia deest, ut
captata opportunitate id uno tempore anni preparetur, unde alio
commodius uiuamus. Q. si in his in re temporaria & minimi pō
deris ita supinus ac nobis prospicimus: cur non multo magis ade
huc & uiuentes & uolentes non prouidendum curamus, unde in
alia uita feliciter detur uiuere? Moneat nos exemplo suo diues
ille, qui propterea q adhuc uiuus nihil futurae uitae prouidebat,
idcirco mortuus ne guttulam quidem aquae ad refrigerandā lin
guam, obtinere potuit. Pudeat nos homines tot rationis & sapie
ntiae dotibus ornatos, nihil posse prospicere in futurum: quādo
plera q brutorum animantium, tantum natura duce, uno tempo
re pro alio prospicere non ignorant. Doceat nos hic quid sit ac
gendū, si nihil aliud, saltem uulpecula illa, de qua Roberus Hol
cotus meminit. Vulpes (inquit) glaciem transitura, primo auri
suam ad glaciem apponit hoc consilio, ut si audierit aquā sub gla
cie celeriter delabentem, nullo modo sit transitura. Diffidens uic
delicet glaciei, q ob uelocem aquae decursum oporteat nimis te
nuem ac debilem esse, nec illi ferendae satis crassam. Idem nobis
de mundi gloria faciendum censeo, quae glaciei neutiq; absimilis
est. Vtraq; enim res primo aspectu oculis mire adblandiatur, tum
pulchritudine tum splēdore ac trāslucida quadam perspicuitate;
adeo tamen labilis & lubrica, ut nemo sit qui in alterutra pedem
firmiter

Peccat quod in mundo comedit, in inferno digerit & ruminat.

Prouidentia mūdana quanta sit apud homines.

Animalia etiā naturalem habent prouidentiam. Vulpes astutia. Holcot.

Gloria mundi glaciei assimilatur.

firmiter figere poteſt. Apparet enim, quiſquis gloria potius uidetur, delectabilis quidem & inſignis. Siquidem ſuauis in primis atq; delectabile uidetur ab omnibus honorari, ſplendide & delicate paſci, molliter atq; pompoſe peruectari, magnam alere familiam cui imperare poſſit, & quæ ſunt huius generis. As in iſtis & ſimilibus pertractandis, omnibus ſummopere præcauendũ opinor, ne nimis præcipitanter in glaciem corruam. Eſt enim ultra P.
q̃ dici poteſt fragilis ac lubricitatis plena, nullius firmitudinis, nullius durationis, ſed breuis ac momentanea, non minus q̃ fortunæ rota, uaga, fluxa, mobilis. Quod uel hinc perdiſcere licet, q̃ plerunq; uidemus hodie quempiam maxima autoritate uenerãdum, cras è tota dignitate deiectum: hodie fungentem publico magiſtratu, cras in medium redactũ, ab officio reiectum: hodie fauore principis aut aura populari exultantẽ, cras nulli non contemptibilem. Iix quibus facile cernere eſt q̃ caduca ſit & tranſitoria, hæc fucata huius mundi gloria. Auſcultet ergo auſcultet ſi ſapiat, quicunq; huius glaciei tranſitum tentaturus ſit: num audierit ſtrepitum aut murmur aquarum ſub hac glacie tranſilientium. Iſtæ aquæ ſunt illæ, de quibus in apocalypſi ita ſcribit Aquæ, Apoca. 17.
multæ, populi multi. Quorum tranſitus ita ſubitarius eſt, ut ſcribat Auguſtinus Hominem ſimul naſci & mori. Sunt enim non- Auguſti. Actatis hominis priuetuet.
nulli, qui in materno utero ſuffocati, hanc ſolis lucem nunq; intuentur: quidam ſub prima infantia è matrum mamillis dependentes intermoriunt, alii iuuenes, uiuos deſerunt: alii denq; alia ætate. Non prius anima infundituꝛ corpori, q̃ ſecuris id eſt irrefra- Q.
gabilis neceſſitas & obligatio ad mortem, ad radicem arboris, Matth. 3. Expo.
nempe hominis, poſita ſit. Sed quemadmodum non raro cõtingit, ut cum ruſticorum ſeruis detur modicũ candelæ, ut eunibus cubitum illuceat: & ipſi in alium uſum uertentes ludendo aut nugando totum conſumant, itaut iam extincto lumine, ipſi in tenebris palpando lectum indagari cogantur: eodem modo & deus ipſius uniuerſi ſummus paterfamilias modicum præſentis uitæ Vita humana candele aſſimilatur.

ſeruis

ſeruis ſuis accõmodat, qua recte uſi, poſſint ad quietiſſimam illã paradiſi trãquillitatem, uiam inuenire. Verum miſerrimi homines totam hanc candelam, qua, uia ad ſuperos quærenda eſſet, in uaniſſimis nugis, in carnalibus deſideriis, in luxu, libidine, commeſſationibus, & ebrietatibus, penitus exhauriunt: adeo ut tandem neceſſum fuerit eos horribilem illum ac tenebricoſum lectũ quærere apud inferos, propterea q̃ non ambularent in luce dũ lucem haberent. Hic eſt lectus ille quem innuit Iob, quum dixit Quoniam infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulum meũ. Quapropter dum adhuc ſupereſt hoc breue tempus, dũ ſinit hoc præſentis ſpatiolũ nobis in hunc uſum conceſſum: omnibus conatibus, oĩbus ſtudiis ac uiribus operemur bonum. Quia non habemus ciuitatem hic manentem, ſed futuram inquirimus. Nihil hic ſtabile, nihil firmum, nihil ſub ſole perennat, quicquid gẽitum eſt, etiam interire oportet. Omnia enim orta occidũt, & aucta ſeneſcunt, omnia quæcũq̃ creata ſunt, naturaliter ad finem ſuum tendere ipſius naturæ tacitus conſenſus imperat, uſquadeo ut neq̃ cœlo neq̃ terræ induciæ dari poſſint, quo minus huic legi obnoxia fiant. Nam (ut euangeliſta teſtatur) Cœlum & terra tranſibunt. Quod quidem quantum ad motum & alias quaſdam operationes quas nunc obtinent, nec poſt finalem conſummationem habebunt, intelligendum eſt: licet ipſorum cœlorum ſubſtantiæ perpetuo ſuperſtites remanebunt. Cæterum tu domine deus nulli huius generis motuĩ ſubiaces, nulli mutabilitati es obnoxius, ab omni mutatione, uiciſſitudine, atq̃ uarietate alieniſſimus: utpote in æternum permanens, nec exorſus unq̃, ut nec deſiturus. Mortales autem omnes, quoniam uariis affectibus, irrequietis motibus, paſſionibus & perturbationibus tanguñ, morti cedere, uelint nolint, naturæ lex & naſcẽdi conditio ĩpellit: at te ſanctiſſime deus, qui es ipſa uita, ipſa ĩmortalitas, ipſa impaſſibilitas, nulla prſus affectione tãgi neceſſum eſt. Proinde ex his uerũ eſſe cognoſcit, quod in fine huius pſalmi à ꝓpheta hoc noſtro in

Iob. 17.

Hebræ. 13.

Nihil hic ſtabile. Saluſtius.

Matth. 24. Expo.

Deus ab omni mutabilitate alienus.

hæc

Psalm. 101. hęc uerba subnectitur Ipsi peribunt, tu autem permanes. Cui etiã sententiæ & proximus iste uersiculus per omnia astipulatur.

Vers. 13. TV AVTEM DOMINE INAETERNVM PERMANES: ET MEMORIALE TVVM IN GENERATIONE ET GENERATIONEM. Quandiu autem quispiam mortalium summam fœlicitatis suæ atq; oblectamentũ in huius mundi rebus situm habet, nec in aliis gloriatur aut præcipuam uoluptatem collocat: tandiu mĩcp̃ pro dignitate subodorabitur quæ sunt spiritus & dei. Tandiu non dabitur, ut secretiora spiritus & mysteria illi reuelentur. Tandiu etiam quęcunq; arcana, quæcunq; mysteria aut reconditiora legis uelamenta illi fuerint enarrata, non sapient id quod sunt, auribus illius: in ore eius non apte quadrabũt, nec in negocijs illius unc̃p̃ probe succedẽt: in cor eius non sunt descensura, nec in animo quiescere aut infigi possunt. Quandoquidẽ (ut inquit Apostolus) Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Consimili modo propheta hic noster Dauid, uir adhuc mundanis delitiis irretitus, florente adhuc iuuentute, mundanis illecebris multum tribuit, plurimam impendebat operam quo carnis satisfaceret appetitui. Procurãs apprime diligenter ne deesset quippiam, quod uel ad ampliandos honores suos aut ad magnificentiam inaugendam pertineret. Ita sensuum prouocamentis ubiq; obsecundans, ut obnixe caueret nequid desyderaretur, quod uel ad oculos saturandos uel ad palatum gustumue placandũ, quicc̃p̃ momenti haberet. Breuiter ita omnibus modis concupiscentiis corporis indulgens, ut nihil adeo curæ esset, c̃p̃ ut corpus in mollitie, in otio, in delitiis ac luxu, ut denic̃p̃ in omnipharijs uoluptatibus degeret, totus mũdo immersus, totus corpori bæluino more morem gerens, totus carnalis, totus demũ peccatis inuolutus. At quanto tempore hãc miseram carnalemc̃p̃ uitam egerit, ita desyderia carnis suæ per omnia sequens, non aliam ratus esse beatitudinem: tandiu sane non sapiebat ea quæ dei essent, sed quæ carnis suæ, hactenus indignus

S. T.

Quãdiu hõs sua beatitudõ præsẽtẽ despicitur, neque deũ, nisi quæ dei sunt, sapiet.

1. Corin. 2. Dauid in iuuentute deliciis deditus fuit.

dignus qui ad cognoscenda secreta dei admitteretur, hactenus nihil minus callens q̄ quid sibi uellet spiritus propheticus. Ceterum quum primum ueterem illum hominem exuisset, quum primum prius uiuendi institutū displicuisset, ac flagitia illa quæ antea commiserat cœperant esse odio: tū uero tam alte de spiritus musco haurire adorsus est, ut uel momēto tēporis totus esset nouus factus, totus è corpore in animam uersus, totus à mūdo ad deum subito translatus. Adeo ut quū iam in populosissima urbe uersaretur, non solum omnia munia officii sui prudēter administraret: sed præter id ad deum & diuinam religionem multo promptior, multo cupidior ac magis inflammatus efficit: magis in spiritum ac spiritualia transformatus, q̄ fuit unq̄ quisq̄ eorum, qui in præduro heremi secessu atq; in perpetua pœnitentia degunt, procul ab urbibus & frequentia hominum. Interim ab omnibus terrenis rebus alienatus, adeo humana oīa fortiter contemnens, ut non aliud nec mente nec ore crebrius habuerit, q̄ illud Tu autem domine in æternū permanes. Per id innuens eos longissime falli, qui in huius mundi præsidiis, anchoram fœlicitatis suæ fixā habent. Vbi nihil perstat, nihil permanet, sed fluunt & uagantur omnia, bullę tumescentis similitudinem imitantia: quæ quum primum in aqua assurgit, nec parua sane res nec inconcinna spectātibus apparet. Tanta tamen res (ut uidetur) uel minutissimo uentorum flatu statim dissolutitur, uel saltem à lenissimo aquæ motu tota frangitur & illiditur. Et quid quæso aliud est uniuersa huius uitæ gloria? quid aliud celebres pompæ, quid uoluptates, quid huius mundi fucata fœlicitas, q̄ meræ bullæ, meræ neniæ, meræ uanitates, aut si quid istis uanius & inanius esse potest? Vsqueadeo ut non sine causa exclamet sapiens Vanitas uanitatum & oīa uanitas. Nam quid aliud est quicquid toto blandiur in orbe q̄ uanitas uanitatum? Quid aliud est inane illud nobilitatis nomen? Quid aliud popularis fama mendaciis & figmentis refertissima? Quid maiorum imagines, longa sanguinis stemmata, & genus

Dauid cernēs iuuentutis suæ insolentiā, quā feruenter spiritū insecutus fit.

Littera.

Fœlicitas huius mūdi bullæ per similit.

Eccle. 1. Expo.

Vanitas mūdi, uanitas uanitatum.

ab

Honorum insignia nõ aliud sũt quã nubes.

ab Hercule, à Troianis, à bruto, nescio quo deductum: ꝙ merũ uanitatis aucupium. Fasces, secures, gladii, cæteraq; magistratuũ insignia an non uanitatibus scatent? Adde huc honores, dignitates, titulos, propagata ditionis pomœria, secũda prælia, uictorias, & si quid aliud apud homines inclytũ & illustre uideatur: hæc omnia si ad unum rescecentur, si excutiãtur ad unguem, quid aliud ꝙ inflatas uanitatum bullas deprehendes. Propheta tamen, propheta hic noster quũ primũ harũ rerũ tædio affici cœperat, ita ex toto animi proposito ad deũ conuersus est, ut postea nullis deliciis, nullis uoluptatibus, nulla dignitatis accessione, nullis honoribus, potẽtia nulla, nulla huius generis gloria, nec denique ulla re alia à deo (cui iam per amorem affixus est) deuelli potuit. Et proinde secum iusta lance perpendens ꝙ nullius ponderis esset huius uitæ quantumlibet felix oblectatio, ꝙ momẽtanea gloria: conuersus tandem ad ipsum summum bonũ, ad ipsum totius bonitatis inexhaustum fontem, ita ingenue fatetur Tu autem domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generationem. Vbi notandum est, ꝙ propheta quemadmodum superius pœnitentia ductus, suas calamitates enarrauit: ita hic se totum ad enarrandam dei gloriam conuertit, quo facilius apud eundem, gratiam assequatur & remissionem peccatorum. Principio autem laudationis suæ exordium, à diuina natura assumit, quam sempiternam esse necesse est. Deinde uero à famæ celebritate, quæ ut perpetua est, sic per totũ orbem ita longe lateq; diffusa, ut scribat Cicero nullã adhuc tã Barbaram aut impiam gentem usq; repertam esse, quam nõ indueret opinio deorũ. Tertio deum à misericordia laudibus euehendum curat, quæ tam miris modis larga est, tam ultra omnem modum immensa: ut longo interuallo superet omnia opera eius. Quarto in loco sapientiã illius præconiis summis efferre aggreditur, quæ cum perspicacissima prouidentia coniuncta est. Quinto à familia, quæ tam copiosa ac numerosa existit, ꝙ late diffunditur ipse terrarum orbis, quãdo

Littera.

Ordo conuersionis propheta preclarus.

.1.

.2.

.3.

.4.

.5.

X.

nusq;

nusq; terrarum sint gentes, quas non creauit dominus. Post hæc .6.
in extollenda gloria dei sedulo uersatur, quę tam magna est & tã
ineffabilis, ut non modo magnitudinem omnẽ sed & omnem etiã
humanæ laudis sermonem longissime superet. Septimus deinde .7.
prophetæ conatus circa potentiam dei dignis laudationibus ac-
cumulandam toto pectore occupatur, quæ non potest non esse
maxima & inclytissima. Postremo uero in loco ab honorificẽtia, .8.
quæ plusq; summa est, deum sublimandum contendit enititurq;
Y. pro uiribus. Has ergo diuinæ magnificentiæ dotes incompara- *Quæ deo ui-*
biles secum contemplatus, ita tacite ratiocinatur. Quis est usq; tã *tui a natura, in*
temerariæ audaciæ, qui hunc talem & tam potentem deum non *effabilia sunt.*
timeat & reuereatur? Aut quis tam detestãdæ ingratitudinis est,
qui tam clementem dominum non summopere amet? Nimirum
quum unus ille omnium rerum & principium & finis existat, idq;
(quod dictu mirum est) absq; omni tum initio tum fine. Vnus ille
oĩbus rebus uisibilibus pariter & inuisibilibus, lõgissime imò infi-
nitis numeris anteferẽdus est: neq; id natura tantũ, sed & fama,
misericordia, sapientia, familia, gloria, potẽtia, honore, cæterisq;
diuinitatis dotibus. Quę ut incomprehensibiles sunt, ita humano
ore efferri nequeunt. Consydera quæso paulisper inconsumptã
eius æternitatem: siue in creando mundo, siue in gubernando, si-
ue in conseruando. Consydera præterea quomodo sub extremo
mundi fine choris angelicis comitatus, cum maxima & tremibil-
da maiestate ad terribile illud iudicium uenturus est: ita irreuo-
cabilem illam sententiam ferens, ut malos gehennę suppliciis eõ-
demnet, bonos uero sic glorificet ut deinceps in sanctorum con-
» tubernio sint perpetuo permansuri. Vera enim ęternitas, (ut in- *Augustꝰ. de ue-*
» quit Augustinus) uera immortalitas, uera immutabilitas non est *ra innocentia.*
» nisi in deitate trinitatis. Vtpote in quo inest semper essentia in-
» deficiens & perpetuũ esse: quum sit simplicissima quædam natu-
Z. ra ut initio carens, ita nullo incremento indigẽs. Siquidem illius *Aeternitas dei*
incorruptibilis natura nec incœpit unq; nec est aliquando finem *tatis.*

s. habitura.

habitura. Quia in deū nec ulla mutabilitatis uicissitudo, nec ætatis dispendium, nec uorax illa temporis edacitas cadere ullo modo potest. Id quod & psaltes noster internis oculis peruidebat, quum dixit Mille anni ante oculos tuos, tanq; hesterna dies quæ præteriit. Loci dominium in deo nihil iuris habere potest, quum ipse ubiq; sit, quumq; sint iouis omnia plena, uirtute scilicet diuina per res conditas ubiq; dispersa. Supra illum non est possibile esse aliquid, infra illum non phas est subsidere quicq;, extra illum nec esse datur nec uiuere: nempe q; solus ipse omnia possideat, omnia contineat, omnia complectatur. Denicq; nec temporis ratio quicq; sibi in deo uindicabit, ut qui æternaliter ante omnia tempora natus sit, & post omnia tempora sit futurus. Ipse enim est, qui est: qui erat, & qui uenturus est. Vera æternitas, uera immortalitas, uera immutabilitas non est nisi in solo deo. In eo, esse est perpetuum: in eo, natura non habet initium: in eo, natura nō habet finem. In deo nō est ulla mutabilitas, nulla ætas, nullum tēpus, nullus locus: ubiq; est deus, supra illum nihil, infra illum nihil, extra illū nihil. Ille omnia continet, omnia replet, omnia amplectit. Ipse est à quo omnia, in quo omnia, per quem omnia. Ita tamen in deum nullum tempus præteriit, nullum est futurum, sed præsentia omnia. Est præterea longe optimus, deus est longe maximus, deus supremus: est præstantissimus, pulcherrimus, fortissimus, metuendissimus. Est & deus etiam incogitabilis, incommutabilis, incomprehensibilis, immobilis, immortalis, impassibilis, incorruptibilis, inæstimabilis, breuiter penitus ineffabilis. Est adhuc increatus quoq;, immensus, omnipotens, æternus, inclytus atq; glorios⁹. Est postremo etiam ipsamet gloria, beatitudo, ita fœlicitatis suæ abundantia omnem rationalem appetentiam explens & satians, quatenus nulla lingua explicare potest, nec intellectus comprehendere. Quam absolutissimam gloriam beatitudinemq; secum aliquantisper meditatus propheta noster, relictis rebus omnibus à solo deo se totum pendere fatetur, ita inquiens

Psalm. 89. Deus immutabilis.

Apoca. 1. Dia apud deū præsentia. Quæ sunt propria diuinæ essentiæ.

Domine

Domine ante te omne desyderium meum. Cui & alius etiam psalmus appositissime concinit, ubi ait Quemadmodū desyderat cervus ad fontes aquarum, ita desyderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum. Quibus uerbis aperte declarat se nihil aliud ambire, ꝯ hanc æternæ uitæ immortalitatem adeo ex toto pectore desyderatam, planeꝙ satiatum fore, quum apparuerit gloria dei: nec ex rebus omnibus aliam sitire, ꝯ ut tandem liceat frui inconsumptibili illa beatitudine, cuius amore se tantopere flagrare testatur. Nec mirum sane est adeo cupere beatitudinem prophetam hunc: quā Boetius ita eam definiat Beatitudo est (inquit) status, omnium bonorum aggregatione perfectus. Apud priscos tamen philosophos in quibus rebus potissimum consisteret ipsa beatitudo, non una erat opinio. Dum alii quidem ad rem plus æquo attenti atq auaritiæ morbo laborantes, eam in affluentia rerum temporalium consistere contenderent. Alii in fucatis huius mundi rebus sitam esse uolebant, nimirum ambitiosi & inanis gloriæ cupidi. Nonnulli gloriolam nominis sui mendacemq famam aucupantes, personata quadam nobilitate, tumidaq nominis celebritate summam metiebantur fœlicitatem: ex quo grege erant glorioſi illi milites ac magniloqui thrasones apud comicos, magno omnium risu passim glorias suas euentilantes. Quidam immodica dominādi libidine euecti, præter imperium & potentiam nihil beatum duxerunt: quales erant qui insolentia, fastu, ac superbia prę cæteris inumescebāt. Nec defuerunt qui Epicurū sectati, in uoluptatibus carnalibusq concupiscentiis summum bonum collocarunt: in quo albo fuerūt qui luxu & libidine diffluebant. Multi prosperam corporis ualetudinem nihil à fœlicitate differre rati sunt, præsertim quoties grauiore aliquo morbo detinebant. Postremo qui sibi uidebant cæteris cordatiores syncerioris q cuiusdam iudicii, in multarum rerum cognitione beatitudinem positam habuerunt: in quo numero præcipue philosophorum familiæ reponendæ sunt. Sed

Psalm. 37.
Psalm. 41.

Quam auide desyderat propheta deu præsentiam.

Boetius.

Quid sit beatitudo.

Opiniones priscorū de beatitudine.

longùm foret omniũ opiniones de hac re recenſere. Sit ergo ſatis huic inſtituto noſtro id interim explicare, iſtos uidelicet atq; alios complures (licet alii in aliis cõmodis fœlicitatem ſitam eſſe arbitrati ſunt) omnes tamen longiſſime à ſcopo aberraſſe. Nam primo omnium, ut cuncta iterum ab initio repetamus, nulla beatitudo in diuitiis cõſiſtere poteſt. Quando (ut eſt autor Thomas Aquinas) Beatitudo ſit ultimus finis hominis, ad quẽ omnia alia ordinantur: & ipſe non ordinatur ad aliud. Diuitias autem non eſſe huiuſmodi uel hinc ſatis perſpicuum eſt, quum non ob aliud eæ ad ſupplendos hominum defectus adhibeantur: quippe quibus cibus, potus, ueſtimenta, iumenta, uehicula, ædes, habitationes, cæteraq; id genus neceſſaria, ſine quibus non ſuſtentatur hæc uita, commercari poſſumus. Præterea ſæpe uſuuenire uidemus, ut qui maximas ſortitus ſit diuitias, maximas ſimul habeat molorias, maximas curas, tribulatiões, & anxietates maximas, milleq; aliôqui incommoda: quas res cum uera fœlicitate cõnũctas eſſe, nemo niſi demens fateretur. Deinde uero honores quantumlibet amplos non perficere beatitudinem, non opus eſt argumentis ut fiat palam. Porrò ipſa beatitudo quum ſit perfectum & abſolutum bonum, non congruit niſi bonis: at honor omnibus tam bonis eq; malis communis eſt & indifferens. Vnde & beatus Auguſtinus de malo prælato loquens, ita ait Pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Similiter & in hiſtoria Heſter legitur, quomodo Aman ſummis honoribus exaltatus fuerit, ſecundo uidelicet loco habitus poſt Aſſuerum: quum interim tamen peſſimus extitiſſet, & tandem promeritis ſuis patibulo affixus & ſuſpenſus. Eſt & Turcha ipſe (quod nemo ſanę mentis negauerit) non infidelis tantum, ſed & peſſimus etiam, dei oſor & inimicus: talis tamen quum ſit, nonne per totum orientem ſummus ei hodie honos impenditur? Tertio, beatitudo in hac friuola hominum gloria atq; populari fama conſtare impoſſibile eſt, propterea q; beatitudo ſit ipſum ſummum bonum, & quum nihil bonum ſit quod non

Sanctus Thomas. 1. 2. q. 2. Beatitudo uera, quid.

Beatitudo non conſiſtit in diuitiis.

Beatitudo non conſiſtit in honoribus.

Beatitudo non conuenit niſi bonis.

Auguſt.

Heſter. 7.

Amã peſſimus affixus eſt patibulo.

Turcha peſſimus, etiã honoribus turbatur.

Beatitudo non conſiſtit in fama aut gloria humana.

Bonũ & uerũ conuertuntur.

C.

non ſit uerum(ut quæ ſint uoces mutuo cõuertibiles)oportet ergo quod ſumme bonum eſt,ſumme item uerum eſſe:at fama popularis & inanis gloria uulgi,plerunq; ex uictis rumoribus & falſis mẽdaciis coaleſcet. Proinde famæ & ueræ fœlicitatis nulla eſt nec cognatio nec affinitas. Fallit enim ſæpius rumor ille qui è uulgi ſuſurris enaſcitur, adeo ut multi pro probis uiris habeantur, qui reuera improbiſſimi ſunt. Et ſæpe fit (ut ait Gregorius) ut quos mundus laudet,deus forte reprehendat:& cõtra,quos mũdus reprehendit,ipſe forte laudet. Cuius rei uel hoc unum documentum eſſe poteſt, quod de Damaſo papa refert diuus Hieronymus: qui uir quãuis haud dubie ſanctiſſimus fuerat, maximaq; corporis caſtimonia inſignitus:tamen falſiloquam populi famam non effugit,quo minus de adulterio defamaretur. Idem contigit & diuo Bricio. At è conuerſo, Simon ille magus qui à Romanis ita fama ſupra nubes euectus eſt, ut deus potius q̃ homo putaretur,an non ad poſtremũ uel inuita fama damnatus ad inferos detruditur? Neq; profecto in poteſtate temporali aut imperio inuenietur hæc,quam quærimus,beatitudo. Quãdoquidem imperium atq; dominandi poteſtas, quum è fortunæ arbitrio dependeat,utrolibet citra diſcrimen uergere poteſt, ad bonos ſcilicet ſiue malos. Et ſæpe fit ut non pauci poteſtate male uſi, ex bonis mali fiant,uel ex malis deteriores. Quod & de Saule primo apud Iudæos rege clare liquet:qui ab initio optimus, poſtea peſſimus ſit effectus. Cæterum beatitudinem tam perfectum & abſolutum bonum eſſe conſtat,ut nullus ſit qui eo male uti poſſit. Ad hæc,ut quod dictum ſit alio etiam argumento confirmemus: quicquid ſumme beatum eſt,omni anxietate,cura,metu,aliiſq; huius notæ affectionibus neceſſario carebit, at in terrena dominatione oĩa ſecus euenire nemo neſcit. Nam ubi gẽtium reperietur plus ſolicitudinis, plus timoris,plus periculi, q̃ in iſtis qui ſummis ditionibus præſunt,ſumma rerum potiti? Nullũ enim hominũ genus aut minus ſecurũ aut magis anxium, nulli mortales magis aliena

Multi fama decipiuntur.

Grego.

Damaſi papa diffamatus.

Beatus britius diffamatus. Symon magus.

Beatitudo non conſiſtit in poteſtate temporali.

Saul primo bonus, deinde malus.

Beati, oĩ anxietate & cura uacui.

Qui ſumos honores cõſecuti ſunt, maximis curis uexantur.

ope indigent, nulli magis ab aliis pendent: nunc ad subiecti populi auxilium, nunc ad magistratuum curam, nonnunq; & ad satellitum suorum custodiam misere profugientes. Præterea beatitudinem in uoluptatibus consistere, nemo suæ mentis compos asseruerit. Hac enim ratiõe nos nihil à brutis animantibus distare deprehẽdemur, utpote cum quibus unus esset fœlicitatis scopus, bæluinq; uidelicet uoluptates. Quod etiam uel solo rationis ductu probari potest, siquidem quum ipsa beatitudo omnis boni summa sit & finis, necesse est ut nihil præter bonum intra se contineat, & proinde quia eius propriũ sit possessores suos perfecte beare, fieri non potest ut alicui unq; noceat. Sed uoluptates tum animæ tum corpori plurimum nocere certius docet cotidiana experiẽtia, cui ut maioribus argumentis opus sit. Neq; desunt magni autores, qui idem scriptis suis corroborant. E quorũ numero Boecius non infimæ sane autoritatis philosophus ita scriptum reliquit Tristes sunt exitus uoluptatum. Cui non multũ abhorret, quod de Demosthene oratore refert Aulus gellius. Is enĩ cupiens aliquando concubitum Laidis meretricis, quum audisset se citra magnum auri pondus non admittendum ad eam, ita fertur respondisse: Non tanti emam tantum pœnitentiæ: per id innuẽs pœnitudinẽ, individuam comitem esse uoluptatis. Huc & illud quoq; Solomonis referendũ est. Extrema gaudii luctus occupat. Et iterum alio loco Plures occidit uoluptas cui gladius. Quin & Solomon ipse, cui in sapientia nemo unq; par esse potuit, ob immodicam illam uoluptatem qua in fœminas Moabitidas exarserat: ad eam tandem cæcitatem perductus est, ut factitiis deorum idõlis, templa erigere non sit quicq; ueritus. Neq; uero in sanitate corporis, otio, aut quiete statuenda uidetur summa beatitudo. Porrò beatitudo id est per quod reliquis animantibus longe antecellimus, at in his aliisq; non paucis corporis dotibus, à magna brutorũ parte, constat nos multis partibus superari. Quis enim horum ad Elephantis robur unq; aspirare potuit? Quis aliquãdo

Phœnicis

Beatitudo non consistit in uoluptatibus.

Boetius. Exitus uoluptatum tristes esse gignunt. Aulus gellius.

Prouer. 14. Eccle. 37. Salomõ ad quã dementiã per uoluptatem sit perductus.

Beatitudo non consistit in sanitate corporis.

In plerisque corporis dotibus, à belua superamur.

Phœnicis uiuacitatem æquauit? A leone fortitudine uincimur, à ceruis pernicitate & uelocitate. Ab aquila & lynce, uidẽdo longe à tergo reliquimur. Canibus in odorãdo, araneisq; in tactu multo interiores esse inuenimur. Proinde quemadmodũ ab istis bonis, quod ad corporeas dotes attinet, nos non uno nomine uincimur ipsa loquitur, ita & corporis sanitate nos item uinci inficias ibit nemo, nemo negabit. Quapropter ut postpositis hisce uanitatibus, quæ ne umbram quidem ueræ fœlicitatis attingere possunt, ad indubitatam fœlicitatem accedamus, omnibus conatibus enitendum est. Atq; ea in deo contemplando, præsentaneaq; deitatis uisione consistit: quando uidebimus eũ sicuti est, facie ad faciem. In qua uisione omnia quæcunq; sunt usq; offerentur oculis nostris. Omnia enim uidet, qui uidentem omnia uidet. Hic præsens aderit & ad manum suppeditabitur, quicquid ab ullo desyderari poterit. Atq; hæc diuini uultus contemplatio, ueram illam beatitudinem absoluit: possidentes se, omni fœlicitate, omni gaudio & gloria tam in corpore q; in animo ditans, explens, & beatificans. Quoniam in hoc spectaculo clare intuebimur quicquid uel oculos uere pascere uel oblectamento esse poterit. Hic à nobis audient quæcunq; aures nostras aut nouitate morari, aut suauitate demulcere ualebunt. Hic tã odoratui q; gustui occurrent, quæcunq; appetitus exposcere quiuerit. In hac uisione ita beati, glorioſi, & glorificati in corpore & anima erunt homines, ut cũ psalmographo recte dicere queas Satiabor quũ apparuerit gloria tua. Tum enim perficietur promissum illud CHRISTI Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris mei. Minimus autem in regno dei hac beatitudine potius, ĩfinitis partibus maior est eo, qui in mundo omnium maximus & beatissimus uidetur. An non CHRISTVS ipse ita de Ioanne Baptista testatur Amen dico uobis, inter natos mulierũ non surrexit maior Ioanne Baptista: at qui minor est in regno cœlorũ, maior est illo? Nã qui ĩfimo loco ibi residet, lõge superior est non peccatore tantũ, sed & iusto,

Vera beatitudo.

1. Corin. 13. Expo.

Psalm. 16.

Matth. 13.

Minimus in regno cælorũ, maior est maximo in terra. Matth. 11.

Sapien. 9. Expo.

etiam quocunq; adhuc hoc mortale corpus circumferente. Quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Propterea q; non potest fieri, quin quandiu in hoc mundo uersaris, ferendæ sint (uelis nolis) uariæ calamitates & miseriæ. Ibi uero quum primũ hoc corpore mortis exutus fueris, nulla erit penitus tristitia, nullũ odiũ aut malitia, nullus miseriæ gustus, nulla animi ægritudo aut corporis morbus, nulla indigentia, necessitas nulla, dolor aberit omnis, nec sentitur timor, mortis tyrannis huc nunq; aspirabit: uerũ aderit perpetua sanitas, aderit incolumitas indeficiens: quies, tranquillitas, pax nunq; rumpenda: nulla fames, sitis nulla, nec hyeme frigoribus astringemur aut æstate dissoluemur æstu, lassitudo corporis non grauabit artus, nec rursus corrumpet otium, nullus timebitur hostis, nulla exercebitur cum inimico simultas, nulla aderit peccandi uoluntas: quid dicam? omnis denique auferet delinquendi potestas, omnis auferet nocendi facultas. Nihil illic non cœleste, nihil non fœlix, nihil non beatũ, postremo nihil nõ deificum. Quapropter oculus non uidet, nec auris audiuit quæ præparauit deus diligentibus se. Propter quod & idẽ hic Apostolus, cuius uerba modo recitauimus, aliquando raptus ad tertũ usq; cœlum, quod empyreum uocare solent: nunq; postea apud hoies ullam lætitiam concipere potuit, sed crebris suspiriis præuisum cœli gaudium semper reuisere gestiebat, ita secum ingemiscens Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et rursũ Cupio dissolui & esse cũ CHRISTO. Et iterum alio loco Mihi uiuere CHRISTVS est, mori autem lucrum. Fuere autem non pauci, ut adhuc etiam nonnullos esse reor, qui dum altius res diuinas contemplati fuerint, qui dum in deum ipsum optimum maximum, in cœlum & cœlestia gaudia oẽs animi cogitationes defixerint: adeo subita quadam extasi correpti fuerint, ut sensibus omnibus in deum stupefactis atq; attonitis, nihil penitus senserint, siue supplicium siue cõsolatio admota extitisset. Porrò dũ corpus hic præsẽs fuerat, animus cõtemplando

Lætitia perpetua in cœlo, cui nihil aduersabitur.

1. Corin. 2.

Apostolus post raptũ, ob hanc huius mũdi gaudia reuerti.

Roma. 8.

Philipp. 1.

Ibidem.

Quidã etiam hoc seculo rapuntur.

ad

ad ſuperos ipſos auolauerat: ſic ut uelut hoīe bipartito, corpus hic eſſet, animus uero illic: corpus apud homines relictū, animus ad deum raptus. Vſqueadeo ut oculos apertos habēs, non uideat quicq̄: compella eum, non audit: agitato eum, nihil ſentit. Eſt enī (quandiu in ullo ſtatu manſerit) uelut quiſpiam ab hoc mundo in totū exemptus, tam ſupra omnem fidem mirifica eſt ea delectatio, quæ ſtupidam mentem totam è corporea feculentia extrahit. Cæterum quum primum ad ſe redierit, quando relicta illa extaſi, animum denuo in corpus relapſum animaduerterit, tum uero cū

Deſyderiū bonis chriſtiani.

» Apoſtolo Paulo non ceſſat clamitare. Cupio diſſolui & eſſe cum CHRISTO. Infœlix ego homo, quis me liberabit à corpore » mortis huius? Vtinam ſoluar aliquando ab ergaſtulo corporis, ut liceat libere & citra impedimentū huiuſce carnalis maſſæ propius inuer i CHRISTVM meum, apud quem totū eſt quicquid eſt alicubi bonum. Atq; ad hunc modum Apoſtolus raptus uſq; ad tertium cœlum, interna quadam uiſione ſpeculatus eſt & audiuit ſecretiſſima illa cœlorum arcana atq; altiſſima myſteria, quæ non licet homini loqui. Proinde ſi tam inenarrabile gaudiū fuerit homini rapto, dum adhuc corpus ſuam mortalitatem non exuiſſet: quantum tum fore credendum eſt, quando coniūcta inter ſe & anima & corpus ſimul conglorificabuntur? Quando facie ad faciem ipſum deū ſicuti eſt, uidebimus? Tunc enim utraq; pars noſtri tam anima cū corpus ſuis dotibus decorabitur. Atq; inter cætera, quatuor erunt potiſſimum, quæ corpus inſignitum reddent: impaſſibilitas uidelicet, ſubtilitas, agilitas, & claritas. Anima rurſum tribus item dotibus ornabitur, nempe dilectione, uiſione, tentione ſiue poſſeſſione. Eſt ergo impaſſibilitas prima dos, qua tum donabitur corpus: per quam illic ab omnibus iniuriis tutum eſſe poteſt, quibus hic cotidie miſere afficitur. Siquidem corpus quanto tempore hic uerſatur, mortale, corruptibile, paſſibileq; exiſtit: modo ęgrotum, modo debile, interdum fameſicum, interdū ſiticuloſum, aliquando calidum, aliquādo frigidū,

Philip. 1. Roma. 8.

2. Corin. 12.

1. Corin. 15.

Impaſſibilitas, prima dos corporis.

nunc

nunc medicorum ope egens, nunc ad chirurgorum auxiliũ profugiens, hodie nimia forsan exultans lętitia, eras rursus intolerabili mœstitia dejectus: denique tam importunis ac uariis passionibus huc illuc, sursum ac deorsum ita assidue agitatus, ut ne puncto quidem temporis in eodem statu consistere possit: quũ nunc aqua noceat, nũc ignis, aliquando bestia, aliquando homo, interdum hic casus, aliquando ille. Sed o deũ immortalẽ, quid ego demens tantum pelagus ingressus sum? Cur tantum oneris his humeris imprudens imposui, ut eruminas corporis ulla ex parte recensere conarer, quas & omnem numerum & omnem etiam ingenii captum excedere, nemo est (opinor) qui ambigit. Verum L. ut corpus hoc mortalitati obnoxium, his miseriis subiectum esse oportet, ita olim glorificatũ prioribus calamitatibus omnino euacuabitur. Quandoquidem tunc corpus illud glorificatum, erit prorsus impatibile: tunc nec inediam patietur, nec laborabit siti, nec perstrigetur algore ullo, corpus glorificatũ ab omni æstu erit immune, nullus morbus depopulabitur artus, aut marcore mẽbra demolietur: breuiter nullo damno, nullo senio, nullo nocumento corpus gloriosum urgebit amplius. Ad hæc posteaq̃ tãtam gloriam inducrit corpus, ab omni etiam discrimine uacuũ erit & alienum, adeo ut si maximis aquarum fluctibus occultaretur, nec demergi, nec ullo alioqui incommodo affici poterit. Si in ardentem ignem imponeretur, à flamma dimitteretur illæsum. Plus dicam, si in inferno foret, nullo plane supplicio tangeretur. Apoca. 21. Siquidem ut est apud Ioannem in apocalypsi Absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum suorũ, & mors ultrà non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Illinc enim mors exulat, nullus doloris sensus illuc pertingit unde & lugendi necessitas oriretur, ũde dolendi suppeditaretur materies, unde defendi ingrueret tristis amaror, aut & lamenta suggerentur. Nullum illic murmur audietur, nullum sentietur grauamen, nec leuissimum incommodi supererit uestigium:

quando-

quandoquidem huiusmodi iam præterierunt, hic prius in hac uita ob dei amorem fortiter sustentata. Et proinde horum auxilio ab hisce aduersitatibus illic in ùniuersum liberant. Qua de causa beatorum corpora tũ necessario ab omni corruptione, ab omni defectu ac passibilitate quacunq; erũt alienissima. Nihil erit nec intrinsecum nec extrinsecũ, quod hæc corpora uel lædat uel corrũpat: tuta erunt & secura à quocunq; passionis genere, ab omni perturbationis inquietudine. Quo fit ut si in mediis flammarum globis constiterint, nihil prorsus dispendii acceptura sint. Quémadmodum nec gladio aut telo ullo lædi possunt, nec ullo aliõ qui machinamento bellico penetrari, aut quomodocunq; molestari. Id quod & diuus etiam Augustinus in sermone quodam de contemptu mundi pulchre his uerbis prosequitur. Nõ poterunt (inquit) pati aliquam tristitiam aut afflictionem, non famem, non tim, non calorem aut frigus: non somnum aut tedium, non debilitatem aut lassitudinem, non denique infirmitatem ullam aut mortẽ. Iuxta illud. Nõ esurient neq; sitient amplius, neq; cadet super eos sol neq; ullus æstus: quoniam agnus qui in medio throni est, reget eos & deducet eos ad uitæ fontes aquarum, & absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Aduerte quod dicat deum omnem lachrymam absterſurũ. Vnde manifestum est nullas penitus nec doloris nec ĩcommodi reliquias in corpore relictas iri, quæ non delebuntur in totum. Secunda uero corporis glorificati dos, erit subtilitas & exinanitio quædam corporeæ crassitudinis. Cuius beneficio corpora nostra tam mirabilis subtilitatis futura sunt, ut per occlusas ianuas & obfirmata hostia penetrare sine obstaculo ualuerint, ut per clausas fenestras expeditus pateat ingressus, ut nihil obstiterit quo minus per medios parietes peruium iter habeant. Sicut & ipsius CHRISTI exemplo docemur, qui post resurrectionem, semel atq; iterum ianuis clausis ad discipulos ingressus est: quemadmodum habetur apud Ioannem euangelistam capite uigesimo. Neq; tũ sane aut muri aut montes

Corpora beatorũ nulli passioni obnoxia erunt.

Augustin.

Apoc. 7.

Expo.

Subtilitas corporis.

Quid boni possitat corpus glorificati præter dotem subtilitatis?

Ioan. 20.

corporibus

corporibus ſic ab hac carnis feculentia purgatis, impedimento aut moræ eſſe poterunt, non ulla remorabuntur mœnia, nec mare ingens, non uiolenta uentorum murmura: quo minus citra omne impedimentum quo libet, libere & ſubito tranſire ualeant, ita ſuffragante diuino pſalmographo In nomine tuo tranſgrediar murũ. Succedit his duabus & tertia etiam dos glorificati corporis, nẽpe agilitas. Qua præſtante corpus tam agile, tantæ celeritatis deinceps futurum eſt: ut quodammodo in inſtanti & momento temporis, quocunq; uoluerit, commigrare poterit. Quoniam eo tempore nec ponderoſum, nec crattum, nec præpediũ ab ulla actione aut occupatione erit. Quod & prophetæ etiam teſtimonio magis inclareſcere poterit, ubi ita ait Murabunt fortitudinem, aſſument pennas ut aquilæ, currẽt & non laborabũt, ambulabũt & non deficient. Cui nec diſſentit illa Auguſtini ſententia Deus à corporibus beatorũ, auferet omne põdus: & ideo ubi uolet ſpiritus, ibi erit protinus & corpus. Quandoquidem anima illa beata uel in breuiſſimo temporis punctulo, aut ictu oculi, corpus ſecum tranſferendi poteſtatem habet. Quibus ſuccinit & ſanctus quoq; Anſelmus, ita ſcribens In tantum erit fortis, ut etiam ſi uelit, terram mouere poſſet, & ita faciliter mouere poſſet unum montem, ſicut unam pennam. Vnde perſpicue liquet quod de hac re ſcribit Solomon Corpus quod corrumpit, aggrauat animam. Quandiu enim hic ſumus, corpus (quandoquidem corruptibile eſt & morti obnoxium) animæ grauiſſimo oneri eſt: cæterum quum primum in paradiſo futuri ſumus, nullo modo aggraua bit corpus, imò contra, auxilio erit, alacritatem quandam animę afferens, nimirum ab omni corruptibilitate expediũ purganumq;. Præterea quarta corporis dos, erit claritas. Nam ubi corpora iſta iam mortalia incorruptibilitatem induerint, tanto lucis fulgore relucebunt: ut uel ſplendidiſſimum ſolis iubar facile euincant. Quod & euangeliſta Matthæus ita teſtatur, dicens Fulgebunt iuſti ſicut ſol in firmamento. Non quidem ut ſol

Pſalm. 17.

Agilitas corporis.

Corpus glorificatum ſubito quo uolet, deferetur.

Eſai. 40.

Auguſt. de ciuitate. ca. 22.

Anſel. lib. de ſimilitudinibus de fortitudine beati.

Sapien. 9.

Expo.

Claritas corporis.

Claritas corporis glorificatæ quanta.

Matth. 13.

ſol nunc micat, ſed quemadmodum in die ſupremi iudicii emicabit. Quando (ut eſt opinio quorundã Theologorũ ſuper quarto ſententiarum diſtinctione quadrageſima octaua, ubi de finali iudicio pertractatur Sol ipſe (ut aiunt) in ſeptuplo clarior erit ꝙ nunc eſt. Eritq; lux lunæ non minor ꝙ eſt nunc ipſius ſolis, quando ſplendor ſolis ſeptupliciter inaugebitur. Vnde intelligendũ eſt ſanctos omnes tum ita claros futuros, ut ſolis reſplendentiam tunc toties augmentatam æquiparare ualeant, nulla penitus claritudinis fulgore amiſſo. Et quamuis ipſa beatorum corpora nõ minus luminoſa, non minus clara & fulgida ꝙ iam diximus, futura ſunt: tamen (ut in eodem quarto ac proxima diſtinctione placet eiſdem theologis) oculi cuiuſlibet beati hominis non tantum penetrabunt tam excellens ſenſibile, quo ſenſus hic corrumpi ſolet: ſed plane cõtra cũ ſumma uoluptate ac maxima cõſolatione intuebuntur illã incredibilem claritatem, illam incogitabilẽ pulchritudinem, mirabilemq; colorem ipſorum glorioſorum corporum iam tam inimitabili fulgore præditorũ. At uero ſi mortalis quiſpiam adhuc hic in terris uitam degẽs, forte fortuna uel ſemel potuiſſet unum ex his glorioſis corporibus perſpicere, nunq; amplius deſyderaret in hac uita eſſe, ſed multo potius cõtinuo è corpore mortis huius auolare, quo tãta gloria potirentur. Richardus tamen in diſtinctione iam proxime ſupra memorata, autor eſt, hanc tantã glorioſi corporis claritatem in uirtute ſua ac iuſta plenitudine à nullo oculo niſi glorificato cerni poſſe, citra maximũ miraculũ. Quã nulla mortalis oculi acies tam exuperantes ſplendoris radios in uiribus ſuis ac ꝓpria efficacia cernere poteſt, quin oculi ipſi ſtatim è ſuis orbibus exilirent. Quandoquidem ut eſt apud philoſophum, omne excellens obiectum corrumpit ſuum ſenſum. Atq; iſtæ ſunt quatuor illæ dotes, quibus beatorum corpora poſt extremam & generalem reſurrectionem dotanda ſunt: in loco uidelicet quatuor contrariorum defectuum, quibus hic olim uiuentia premebantur, uidelicet corruptione, craſſicie,

Quarto ſententiarũ diſt. 48. Eſai 30. Nota literam.

4. diſt. 40.

Richardus diſt. 40.

De ſenſu & ſenſato.

tarditate,

tarditate & opacitate. Idq; propterea q; hic in priore uita fortiter pro deo acerbas pœnas afflictiõesq; grauissimas sustinuerit. Proinde ubi corpus prius crassum erat & obesum, nunc ecõuerso subtile sit, & per quoduis penetrabile. Deinde ubi hic graue admodũ & ponderosum, ibi nunc agile & leue in primis. Ad hæc ubi erat hic tenebris magnaq; opacitate obfuscatum, nũc ex opposito ibi clarissimum extet & undequaq; pellucidũ. Postremo ubi antea fuerat omnibus modis passibile, corruptibile, mortisq; imperio subiectum: nunc uero ordine in totum mutato, factũ est prorsus impassibile, incorruptibile, ac demum à fœuo illo mortis iaculo semotissimum. Quod & apostolus Paulus de hac eadem re loquens ad Corinthios explanatius declarat, ita scribens: Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in uirtute: seminatur corpus animale, surget spirituale. Vbi sciendũ est, illud surgere in incorruptione, ad impassibilitatem corporis referri debere: quemadmodum in gloria resurgere ad claritatem eiusdem, quæ aliquando post resuscitatũ corpus atq; animæ unionem futura est. Eodem modo in uirtute surgere, futurã illam corporis subtilitatem respicere uidetur: nõ secus ẽj spiritualiter surgere, ad agilitatem (quam supra diximus) uidetur referendum. Ad quod manifestius declarandum, ipse dñs noster IESVS CHRISTVS non solum superata morte rursum in uitam resuscitatus est, his quatuor iam memoratis dotibus insignitus: uerum etiam adhuc in carne uersans ac mortalis, harũ dotium specimen aliquod præmõstrauit. Nã ad incomparabilem illã corporis beati claritatem uelut præluxit dominus, quando in monte thabor accitis Mose & Helia gloriose transfiguratus, iucundum illud & beatificũ tribus discipulis suis exhibuit spectaculũ. Quãdo resplenduit facies eius sicut sol, uestimentaq; eius tanq; nix, alba facta sunt. Agilitatem uero satis declarauit, quum super mare siccis uestigiis deambulauit. Tertiam autem dotem, nempe impassibilitatem

Corpus glorificatũ quatuor habet dotes cõtra quatuor corporis incõmoda, quibus hic premebatur.

1. Corin. 15.

Expo.

Christus præmõstrauit hæc quatuor dotes à corpore suo.

Matth. 17.

passibilitatem sibi adfuisse, uel hoc uno argumento euidentissime docuit, ꝙ in ultima illa cœna seipsum totũ singulis discipulorum in cibum ac potum distribuerit partitusꝙ sit, dum tamẽ adhuc totus atq; integer maneret illæsus. Porrò quum uero uerius sit, uniuersas totius corporis partes in sacratissimo illo sacramento præmãsas fuisse & comestas, ut & omnes etiã sanguinis guttas epotas: ita tamẽ hæc omnia ineffabiliter, atq; impassibiliter acta sunt, ut interim nullã prorsus attritionem, morsum, aut corrosionem à discipulorum dentibus persentiret, ut nec corpus alteratum quiecꝙ aut diminutum sanguinem. Quartam denicꝙ & postremam subtilitatis uidelicet dotem ad unguem exploratam dedit, tunc quum è latebris materni uirgineiꝙ uteri per ianuam clausam prodiit in lucem. Necꝙ aliud fecit, quo tempore è medio Iudæorum agmine subito elapsus est, quando illi ad obruendum eum lapidibus hostiliter accincti essent: idem quoq; fecit quũ deuicta morte gloriose resurrexerit, nec lapide dimoto, nec custodibus sentientibus. Cæterũ quo pacto è manibus illorũ euasisset, ipsi quantumuis cauti obseruatores, neutiꝙ perspexerunt. O ꝙ admiranda, ꝙꝙ præstabilia sunt ista corporis munera: ꝙ longe excellunt istæ dotes: Quarum quæ minima est, longo interuallo omnem huius mundi thesaurum antecedit, omne huius uitæ gaudiũ infinitis partibus à tergo relinquit. Si uel unã quãlibet istarũ fortius esses, quantas & ꝙ incredibiles commoditates inde reportares? Quod enim beneficium uotis omnibus optare posses tibi accommodatius, ꝙ non uri, si forte aut casu in ignem incideres, aut ui proiectus esses? Quid ad seruãdam incolumitatem etiã magis idoneum, ꝙ in aquis uersari, & tamen minime demergi? Quæ uirior armatura dari potest, ꝙ à nullo gladio posse cõtoti: à nullo telo lædi aut penetrari? Quodnam ergo precium huiusmodi dono conferri potest? quis diuitiarũ cumulus, aut etiam auri montes huic tam salutari doti comparabiles erunt? Si rursum tãta esset corporis tui subtilitas, ut quascũq; uelles domos ingredi,

Excellẽtia harum dotium.

Impassibilitas quãta sanctis?

Subtilitas quãti.

nec uisus nec tactus potuisses: ut regale palatiũ, ut secretiora cubicula, adyta inaccessa, intimaq; ædium penetralia pro arbitrio clausis hostiis subire liceret, nec cerni ab ullo: ut omnia pro animi sententia oculis perlustrares, ut quę dicerentur audires omnia, quæ fierent ad amussim omnia cognosceres, ipse interim à nullo perspectus aut agnitus: si huiusmodi (inquam) donũ tibi concederetur, quanti quæso æstimares? Rursus si esset tibi corpus tam agile aut pernix, ut subito & uelut in ictu oculi Hierusalem, Romam, Babyloniam, aut quemcũq; alium locum uisere animus cuperet, adire posses: an non tibi ingens beneficiũ uideretur? Denique si quidem corpus tuum tanta claritas luce præluceret, quanta solis nitidissimum sidus in suo orbe refulget, quanta dignatione q̃q; præ cæteris omnibus insignis ac uenerabundus haberetis, quanto plausu, quot honoribus, acceptus esses toti undiq; mundo? Has itaq; dotes omnes summum illud corporis nostri caput CHRISTVS ipse optimus maximus adhuc in humana carne degens, in corpore suo habuit: & ut paulo pridem demõstratum est, etiam palam exhibuit. Quo nobis certam fiduciam confirmaret, futurum aliquando, ut nos quoq; qui tanti capitis membra sumus, eisdẽ donis remuneraturus sit; præsertim si hic in hac breuiuscula uita, labores, dolores, & afflictiones ob illius nominis gloriam, patienter atq; obtusis animis, perpessuri sumus. Verum, iam reliquum uidetur ut de tribus illis animæ dotibus, quas supra paucis perstrinximus, hic paulo fusius pertractemus. E quibus primo loco occurrit ipse beatissimus aspectus atq; contemplatio diuini oris, ipsa absoluta & perfecta deiuisio: in qua consistit æterna illa & inexhausta gloria, in qua incomprehensibile illud diuinitatis iubar omnem oculorũ aciem prorsus obruendens (sicuti est nec ultra in speculo aut enigmate) clare nec citra ineffabile gaudium inuehuntur, adeo ut (si iam optio daretur) recusarent penitus omnem huius mundi gloriam. Vsque adeo supra q̃ dici potest, superat omne gaudium humanum gloriosissimus

Agilitas quãt.

Claritas quãt.

Visio quã habent beati de diuinitate, quã excellens.

§.

ille

ille ineffabilis deitatis intuitus; ubi clarissime & sine omni oculorum offendiculo, ipsa essentia diuina ab oĩbus beatis uidebit. Huius tam beatæ uisionis fruitio, illi denario diurno assimilari potest, qui laborantibus in uinea domini pro munere æterno tribuendus est. Primo in denario insculpitur imago regia, per quam diuina maiestas uenit intelligenda. Deinde occurrit denarius numerus, qui ut est omnium perfectissimus: ita in hac diuini uultus cõtemplatione, omnis perfectio consistit & felicitas. Postremo per denarii roundinatem, ipsam infinitã dei æternitatem intelligito: qui quemadmodũ nec incœpit unq̃, ita nec finem unq̃ est habiturus, sed ultra omnes tẽporis limites positus uelut circulus quidam, cuius nec est initium nec exitus, in sese per omnia sæcula reuertitur. Hanc tamen diuini numinis essentiam, alius alio multo lympidius speculabitur, pro modulo uidelicet amoris quo deũ hic uiuens prosequutus est. Nam quo quisq̃ hic deũ ardentius amauerit, hoc illic penitius ac propius illustrissimam illius faciem inspectabit. Et hinc est q̃ in hac uisione uarietas illa mansionum deprehendi possit: de quo ita in euangelio scribit. In domo patris mei multæ mansiones sũt. In hac etenim uisione, altissima illa trinitatis mysteria quæ hic omnẽ humani ingenij atq̃ intellectus captum fugiunt, uel primo obtutu perspicientur. Ibi facillime uidetur quomodo unitas diuinæ essentiæ, in triplici personarum distinctione consistit. Videbitur ibi quomodo filius, cuius generatio ineffabilis est; à summo patre æternaliter generatur. Videbit ibi quomodo æqualiter ab utroq̃, patre scilicet & filio procedit spirans illud numen spiritus sanctus per modum quendam amoris, ita tamen ut nec patre nec filio inferior sit spiritus procedens, nec deitate minor. Quo mysterio ut nihil altius usq̃ uel esse potest, ita non est aliud quo magis hebetatur humanæ solertiæ quãlibet perspicax acrimonia. Quo fit ut hic credi possit, demonstrari autem non possit. Ibi clarum erit omnibus abditissimum illud consilium, quo factum est, ut filius ille æternus, ab æterno

Matth. 20.

Imago in denario expressa, & eiusdem rotunditas quid significent?

Qui hic ardentius deum amauerit, interius ipsum in maiestate uidebitur.

Ioan. 14.

Quæ gloriosius uidebit in ipso diuinitatis speculo?

patre in hunc mũdum mitteretur, opificio ſpiritus, incarnandus.

1. Corin. 13. Expo. Itaq; quæcunq; hic modo per ſpeculum in ænigmate uidemus, id eſt tantum per fidem: ibi facie ad faciem ſicuti eſt, uidebimus.

Quæ uidebũtur in ſpeculo diuinitatis. Videbimus ſine omni hæſitatione, ſine omni dubio, ſine omni quoq; uirtutis uitiiq; damno aut offenſione. Vbi in defecatiſſimo diuinitatis ſpeculo, ad plenum ſpeculabimur omnes illius perfectiones & quæcunq; illi primatim attribuuntur & inhærent peculiariter: ut ſunt potẽtia, ſapientia, bonitas, æternitas, unitas, trinitas, & quæ ſunt huius generis. In hoc ſplendidiſſimo æterni luminis ſpeculo, fas erit perudere quæcunq; uel dici uel tacita mẽtis imaginatione excogitare poſſunt delectabilia: quæcunq; ad gaudium, uoluptatem, aut beatificam mentis exultationem uidebantur ſpectare. Vnde & fœliciſſima anima tum cum pſalmographo præſulcãtibus præ gaudio præcordiis dictura eſt Satiabor quum apparuerit gloria tua. Tunc uero in deo contemplabimur oĩa illa ſine quibus beatitudo illa noſtra (ad quam & nunc pro uiribus aſpiramus) nec abſolui nec perfici poterit: quales ſũt ſubſtantiæ ſeparatæ, quales ideæ & formæ ultimatæ ut uocantur a philoſophis: ſiue mauis, quiditates extremæq; rerum entitates, ut loquunt theologi recentiores. In hoc diuinitatis luciditiſſimo ſpeculo, contuebimur naturam ipſam omniumq; naturalium rerum proprietates, quas rebus à ſe conditis infuderit artifex ille præſtantiſſimus ac totius naturæ imperator dominus deus, infinitis partibus certius & liquidius, q̃ potuit ullus unq̃ philoſophorũ: quamuis phyſicæ auſcultationi deditus, quantũuis in hoc ſtudendi genere exercitatus. Breuiter cognoſcemus illic quotquot uel uideri uel intelligi poterunt, quotquot ſub ſenſuum apprehẽſu aut mentis ambitu uſq; gentium inueniri cõtingent: quotquot deniq; quiſpiam ad decorem ſuum, ad ornatum, ad meritũ, gaudiũ, lætitiam, atq; oblectationem merito optare, ambire, aut aſſequi debeat. Cæterum iuxta meritum cuiuſcunq;, ita illic aut plura aut pauciora uidere permittentur omnes. Vnuſquiſq; tamen id

ſpecialiter

Pſalm. 16.

ſpecialiter uidebit exploratumq; habebit, quod priuatim ad ſe & ſeorſum à cæteris omnibus pertinere comperierit. Adeo (ut id interim exempli cauſa dixerim) ut ſubinde fieri poſſet, ut inferior quiſpiam ſanctus interdum aliquid ſciat: quod tamen neſciat ſuperior. Vt ſi fiat deprecatio ab aliquo hic uiuente ad inferiorē diuum, non neceſſe eſt ut ſuperior ſciat quid ab illo inferiore precibus efflagitatum ſit, niſi hoc uelit deus aut per ſe ſibi reuelare, aut per angelum ſuum, aut per eum cui ſpecialiter illius preces, ut precibus coniunctis, quod petitur, ſecum impetrare laboret.

Præter iſta, uidebimus ſereniſſimum illiū dei uultum, ardentiſſimā illius charitatem, qua genus noſtrum uſq; ad mortem proſequutus eſt, ac demum beatiſſimæ illius fruitionis erimus ueri participes. Poſtremo in deo etiam uidebimus (ut quidam ſeruātur) acerbiſſimas illas damnatorū pœnas non ad pœnam ſed ad maximā gloriæ augmentatiōem, ut eo nomine maiores benigniſſimo domino gratias agamus, q; miſericordiæ illius præſidio, tantū cruciatum euaſerimus. Sicq; fiet ut in hac glorioſiſſima uiſione omnia à nobis uideantur quæcunq; animus noſter expetere poterit: ſiue ad augendam gloriam, ſiue ad continuandum gaudium illud interminabile. Adeo ut de nobis omnibus, quicunq; ad ſocietatem illius gloriæ uocandi ſumus, illud diuini citharœdi elogiū uerificari poterit: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & è torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te eſt fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Quid eſt hoc dictu, Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ? Cernit prophęta de rebus cœleſtibus loquuturus, uidensq; cœleſtia omnia prorſus ineffabilia, quæ ſuis uocabulum humanum quod accommodatiſſime huic negotio applicaret. Proinde quū non uno experimento didiciſſet, non paucos mortales ita immoderate ſolere ſeſe uino obruere, ita Baccho indulgere ebrietateq; diffluere, ut nec pes nec lingua, imò ne animus quidem ſuo officio ſatis fungerentur, ſtatim ſubiit animū illius quibus uocibus in exprimenda hac ſumma cœleſtiq; lætitia

Pſalm. 17. Expo.

Reprehenditur beati dictus de la fruitione & gloria cæleſti. Inebriatio qua ſit futura ſe in cœlo?

lætitia uteretur. Quapropter quãdoquidem mens humana quũ semel imbiberit tantam fœlicitatem, tam synceram & inefabilẽ lætitiam, ita quodã modo illius plenitudine tota capiẽ accubat dementatur, ut non absurde ab ubertate domus dei inebriari dicereturDe quo inebriandi genere alibi idem psalmes meminit Calix inebrians q̃ præclarus eſt. Hoc calice inebriati erant sancti martyres, quando ad passionis supplicia profecti, tãta alacritate mortem adierunt, ut ne suos quidem agnoscerent. Et quid tã ebrium uideri posset q̃ non agnoscere uxorem suam acerbissimis inũdantem fletibus, ac funera mox perituri mariti misere deplorantem? Quid uesanius uulgo habetur, q̃ adhortantes floccipendere amicos? q̃ paruos contemnere liberos? q̃ per calcatum parentem ad tristissimam necem procurrere? Necessarios suos etiam ante oculos positos, uelut lymphati non agnoscebant, hoc est, nullis illorum dehortationibus, à concepta martyrii corona reuocari potuerant, nullis amicorum precibus à præsente morte, à tot cruciatibus, à toe diræ carnificinæ machinamẽtis diuelli uoluerunt: non poterant nec hostium minis, nec suorũ consiliis ullo pacto perfuaderi, quo minus intrepide terribilem adirent mortem, quo minus forti & infracto animo paterentur: uerum ut CHRISTO, quo suos omnes cõpensabãt, suo sanguine gratũ offerent libamen, ita diuinæ gratiæ plenitudine inebriabant: ut propter eum minime grauati sint sic charos posthabere parẽtes, sic infantes deserere, sic natos & uxores penitus relinquere, mundum omnesq̃ illius cõcupiscentias prorsus respuere, imò & corpus illud proprium uitamq̃ ipsam pro nihilo ducere. Vbertas autẽ illa domus dei, quid aliud intuere potest q̃ foecundissimam illã matrẽ uidelicet ecclesiã, siue militantẽ uelis siue triumphantem? Porrò ecclesiam militantem gratiarum ubertas mira affluentia locupleratquas spiritus sanctus sic in hac præsenti uita electos suos ditat ac tã munifice beat, ut ceu phrenetici à se prorsus alienẽtur, in deum scilicet absorpti per uehementissimũ quidam

Psalm. 22. Expo. Calix ebriãs quid. Martyres qui profuit bibere de calice ebriante.

Vbertas domus dei quid?

Vbertas militãtis ecclesiæ.

Y.

dam charitatis feruorem, per ardentissimam in deũ amoris flã
mam. Cuius rei exemplũ habes in martyribus de quibus iam nõ
nihil egimus. De qua re & apostolus Paulus ita scribit Misit deus Galat. 4.
us spiritum filii sui in corda nostra. Vbertas autem triumphan- Vbertas trium-
tis ecclesiæ, est illa absolutissima sanctorum omnium beatitudo, phantis eccle-
in qua post huius temporis decursum, ita omni felicitate saturã- sie.
bũtur uiri sanctificati, tamq; dulci ac nectareo æternitatis musco
indelinenter atq; absq; omni fine inebriabuntur, ut in deũ ipsum
per interna desyderia penitus cõuersi, illius etiam q̃ similimi es-
ficiantur: iuxta ueridicum illud Ioannis testimonium Similes ei 1. Ioan. 3.
erimus, quia uidebimus eum sicuti est. Quando (ut etiam in psal-
mis legimus) Et torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Nam sic sa- Psal. 35.
cer propheta deum alloquitur, hanc tam gloriosam beatorum ebri-
etatem innuens. Et bene quidem atq; signanter dixit deum Deus potabit
electos suos è torrente uoluptatis potaturum: utpote qui primus electos suos.
fons sit ueri & interminabilis gaudii, qui geminę uoluptatis sit tor-
rens exuberãtissimus, qui totius bonitatis sit profundissimus gur-
ges, qui denicq; totius lætitiæ internæq; iubilationis unus sit aturq; go-
tit. Hic unus est qui abundantissime suæ gloriæ participes cœ-
lesti rore rigabit, qui gratiæ suæ feruitate reddet fæcundos: ni-
mirũ ostendens illis seipsum in sua deitate uidendum. In quo be-
atissimo spectaculo consistit eõsummatissima illa felicitas & æ-
ternitatis præmium, ad quod uelut ad ultimum tranquilitatis scо-
pum, omnes nos sessis hic anhelantibus aspirare contendimus. Si-
quidem tu o domine IESV es immediatum illud obiectum, in
quod solum omnium mortalium oculi defigendi sunt: tu solus au-
tor es, unica ac proxima causa uniuersę glorię, qua gratuito mu-
nere nos donandi sunt & premiandi hi homines quos beatitudi-
nis tuæ socios assumere dignatus es. Quod & Moses quoq; le-
gislator ita asserit Ipse dominus est uita tua & longitudo dierum Deut. 30.
utorum. Est & idem dominus cibus ille uitæ immortalis ponsq;
exiliens in uitam gternam, uera ambrosia, uerũ nectar: ad quorũ

gustum

Cant. 5. gustū ita amicos suos in canticis inuitat: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Atq; ad hunc modum ut iam audistis, poterit deus optimus maximus eos, quos ad fruendā gloriā suam accersiuit: sic electos suos meracissimo beatitatis nectareo affatim inebriabit. Sint hæc ergo de prima animæ dote hactenus à nobis recitata: nunc ad secundam accingamur. Ea uero à plurimis dilectio dicitur. Nam ibi summa erit plenitudo, abundantia maxima, absolutissimaq; totius charitatis perfectio. Ibi ad summum & consummatissimum perfectionis gradum implebit illud legis præceptum Diliges dominū deum tuum ex toto corde, tota anima, & ex omni mente tua. Nec mirum est illic & nunc̄q; aliàs ad uiuum absolui & impleri hoc præceptum, quum uoluntas illic tota, in amorem dei sedulo incumbat: quum mens humana, assidue & actualiter semper feratur in dei dilectionem. Vbi & piorum animæ uident incessanter clarissimo oculorum obtutu ipsissimā (ut ita loquar) diuinitatis essentiam, quæ est illud infinitum & uniuersale bonum, unde cætera bona omnia uelut è perenni & inexhausto fonte deriuantur, & in quo reliqua bona omnia uirtualiter insunt: non secus q̄ ipsi rerum effectus in causis uirtualiter præexistunt. Neq; sane fieri potest, quin uoluntas ipsa naturaliter tracta in deum summum & infinitum bonum, impetu quodam & impulsu dilectionis feratur: quemadmodū & superaturaliter quoq; per indefecientis quoddam gloriæ lumen. Quoniam ibi, ut Apostoli uerbis utar, Charitas nunc̄q; excidit, hoc est, plenissima illa & integerrima dilectio, quę in huius uitę curriculo nullo modo haberi potest: cuius alis ardua uolūtas nostra, actualiter & toto conamine in deum ipsum desyderatum scilicet totius bonitatis scopum, cuernus felicissimo deferetur. Vbi (ut beatus Augustinus auctor est) Vacabimus & uidebimus, uidebimus & amabimus & laudabimus, nimirū ex intima fruitionis dilectionis. Hoc itaq; summæ charitatis munus, hic amoris actus, hic affectus, sine fine seruandus est: nunc̄q; aliquem sensurus defectum:

Dilectio.

Dilectio quomodo in sua beatitudine

Deut. 6. Matth. 22.

Amor in beatis semper actualis ut ferat in deum.

1. Corin. 13. Expo.

Augustinus de ciuita. in fine.

A

β

Ex

Et de hac profusissima æternitatis gloria, qua inebriãdi sunt sancti, ita in canticis loquitur sponsa, id est beata anima iam CHRISTO in gloria desponsata Introduxit me in cellam uinariam, id est ad fautissimum immortalitatis & æternæ gloriæ statum: ubi existit recondita melliflui uini nempe diuini amoris fœlicissima copia, unde uere lætificatur cor hominis. Sed quid sequitur, animaduertamus. Et ordinauit (inquit) in me charitatem, quod non aliud est q̃ si dixisset, ordinatam quandam charitatis uim mihi largius est, iuxta cuius modulum, mihi illic reponitur & gloriæ mensura. Quo fit, ut qui in præsenti uita deum plus & impensius amauerit, plus etiam præmii aliãs meriturus sit: etiamsi hic in uilissimo reiectissimoq̃ statu receptus fuerit, siue liber siue seruus extiterit, siue mas siue fœmina, siue laicus siue clericus, siue religiosus siue prophanus & idiota, siue literatus siue rudis, doctus siue indoctus, magistratus siue priuatus, nobilis seu plebeius, prælatus siue è uulgo sacerdos, papa, cardinalis siue episcopus, rex siue subditus, iudex siue reus, cliens uel patronus: in sũma qualiscunq̃ fuerit, cuiuscunq̃ sexus, cuiuscunq̃ fortunæ, ordinis, ætatis, siue conditionis: si ardentius & plenius q̃ cæteri dilexerit, certe lyncidius q̃ illi, deum contemplabitur, cœlesti illa gloria copiosius quoq̃ tum usurus tum fruiturus. Vbi nec continua dilectio deerit, nec desyderabitur amor plusq̃ perpetuus, inextinguibilis sempiternusq̃ charitatis ardor, requies placidissima, tranquilla securitas, pax nunq̃ interrumpenda, fœlicitas absq̃ fine, beatitudo ita magna, ut tamen nulla ratione deminui possit. Postremo tertia illa dos, qua post hanc uitam donabitur anima beata: comprehensio siue tentio, dicit: nec est res alia q̃ gaudii illius inæstimabilis securitas quam de deo uiso pariter & amato fortiuntur sancti illi, quos ad numerum ciuiũ suorum omnipotens dominus aduocare dignatus est. Atq̃ hoc gaudium tam secure possidebunt, ut nec abesse nec diminui nec auferri ullo modo poterit. Siquidem quotquot ad eum honoris locum accersuntur, nõ solum incõprehẽsibile

Cant. 2. Expo.

Ibidem 2. Expo.

Quibus fruentur deum diligit, ut eius claritatis eius contemplabitur.

C. Comprehensio sive tentio. Comprehensio quid?

incomprehensibile numen facie ad faciem, id est nude & dempto omni uelamine intuebuntur, neq; auide tantum & insatiabiliter diligent, suauiterq; fruentur: sed tenebunt etiam inseperabiliter & sempiternaliter arctissimisq; ulnis imperpetuum amplexabũtur, apud homines saepenumero usu uenire uidemus, ut qui nunc apud principem suum in summo fauore est, potest forte aliquid committere facinorosum grauiterq; acceptum & mox è fauore depelli, atq; foras detrudi. Quod hominem semper in timore retinet, in metu, anxietate, & calamitate: sed illic nihil tale est. Sed semel accepta coeli possessione, semel inita gratia principis tui CHRISTI de hæreditate illa iam possessa certus es detrudi nõ posse, nec à dei fauore nunq; excidere. Præsertim quum spes illorũ immortalitate plena sit. Quocirca, quisquis es o homo expergiscere aliquando, hunc tam lethargicum huius mundi somnum quantum potes discute, erige temetipsum, intellectum tuum totum ab his sordibus in coelũ eleua: cogita subinde tecum, quale quantumq; sit illud immensum bonũ, quo si hic bene uixeris, illic defunctus uita perfruêris. Perpende crebro, & iusta trutina libbrato, q; sit omnipotens, q; largus totius bonitatis fons, q; sit etiã quicquid optare potes, is idem: quem iam amabis, quem firmiter tenebis, quẽ denicq; arctissimis brachiis amplexaberis. Quo si singula hæc uulgaria bona (ut uocamus) delectabilia & habeant & sint, quanto magis oportet illud summũ bonum quod in se reliqua bona omnia complectatur, in summo delectabile esse? Nimirum quum illud bonũ quicquid potest concipi iucũditatis, quicquid uerę uoluptatis, quicquid gaudii excogitari queat, in se uno possideat: Quare si uita hæc creata delectabilis existat, q; supra omnem hominum æstimationem, delectabilẽ esse uitam increatam necesse est: Si amabilis sit sapientia rerum creatarum si multimoda illa & uaria naturæ cognitio animis hominum arrideat: quanto iustius amari debet beatissima cognatio illius, à quo soló ceu à primario fonte emanat omnis sapiẽtia, à quo scientia omnis diffunditur,

Hic incerti fumi, ibi certi erunt, quid si mus habituri.

Sapien. 7.

Quanta bona summum illud bonũ in se cõtineat?

Quid dicemus inter hæc bona tẽporalia & illa æterna?

D.

diffundiur, qui dat ſpiritum & intellectum, quorum adminiculo & perſpicacitate diſcutiant maxima illa naturæ miracula, quę omnia ille in uſum noſtrum ex nihilo condidit & creauit? Proinde ſi multæ magnæq; uoluptates ab his rebus emergant, quibus oblectandi uim tribuimus: quanta & qualis credenda eſt illa ſola & unica uoluptas, cp incogitabile habebitur in eo gaudium, qui fecit reliqua omnia, quæcunq; uſcp iucunda & delectabilia inueniuntur? O fortunatiſſimū igitur illum, quiſquis ad huius incōparabilis theſauri poſſeſſionem admittetur. O uere terq; quaterq; beatū, cui tot ſyncerę uoluptatis muneribus frui licebit. Quid tam fauſto poſſeſſori tandem erit? imò quid nō erit? Certe illi ad manum aderit, quicquid uolet adeſſe: quemadmodum cōtra, ex uoto amouebitur, quodcunq; ille amotum aut abeſſe concupiuerit. In genere, huiuſmodi erunt illi tum animæ tum corporis bona, qualia nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēderūt. Quid ergo in cauſa eſt o homo ieptiſſime, cur per tot aſperas & imperuias uitę ſalebras, huc illuc peruageris: multis ſudoribus ac longo ſtudio quæritando quæ ſint abſoluta illa non animæ ſed ſolum corporis tui bona? Ama hoc unicum bonum, huic unicum fac quæras iugiter, in quo abūde ſuppeditantur cætera bona omnia, quæ uel expetere uel excogitare poteris. Hoc unum inq; ſi tibi paraueris, pro reliquis ſufficiet. Hoc unum cæterorum uicem implebit ad unguem. Hoc unum deſyderatum ſi rite expetiueris, pro omnibus ſatis erit. Quid ergo amas hic tu o corruptibilis caro? quid tu o mortale corpus, quid tu o aīa pars hominis multo purior, cęleſtior, & diuinior? Non hic non hic, ſed ſurſum eſt quicquid merito dignum eſt uel amari uel deſyderari. Si forſan pulchritudo oblectabit animum tuum, certe nuſcp alibi inuenientur pulchriores res, cp ubi fulgebunt iuſti ſicut ſol. Si uero pernicitas, ſi uelocitas, ſi fortitudo, aut robur corporis, tantaq; laterum tuorum firmitas deſyderabitur, cui nihil penitus reſiſtere ualebit: profecto nihil iſtorum illis defuturum eſt, qui

Beatus qui gaudio illo cœleſti fruetur.

1. Corin. 2. & Eſa. 64.

Habebitur in cœlo quicquid uolunt.

Matth. 13.

u. angelis

angelis dei diuinisq; spiritibus similes erunt. Quandoquidem ut
1. Corin. 15. Apostolus ait, qui seminat corpus animale, resurget corpus spi
rituale, potestate utiq; nõ natura. Si uero diuturna ac salubris uita tibi potius cordi fuerit, ibi sane nec usq; alias perfecte habetur
Sapi. 5. quod quæritas. Ibi etenim est & sana æternitas, pariter & æterna sanitas. Vtpote ubi iusti imperpetuum uiuent, Et salus iustorum
Psalm 36. à domino. Porrò si satietas forsan cuiq; cordi erit, certe is quis
Satietur in eccl. quis fuerit, abunde satiabitur quam apparuerit gloria dei. Si qui
Psal. 16. uero fuerint cœlestis gloriæ ita sitibundi, ut cupiant se totos diuina quadam ebrietate obrui: illi haud dubie inebriabuntur ab
ubertate domus dei. Cæterum si melodia potius & suauissimus harmoniæ concentus oblectabit animos: profecto ibi nullo unq;
F. sæculo defuturi sunt chori illi angelici, qui cum omni ueneratiõe deum laudantes, sacratissimum illum hymnum illi sine fine concinunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus: pleni sunt cœli & terra gloria
Quale amor erit in cœlo. tua. Q. si sapientiam mauis, q; istorum quieq; : illic ipsa dei sapientia præsto erit, quę seipsam ubi quãtum uoles, dilatabit. Si uero amicitiæ fœdera in primis colenda duxeris, reuera nulli illuc uenturi sunt qui non longe supra seipsos deum amaturi sunt, qui non alios omnes æque charos atq; seipsos habebũt. Siquidem deus ipse beatos suos impensiore quodam amore prosequetur, q;
Concordia in cœlo. illi seipsos possunt. Quandoquidem deum ipsum omnis dilectionis charitatisq; autorem, propter seipsum amari oportebit, & se mutuo propter deum, qui cæteros omnes beatos tumme adamabit. Si præterea concordiam præ cæteris illic tibi obuiam uelis, ne dubita quin illic omnia concordãtia ac consona inuenies: ubi omnium erit una uoluntas, mens una, animus unus, cor unũ. Erit
Potestas in cœlo. ibi omnibus idem nolle & idem uelle, nimirum ab una dei uolũtate firmiter pendentibus. Verum si potestas fortassis magis in uotis erit: neq; hæc quidem illic desyderabit, ubi omnes suæ uoluntatis compotes erunt, ubi totum arbitrii sui ius possidebunt. Nam sicut deus ipse solus omnipotens, solus maximus, quicquid

illi usum

illi uisum est, uelle poterit per seipsum: ita illi, quodcunq; voluerint, per ipsum deum uelle poterunt. Quia quemadmodum illi nihil aliud uolent q̄s quod uolet ipse deus: ita nec ille aliud quicq̄ uolet, q̄s quod erit illis lōge acceptissimū. Neq; sane deus quicq̄ uolet quod non uel solo nutu prǽstare poterit, adeo ut sit necesse futurum, quicquid deus uoluerit. Postremo si uel honor, uel diuitiæ, imperium siue hæreditas animis arriserint, procul dubio nihil horum illic deesse poterit: ubi deus iuxta promissum suum supra multa constituet eos, qui eum hic secuti fuerint: imò ubi filii dei uocabunt & erunt, ubi fient omnes hæredes quidem dei, G. cohæredes autem CHRISTI. Adde huc q̄ de his omnibus quantumuis amplis commoditatibus aliisq; hoc genus innumeris bonis, dotibus ineffabilibus, erūt multo certissimi, lōge securissimi: usqueadeo ut ne unq̄s quidem destitui ualeāt, aut spe sua defraudari. Q̄ igitur profusum gaudium, quantum lætitiæ cumulum illic afore necesse est: ubi præsens erit tantū & tam inæstimabile bonum? Interroga itaq; atq; examina interiora cordis tui penetralia, num tantam iucunditatis immensitatem capere ac sustinere potuerint: quantam è tanta beatitudine emanare necessum fuerit. Accedit etiam ad hunc tam grandem fœlicitatis aceruum, q̄ nihilo minus pro singulis aliis beatorum, q̄s pro teipso sis illic gauisurus: tanta uidelicet erit omnium charitas, tā firma dilectio, tam copulata unio. Q̄ si sæpenumero uidemus tantum aliquando in hac lachrymarum ualle suboriri gaudiū, ut maius sit q̄s ut cor hominis commode ferat: quomodo credendum est capax fieri posse tam incredibilium gaudiorū, quæ tum apud cœlites futura sunt? Vbi supra omnem æstimationem longe plus de inenarrabili dei fœlicitate gauisurus est unusquisq;, q̄s aut de sua aut de quorumlibet aliorum gaudere poterit. Multa quidem de consummatissima illa saluandorum fœlicitate iam supra diximus, multa de illo interminabili gaudio: nondum tamen quantū illic gaudii fœlices animę percepturæ sint, ulla ex parte explicuimus:

Honor & diuitiæ in cœlo.

Matth. 25. Ibidem. 7. Roma. 8.

Beati securi sūt omnū quæ possident.

Gaudiū cœlo sit inenarrabile.

mus: quum ea res longe maior sit, ꝙ ut ullo humano eloquio ad iustum explicari possit. Cæterũ ut id in genere dicam quod re H.
ipsa est prorsus infinitũ, tantum haud dubie tum gaudebunt sancti homines, quantum ipsi deũ amauerint: amabunt autem quantũ cognouerint: deniq; (ut circulus hic in sese redeat) cousq; deũ cognoscent, quousq; amauerint. Cæterum ꝙ clare ꝙ ꝙ intense in
1. Corin. 2. & Esai. 64. Nihil nocium aut incommodi iter beatos esse potest.
uita illa deum tunc cognoscent & amabunt, Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Veruntamen quemadmodum hæc & alia plura commoda beatis aderunt: sic e conuerso aberunt quæcunq; uel ex se mala sunt, uel saltem malis affinia. Aberit enim ab eò loco omnis dolor, tristitia, luctus, gemitus, & suspiriũ. Omnis aufugiet timor, metus, formido, discrimen, periculum. Nulla sentietur ibi egestas, nulla inopia, nulla penuria, nullum paupertatis onus, nullum debitum aut æris alieni uexatio. Illic nullus omnino morbus sequiet amplius, nulla infirmitas, nulla ægrotatio, nulla aduersa ualetudo, non increscet pestis, non concutiet febricula corpus, non dissoluet membra paralysis, non fœda infestabit lepra, non lenta paulatim tabe consumemur, non explorabit latera pleurisis, non caput uertigo, nõ oculos ophthalmia, ut nec uentrem torminis angor, pedes podagra, manus chiragra: nulla denicp aut animi aut corporis ægritudo aut morbi tyrannis. Nullum illic futurum cibi desyderium, nullus fami locus, nullus inediæ sensus, nulla sitis, nulla ingluuies, nulla edacitas, nulla uoracitas, nullus uescendi aut bibẽdi ardor. Non erit ibi ulla gloriæ cupiditas, nulla regnandi libido, procul I.
aberit oĩs honoris ambitio, nulla imperii aut potestatis sitis. Procul illinc metus fallacis Satanæ, astutia diaboli non nocebit, non tentabunt uafræ dæmonum insidiæ, procul erit & gehennæ terror. Nemo illic imbecillitate premet, nemo nec lædi, nec irasci, aut inuidere poterit: nulla illic inardescet cupiditas, nulla iactura aut dispendium. Illuc, nec corporis nec animę morbus peruadet unq;, nulla inquietabit litigandi rabies, nulla discordia, nullum

iurgium,

iurgium, nulla altercãdi neceſſitas, ri uandiue libido. Nulla apud cœlicolas aut nox aut umbra moleſtabit, nullæ nocebũt tenebrę, nec denſa opacitas, nebulæ non obſcurabunt diem aut ullus nubium concurſus. Ibi nec frigoris nec ardoris aſperitate grauabimur unq̃: nimirum ubi nec algor, nec horror ullus, non nix, non gelu, non glacies, non grando, non pluuia: nulla uentorum rabies, nulla tẽpeſtas, nulla procella: ut nec à parte diuerſa intempeſtata æſtas, ſol nimius, flammifer ſyrius aſter, ardens canicula, igonicomusue cometa. Sed quid in iſtis recenſendis diutius immoramur? quorum tanta undiq̃ copia ſuccurret, ut quid quo loco dicam, penitus incertus efficiar? Proinde ut rebus infinitis finem aliquem utcũq̃ impoſuerim, nulla illic unq̃ graſſabitur ſenectus, nec innumera illa ſenectutis incommoda. Nulla ibi miſeria, nulla calamitas, nulla preſſura, nulla uiolenta tyrannis, nulla erumna. Quin contra, omnia pacata erunt, omnia quieta, tranquilla oſa, placida omnia, pacifica omnia: pleniſſima pacis omnia, pleniſſima amicitiæ, concordiæ, lætitiæ, iucunditatis, uoluptatis. Erit, erit ibi gaudium perpetuum; eris æterna fœlicitas, interminabilis iubilatio, ſecura immortalitas: erit ibi quies, requies, uita, ſalus,
K. æternitas: erit deniq̃ beatitudo nunq̃ ibi finienda. Atq̃ hęc tanta res, quanta eſt regni cœleſtis poſſeſſio & hæreditas, aliud ſui comparandæ precium non quærit q̃ temetipſum. Tanti enim ualet, quanti ipſe fueris. Proinde tu te quantuſquantus es, deo tribue: & pro tam uili precio, tam incomparabile regnum recepturus es. Non mirũ ergo uideri debet, ſi hic noſter propheta hoc tam inopinabile gaudium ſecum perpendens, ſi has tam inæſtimabiles tum animæ tum corporis dotes adhuc in corpore ambiens, ita imẽſi ſui uotum atteſtat. Sicut ceruus deſyderat ad fontes aquarum, ita deſyderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fortem uiuum. Anima (inquit) mea, mens mea, cor & cogitatio mea, ipſa intima præcordia, atq̃ adeo penitiſſima pectoris mei adyta, & quęcũq̃ ſunt intra me inteſtina ac uiſcera, auidiſſime

Pſalm. 41. Expo.

Veterum deſyderium animæ ipſe faciens deum.

auidissime ambiunt internisq; suspiriis desyderãt, uel unum haustum ebibere ab hoc uitali fonte depromptum. Et quid aliud est sitire ad unum fontem aquarum, qꝫ ad deũ totis conatibus aspirare, unicum remittendorum peccatorum fontem: è quo exuberantissime fluit: omnis gratia, omnis misericordia, uirtus & salus omnis: & quicquid sub uocabulo bonitatis continetur? Eya ergo fratres charissimi hanc tam salubrem huius prophetæ auiditatem obuiis animis capessamus, cõmunicetur inter nos tam ardens desyderium, tam pium & tam optabile uotũ. Sit nobis par amor cum illo, æqualis sitis, desyderiũ æque ardescens, simul curramus cum illo ad deum fontem uiuum, fontem largum, fontem
Ioan. 4. inexhaustum & salientem in uitam æternam. Et hoc est quod idẽ
Psalm. 35. propheta alibi etiam fatetur Quia apud te est fons uitæ. Neq; solum fons uitæ est deus ipse, sed est lumen etiam illud nullo unq;
Ioan. 1. quo obscurandum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Cuius & alio quoq; loco mentio fit Quoniam
Psalm. 35. in lumine tuo uidebimus lumen. Et rursum apud hunc eundem
Psalm. 4. prophetam Signatũ est super nos lumen uultus tui domine. Quo
Deus satiat animam & illustrat. fit ut quemadmodum siticulosam animam saluberrimis salutis undis satiat deus & inebriat, ita & luminis quoq; sui beneficio illustrat atq; locupletat: uerum non hac corporali luce, non carnali non externa: sed interna, sed spirituali, nempe æterna gloria beatissimaq; inaccessibilis diuinitatis speculatione. In qua multo desecatius qui in ullo speculo quantumuis splendido, omnia quæ uspiam locorum sunt clarissime inueneris, omnia certissime citra hanc operosam intellectus discussionem scies & cognosces: ac denique quæcunq; uel optare uel desyderare poteris, illic tibi ad manum suppeditabũtur. Omnia enim in se complectitur uel una dei gloria. Cuius exhibitio omnium rerum satietatem secum affert, id
Psalm. 16. quod ingenue agnoscit, ppheticus spiritus ubi ait Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Ad hũc itaq; fontem curramus, ad hanc dulcissimã aquæ scaturiginem quantũ potes equis uelisq; cõtendito.

Nam

Nam apud deum est fons uitæ, altissimus misericordiæ puteus, perennis gratiæ amnis, fluuius inexhaustus, uiuæ scatebræ nec ullo unquam sæculo exiccabiles, unda seruatrix atq; flumen sempiternum lætificans ciuitatem dei: breuiter, preciosissimus ille immortalitatis latex. Cæterum non est currendum ad hunc fontem quoquo modo, non gradu testudineo, non in morem tardiusculi bouis, non ad modum bruti animalis: sed assumenda est ceruina celeritas, ut quam uelocissime ad destinatum fontem acceleres. Sed quid est, ut ceruus, ad fontes currere? Est certe, prospicere ne sit in cursu tarditas, ne pigritia ulla, ne oscitantia, desidia aut immoratio aliqua: quo minus impigre ad petitū uotū anhelemus, ut omnibus uiribus ad currendum accingamur. Velocitas in ceruo Minsigniter laudatur. Qua de re diuinus hic psaltes significans se q̄ uelocissime ad deum properaturum ita inquit Quemadmodū desyderat ceruus ad fontes aquarū, ita desyderat anima mea ad te deus. Sed unde est q̄ ceruus ita desyderet ad fontes aquarum? Num ut bibat inde quo sitim sedet, an potius lauandi aut refrigerandi gratia? Certe quacunq; de causa eò tam studiose festinat, hoc uerisimile est eum sentire illic non leue refrigerium, non uulgarem uoluptatem, nec mediocre gaudium. Proinde propheta sumpta à ceruo similitudine, sic deū alloquitur Ita desyderat anima mea ad te deus. Atq; huc currere ut bibat, ut se refrigeret, satis declarat quod proxime insequitur Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum. Et ne ignorares quid tã opere sitiret, statim subiungit: Quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Quando ueniam? Certe q̄uis propheta noster in summa & plane regia magnificentia constitutus fuerit, quamuis amplis uectetur honoribus, quamuis maximis opibus & diuitiis afflueret, licet gloria & rebus præclare gestis nulli esset secundus, licet in maximis tū uoluptatibus tum opulentiis degeret, licet omnia ad nutum & ex sententia suppeditarentur: tamē præ hac felicitate, præ hac gloria cœlesti, sibi in summa miseria, ac ueluti omnis solatii expers

Psalm. 41.

Velocitas cerui qui significet?

Expo.

Psalm. 41.

Cur ceruus ad fontes festinet.

Eodem.

Quando desyderabat propheta presentiam dei?

uidebatur. Atq; hinc est, q ad deum clamitat, lamentans, Quãdo
ueniam & apparebo ante faciam dei? Ante faciem dei mei? Hic
audis quorsum spectat sitis illa prophetæ, nimirum ut liceat ali-
quando eò loci uenire, ubi coram deo præsente presens appare-
at. Proinde sitit hic peregrinus in terra aliena, sitit lassatus in itin-
nere & de uia fessus, siti uehementi corripitur dum in cursu nimi-
um festinat. At in totum satiabitur cũ primum illò peruenerit,
Psalm. 35. quo tantopere pergit currere: satiabitur cũ apparuerit gloria
dei. Sed quasi dolens q finem destinatum nondum attigerit, ex
intimo cordis affectu percontatur, Quando ueniam? Quod autẽ
deo citissimum est, & quasi in manu, immodico pii uatis deside-
rio uidetur nimis tardu. Et uelut penè expostulando apud se sub-
inde clamitat Quando ueniam? quando apparebo ante faciem
dei? Hoc desiderio fultus indubiaq; spe erectus, fore ut apud de- N.
um natura clementissimum uoti compos fieret, ita audet alibi de
Psalm. 26. Expo. dei misericordia sibi polliceri, dicẽs Vitam petii à te, hanc requi-
ram: ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ,
Q si dubites cur hoc tantopere efflagitem: haud dubie non alio
nomine impensius, q ut contempler beatificam illam diuini uul-
tus serenitatem, ut illius inæstimabilis gaudii aliquando sim par-
ticeps: quod interim hic sedulo meditor, dum adhuc uelut cerua
ad fontem lassus anhelo, dum adhuc in hac salebrosa uia defati-
gor auide expectãs, donec ueniam appariturus ante faciem do-
Psalm. 41. Expo. mini. Dum interea temporis fiunt mihi lachrimæ meæ panes die
Lachryme pro pleræ pro epu- ac nocte. Mira res auditu, lachrymæ quæ aliis ex uehementi quã-
lis erant. dam acerbitate prouenium, prophetæ panes erant, adeo suaues,
adeo dulces, ut essent interim pro uictu, pro pane, pro cibo, adeo
non ingratæ, ut epularum loco deuorarentur. Interea uidelicet
loci lachrymas suas exorbens & ingluiens, dũ ad uiuas illas fon-
tium scatebras pertingere concessum esset, quorum dulcissimũ
potum tantopere sitiebat. Siue enim illi secundæ res eblandiren-
tur, siue premeretur aduersis: semper, semper sub utraq; fortuna

inuentus

inuentus est ei similis, semp eodē tenore has lachrymas fudit largiter, nunc̄p remittēs hanc intentissimam sui desiderii auiditatē. Ex quamuis (quod ad res istas mūdanas & temporarias attinet) fortunatissime omnia succederēt, tamen ipse tandiu male & aduersē secum agi iudicabat, donec illud fœlicissimum tempus adesset, quando hinc profectus appereret ante faciem dei. Ex quibus uerbis satis liquet sanctissimū prophetam & eundem regē, etiam satis amplum & magnificum, ingenue indicare huius mūdi prosperitatē penitus fallacem esse, penitus deceptoriā, fluxā, caducam, euanidam, uolatilem, fugacem, transitoriam, instabilē: & ne multa dicam, futilem, friuolam, & omnino mortalem: utpote quæ longe plus fellis habeat c̄p mellis, plus aloes c̄p mirrhæ, multo plus deceptionis c̄p oblectationis: nimirum ubi sub fortunæ ludibrio fluctuamur huc illuc assidue uacillantes, ubi uelut in terra aliena procul à domino peregrinamur. Quod secum meditās ꝓpheta, sic crebris eiulatibus, sic crebris singultibus huius uitæ miserias deflens, ait Fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi cotidie, ubi est deus tuus? Impia sane, impia quæstio est illa, ubi est deus tuus? Sed quid hoc sibi uult Vbi est deus tuus? Quam si Paganus quispiā, si Ethnicus aut infidelis à me percontaretur, ubi est deus tuus: an non liceret eandē illi retrudere, ueluti clauum clauo repellens? Proinde age o ethnice, o idôlolatra, o factitiorum deorum cultor: dic tu quæso si potes, ubi est deus tuus? Quippe cui aut nullus deus est, aut quē habes, eius naturę est, ut digito demonstrari poterit. Quod si forsan digito in lapidem directo dixeris, ecce hic est deus meus: sed ubi irrisero lapidem deum tuum, pudebit te tam stupidi numinis, nisi fortassis sis ipse tuo lapide stupidior. Sed alius forsitan qui sibi nō paulo prudentior in delectu deorum uideretur, non lapidem mihi pro deo ostenderet: sed sublatis in cœlum oculis, solem, lunā, aut è sideribus aliquod corporeo uisu cernendum demonstraret, quod sibi numinis & dei uice colendū fateretur. Sed c̄p longe isti

Quam fallax prosperitas mūdi.

Nota.

Idem supra. Expo.

Pagani quærūt nō christiani, ubi est deus tuus?

Quos deos Ethnici colunt?

&

& huiuſcemodi à ueritatis ſcopo errent & exorbitent, uel cæco quidem perſpicuum eſſe opinor. Quapropter ueniant huc, ueniant huc qui ſic miſere hallucinantur, qui ſic impie de deo ſentiunt, ut creaturas pro creatore colant: & ego oſtendam illis deum meum, deũ meum oſtendam, eũ qui ſolem, qui lunam, qui ſtellas omnes cõdidit, qui ea creauit è nihilo. Nam clariſſimo oculo uideo ego quæ is qui unus uere deus meus eſt, in uſum hominum effinxit & efformauit. Nã ubi ipſam terræ molem contemplor, uideo ẽ ſit magna, ẽ ſit pulchra, ẽ fertilis, ẽ ferax: ẽ deniq; onigenis fructibus ac fœtibus onuſta. Et tamen hæc omnia uidẽs, agnoſco eſſe huic tantæ & tam utili rei artificem ſuum, qui eam tam mirificam plaſmauerit. Magna profecto miracula in ſeminibus ac rebus progignentibus indies cernuntur: quoties ex minimis granulis tanta ſegetum & leguminũ copia quotannis prouenit, quoties è tantillis glandulis maximæ paſſim enaſcantur arbores, quum è tam minutis ouulis ſquammigeri piſces gignantur & grandia cete. Hæc ſane ſtupenda ſunt in primis, at qui iſta ita condiderit, qui iſtis hanc uim indiderit, oportet iſtis multo magis ſtupendum eſſe. Contemplor item contemplor, circumſoni & frementis maris magnitudinem, fluxum & refluxũ intentis oculis intueor: quod quoties facio, non poſſum tẽperare quin totus ſtupefiã, quin totus uertar in admiratiõem tam admirandi opificis, qui iſta uel uno uerbo ita perfecerit. Cœlum quoq; contẽplatus, uideo omnia miraculorum pleniſſima: uideo ẽ inenarrabili ſplendore ſol aureus toti illuceſcat orbi, ẽ accommodate (ut reliquas eius functiones omittam) diurno exercitio inſeruiat ac famulatum miniſtret. Suſpicio itidem reliquorum ſiderum pulchritudinem, ſuſpicio inimitabilem elegantiam miramq; uarietatem, ſuſpicio quantam luminis uim his noſtris rebus inferant, ẽ efficacem operationem ſortiantur, quantã uirtutem ex influentia ſua mundo huic inferiori demittant. Video lunam tenebras nocturnas aliõqui moleſtiſſimas grato lumine cõſolantẽ. Video deniq;

P.

Creaturæ omnes ſunt admirãdæ, ſed multo magis creator.

Mirabilia terræ.

Mirabilia maris.

Mirabilia cæli.

Q.

denique alia multa, quibus enarrandis nunc neutiq; locus est. Hæc omnia (ut sunt) ita fateor esse imprimis miranda, stupenda, & magna quoq; laude digna, ut minime terrenæ feculentiæ obnoxia, sed cœlestia, imaginemq; diuini opificii propius referentia.
R. Cæterum in istis, quantumlibet mira sint & diuinitatis plena, nõ consistit sitis illa mea. Haud quaq; inficias ire possum quin hæc non mediocri admiratione digna sint, non nego laudanda: attamen hæc non sunt quæ tam impense sitio, sed illum qui ex omnipotentia sua hæc omnia è nulla præstrata materia in hanc formã & usum produxit, quem unum summe laudandum esse fateor & agnosco, atq; hæc omnia in illo & propter illum. Proinde relictis hisce ad meipsum redeo, perscrutaturus qui tandem ipse sim qui istæc tam anxie quæro & inuestigo. Principio autẽ inuenio me ipsum ex duabus quidem sed diuersissimis tamen partibus compactum, anima uidelicet & corpore. Quorum unum mihi datum uideo, ut sit quod regam; alterũ uero, quo regar. Corporis enim est, ut animæ præceptis inseruiat: animæ uero, ut corpori imperet & quę illi facienda sunt, legitime præscribat. Siquidem ut historiographus scite dixit. Animi imperio, corporis seruitio magis utimur. Hæc dum exactius mecum æqua lance trutinare pergo, euidenter discerno animam esse quiddam longe præstantius
§. corpore, utpote rem multis nominibus diuiniorẽ. Videoq; præterea animum ipsum tam difficilium rerum precipuum indagatorem esse, & corpus autẽ uelut instrumẽtum quo anima suas functiones exercet: cum omnia quę cotidie collustro, per corpus me collustrasse agnosco. Nam q pridem terram laudaueram, eo factum est, q eam antea oculorum auxilio cognoueram. Laudabã & maria quoq;, quod numq; fecissem, nisi prius adiuuante oculorum conspectu, in eius cognitionem deuenissem. Neq; aliud in causa fuit, cur cœlum, solem, cur lunam syderaq; laudanda duxissem: nisi per oculos mihi extitissent uteiq; perspecta & cognita. Iam uero oculi corporis mẽbra sunt, è carneq; constant, animæ

Homo ex duabus naturis cõponitur.

Anima nobilior corpore.

Salustius.

Anima omniũ rerũ perscrutatrix.

Corporis mẽbra sunt animæ instrumenta.

pro

pro organo dati, quo uisiuã potentiã ad externa diffundat: adeo, ut ueluti fenestræ quædã mentis uideri possint. Intus enim est is, qui has tam uarias rerum species cernit & diiudicat: qui si forte cogitatione aliqua grauiore raptus, alibi euagetur absensq; fuerit, frustra plane frustra patent oculi. Deus etenim ille meus, qui ocia hæc quę uel oculis his corporeis perspicio, uel mente ĩtelligo creauit & condidit, non istis carneis organis inquirẽdus est: sed perspicacissimis interioris hominis luminibus. Porrò interior ille homo, id est immortalis anima, multa per semetipsam nullo corporis adminiculo freta, conspicit & explorata habet. Neq; tamen sic per oculos sentit anima illa, quasi colores aut lucem intueatur. Neq; per aures (ut fit) quum sonitus, quum cantiones aliusue strepitus auditum ferium & percellunt. Neq; palati aut linguæ beneficio, quod contingit quotiescunq; corporeo gustu fungimur & de sapore iudicium ferimus. Neq; per totum corpus sentire potest, quod ad tactum attinet, quãdo duritiam aut mollitiẽ, quãdo rigorẽ aut leuorẽ, quãdo asperitatẽ aut lenitatẽ pertractamus: sed intus est intus, quo potissimũ uideamus, intus quo potissimũ discernamus & cognoscamus. Intus est, quod nõ ab oculis sed è pectore cernimus, quod neq; lumen sit neq; color, quod nec sonus sit nec strepitus, quod nec odor nec sapor, nec dulce sit nec amarum, neq; calor neq; frigus, non denique duricies aut mollities.

Alia cognitio animæ, alia corporis.

Quãta anima præstantia.

Hic mihi ab aliquo dici uelim, quem colorem habeat sapientia? quem intellectus aut memoria? qua uisibili qualitate insigniantur, quando iusticiam, temperantiam, prudẽtiam, liberalitatem, fortitudinem, aut unam aliquam è reliquis uirtutibus consideramus? Quidue tandẽ sonus aures penetret? quid ceu uapor chureus ad ipsas nares afflurat? quid ingerat olfactui? quid manu pertractei & oblectet? Certe hic nihil istorum contingit, neq; ad contemplãdas animi dotes ullo sensu opus est. Ipsa enim uirtus intus est, tantæ ex sese dignitatis, ut oculorũ aliorumue sensuum lenocinia & præsidia nihil egeat. Et tamen pulcherrima est atq; ũnium

laudum

laudum præconiis multo dignissima, & quod magis mirandum uidebitur, clare cerni potest: etiam si uel plane cæci essemus, uel saltem oculi nostri in altissimis uersarentur tenebris. Nam animus luce sua semper perfruitur. Porrò si sine corpore animus nihil uideat, quid dicemus esse illud quod ęgeus ille Tobias uidebat quum iam moriturus ita filium uidentem consilio & uiuendi præceptis instruxit, dicens. Audi fili mi uerba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentū construe, & cætera. Vnde satis perspicuum esse opinor, esse aliquid quod ipse animus dux & dominator corporis uideat: quod quidē nec per corporeos oculos sentiat, ut nec per aures, nec per nares, nec per linguam aut palatū, nec per ullam aliam tangendi sentiendiue uim, sed omnino per seipsum. Per seipsum enim, nec ullo alio frenus auxilio, seipsum uidet: & sicut sibiipsi cognitus est ipse, ita sese undiq; ad unguē explorat speculatq;. Necq; interim ita sese intuet, ut ad id præstandum ullum oculorum præsidium adquirieret: imò quantum potest se ab omnibus corporis sensibus abstrahit & alienat, utpote qui non mediocri impedimento sunt, ne ipsa anima sese aut perfecte uideat, aut pro dignitate cognitam habeat. Sed dicet aliquis, nū ipse deus tale quippiam existat, qualem modo animum depinximus? Nequaq;. Siquidē deus hoc cū animo commune habet, q; neuter non nisi animo uideri possit: nec tamen sic ut animus uideri queat. Differunt & in hoc quoq;, q; animus subinde deficiat uel proficiat, sciat aut ignoret, tristetur aut lætetur, meminerit aut obliuiscatur, modo uelit modo recuset, ęteriśq; alterandi uicibus subiaceat: quum contra, in deum nulla penitus cadat mutabilitas, nulla uicissitudo aut affectuum uarietas. Proinde si quis adeo insaniret ut deum mutabilē diceret, impudentissime mentiretur. Quum uel lapidi clarum sit, deū prorsus immutabilem esse, esse incorruptibilem, impassibilem, immortalem. Nam si anima ipsa, angelię à deo omniū rerū opifice incorruptibiles creati fuerint, quanto equidē iure oportet ipsum conditorē omnino esse

Tobias cernit quomodo uitam uidebat. Tobiæ. 4.

Quæ sit uarietas iter qualitates animæ.

Anima incorruptibilis creatur.

incorruptibilem, immutabilem, æternũ, immensum, glorioſum, perq; omnia ſæcula manentem: Ex dignitate autem creaturæ, facile colligitur ſupereminentia creatoris. Nam (ut Apoſtolus etiam ait:) Inuiſibilia dei, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciũt, ipſaq; ęterna eius potentia atq; diuinitas. Quare ſi per uiſibiles creaturas cognoſcit deus eſſe inuiſibilis, multo magis per incorruptibiles deprehendetur incorruptibilis. Quo fit ut ſanctus Athanaſius hanc immutabilem æternitatem in deo conſpicatus, ita ter inculcet æternitatis uocabulum Aeternus pater, æternus filius, æternus ſpiritus ſanctus. Hæc igitur æternitas, eſt illa, qui propheta tantopere quærit attingere: hunc perennem fontem tam ſitibundus inueſtigat, ut deſyderium eius nec quieſcere nec ſatiare poſſit, donec ad deum fontem uiuum accedat: ubi, in quo, per quem, & cum quo, æternaliter ſit gauiſurus, tam corpore q̃ anima glorificatus. Propheta ergo hanc incogitabilem diuinitatem ſpiritu fatidico proſpiciens, gaudiiſq; cœleſtis immenſitatem ſecum iterum atq; iterum perpendẽs, ita ſubiungit Ex memoriale tuum in generatione & generationem. Sed quodnam eſt hoc dei memoriale? Certe facile ſatisfaceres, ſi dixeris non eſſe aliud, q̃ ipſam ſummi numinis infinitam æternitatem, qua deus omnia quæcunq; uſq; ſunt, uno obtutu peruidet: qua omnia cognoſcit, omnia diſcernit, omnia diiudicat. Quo impenſius cauendum eſt, ne quiſpiam peccatorum quicq; publice aut priuatim attentare coneẽ, unde tam præpotẽs deus grauatus offendatur: ne forte in æternum iraſcatur & ita inexorabiliter ſuccenſeat, ut iuſticia ſua duce, eum imperpetuum conterat & pellundet, atq; adeo ita eum condemnet, ut æternis cruciatibus affligendum committat. Vt enim deus bonos æterna gloria donat, ita & impœnitentes peccatores æternæ damnationi tradit, de peccatis ultionem ſumens. Cæterum licet clementiſſimus dominus non raro obſtinata peruerſitate & gratuita malitia ſceleroſorum hominum ad id pertrahatur, ut iuſte de ſontibus ſupplicium ſumat: nũq; tamen ita iuſticiq;

flagello

Roma. 1. Deus per creaturas cognoſcitur.

Athanaſius.

Littera. Memoriale dei in generatione & generationem quid.

flagello ſeruit, quin immenſæ miſericordiæ ſuæ memor ſit: Adeo
, ut nihil æque memoriale illud domini, quod ī generatiõe & ge-
, neratione permanet, ſignificare queat, q̃ inconſumpta & infi-
nita illius miſericordia: quæ ſic propitio numini uelut indiuidua
comes adhæret, ut nullo unq̃ æuo, nulla generatione illi excide-
re poſſet. Quamobrem quum tam æterna ſit hæc dei miſericor-
dia, tantiq̃ apud deum æſtimetur, ut eam ſuper omnia opera ſua
conſtituerit: abſurdiſſimum foret ut unq̃ è pectoribus homi-
num elaberetur, quã ne ipſi quidem deo unq̃ in oblitionem ue-
X. nire poſſet. Quare nõ facile uideo quid perinde merito dei me-
moriale dici mereamur, q̃ æterna eius miſericordia. De qua ex-
tat & apud hunc propheram noſtrum huiuſcemodi etiam encō-
mium & inſignis laudatio. Miſeratiões (inquit) eius ſuper omnia
, opera eius. Et rurſum alibi. Miſericordia domini ab æterno, &
, uſq̃ in æternum ſuper timentes eum. Hæc miſericordia, mundũ
hactenus ſuſtinuit, & à ruina ſuffulſit: hæc miſericordia ipſam u-
niuerſi compaginem hucuſq̃ continuauit. Siquidem mundus hic
uiſibilis lõge pridẽ iuſta dei uindicta deletus extitiſſet, ſi per hãc
miſericordiam ad hoc uſq̃ tempus nõ ſteriſſet. Intercedente haꝙ
miſericordia, ab impuris peccatoribus efficiuntur iuſti. Per hãc
miſericordiam, à morte ſpirituali ad ſpiritualem uitam reſtitui-
mur: ex his qui ſpiritu langueſcebant, efficimur ſpiritu uegeti &
robuſti: è mortalibus, iam immortales: breuiter ab oĩ huius mun-
di miſeria, ærumnis, & calamitatibus, ad æternã gloriam & bea-
titudinem, ad ipſam cœlorũ hæreditatem, interueniente hac mi-
ſericordia, traducimur. Vnde id exploratiſſime compertum ha-
Y bemus, quod & alicubi commemorat & hic pſalres noſter Quo-
, niam in æternum miſericordia eius. Hæc ergo miſericordia, eſt
illud æternũ dei memoriale: quod nec hominibus debet, nec deo
, poteſt unq̃ in oblitionem uenire. Porrò nunquid in æternũ proꝓ
, iciet deus, aut non apponet ut complacitior ſit adhuc? Proiiciſ
ne perinde hominẽ peccatorem pro uno aut altero flagitio? imò

Memoriale domini eſt miſericordia eius.

Pſalm. 144.

Pſalm. 102. Expo. Miſericordia, mundi ſuſtentatrix eſt.

Pſalm. 138.

Pſalm. 76. Expo.

numquid fieri poteſt ut pro decem, aut quod amplius eſt, centum peccatis abdicaturus ſit nos clementiſſimus dominus? Certe ea eſt miſericordiæ illius immenſitas, ut etiam ſi millies peccaueris, non ſit reiecturus, modo non pigueritt pœnitentiam agere. Et ſi forte quempiam è fauore ſuo ad tempus proiecerit, nec alio nomine niſi ut corrigat: reuera id tantum ad tempus fuerit, nequaq; in æternum. Sed quemadmodum perius medicus q; poteſt, durum pharmacum pro conditione morbi ægrotanti applicat ut ſanet, ita & deus miſericordiſſime in peccatores animaduertit, quo tandem ad uiuendi rectitudinem reuocatos, efficaciter emendet & ſanet. An conſentaneum eſt ut chirurgum, immitem, ſæuum, ac crudelem appellitem: q; uulnus meū ſecuerit, q; uſſerit, q; fortiter obligarit: q; ulcus acu aut gladiolo pupugerit, quo pus cōtractum & ſaniem eliceret? Satis ne cauſæ eſt, ut mater aliqua dicatur parum benigna, ac leni animo in prolem ſuam: q; interdum nolentem lauet, q; nociuam capitis ſcabiem robuſte tractet, fricet atq; uellicet, quo aboleatur, & callum ducat? Chirurgus ſubito ictu uulnus lanceola impetit, mox uulneratus miſerabiliter exclamat & infremit: ſecat chirurgus, alter uelut rabioſus inſanit. Chirurgus interim tum officii ſui, tum ſalutis uulnerati haud immemor, pergit ut prius, ſectioni inſiſtere, & impoſito inſtrumento (quo id facere ſolet) altitudinem uulneris perſcrutatur, timaq; undiq; latera ac flexuoſos uulneris angulos, nullam non explorat latebrā: ac demū ingerit uulneri ſic ex oī parte indagato oblōgius quoddam linteolum, pedicillum uulgo uocitatum, quod & pus collectū ſibi attrahat, & interim obſtaculo ſiat, quo minus uulnus præmature ſibi coeat & coaleſcat. At dū hæc fiūt, miſerrimus ille patiens, uecordis inſtar uociferat, immugit, abit in rabiem, uix euadens quo minus obſtupefactis ſenſibus exanimis quadam ſuccumbat ſub ipſis chirurgi manibus. Neq; tamen hoc impedit artifex, quo minus negotio ſemel pro acriter inſtet, nihil pareens, nihil ignoſcens, nihil omittens artis ſuæ: quamuis mater eiulet, quamuis

Medicus quod acerba minitetur, non ideo dicēdus eſt inuitus.

Mater nō erudelis dicenda quamuis filiū ſcabioſum lauet & fricet.

Chirurgus uulnerato non parcit ut ſanet.

X.

Y.

Z.

quamuis

ramuis occlamitet, aut moleste afficiatur. Hic ne sic strenue perfunctus officio suo, immanis uindex aut truculentus carnifex est dicendus? Mittimè profecto minimè. Quandoquidem si ad querulam oblæsi hominis uociferationem ab instituto deterreretur, nec egregii chirurgi partes exequutus esset, sed miserum uulneratum penitus sua incuria enecasset. Eodem modo & matercula quæpiam, quantūuis pio, quantumuis leni, ac tenero animo erga unicum filiolum suum afficiatur: tamen si fors ferat, ut aliquando ulceribus aut tuberculis affectus fuerit: nunc̄ ullis infantuli uagitibus absterreri possit, quin pueri saluti totis uiribus cōsulat. Illa ergo infantem frigida lauat, ille fletibus eruptis lachrymisq; per totas genas delabētibus matri occlamitat. Illa perfricat, alter quo potest uagitu, testatur se ægre ferre. Illa appositō cataplasmate abradit infestantem scabiei pruriginem, puellus interim grauibus lamentis singultit. Illa ulcus & partem uitiatam aliquo morosiori pharmaco aut liquamine amariori illinit & obungit, at puellus claro gemitu remurmurat. Hic ne accusabitur huiusmodi mater tam sæua, tam immisericors, tanc̄q; nouerca, tanc̄q; parum pia aut officiosa erga puerulum suum? Absit. Nam ubi gentium misericordia, lenitas aut indulgentia reperietur, si iam eousq; uētum sit, ut etiam matres, reclamante penitus natura, crudeles aut impig in liberos deprehendi possint? Vnde & prophera sumpto ab hac materna pietate argumento, ita inquit Nunquid obliuisci potest mater infantē suā, ut non misereatur filii uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar. Ecce enim descripsi te in manibus meis. Quasi dicat, nullo modo uidetur possibile aut fieri posse, ut quæ uere mater sit, unc̄q; obliuiscat infantuli sui, ut immemor sit illius charissimi pueruli, quem paulo pridem è sanguine suo concepcum, per tot labores in utero gestauit & in mundū edidit. Tantus etenim est naturalis amor, tanta dilectiōis propēsio, tam uehemens naturæ instinctus, tam acer denic̄q; charitatis stimulus est, quo fertur ad amandum filiolum indulgētia matris:

Materna pietas in filium.

Esai. 49. Expo.

ut profecto illi propemodum impossibile sit, posse fœtus sui ullo pacto obliuisci. Vbicunq; autem fuerit, quodcunq; in manibus habeat peragendum, semper semper animus erga puerum uersus est, illic tota occupatur memoria, in illum unum tota mentis acies infigitur. Non prius uagientem audit, non prius ploratus infantuli insonat in maternas aures: q; statim excitata, curriculo cursitat undiq; tã oculis q; manibus exploratura, quid infantulo acciderit q; sic doleat ac lamentetur: interim clamãs, deus seruet filium, eius salutem diuinæ tutelæ cõmendans. Nec sane ullo modo quiescere potest, donec uiderit, cognitumq; habeat, in quo statu uersetur infantulus. Hanc tamen matris charitatem longe superat misericordia diuina, tum q infinitis partibus certior sit, tũ etiam q longe diuturnior: quemadmodum & prius prægustãi fuerat. Misericordia enim domini ab æterno & usq; in æternum super timentes eum. Neq; enim ad tempus est istæc misericordia dei, sed plane usq; in æuum, & per omnia sæculorum sæcula: nempe rum ut uiuant homines inter cœtus angelicos in æterna gloria & fœlicitate. Neq; obstat quo minus misericordia in æternũ esse dicatur, q (post iudicium illud extremum in quo sub fine sæculi iudicandi sunt uiui & mortui missiq; iustis in uitam æternam, & malis in incendiũ illud nunq; extinguendum) nõ uidebitur opus esse misericordia, eò q alteri misericordiã iã adepti fuerint, alteri uero ab omni ueniæ ac misericordiæ spe penitus delapsi sint. Nihilominus tamen recte affirmabis misericordiã esse in æternũ & usq; in sæculum sæculi, utpote quam & afflictissimis damnatis adhuc etiam declarat, q de illis longe citra condignum & multo mitius q meruerint, supplicia sumat: & sanctis etiam suis ac fidelibus eandem elargiẽ. Non quidem q hi amplius iam miseri sint, & iccirco in æternum misericordia egeant: sed q ipsa beatitudo, quã illis misericorditer impartitus est, præstet ut iam miseri esse desinant, incipiantq; esse fœlices: nec unq; finem sortietur tanta fœlicitas, quia in æternũ misericordia eius. Porrò q futuri simus iusti ex iniustis, q qui ex iniquis, sani ex infirmis, uiui ex mortuis, A

Misericordia dei longe superat misericordiã maternã. Psal. 102. Expo. Misericordia domini æterna.

immortales

immortales ex mortalibus, poſtremo q̃ beati è miſeris: id certe totum debemus diuinæ miſericordiæ. Cæterũ tempus illud quo ſic futuri ſumus, omni prorſus termino ac fine caret: quo fit, ut ſit neceſſe, eſſe ingternũ miſericordiam eius. Confitemini itaq̃ domino quoniam bonus, quoniam ingternũ miſericordia eius. Proinde hæc domini miſericordia non inmerito dicitur memoriale eius, propterea q̃ tam infixa ſit diuinæ memoriæ, ut nunq̃ obliuiſcatur miſereri, ſed ſemper memor ſit miſerationum ſuarũ, quæ à ſæculo ſunt. Numquid ergo (quemadmodum & alio loco dictũ eſt) inæternum proiiciet aut non apponat ut complacitior ſit adhuc, aut inæternum miſericordiam abſcidet à generatione in generationem? Satis ubiq̃ tædii in hac uita inuenerat propheta: fidem autem rariſſimam, rariorem ſecuritatem, quietem nullam, nuſq̃ ſolatiũ aut conſolationem. Quocunq̃ ſe uerterat, in quoſcunq̃ homines oculos defixerat, nihil non plenũ ſcandalo & offẽdiculo offendebat undiq̃, aut certe ita ſuſpecta habuit huiuſmodi mala, ut indies anxie pertimeret. Nuſq̃ tutus, ſecuritatis omnino expers; & uelut lupum auribus teneris, nec tuto loqui potuit nec cõmode reticere. Tacere illi abſurdũ uidebatur, ne ſileret à bonis, loqui autẽ & garrire moleſtũ iudicabat, ne inimici eius ſumpta è multiloquio illius cauillandi occaſione, in uerba eius calũniam intentarent. Multum igitur anguſtianus propheta, dũ in his turbidis huius uitæ procellis huc illuc continuo fluctuaret, cepit uehemẽter magis ac magis de illa cœleſti uita cogitare, ubi nulla ſunura eſt perturbatio, nulla tentationis machina, ubi quis ſe illõ faustis auſpiciis receperit. Nã q̃ hic tot miſeriarũ fluctibus agitamur, q̃ tot & tã aſperis aduerſæ fortunæ caſibus affligimur, q̃ tam acerba ac dira ſupplicia patimur: inde fit q̃ ſcelcribus noſtris diuinam iram contra noſmetipſos concitamus. Sed bene eſt q̃ non inæternũ repellet dominus. Porrò neceſſe eſt, ut ad ſe ſeruos ſuos quacunq̃ ratione reuocet deus, neceſſe eſt ut fugitiuos denuo ad ſe recipiat, præſertim iam flagitiorũ ſuorũ pœnitudine ductos, ac rurſus ad miſericordiam dei prouocantes: nõ

Pſal. 135.

Pſal. 76.

Miſericordia huius mundi quæ.

Cur hic tot miſeriis agitamur.

Psalm. 76. Expo.

fieri potest quin exauditurus sit uocem compeditorũ suorũ: quia ut modo diximus, non in æternum repellet deus: Sed neq; in finẽ obliuiscetur misericordiam suam, nõ obliuiscetur misereri deus,

Misericordia oit a deo tanquam a fonte dimanat.

In deo & à deo omnis penitus misericordia dimanat, nec in alio quopiam siue cœlesti siue terreno ut inueniatur, possibile est, nisi quatenus deus eam illi concesserit. Quod quum ita esse constet, fieri non potest ut deus misericordiæ suæ obliuiscatur, quam tã charam habet, ut nullum socium in illius participationem admittere uelit. Verisimile ne uidetur, ut exiccato fonte, riuus inde defluens aquis abũdet? Aut unq; obliuiscetur misereri deus? Quasi diceret, non potest, utpote cuius sit propriũ misereri & parcere. Atq; hinc est q̃ propheta Esaias hanc altissimam dei misericordiam secum in spiritu contemplatus, ita percuncter, ut loco non multum diuerso recensuimus. Nũquid (inquit ipse) obliuisci potest mater infantem suũ, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui: ecce enim in manibus meis descripsi te. Hoc est, tam firmiter & fideliter te in memoria impressum retineo, q̃ potest quicq̃ complicitis arcte inter se manibus contineri. Vel potes per istam descriptionem in manibus domini, intelligere plagas illas & uulnerũ cicatrices, quas ut hic in corpore suo dire passus est, ita post resurrectionem suam & ascensionem in cœlos usq; sibi reseruatas quoq; uoluit, ut assiduã nostri memoriam haberet, inceſſanterq; pro nobis patrem deũ interpellaret. Qui sententiæ & illa quoq; diui Bernardi non multũ refragatur, ubi ait Securum habes accessum ad deũ o homo, qui apud patrem, filiũ habes intercessorẽ; apud filiũ matrem. Filius ostẽdit patri latus & uulnera, mater filio pectus & ubera: Ibi neq; uit esse repulsa, ubi tot testendũtur amoris insignia. Ex his ergo & hisce similibus satis manifestum opinor, q̃ sit in terra hac, mirabilis misericordia dei. Verum quandoquidem ipsa tam infinita est, ut nullo humano ore in uniuersum percenseri queat: omissis ergo imprasentiarũ reliquis eius partibus, ad eam ueniamus,

Greg. Deus nequit misericordiam suam obliuisci. Esai. 45. Expo.

Stigmata Christi cur maneãt in corpore.

C.

qua

qua ꝑ singulari clemẽtia sua, ipse deus dissimulat peccata hoium. Tu grauiter peccas, ille tamen misericordia iuxta memoriæ dissimulat peccata tua. Tu peccas, ille interim reticet, nec cõtinuo tecum expostulat. Tu pergis peccare, ille tamen manum suam retinet, nec ad iustam ultionem ire permittit. Tu (inualescente paulatim corruptissima consuetudine) geminas & conduplicas flagitiosæ uitæ tuæ facinora, dũ ille miseratione sua deuẽtus, simulat se ignorare quid feceris. Nec tu tamẽ sic contẽtus, scelus sceleri, peccatũ peccato pergis superinducere: uerũ ille ꝑpetuo tolerat ac parcit punire, expectans ut tu aliquando agnoscas peccatũ tuum, actaq; pœnitentia deleas. Tu quidem illum millies sane offẽderis, & ille etiam toties offendenti tibi misericorditer pepercit. Et quod inauditæ cuiusdam clementiæ est, non raro tibi peccanti ita parcit, ut tamen pro delicto tuo alium supplicio afficiat: ut tu illius exemplo deterritus, à peccati somno expergiscaris, ut pristinis uitæ sceleribus renunties: ac resipiscens, diuinam illam misericordiam iugiter appelles. Multis modis te ad pœnitendũ inuitat, hortatur & animat. Interdũ autem (ut nunc diximus) alieno eruciatu nõ paucos ad sese allicit, arripit, attrahit. Alios præterea, morbo aut aliqua corporis infirmitate: alios urgente rerũ
D. inopia grauiq; paupertate, in peccati odium perducit. Multi miseria aliqua insigniore rerumq; mundanarum dispendio, rursus in rectum uitæ tramitem reuocantur. Sunt quoq; quos parentũ ac chariſſimorũ neces, quos aut sobolis suæ aut amicissimorũ hominum iactura ita angit, ita torquet & discruciat: ut subitaria mutatione in agnitionem sui redeuntes dei timorem induat. Neq; desunt quos ingentibus beneficiis, donorumq; largitate, ad sese deamandum cotidie rapit deus. Alios enim naturæ dotibus pellicit, alios captat rebus secundis arridentisq; fortunæ muneribus, alios etiam multiplicis gratiæ suæ irrigatione sibi conciliat, associat, & adiungit. Plurimos haud dubie uirtute uerbi sui ac sacris concionibus reuocauit, aliquot quoq; alienæ uitæ exemplo, neq;

Quam misericorditer deus tolerat nostra peccata.

Multis modis deus ad pœnitentiam uocat.

paucos

paucos sane instinctu quodam archaniore: denique multipharie multisq; modis peccatores ad pœnitentiam retrahit misericors
Esa.30. & miserator dominus. Expectat enim uos ut misereat ueltri, ait propheta. Neq; sane mirũ uideri oportet, si expectet deus pec-
2.Corin.1. catores ut misereatur illorũ: quũ sit (ut Apostolus ait) Pater mi-sericordiarum, & deus totius consolationis. Nullum ab ambien-da misericordia sua repellit, nemini occludit aditum, omnem uen-nientem pœnitentemq; gratis receptat: nempe ut quinõ sit per-sonarum acceptator, qui oẽs ex æquo respicit, modo respicen-
Cur uenit dominus in mundũ? tes peccata sua odisse possint & uelint. Neq; alio nomine in hunc mũdum prodiit factus homo, q̃ ut peccatores ad agendam pœ-nitentiam prouocaret, q̃ ut sedulo quæreret ac saluaret quod pe-
Luc.5. rierat. Quod & ipse per euangelistam suum ita testatur Non ue-ni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Cuius rei & al-
Marc.2. bi quoq; causam assignat Non egent (inquit) qui sani sunt medi-co, sed qui male habent. Hæc & horũ similia si equidem mea tã-tum autoritate fretus pronunciassem, qui et fortassis cur uel dubi-taretis uel recusaretis audire, nunc uero quum toties ista inculca-uerit ipse dominus, non uidẽo quam excusationem prætexatis si
Misericordia dei multiplex. inaudire neglexeritis. Est & hæc diuina misericordia multiplex E.
Misericordia defendens. etiam & uaria, prout exigit uaria mortalium conditio. Est enim ubi misericordia defendens deprehendatur: nimirũ quoties nos aliquo certo munimine tutatur & defendit, ne brutũ & sensuali appetitum sequentes, in peccati consensum præcipites labamur.
Misericordia puniens. Est & quædam misericordia quæ etiam puniens dici potest, nẽ-pe quæ iam in uitia prolapsos, aliqua aduersitatis procella aspe-git, quo tempestiue ab inceptis male uiuendi institutis retrahã-
Misericordia remittens. tur ad pœnitentiam. Est præterea & misericordia quædam, quã & remittentem recte nuncupaueris. Hæc est quæ pœnitentibus misericorditer condonat ac remittit peccata sua, quantũuis grae-
Misericordia uocans. uiter in hanc semina deiecti fuerit. Misericordia uocans appella-tur illa, quæ benigne miseros peccatores iam altius atq; altius in

delicta

delicta ruentes, per resipiscentiã ad mutandam uitã meliorem q̃ frugẽ reuocat. Parcens misericordia est, quæ fatentibus comissa sua ita ignoscit, ita parcit & condonat: ut pro grauissimis offensis, nihil penitus aut q̃ minimum supplicii ingerat. Remunerans autem misericordia est, quæ bona hominum opera, bonis longe melioribus compensat: non permittens ullum recte factũ ac meritorium opus irremuneratũ iri. Postremo est & coronans quædam misericordia, quæ bonis & iustis uiris qui in hac uita charitatem atq̃ opera misericordiæ erga alios exercuerint, coronam iusticiæ ac regni cœlestis premium redditurа est. De quarum unaquaq̃ & illud propheticum uerificari potest Et misericordia eius adiuuabat me. Hæc misericordia discipulos olim in mari periclitantes cõsolata est, erexit, ac præsentaneo auxilio undequaq̃ circumfulsit. Huius misericordiæ fulcimine, & nos miseri homunciones in hoc mundi huius salo ac pelago satis cum periculo nauigantes, in his tam feruidis peccatorum fluctibus huc illuc assidue agitati, cotidie eleuamur à mergendo, cotidie q̃ ad portum salutis fœliciter perducimur. Cæterum ad misericordiam uocantem peculiarius spectare uidetur, quod alibi & per alium prophetam ita scribitur Vocat nos deus ad fletum, ad planctum, ad caluitiũ, & ad cingulũ sacci. Quemadmodũ & ad misericordiam remittentem spectare proprie uidebitur illa Petri percõtatio, ubi percontaturus dominum, quoties erranti fratri esset ignoscendum, huiusmodi quæstione aggreditur Domine quoties peccabit in me frater meus & dimittã ei, usq̃ septies? Cui respõdit IESVS. Non dico usq̃ septies, sed usq̃ septuagies septies. Ac si diceret, neutiq̃ satis esse ut fratri uel proximo in te deliquẽti usq̃ septies culpam remiseris: nisi similiter facturus sis etiam si te septuagies septies offenderit. Et si in te uigeties septies peccauerit, facito ut uigeties quoq̃ septies illi noxã condones. Quod si adhuc peccandi uices adaugens, quadrageties septies tibi noxius & iniurius fuerit, memento ut quadrageties quoq̃ septies illi ignoscas.

Misericordia parcens.

Misericordia remunerans.

Misericordia coronans.

Psal. 93.

Esai. 22.

Matth. 18 Expo.

Quoties remittendum peccans.

Adhuc

Adhuc si pergit uel usq; sexageties septies tibi molestus & iniurios⁹ esse, perge tu quoq; sexageties septies usq; gratuito relaxare. Si septuageties septies deliquerit, septuageties septies remittas. Sed si quis ultra prǽmonstratũ numerum offẽderit proximũ, à nonnullis indignus plane iudicaretur, cui amplius concedenda esset uenia. Minime ita est o homo, minime. Hæc opinio tanq; longissime à christiana pietate abhorrens, omnibus modis fugienda est. Adeo ut si te etiam millesies septies & quidem grauissime offenderit: scito esse Christiani pectoris officium, ut toties illi parcas, toties idulgeas atq; ex toto corde remittas. Monet itaq; CHRISTVS non tantũ usq; septies fratrum erratis ignoscendum, uerum usq; septuageties septies: hoc est (enarratore Hieronymo) toties omnino remittendum delinquenti proximo, quoties in te peccare contigerit. Nihil ergo usq; offendiculi exoriri potest, cui non facile succurrit diuina misericordia: nihil offensæ, cui non parat ueniam: nihil ingestum uulneris, cui non superinducat callum aliquo salubri cataplasmate superiniecto: nihil denique morbi, cui nõ facili negocio medetur: atq; ita in uniuersum tollit ut ne uel leue quidem uestigiũ post medelam relinquatur. Quare o pœnitẽs qui tibiipsi conscius existis, qui ulcera polluta cogitationis intra te grauiter olere sentis, qui cæca mentis uulnera intra secretum pectus damnose contegis: cur tam periculosa ac detestabilia opera perpetuo occultari sinis? An est cur tã mitẽ medicũ uereris? Ne timeas ad chirurgũ tuũ accedere: ne metuas illi ostẽdere uulnera animæ tuæ: nã ille neutiq; durus est, neutiq; indignẽs, neutiq; inmisericors. Vt qui iter medicãdũ, nec ferro, nec dira ustione, aut sectiõe fœda uratur: ut nec ullo austeriori pharmaco, aut acriori quopiam remedio, ut qui solo uerbo cuiuis morbo medeatur, qui solo uerbo omnem tollat languorẽ, omnem curet infirmitatem. Ad hũc ergo medicũ accedito quãtum potes ocyssime, quo nihil nec clementius nec mitius, nec qui efficacius oẽm morbũ adũnat, usq; fingi aut excogitari poteris: ut qui

Hieron.

Misericordia dei omnia remittit.

Vitia medicus est deus cui solo uerbo sanat.

G.

H.

ut qui summe bonus sit, summe potens, summe peritus: denique omnium bonarum rerũ plenissimus, uel (ut uerius dicam) ipsamet plenitudo. Atq; hic tantus quum sit, in grauiam tamen animi salutisq; nr̃æ causa, ab abditissimo patris sinu in hanc lachrymarũ uallem descendere dignatus est: propter te humana carne indui non abhorruit, ut tu ex omni parte securus, abiecta omni hæsitatione & metu, ad eũ intrepide accederes. Neq; sane alia de causa homo factus est, q̃ ut te à lethiferis illis peccatorũ uulneribus sanatũ curaret, quæ tu tibipsi tuopte iniuamento, tua opera stulte accersiuisti. Accede itaq; accede inquã: & hanc tam grauem uitiorum sarcinam procul abiice, sedulo précum libamina offerenda curato, nec omitte quin sauciis uulneribus tuis salutares lachrymas infundas. Siquidẽ cœlestis ille medicus in curandis sauciatorum uulneribus nulla medela aut cataplasmate citius uti gaudet, q̃ profusis fletibus ac gemitibus eorũ qui uulnerati sunt. Ne dubita ergo bono animo ad hũc medicum auolare, cuius certe clementia inaudita est, lenitas insuperabilis, inuicta bonitas, peritia incomparabilis. Proinde tu uere pœnitens huc impauide accedito, nõ sit pudor huic tam docto medico detegere cordis tui latebras: nõ sit graue tam scienti chirurgo aperire inueterata mẽtis tuæ ulcera, & quicquid male habet animum tuum patefacere. Est enim undequaq; mira quadã comitate præditus, adeo incredibiliter affabilis, ut ne abiectissimũ quidem repellat à colloquio suo: adeo in omnes humanus, adeo lenis & exorabilis, adeo grauis, amabilis, propitiusq; omnibus, adeo denique omni clementia, omni mãsuetudine, misericordiaq; refertus: ut merito durissimus habeatur, quem ille toe prouocamentis nõ molliat mollissimq; ad sese attrahat. Neq; unq; austeris medicamentis inter medicandũ uti solet, nunq; aliorum chirurgorum more, impacta lanceola uulnus perferuntur ad imum: non secat, non urit, non ullo dolore exasperat: sed plane q̃ suauissime idq; pharmaco multo placidissimo, nimirũ solo uerbo ita efficaciter medetur, ut simul omnẽ

Deus cur humanam carnẽ induit?

Accedas intrepide ad deum medicum.

Deus benignus medicus est & bonus, prõptus & paratus.

Adest deus antequam uocetur.

prorſus auferat languorem, omnẽ delet dolorem. Ad hæc, adeo ſemper promptus eſt & ad manum paratus, ut etiam priuſq; illa oculos attollas, dicat, Ecce adſum: priuſq; uocem exprimas, pietatem oſtendat: anteq; auxiliũ iplorauerit, ſuppetias afferat: priuſq; oraueris, priuſq; eſflagitaueris gratiã ſuam, tibi affatim largiatur. Et q̃uis lingua nihil interloquatur, quamuis non moueãtur labia, licet nihil penitus dixeris, modo tamẽ interim in corde tuo te peccaſſe cogitaueris, modo mens tantum pœnitentiæ meminerit: ne dubita quin ipſe pro infinita miſericordia ſua illico remiſurus ſit quicquid peccaueris, quin ita uulnera tua ſit refocillaturus, ut iam non indignus uidearis qui rurſus in illius amicitiam & fauorẽ recipiaris, de cætero ſub ala miſericordiæ illius defendendus. Vſqueadeo ut etiam angelis ſuis mandaturus ſit, ut gaudium ac lætitiam alacriter ineant, pro inuentione animæ peccatricis. Quin ergo huc properas o peccator? Quid metuis tã pio medico oſtendere grauamen uulneris tui? Ecce q̃ aperta ſit pœnitentiæ ianua, ecce q̃ undiq; pateat ad ambiendã miſericordiam liber aditus, peruius ex omni parte acceſſus; ecce q̃ nunq; occludat gratia fores ſuas: utpote quæ nulli niſi obſtinate impœnitenti occludi ſolent. Quare æquum eſt o peccator ut tu eo magis acceleres dũ tẽpus datur, ne nimia dilatione pœnitẽtiæ fores tibi obfirmatas inuenias. Nam q̃ ſit miſericors dominus uel hinc perſpicuum eſt, q̃ priuſq; (ut iam diximus) lumina oculorum tuorũ ad eum erexeris, tibi præſto adſit auxiliaturus. Qui priuſq; appropinquare digneris, tibi gratis miſericordiam pietatemq; ſuã pandit & exponit. Qui priuſq; tu pro peccatis tuis lachrymas fuderis, abundantiſſimum miſericordiæ ſuæ fontem gratuito infundit. Breuiter qui conſeruatricẽ gratiam ſuam in te tranſmittit, nullis prius deprecationibus ab eo ſolicitatam: qui nondum rogatus (quæ tua ingratitudo eſt) tamẽ ueniam immerenti impartit. Paratiſſimus ſemper eſt ad audiendum: omni deprecanti expoſitiſſimas aures exhibet. Nec tunq; uenienti ad ſe peccatorem exprobrat

Quam pronus ſit deus ad miſerandum.

probrat quicq̃, nec ita cũ impio quopiã expostulat, dicẽs Cur o scelerate peccator tanto tẽpore hosti meo diabolo inseruiisti, ac me deũ tuũ ac dominũ, qui te condidi, qui te redemi, deseruisti? Cur me qui tot tantis q̃ tam animæ q̃ corporis doubus te ampliter locupletaui, penitus contempsisti, & pro uili plane habuisti? Neq; anxie disquirit quantũ temporis iam abierit ex quo tu teipsum in uitiorum barathrum intruseris: sed tantum ad pœnitentis humilitatem oculos deflectit, nõ aliud expectãs q̃ ut in totum peccata auersatus, ad deum te conuertas: non quantum deliqueris sed quantũ ex animo pœniteas, ex alto cõtemplat, solã animi pœnitudinem respicit, solum gemitum & lachrymas pro peccatis exosculatur. Quas q̃ primum ab oculis erumpentes & per genas elabentes cõtuetur ac conspicit, statim omnia flagitia, statim scelera atq; iniquitates tuas omnes condonat: omnia cogitationum delicta atq; nephanda opera, penitus absterget. Quibus absterfis, ilico priorem stolam afferri iubet, annulumq; reddi digitis: dato insuper & angelis mandato, ut sese totos gaudio ac lętitia diffundant, q̃ tu qui pridem perieras, iam demũ inuctus sis: q̃ tu qui paulo ante fueras mortuus, iã de nouo reuixeris. Habes iam q̃ sit mirabilis in terra misericordia dei, hic habeto q̃ longe mirabilior sit, tum apud inferos tum apud eos qui in purgatorio sunt, ubi supplicia illa peccatorum ita moderate temperat, ut lõge mitiora existant, q̃ pro tot & tam grauibus delictis conueniat. Nusq̃ tamen æque mirabilis inuenitur hæc dei misericordia, q̃ est apud superos in cœlo: ubi bene meritos lõge ultra uirtutes ac opera sua bona, longe ultra omnem æstimationẽ remuneratis compensat. Adeo ut qui minimam gaudii portiõem illic sortiti fuisse, multo amplius polliceburi, q̃ uel optare, uel æstimare, uel uotis aut cogitatõe consequi poterant. Quod tamen tantũ gaudium sueris nisi ac parui precio comparare poteris, nempe si commissa scelera defles, salubri pœnitentiæ piaculo purgaueris. Per pœnitentiam igitur, æterna illa cœlorum gloria acquiritur. Per

Misericordia dei quanta in cœlo, in terris, in purgatorio, & apud inferos.

Quantũ boni per pœnitentiam cõparamus!

pœnitentiã æternas illas & intolerabiles gehennalis incẽdii pœnas, quæ iuste pro peccatis constituuntur, effugere licet. Per pœnitentiam, gratia conciliatur & misericordia. Per pœnitentiam, ex sordidatis & impuris, omnia fiũt munda & ꝓpurgata. Quod si exemplum uerę pœnitentiæ tibi proponi uelis, quod sequutus, facilius quod ũberis præstare poteris: certe ut alia impræsentiarum omittam quæ plurima undiq; occurrunt, ita uix aliud tibi conducibilius contenderim futurũ, q̃ ut memineris ut in aliis plerisq;, ita & in hac re quoq; maiores tuos pro uirili tua imitandos. Crebro itaq; subeat animum tuũ, quomodo antiqui illi patres & antecessores, christianissimi haud dubie uiri, semper quandiu in hoc sæculo uersati sunt, in durissimis laboribus se semper exercuerũt, in sudore uultus sui uescentes pane suo, sæpe & pene semper in eremo, inter spinas & tribulos per bonã uitæ partem perseuerantes, dies noctesq; continuæ precationi uacantes: sese ieiunio, sanctis uigiliis, sacra lectione, pia diuinarum rerum contemplatione, nuditate, angustia, penuria ac omnũ rerum inopia macerantes: in sacco, cinere, & cilicio sese totos miserabiliter foedãtes, quo sic æterna illa beatitudine potirẽtur. Hi sunt qui reliquerunt omnia, ut nudi expeditiq; deum sequerentur. Hi sunt qui propter dei amorem, omnibus huius mundi uoluptatibus renunciauerunt: qui hęc fugacia gaudia, opes, diuitias, facultates, fortunasq; oẽs, pro deo aspernati sunt: delicias, lenocinia, illecebras, sensuum omnium irritamenta contempserunt penitus: qui parẽtes, liberos, fratres, sorores, cognatos, affines, propinquos, amicos, fidos sodales, necessarios omnes, propter amatum CHRISTVM ac unicum illud deliciũ suum nihil grauatim deseruerunt. Spretis itaq; omnibus, recta ad deserta loca penetrarunt: ut illic expeditius & secretius cum charissimo amatio suo confabularẽtur, piis precibus ac meditationibus sedulam operam impenduantes. Quod quo commodius facerent, non recusarunt in altiis montibus, in obscuris specubus, in subterraneis antris, in re-

Patres nostri quã auctorem duxerũt uitã.

Gene. 3.

L.

M

accessis

ceſſiſſe euenarum ſpeluncis, per pluſculum uitæ tempus delitescere atq; immorari: non renuerunt esse egentes, angustiati, afflicti, ne amitterent uidelicet hanc ſperatam cœleſtis regni beatitudinem. Neq; ſolum uiri ad hãc tam aſperam uitam ſuo ſolore ſreti aſpirarunt, ſed & fœminæ, fragilior & infirmior ſexus, quibus & ætas tenella corpuſq; imbecillum erat: minime tamen ueritum ſunt hanc tam arctam & præangustam uiam inſistere, quo ad regnum cœleſtis regni imperium etiam robuſtiſſimos uiros antecederent, præcurrentiq;. Siquidẽ in CHRISTO IESV non eſt maſculus neq; fœmina, ſed unuſquiſq; propriam recipiet mercedem iuxta laborum ſuum. Sed o durum hoc ſæculum noſtrum, o uiſcera laxea, o ferrea pectora, o corda pluſq; adamantina; quotus iam omnium mortaliũ inueniri poteſt, qui propter deum opes aut pecunias deſerere poteſt? Quis modo ut pelagrem ne uitæ hæreditatem lucretur, ſaltis huius ſæculi blandiciis renũciare uelit? Quis modo uere mitis, quis uere modeſtus, quis ex animo humilis, placidus, quietus, trãquillus, ſacriſq; diſciplinis peritus, ex omni hominum genere reperiri poterit? Quis quodlibet ut acceptas injurias æquo animo perferre didicit, aut non paratus etiam cum fœnore retaliare? Quis modo non potius habet cõtumelias, cõuitia, male dicta uice nomine referre, q̃ libẽter propter deum ignoſcere? Quis capitalem hoſtem aut inimicum dei cauſa diligit, charitatiq; proſequitur? Quis pro malefactoribus & deuouentibus ſe, iuxta CHRISTI præceptum bene precatur? Sed quaſi iſta ad Chriſtianum parum ſpectarent, iam lõga peccatorum conſuetudine occæcati, didicerunt eſſe colericos, didicerunt eſſe contumaces, protinus, peruerſi, iracundi, furioſi, omni plenique ac uoce per deditiſſimum quemq; proximum, præcipitati in ſeſe, prorſus ad indignandum. Plerique etiam nos immodici cultus immodici ornatus, omnifq; cum pudore hominum ſtupidi admiratores omnes inhiant, gloriæq; cupidiſſimi, nunq; denique non tam ſui immoderati amatores, q̃ ſpectatum etiam contemptores: parum

Fœminæ in agenda pœnitentia, uiros præcedunt.

Gala 3.

1. Corin. 3.

Ignauia noſtra ſæculi.

Tam immodico cultui dediti ſumus, ut officij noſtri obliuiſcamur.

esse idi. Nam & illi quorum intererat discere quid agendū esset, aut saltem doctis in hac parte obtemperare: priusq; quicq; tale conati fuerint, statim alios docere aggrediūtur indoctissimi ipsi: quo necessario fit, ut quū cæci cæcos ductare uelint, ambo in foueam incidant. Neq; sane rari sunt qui statim imperare affectāt, antequ uel ulla ex parte senserint quid sit imperium ferre, aut subditi fuerint: illius Aristotelici prouerbii parū memores, quo docet ineptos esse ad gerendum imperium qui nō prius alluerint imperium perpeti. Q3 ingens hodie illorum numerus ubiq; cernitur, qui alios nihil trepide corripere audēt, priusq; ipsi à quoq; corripi sustineant: Q3 multi qui antequ ipsas dictionum syllabas apte coniungere norunt, ilico sese totos ad philosophandum accingunt. Quod si quis aliis paulo ditior sit aut opulentior, statim nescio quos honores ideirco sibi exhibendos uendicat. Pauper euersio, honoribus neglectis, sese ignauiæ ac turpi ocio mancipandum curat. Opifex uero aut rusticatæ uitæ sectator, contemplatus secum suæ uitæ rigorem ac manus suas durissimo callo undiq; obductas, mox aliorum exemplo prouocatus, digitos suos in mollitiem uertit, mox in insolitas delitias atq; uoluptates se se dissoluere nititur. Proinde omnibus iam retro fluentibus, quis iam extremam hanc Christianæ religionis clādem non uehemēter deploraret? Ecce quomodo nullum genus aut ordo hominū existat, qui non penitus negligat officium suum. Rustici ac duri agrestes tam effœminati iam euaserunt, ut terram iam amplius colere respuant ac dedignēntur: ut milites arma gestare recusent, ut clerici libros tractare nolint, ut sacerdotes antiquam disciplinam atq; in operandis sacris diligentiam omnino omittant, ut religionem professi, promissæ obedientiq; ac sponaneę paupertatis sint immemores. Adeoq; pēnè omnes ab omni pietatis affectu recesserunt, ut legentes Apostolos dire cęsos, martyres uaria carnificina trucidatos, prophetas etiam lapidibus obrutos: tantum abest ut tristes fiamus, ut etiam interim affatim rideamus. Verū

Matth. 15. Omnia nunc dicenda sunt prę posteris. Philosophus.

Sunt qui antequā prima nouerint elementa, statim philosophantur.

quorsum

quorsum opus est ut hic de Apostolis, martyribus aut prophetis fiat sermo, quum uideamus etiam impios christianos sed heu nimium multos, ipsum deum ac dominum nostrum IESVM CHRISTVM è ligno crucis pendentem, propter impietatē nostram ac scelera dirissimæ morti traditum, ita pro ridiculo habere, ut quoties eius supplicium uel legerint uel audierint, nō cohonestur (ut par esset) illius uestigiis insistere: sed potius elato animo turgidi ac supercilioſi ea pro risu ludoq; habent, quæ aliōqui totius salutis prora (quod aiunt) & puppis esse debet. Sol ipse nō ferens tot impias contumelias, tot iniquissimas iniurias domino deo ac conditori suo inferri, subduxit radios suos splēdidissimūq; lucis suæ iubar, & in horrēdas tenebras conuertit: at nos obstinatissimi homuntiones è tanta nequitiæ obscuritate, ad iusticiæ lucem redire pertinaciter recusamus. Velum templi, patiente CHRISTO, quum nihil prorsus peccasset, in duas tamē partes per mediū discidit sese: nos tamen propter flagitia nostra ne semel quidem tristes fieri, sustinemus, tantum abest ut ex animo cōpuncti, debita cōtritione corda nostra scindere uelimus. Terra item metuens à facie domini, quum interim à cæde illius esset innocentissima, tamē sub pedibus nostris ad terrorem nostrum horrendē inhorruit: at nos multo duriores sumus & ut uel sic ullo pauore cōcuti ualeamus. Celebres olim urbes formidandis terræ hiatibus exhaustæ, deletæ, atq; absorptæ sunt, loca plurima olim frequenti cultu inhabitata, à facie iræ & indignatiōis dei deserta sunt ac desolata: nostrā autem cōtumaciam nulla formido, nullus terror, aut exemplorū diritas cōmouere potest. Quin sol quoq; semel atq; iterū non solū horrēdo deliquio sub ipso meridie obscuratus ac tenebris obductus phibetur, sed & prætur naturā aliquando stetisse, aliquādo etiam retrocessisse memorat. Vtq; iuxta subinde minabundi conuertæ: uisa sunt & alia signa nō pauca tum in cœlo, tum in terra & reliquis elementis: nihil tamen terribile usq; ostendi potest, quod nostra facinora uel corripere, uel nos

Passioni Christi omnes creaturæ præter hominē defuerunt.

Sol obscuratur.

Velū scinditur.

Terra quatitur.

Ciuitates terræ motu deletæ.

Terrores de cœlo in nostrā memoriam.

Bella hostilia etiã admonit, ut emendemur nos.

adeò nunquam diram adigere ualet. Tot & tam atroces & cruentorum, Gallorum, Danorumq́, & Gulielmi conquæstoris bella, quæ olim subeuntes maiorum nostrorum hanc insulam series ferro & incendio longe lateq́ deuastarunt, patres nostros per extremæ calamitatis flagella satis superq́ edocuerunt: deum summe tum metuendum, tum colendum, ac demum super omnia deamandum esse. Q. si miseria uariaq́ infortunia emendatiores ac cautiores imposterum reddiderũt, non uideo cur non modo idẽ nobis præstent: nisi simus illis multo & impudentiores & pariter deo longe rebelliores. Porrò neq́ nos hostibus caremus aut inimicis, nõ desunt neq́ bella neq́ bellorũ terrores: urgemur quoq́ annis penè inedia, penuria, annonæq́ caritate, pestilentia, aliisq́ id genus morbi infestissimi quidẽ & subinde noui, corpora nostra cotidie subeuntur: sæuiunt & alia nonnulla flagella non minus q́ ista, quæ modo recensuimus. Quibus euitandis non mediocri fane pœnitentia opus est, neq́ ea unius horulæ, non unius diei tan-

Pestilentiæ effectus & aliæ calamitates, at deũ timeamus, impellunt.

tùm, imò ne paucorum quidem dierum, non tam morum aliquot: sed plane plurimorum, sed indefessa, sed perpetua. Verum tam sumus iam obdurati ac cerui cis, tam in peccatis consenuimus, tam ad omnem formidinem ac timorem desopiti & obduruimus: ut nec de facinoribus nostris erubescere, nec quicq́ pœnitere uelimus. At tandem o charissimi fratres resipiscamus, tandem post tot naufragia ad extremum portum pœnitentiæ portum nos omnes conuertamus: quo deletis hisce peccatorum sordibus, aliquando iratum numen placare possimus. Exaudi iam eum tandem prioris uitæ fœditatem ei nimis asq́ ad iracundiam indigne prouocauimus: nunc uicissim supplices, piis de peccatis eius clementiam imuri pellamus, ut pro infinita misericordia sua, nobiscum mitius agat, nosq́ non pro meritis nostris flagitiis nostris. Et quemadmodum pridem erecto superbiæ tristitia, furiosa animi elatione fastuose efferebamur, ita nũc uicissim furiosa animi molestia humiliemur, ut pœnitentiis tot scelerum erratis, & ab ipso deo defendi & iterum exaltari

Resipiscamus a peccatis, ut deus a flagellis desistat.

mereamur.

mereamur. Præfertim quum certissimo scripturæ oraculo scimus futurum, ut qui se exaltat, humilietur: & rursus qui se humiliat, exaltetur. Quin & hic quoq; nobis etiam pro delictis nostris sedulo plorandum est, ut ipse in futura uita nos uicissim lætificet. Hic affatim lugendum, ut illic ampliter consolemur. Abiiciamus à nobis omnem hanc carnis concupiscentiam, omnem huius mũdi curam & solicitudinem, ut nitidissima uirtutũ lorica induamur, qua ceu ualidissima panoplia uel integra armaturâ ab oĩbus diaboli iaculis munitissime adarmemur. Itaq; pœnitẽtię operibus insistendũ est acriter, ut ne interpolatim interpositaq; intermissiõe fiãt, ne faciamus ut penelopẽ fecisse ferũt poëtæ quæ quod die texuit, nocte rursum retexuit: nos itidẽ quod hodie teximus, cras rursũ retexamus. Nõ ita hodie à cibo potuq; abstinendũ, ut idcirco cras uoraciores efficiamur, ut cras plus solito ingurgitemus, ut liberius crapulemur, ut inebriemur licentiosius. Neq; satis est ut hodie discalceatus ac nudis pedibus incedas, cras uero rursum molliculos calceos, sericas aut auro intertextas caligas tibi assumas. Ne simus tam inconstanti & præpostero iudicio, ut nos hodie sacco & cilicio operiendos curemus, cras uero auro & purpura, mollibus, delicatis atq; holosericis uestibus deliciemur. Nec committamus, ut hodie simplici uulgariq; cultu contenti simus, at cras ornatũ & cultiores uestes appetamus. Absit absit, ut tam leues pœnitentes aut potius tam impii delusores uideamur: ut hodie mites, modesti, & humiles simus: nec multo post, turgidi, inflati, insano superbię fastu insolescamus. Neq; admodũ prodest, ut hodie placidi, quieti ac omnibus morigeri inueniamur: si cras fiamus feroces, intractabiles, rebelles, nec ullius disciplinæ dicto audientes. Proinde unam quandam & certã regulam nobis statuamus oportet, per quam post tot & tam graues offensas, deo rursus morem gerere licebit. Atq; ea est, ut cancellatis manuscriptorum maculis, perpurgatoq; sauciatæ conscientiæ libro, deinceps de integro ad emendationem uitam solium uertamus: ut abiecto

Luc. 14. & 18.

Abiectida carnis cura, & sancta armatura dei.

Pœnitentie operibus accurate insistendũ.

Regula quædã præscribenda.

iecto uetere hoſe noſtro qui iuxta carnem eſt, induamus nouum qui ſecūdum deum erit: ut exuamus opera tenebrarum, & induamus arma lucis: ut relicta tandē uetere illa ac peſſima uiuēdi cōſuetudine, ita in nouitate uitæ ambulemus: quo clemētiſſimus deus remiſſis tot iniquitatū enormitatibus, nobis denuo fiat facilis, fiat propitius, & miſericors. Sin aliter fecerimus, haud dubium quin cauſam ſuam aduerſus nos, quum uiderit adeſſe tempus, ſatis auſtere uindicabit. Neq; enim deſunt illi innumera tela quibus id pro nutu facillime perficiat. Quale eſt uel in primis cruentum bellū, multiplex & uaria afflictio, graue paupertatis onus, fames, peſtis, rerum uictualium penuria, uariaq; id genus infortunia calamitatisq; experimenta, quibus ceu frænis quibuſdam rebellionem plebis ſuæ caſtigare ſolitus eſt: nec dubitādū quin nos quoq;, niſi citius reſipiſcamus, eiſdem telis in quartam uſq; generationem puniturus ſit. Quemadmodū & ipſe alicubi minitatur ſeſe facturum, Reddam (inquit) peccata patrū in filios in tertiam & quartam generationem. Fit enim ſæpenumero ut mala cogitationum noſtrarum, ut ſecretam mentis ſpurcitiem, ut certum peccandi propoſitum & decretum, ut fœdæ commiſſa piacula uitę, nō ſtatim puniat deus: ſed quod patribus ac maioribus debebatur, id in filios ac poſteros trāſferat. Aliōqui quare quum peccauerat Cham, ita delatum eſt ſupplicium, ut de filio eius Chanaan ſumpta ſit uindicta? Cur pro peccato Solomonis, ita de filio Hieroboam ultio ſumpta eſt, ut longe maiore parte regni ſui mulctatus fuerit? Vnde contigit ut peculiarem illud Achab regis Iſrael, in poſteros ſuos ſit tranſfusum? At quid ſibi uult quod ſcripſit Hieremias propheta Patres noſtri comederunt uuam acerbam, & dentes filiorū obſtupērūt? Quid aliud eſt dētes filiorū obſtupuiſſe, q̄ illos ſuſtinuiſſe ſupplicia peccatis parētum ſuorum debita? q̄ fuiſſe id peccatū quod in patribus ſuis non erat puniū? Nam prioribus exemplis ſatis liquere opinor, non ſemel uſu uenuiſſe, ut poſteritas pro anteceſſoribus ſuis poenam temporalem luerit

Quibus telis deus ſuā uindicabit cauſā.

Exodi. 20. Expo.

Deus non ſtatim ſed iuſte punit.

Filij aliquando peccatorum parentū pœnas ſuſtinent, & econuerſo.

Genes. 9.
3. Regum. 12.
3. Regum. 21.

Hiere. 31. Expo.

luerit: quemadmodum etiam contra, parentes pro filiis, ut Heli sacerdos pro filiis suis. Ex quibus exemplis uel ipsa luce clarius esse existimo, q̃ patiens, q̃ benignus, ac miserirors sit dominus deus noster: sed ita tamen semper misericordiæ suæ memor, ut interim iusticiæ suæ non sit oblitus. Ita semper exorabilis & ad ignoscendum facilis, ut nihilominus tamen immedicabilia hominũ scelera iusto iudicio ulturus sit. Recordemini itaq; recordemini quomodo post tot plagas, quibus eos sanare cogitabat, tandẽ tamen incurabili illorum improbitate uictus, iusta indignatione sæuiit, puniens scelera illa Aegyptiorum, Persarum, imò & electorum suorum etiam, nempe Israelitarum, quem populum usus est præ ceteris peculiariter amasse & confouisse. Ista ergo & horum similia sunt illud memoriale dei, quod nulla unq̃ oblitione ita obliterari potest, quo minus perpetuo & usq; ingeneratione & generationem permaneat. Ista & huiuscemodi sunt, quæ semper memoranda occurrunt, semper memori mente recolenda, semper fideli memoriæ infigenda, tenaceq; animo retinẽda. Tũ tumq; de immensa illius misericordia nobis polliceri possumus, ut si uitam nostram corrigere uoluerimus, ipse certe obuius misereberur nostri, ut de nobis iustum memoriale sibi constituat, ut de nobis sibi erigat trophæũ: ut nos in omnibus miseriis nostris, in periculis, ærumnis, afflictiõibusq; adiuuet, foueat, & defendat. Et sicut semper paratus est, ut eos qui nullo reuocamine peccata deserere uelint, castiget & puniat: ita semper longe paratior est, ut suos ubiq; adiuuet, id est bonos, probos, pios, iustos, atq; pœnitentes. Tametsi non desunt hæretici quidam ab ipso quæ modo retulimus, diuersa sentientes. Qui stupidissimum Epicurum imitati, asserunt deum eernam quandam ac infallibilem de substantiis illis incorruptibilibus, de ideis & intelligentiis superioribus, noticiam & scientiam habere, sed non item de his inferioribus morti & corruptioni obnoxiis: propterea q̃ mutabilium & q̃ infide exitio subiacent. De quibus tamen affirmans deum inhoñ

Deus ita misericordiæ suæ memor est, ut tamẽ suæ iusticiæ non sit immemor.

Deus etiã peculiari populo suo ſrarissima peccata non poperet.

Epicureum opinio de prouidentia dei.

cognitionem

cognitionem non habere, sed tantum uniuersali quadam conie
ctum abire, tantum confuse & imperfecte atq; in genere de istis
cõfusaneam quandam notionem fortiri: arbitrantes diuinum in
tellectum uilescere ac quodammodo contemptibilem fore, si ex
actiore tantulum rerum cõtemplatione onerares sese. Ad quo
rum opinionem alludens poeta dixit: An curare deũ credis mor
talia quemquam? Siquidem ita secum ratiocinati sunt, si deus ipse
haec inferiora iusto examine respiceret, terrenarumq; rerum cu
ram haberet, nunq; haud dubie malos & improbos sic permitte
ret iné impunitos: nec contra, bonos ac probos uiros sic sineret
usquequaq; premi iniuriis & ab oĩbus propelli, quin statim illo
rum miseriis succurreret. De huiusmodi hominibus perperam
& nephariè de supernorum rerum sentientibus, ita pronuntiat sanc
tus uir Iob, illorum personam sibi assumens. Quid enim (inquit
ipse) nouit deus? Quasi per caliginem iudicat, nec nostra consy
derat, sed circa cardines cœli perambulat. Quasi dicat, de istis
mundanis & sublunaribus rebus nihil omnino aut certe q̃ mi
nimum nouit deus: nimirum ut qui circa ipsum olympum, circa
spatiosi mœnia cœli, circa ipsos polorum cardines, sit longe ocu
patissimus. Et proinde annectit. Et quasi per caliginẽ iudicat.
Quibus uerbis irrisisse uidentur, eos qui de his tam excelsis
& excelsis rebus tantum uniuersalem esse, id est confusim & im
perfectam: quasi quispiam tam lippiens per nebulam aut tene
brarum remaliquam inquirerent. Vtrũ hoc tam impia & erronea
sentẽtia procul facesse, procul ablegetur & decedat à quolibet
pectore uere pio, uere Christiano. Quandoquidem tametsi deus
ipse misereatq; differat non nonnunq; iustorum hominum afflictio
nibus, aut prorum irrisionibus, semper iusta hominum uota
suscipiat exaudiatq; ita tamen nunq; eam longe auxilium suum
differt, quin quum tempus adesse utile fuerit, certam opem mi
serijs allaturus sit, illorumq; quando opus fore uidebit, benè
uolentissimo misereatur. Quod & propheta hic noster non unus

tantum

Virgilius.

Iob. 22. Expo.

tantum experimento edoctus, ſed etiam infallibili uaticinandi ſpiritu pro compertiſſimo habens, ita prioribus ſubiungit

R. TV EXVRGENS DOMINE MISEREBERIS SI- Verſ. 14.
ON: QVIA TEMPVS MISERENDI EIVS, QVIA
VENIT TEMPVS. Hic uero locus nos admonere uide- Epilogatio ſuperiorum.
tur, ut uelut breuiſſimo quodã epilogo, quæ iã ſupra diximus, uno aut altero uerbo paucis repetamus: quo firmius & fidelius tũ ueſtris memoriis inhigantur, tum etiam procedendi ordinem ac rerũ ſeriem dilucidius peruideatis. Proinde in his quę paulo ante diximus, pro uirili noſtra explicuimus, quam ingens miſeria undiq; mortales urget & uariis infortunii caſibus exerceat: q̃ præterea hic mũdus, qui totus in maligno poſitus eſt, undecũq; horrẽ- 1. Ioan. 5.
dis ſcateat calamitatibus: atq; demum de miſerrima illa & erumnoſiſſima peccati captiuitate, deq; intolerabili illius ſupplicio, non tam in hoc mũdo & in igne purgatorio, ubi utcunq; temporale erit: q̃ etiam de eò quod apud inferos futurum eſt, quod ut erit aſperũ, ita etiam & omni penitus fine cariturũ eſt. Poſt hæc de ineffabili illa gloria quę fœlices animas apud ſuperos manent, fuſiore ſermone peregimus: inibi pertractãtes, quanta illic mercedes uirtuti, ſanctimoniæ atq; integritati uitæ conſtituta ſit. In hac quoq; parte de immenſa dei miſericordia, nonnulla adiecimus, pio animo ac religioſo neutiq; (ni fallimur) pœnitenda: neq; de miſericordia ſolummodo hic pertractatum eſt, ſed & de multis illis miſerationibus, quas nuſq; non prædicat & ſummis laudibus euehit hic propheta noſter, quas & ſuper reliqua dei opificia alicubi aſſerit cõſtitutas. Quas & hoc quoq; loco attingit, ita inquiens Tu exurgens domine miſereberis Sion: quia tepus miſerẽ- Littera.
di eius, quia uenit tempus. In quo uerſu ſanctiſſimus propheta & eicharcedus noſter Dauid palã facit, q̃ ſit clæmens, q̃ miſericors & propitius erga ſeruos ſuos omnipotens dominus. Qui licet nõ raro fideles ſuos permittat aduerſitate, miſeria, atq; omni tribulatione affligi: idq; interdum tam dure & diutine, ut ſæpenu- Deus nunquã deſerit ſuos.

mero parum abſit quin miſeri mortales ſibi uideantur à deo relicti, id paſſim in ore habentes Deus dereliquit eum, perſequimini, cõprehẽdite eum, quia non eſt qui eripiat. Hęc inquam & his conſimilia licet ſtultus populus nonnunq; conqueratur: deus tamen ipſe, cuius miſericordiæ non eſt numerus, nunq; deſinit ſuis ſuecurrere, ſuis ferre opem & auxilium, nũq; deſinit ſuis ſemper adeſſe, in omni calamitatis procella, in omni uariantis fortunę reflatu ac turbine conſolans, animans ac erigens. Et quo magis inſurgit aduerſitatis turbida tempeſtas, tanto benignius ad tribulatos miſericordiæ ſuæ oculos conuerſos habet, tantoq; præſentius auxilium: patiens interim corpus non uno tantum malo affligi, non uno acerbo caſu agitari, ſed plane ab omni aduerſorum genere impeti, inuadi & torqueri, atq; extremis doloribus affici. Neq; hæc omnia in alium finem permittit ſingularis dei clæmentia, q; ut poſt hæc tam aſpera æquo animo tolerata, maior declaretur triumphus & inſignior uictoria ex inuicta illa patientis cõſtantia: ut uictori plus meriti contingat, ut plus cõferatur mercedis, amplius præbeat munus, ſublimior in cœlo detur corona & locus: ac denicq; (ut par eſt) plus accedat diuinæ gloriæ. Proinde quiſquis es o homo Chriſtiane, qui ſic tibi undiq; doloribus cruciatibusq; premi & perurgeri uideris, cuius corpus quoquo uerſum ſe deflectat, omni tormentorum genere ſurſum ac deorſum agitatur torqueturq; noli animum deſpõdere, noli ſpem abiicere, noli incomparabili dei bonitati diffidere. Nam quãuis tu forſitan, aut demens mundus, ſiue quiſq; alius perperam & impie iudicet, deum te deſeruiſſe: minime tamen ita eſſe poteſt. Ille enim te ſemper reſpicit, ſemper tecũ eſt, ſemper te ſumma pietate atq; amore proſequitur. Interea tamẽ loci patitur te interdum huiuſmodi malis utcunq; aſpergi, quo patiẽtiam tuam altius exploret, quo certis argumentis experiatur, num uelis illius amore libẽter & æquo animo perpeti qualemcunq; aduerſitatem. Neq; tu (certus ſum) tam mũditer, tam ſyncere ac pure hactenus uixiſti: quin

Pſalm. 70.

Cur deus patiatur ſuos cruciate affligat

8.

uel

uel teipso iudice, aliquid poenæ commerueris, quin aliquo castigamine te dignum fatearis. Præterea nec temere nec inconsulto fit, ut te aliquãdo acrius & morosius diuina plectat misericordia, quo tibi in igne purgatorio æquiori iure pareat & propitius sit. Corpus tuum iccirco potissimum punit, ut animæ hinc emigrantis mitior fiat & clementior. Corpus punit, ut de tolerantia animi euidentius argumentum capiat: ut exemplo tuo ęę plurimis prodesse queat, ęę plurimos sibi lucrifaciat: ut tibi cõtingat multo plus meriti: denicę, ut merito debet, adaugeatur gloria. Benedictus itaq; deus qui non finit nos tentari ultra id quod ferre possimus, sed facit cum tentatione prouentum. Qui licet suos nonnũcę uariis infortuniorum iaculis inuadi nõ prohibeat, nuncę tamen ita in totum deserit, quin quoties opus fuerit, præsentaneo auxilio sit futurus. Et licet non semper à corporeis ærũnis famulos suos eripere uideatur, ità tamen omnia pro multitudine miserationum suarum dirigit & disponit, ut omnia in usum atq; utilitatem animæ (cuius præcipue curam gerit) cedant ac conuertãtur. Sed nec corpus ipsum ita per omnia negligit, quin huic quoq; siquando opus fore uideat, adesse non recuset, nec salutarem dedignetur medelam ferre. Memento itaq; memẽto iterum atq; iterũ, ne uel minimus desperationis gustus subeat animum tuũ, sed semper cogitato tecum nihil à clementissimo deo in te fieri posse, quod non summopere cedat in salutem animæ tuæ. Et hac de causa maiore etiam diligentia cauendum est, ne & ipse sentias (quemadmodum quosdam facere iamdudum diximus) deum ueluti ociosum iacere, dormire, ac altius sternere, quod filis afflictis continuo suppetias non afferat: sicuti contra, è somno excitari, expergefieri, atq; surgere, quoties miseris hominum rebus præsentẽ opem administrat. Ad istorũ igit cõsuetudinẽ alludẽs hoc loco hic psalles noster sed iam maxime pœnitudine ductus, ita subinfert, O potentissime domine deus qui multis subinde dolore uideris, qui asperos hominũ casus negligere, qui misereri

Cur deus hic corpus fœtũ punat?

1. Corin. 10.

crederis esse oblitus, quoties uidelicet pios ac integros uiros sic uariis rerum euentis premi, periclitari, uexariq; permittis: tu idem domine exurgens miserebris Sion. Sion inquam, nequaq; autem illius Babylonis, quę nusq; sui immemor semper retrograda uertitur, certaq; in externas ire tenebras: sed potius illius melioris Sion, quæ sursum atq; ad superna summis conatibus aspirare contendit. Porrò Sion, si interpreteris, speculam sonat, significatq; probos illos ac pios homines qui rebus humanis ualedicentes, cœlestia tota mentis acie speculantur, assiduaq; meditatione cõtemplantur. At Babylon ecõuerso, eos repræsentare potest, qui relicto supernarum rerum studio, oculos suos stantium declinare in terram. Super Siõ ergo, id est super sanctos ac pios uiros, exurgit dominus ad miserandum: quemadmodum contra, super Babylonem, hoc est super nepharios & facinorosos malefactores, ad condemnandum. Quod alicubi etiam optans hic psalmographus, ita ait. Exurgat deus & dissipentur inimici eius, nempe peccatores qui ex mera malitia & impia animi puersitate, eius leges & præcepta uiolãt atq; transgrediũt. Neq; enim absurdũ aut absonum rationi ue repugnans uidebit, si iam deus exurgens misereatur Sion: quandoquidẽ iam tẽpus miserendi eius, quia uenit tempus. Quasi ita dicat propheta, quoniam iusti ac pœnitentes uiri, quorum haud dubie multæ sunt tribulatiões, satis superq; calamitatum hactenus perpessi sunt, idq; tua causa o misericordissime deus, quum nihil aliud per totam pene uitam senserint, q̃ summam undequaq; miseriam: iam ergo tempus aduenisse uidetur, ut tandem refocillentur, ut tandem consolationem accipiant, ne in uniuersum à te deserti derelictiq; uideãtur. Ediuerso autem Babylon, quoniam hic in præsente uita satis abunde habuit consolationis, satisq; diffluit uoluptatibus: æquum itaq; uidetur, ut in futuro nonnihil sentiat tribulationis, ut in alia uita dura patiatur, quando hic omnia iucunda & ex animi illius sententia euenerunt. Atq; has duas rerum uices, has duas tam diuersas istorũ mutationes,

Littera.

Semper paratus est deus, ut Sion sue misereatur.

Sion interpretatio & quid significat?

Babylon quid significat? Psalm. 16.

Psalm. 67. Expo.

Littera.

Tribulatio huius uitæ parit futurum gaudium.

Præsis gaudiũ future pœne minuũ est.

nes, satis perspicue declarat ipse dominus in euangelio suo, ubi Abraham refertur ita respondisse epulone illi opulento, qui tam mortuus atq; apud inferos cruciatibus nulli ferē dis adustus, pauperis Lazari refrigerium comprecanus est. Fili (inquit) recordare quia recepisti bona in uita tua, Lazarus similiter mala. Ideo tu cruciaris, hic uero consolatur. Deus enim pro summa pietate sua erga homines, nunq̄ non paratissimus est, ut suos ubiq; defendat & tueatur, ut suis in se super omnia confidentibus opem præstet & auxilium: quoties uidelicet uiderit opus esse, quoties suos uiderit eò miseriarum redactos, ut nisi ipse propitias manus apposuerit, illi sese à tanta angustia nequeāt extricare. Siquidem misericordia miseriæ comes est, neq; ferè unq̄ clare emergit, ubi non præcesserit aliqua calamitas. Itaq; ingruēti periculo quopiā aut hoste infestiore, semper præsto adest deus, ut milites suos fortiter cōtra aduersarios muniat & defendat. Quemadmodum & olim etiam populum illum suum israeliticum ualidissime & plane manu forti & brachio excelso, aduersus tam obstinatā Pharaonis sæuitiam tutatus est. Sis igit pius, sis dictis factisq; iustus, sis denicq; dei seruus: & ipse te de omni discrimine facile eripiet. Quod & hic idem propheta alibi attestatur, ita scribens, Clamauerūt iusti & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iusti fuerunt illi tres pueri Hebræorum, quibus iniustus ille ignis cedere coactus est. Nam sæuissimus ille tyrannus Nabuchodonosor, publico decreto statuerat idōlum quoddam suum, diuino cultu adorandū esse. Et quandoquidem nō deerant hi tres ex hebræo sanguine, qui huic tam impio idōlolatriæ scelori consentire noluerunt: decreuit impiatus rex edictoq; minabūdo constituit igneam quandam fornacem fieri, in modum scilicet putei cuiusdam subterranei, adeo quodam feruidissimi ignis incendio plenam, ut & ipsi flammarum globi penè in cœlos usq; assurgerent. Cui tantus & tam incredibilis ardor inerat, ut nemo usq; omnium mortalium illi appropinquare ausus erat. Vbi primū

Luc. 16.

Misericordia semper aderit, ubi fuerit calamitas aut miseria.

Psalm. 33. Expo.

Tres iustos pueros in eo anno misericordes deus liberauit.

Iustos semper deus misericorditer liberat.

Y.

ergo dies constitutus aduenisset, ubi iam ignis esset apparatus, conueniunt illuc ad præfixum locum populi uniuersi, clanguit tubæ, litui insonant, mox tota turba in genua procumbit, miserũ illud idôlũ adoraturа: tres tamen illi prædicti è tanto numero inuenti sunt, qui ueri & unici dei zelo exciti, non dubitarũt tam impium & blasphemum scelus profuse irridere: quare, iuxta minas tyranni edicti impietatis accersiti, in ardentem ignem crudeliter præcipitati sunt. In tanta tamen afflictione positi, ẽp primum ad dominum clamauerũt: & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus suis liberauit eos. Quo facto, euestigio tantus incẽdii globus illis refrigescere cœperat, flamma tam subito mitigata est, ut tres illi pueri nõ solum huc illuc per totam fornacem illæsi & indemnes obambularent, sed etiam cum maxima uoluptate laudantes & benedicentes deum. Clamauit etiam & iustissimus Moses ad dominum, in lõgo illo & tam laborioso itinere dum sub ducatu suo populus ille Israeliticus, tot periculis angustiisq; non semel infestaret: nec unq; frustra clamasse permissus est, sed statim misericordissimus deus ad clamorẽ ducis, populum liberauit. Clamauit idem non semel hostili bello non leuiter grauatus: & quia iustus erat, ita semper exaudiri meruit, ut in eius gratiam populus è graui aduersariorũ manu tempestiue sit ereptus. Clamauit & sanctus Daniel, iussu sæuientis tyranni intrusus in carcerẽ, atq; adeo in ipsam famelicorũ leonũ caueã laciũq; nec citius diuinum auxilium implorauit, ẽp á propitio domino à frendentibus beluarum dentibus incolumnis sit seruatus. Clamauit item Ioseph ille innocentissimus, dum sceleratissimæ mulieris accusatiõe oppressus, carcerem commereri putabatur: nec finit clæmentissimus dominus tam inuictam pudicitiam irremuneratam iri: quin ubi commodum uiderat, ab ergastulo cum summo honore eripiendum curaret. Clamauit Susanna, per duos impudicissimos sacerdotes in iudicio per falsum testimonium penè cõdemnata: sed dominus mãifq; innocentiam deserit, uoce pueri Danielis

Psalm. 33.

Moses iustus exauditus est.

Daniel exauditus est, quia iustus.

Ioseph etiã iustus exauditur.

Susanna exauditur.

nielis mirifice excitata, eam cū ſumma ſua laude liberauit. Quin & pſaltes hic noſter clamauit ad dominū, quo tempore populus eius à peſtilentia miſerabiliter eſt deuaſtatus: & mox tanta plaga inerudeſcere deſiit. Clamauit Iudith ut benignus dominus ciuitatem ſuam tutam ab hoſtili irruptione eſſe ueller & dominus tutatus eſt eam. Clamauerunt & ipſi Apoſtoli, quando exorta tempeſtate in pelago, ipſi haud leui diſcrimine periclitarentur: & quia iam in anguſto poſiti, non oblui ſunt deum inuocare, nec ipſe ſane ut eos exaudiret, oblitus eſt. Sed quid hæc paucula impreſentiarum perſequi opus erat, quum per totum ſacræ ſcripturæ proceſſum, omnia plena ſint huiuſmodi exemplis, quibus ſatis cunctis mortalibus innoteſcere opinor, quomodo benigniſſimus dominus iuſtos ſuos ab anguſtiis & tribulationibus ubiq; uindicat, aſſerit, atq; conſeruat. Accingitur uiuas in deo, fac uiuas pie, iuſte & innocenter, fac recte te geras coram deo & hominibus: & urgente neceſſitate audacter & cū fiducia deū inclamato, & ne dubita quin dominus ſtatim & exauditurus, & protinus etiā ab illis (quibus teneris) malis liberaturus ſit. Verum hic forſitan dicturus es, ego aſſidue ad deum clamo, hactenus tamē nihil ſenſi remedii, nondum ab iſtis moleſtiis & malis quibus premor, me eripuit. Illius legem & præcepta obſeruo prouiribus: non ſum mihi conſcius alicuius delicti, prēſto quod poſſum prouiribus pārere ut deo placere queam: nihilominus tamen in maximis rerū anguſtiis collocor & uerſor miſer: non ceſſo clāmare ad dominū, at ille mihi minime intendit, non uides quot obruor miſeriis, non reſpicit deiectum, non audis uociferantem, non liberat afflictū. O homo, qui ut iſtuc cogites, animum induxiſti tuum, noli unq; de diuinis promiſſis aut timere aut dubitare, noli de bonitate eius deſperare, de illius certo adiutorio noli quicq; ambigere, ne diffidas illius miſericordiæ. Siquidem, eruet te ab ærumnis tuis, etſi fortaſſis non hic corporaliter, certe ſpiritualiter id facturus eſt, quod tibi longe tum utilius erit tū efficacius. Nā qui tres pueros

Dauid.

Iudith.

Apoſtoli

Z.

Vt uiuas, ut dignus ſis amico dei.

Stulti deum de inſerioribus arguunt.

Sepē Machabeos quomodo deus liberauit.

è medio flammarũ eripuit: an non idem etiam septem illos Machabæos fratres, una cum matre illorum raptos ab ardente rogo tutatus est? Nonne ut illi in ardente fornace hymnum deo cecinerunt, ita & isti quoq; in maximis cruciaminibus detenti, deũ sedulo laudauerunt? An nõ is qui trium puerorum deus est, idem etiam Machabæorum deus est? Nunquid illos ita ab anxietatibus eripuit, ut istos ne eripiat quidem? An alteros tutatus est, alteros uero deseruit? Imò utrosq; profecto utrosq; tam mirifice à duriſsimis illis tormẽtorum machinis liberauit, ut plane declaret se utrorumq; deum esse, nec unq; deserturũ quenq; qui iustus fuerit, ac totam spem suam in eum collocaret. Tres autem illos sic intactos ab incendio communiuit, ut qui persequuti sint eos, penitus confunderentur. Machabæos quoq; ita saluos esse uoluit, ut illorum tortores tum demum maiores etiam pœnas sentirent, quum sperarent potiſsimum se martyres dei subito oppressuros superaturosq;. Idem dominus Petrum quoq; è carcere & carceris diuinius eruebat, tunc quando angelus è supernis missus uinculũ Apostolũ uisitauit, solutisq; ferreis uinculis ita iacẽtẽ admonuit Surge uelociter, & ceciderunt catenæ de manibus eius, Actu. 12. Demptis itaq; ligamentis, abiit Petrus liber quo uoluit. Sed quomodo tunc fit, ut quum hic dominus Petrum à uinculis liberet, postea ab infami crucis patibulo non liberauerit? Vnde factum est ut tunc ab ergastulo eruerit, nunc à probroſissima morte non eruat? Ita ne tunc eruit, ut nunc non eruat? Profecto multo efficacius eripuit pium discipulũ suum hic in infami cruce mortem patientem, q̃ fecerat pridem in carcere dũ à uinculis tantum ademerat. Siquidem tunc tantum à portiuncula miseriarũ liberauit dñs deus, & ita liberauit, ut uel in eam uel in maiorem aliquam calamitatem mox incidere potuiſſet: nunc uero ita ab omni grũnarum periculo in totum exemit, ut ab omni prorsus tribulationis insulau, semper liber euadat. Ad hunc itaq; modum diuinam misericordiam pensita, quisquis es, qui pœnam hic temporalem

Petrus à carcere liberatur, non a cruce.

sustines:

ſuſtines: qui miſerias, qui tribulatiões, aduerſitates, uariaq; id genus infortunia pateris. Ne ceſſes aſſiduis precatiõibus, piiſq; clamoribus pientiſſimum IESVM ſolicitare, ut ab his te grauaminibus eripiat. Q2 ſi forſitan quoties uelis nõ eripiat, noli iccirco ſpem abiicere, noli deſperare de diuino auxilio. Sed reminiſcere ſemper deum ipſum medicũ quidem eſſe, neq; ſane uulgarẽ quales cotidie è triuio prodeunt, ſed plane unum omnium longe præſtantiſſimum, utpote, qui nõ ſolum omnia morborum genera ad unguem nouit, ſed & antidota quoq; appoſitiſſima applicare nouit. Is ergo talis quum ſit, uidet fortaſſe aliquid ita in tec om putruiſſe, ut plane uideat opus fore maiore aliqua purgatione priuſq; ad integrũ rurſum conualeſcas. Proinde ſi ſalutem quaeras, oportet ut tam docto tum pareas tum confidas. Aliquando enim ita te liberat, ut feruentiore quadam charitate & amore erga eum exardeſcas: aliquando ut cæteri uidentes hanc dei erga te clæmentiam, ad amandum deum pelliciantur, ut reti illo euangelico inter bonos mali etiam contrahantur, deniq; ut ipſe deus glorificetur, ut æquum eſt, ſuper omnia. Interdum diuinæ prouidentiæ, quæ omnia rectiſſime gubernat & ſuauiter diſponit, aliter uiſum eſt: nempe aliquoties in corpore non liberare, quo in mente abſolutius ſaneris. Sinit nonnunq; ſuos hic in terris uariis caſibus iactari, quo in cœlis ſecum quieſcant: hic non raro infortuniis opprimi, ut in cœlo perpetuo triumphent: hic nullo nõ tribulationis genere tentari, quo apud ſuperos maiorem gloriæ coronam conſequantur. Quare hoc tibi perſuaſiſſimũ habe, deum electos ſuos ſemper exaudire: ſemperq; ita à malis liberare, put ipſe pro inexhauſta ſcientia ſua nouerit illis maxime conducere. Porrò aut id quod petis tibi elargit, aut cerne aliquid tibi conducibilius eò quod petieras, tibi reſeruãdum curat. Neq; ſane ſemper maximam indulgentiam ſuam declarat, quoties corporaliter curat aliquem liberandum: ſed profecto miſericordiam ſuam nõ multo inſignioré reddit, quando ſic in corpus hoc animaduertit,

Implorandæ diuinæ miſericordiæ, ut te ab æruminis eripiat.

Deus medicus præſtantiſſimus, cur non ſtatim ſanat?

Deus curat nunc in corpore, nunc in anima liberat.

Deus cur ſinit ſuos hic cruciari?

Quomodo deus ſemper ita exaudit ſuos, ut rogatum det aut melius.

ut

ut anima libera & exors ab omni supplicio euadat. Hinc est q religiosissimi patres maiores nostri assidue clamitarent: Hic ure, hic seca, ut inæternum parcas. Cæterum ut rursus ad Sion, unde iam digressi sumus, quasi postliminio reuertamus: sciendū est Sion (iuxta historiam) editiorem eminentioremq; partē fuisse urbis Hierosolymitanæ, locus multo omniū tum pulcherrimus, tū amœnissimus, tum demum & tutissimus quoq;. Nimirū ubi erat arx ipsa & propugnaculum totius ciuitatis à Dauide rege cōstitutum: unde uelut e sublimiore specula aut frōtispicio, licuit areas ille ac, pfligasse, si qui forsan hostili manu grassantes, urbi quicq; inuidiarū molirentur. Istiusmodi Sion, ecclesiam hanc inferiorē, nempe militantē haud absurde repræsentat: utpote quæ & munitionis locus est, & etiā salutis est & saluationis. Quia intra ecclesiæ septa ita omnis salus cōstituitur, ut extra eam nec sit spes ulla salutis, nec ullū quo te recipias, profugiū. Sion erat olī locus tutissimus urbis longe tutissimus, locus inexpugnabilis & plane primæ fortitudinis: & ubi hodie quæso moretur quispiam tutius aut securius quàm sub protectione alarum huius militantis ecclesiæ? De qua multis etiam antea sæculis ita uaticinatus est propheta Esaias, Vrbs fortitudinis nostræ Siō. Et rursus alius uates, In monte Sion erit saluatio. Hic est ille mons dei pinguis & coagulatus, in quo nemo unq; periit, aut perire potest: & extra cuius præsidium atq; munimētum, nullus unq; saluabitur. Ista Sion, quam modo ecclesiā hanc militantē referre docuimus, aliud nō est, q; sancta illa omniū fideliū congregatio, q; uniuersa Christianorū multitudo unoſpiritu unanimiq; consensu in idē loci collecta. Hanc itaq; tā munitā arcem, hoc tam forte urbis huius propugnaculū, hūc tā ędituū montē Sion & ciuitatē dei uiuētis, ad quā patres nostri gloriosē accesserūt, hanc tā ualidā CHRISTI ecclesiā, si quis improbus aut male sanus hostis expugnare conet: certe oī expectatione sua frustratus, se in cassum laborasse inueniet, uiresq; suas penitus inaniter cōtriuisse. Quare sæuiat mare quantū potest, insurgatq;

Augustin.

Sion eminentior arx Hierusalem.

Extra ecclesiā non est salus.

Sion sicut loci tutissimus erat, ita & ecclesia.

Esa. 26.

Abdia.

Psalm. 67.

Sion mons pinguis & coagulatus.

C.

D.

insurgatq; q̄ potest immanissime fluctibus suis hanc petram obruturus: petrā tamen dimouere nullo unq̄ quo ualebit. Insurgant fluctus, concitentur uenti, hęc tamen CHRISTI nauicula lōge supra omnes iniurias collocata, nunq̄ nec obrui nec demergi poterit. Singularem huius ecclesiæ gloriam effusissime describit beatus Ioānes in apocalypsi sua, sub imagine mulieris cuiusdam & formosissimæ & pariter ornatissimæ, ita inquiens. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius: & in capite eius corona duodecim stellarum, & habens in utero, multiplices quidē & salutares fœtus. Quæ quū partiē di tempus aduenerit, parturiet partū longe fœlicissimū, certe uirtutes omnes: in hoc, ut non aliunde, sed e saluberrimo fructu uenetris illius pasceremur ac uegeti in CHRISTO efficeremur. Quod autem sole amicta legitur: non aliud intelligi datur, q̄ incomparabilis illius pulchritudo & gloria, q̄ uarietas illa & exuberantia omniū uirtutū in hac dei ecclesia regnantiū. Luna uero illa quę sub pedibus eius esse dicit, significat ipsi rebus hisce mūdanis, rebus inferioribus, rebus sublunaribus, hoc est mortalibus, caducis & transitoriis penitus renūciare, aut saltē renunciare debere: carnē, & oēs eius cōcupiscentias repressisse, sub pedibusq; omnino cōculcasse. Et q̄uis fieri posset, ut hoc uel illud membrū huius tam populosæ ecclesię deuio errore mundi huius aut carnis cursum insequat: uniuersalis tamē ecclesia quatenus ecclesiæ nomen meretur & agnoscit, nūq̄ ita terrenarum rerum lenociniis abduci potest, quin mundum hūc atq; uniuersam illius gloriam, uniuersam pompam ac blanditias eius contemnere queat: nunq̄ ita corpori atq; corporalibus indulget uoluptatibus, quin omnes carnis illecebras, quin omnes sensuum pruritus ac brutos motus damnare possit, atq; ita coercere, ut ne tantillum quidem contra spiritum ferocire audeāt. Postremo, & in capite eius corona inerat duodecim stellarum: quæ satis apposite collegium illud duodecim Apostolorum significare potest. Qui per uniuersum orbem

Gloria ecclesiæ Christi.

Apoc. 12. Expo.

Mulier amicta sole, ecclesiam significat.

Luna sub pedibus mulieris quid significat.

Duodecim stellæ in capite mulieris quid significent.

bem, qui per omnia mundi climata, fidem CHRISTI prædicaturi erant, qui uirtutes oēs cæteraq; omnia quæ ad fidem spectant, essent edocturi: quibus ipsa ecclesia ceu gēmulis quibusdā splēderet, ceu pulcherrima ac ditissima corona, foret adornāda. Hæc eadem ecclesia aliquando orthodoxa, aliquando uero catholica cognominatur: ut per has particulas, tū ab erronea malignantium ecclesia, tum etiam à priuatis hæreticorum conciliabulis distinguatur. Siquidem id græcis ὀρθόδοξον dicitur, quod certæ ac rectę cuiusdam opinionis sit, quod de omnibus fidei articulis recte sentiat, quod ab omni errore sit longe semotissimū. Præterea καθολικὸν latinis uniuersale sonat, eo quod ecclesia una sit, omnibus fidelibus ex æquo cōmunis, q; per totum terrarum orbem sit uniuersalis, & per omnes mundi partes uniuersaliter diffusa. Quum contra illæ hæreticorum ecclesiæ, seu magis diaboli cōciliabula in diuersis orbis angulis coartentur, in secretis ac solis locis habeantur: quum in latibulis, speluncis, memoribus seorsim latitent, non audentes uenenum illud suum in propatulo profiteri. Eoq; hæreticis pessime sibi conscijs peculiare sit tenebras petere, hominumq; frequentiam conspectumq; certatim abhorrēre: id quod dominus testatur, Omnis qui male agit, odit lucem. Cæterum ecclesia catholica quandoquidem ab initio usq; in hunc diem sine omni macula rugaq; permanserit, semper aula est faciem suam ubiq; & citra omnem trepidatiōem patefaceret. Vnde factum est ut intra breue tempus per omnes mūdi plagas & pariter diffusa sit, & etiam ingēti plausu ab omnibus excepta. Cuius rei uel diuus Paulus satis idoneus testis extiterit, ita Romanis scriptitans, Gratias ago deo meo pro omnibus uobis: q; fides uestra ānunciatur in uniuerso mundo. Atq; de hac uniuersali ecclesia, huiusmodi mentionē facit Dauidicum uaticinātē, cui, dictante spiritu, omnia nuda erant & aperta. Astitit (inquit) regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circūdata uarietate. Ecclesia autem non immerito regina dicitur, ratione uidelicet celeberrimæ

Ecclesia uera ab ecclesia malignantium distinguitur.

Ecclesia cur orthodoxa dicatur?

Ecclesia cur catholica dicatur?

Ecclesia hæreticorum.

Ioan. 3.

Rom. 1.

Psal. 44. Expo. Ecclesia regina nuncupata.

F.

illius

illius desponsationis, quia CHRISTO est desponsam: quæ omnium regũ regi, regalibus nuptiis est copulata. De quibus nuptiis in aliquibi meminit Apostolus Paulus. Despondi enim uos, id est fideles omnes qui sub hac ecclesiæ catholicæ unitate continemini, uni uiro, IESV CHRISTO, uirginem castam exhibere CHRISTO. Hæc eadem ecclesia est regina illa, quæ perpetuo astat ante deum ut uelut officiosissima sponsa ad sponsi nutũ ei inseruiat, ut illius uoluntati in omnibus obsequatur. Stat enim ecclesia fixis uestigiis ante faciem CHRISTI sui, unum illum memore mente perpetuo reuoluens, unum illum incredibili & amore & honore prosequens, unum illum summa pietate & reuerentia ueneratus & exaltans. Cuius & hæc cantilena est, apud diuinum psalmographũ. Prouidebam (inquit ecclesia) dominum in conspectu meo semper. Stat & à dextris quoq; hæc tam regalis matrona, dextra allidet omnipotẽti sponso: uel ut summo honore ac primo loco apud dilectũ suum digna uideat, uel ut semper præsto & ad manũ sit, quo se deo in omnibus obsequiosam, quo se supplicem, morigeram, eiusq; mẽnti in omnibus negociis accommodam & obsecundantẽ declarẽt. Vt omnino parata sit, quo illius incomparabilem honorem cæteris rebus omnibus cum cœlestibus tum terrenis præferat & anteponat. Parata semper, ut uetus fœdula interuenerint, causas filiorum suorum ac membrorum in CHRISTO, apud summũ illum & dilectum sponsum ꝙ expeditissime soliciteꝫ & agat. Cuius piæ cõstitutiones ac postulata, haud dubie in primis respiciuntur apud deum. Et licet non raro accidit, ut membra illa quæ deo preces fundunt, peccato nõnunquam teneantur: tamen ipsa ecclesia cuius membra fideles homines sunt, caput autem CHRISTVS: ipsa (inquam) tam ab omni peccati contagione prorsus immunis, ut nec uel minimum ruguli aut macula cõtrahat unq;. Proinde si huius ecclesiæ pias precationes, scelera hominũ non sustinuissent, si huius sacrificia ꝙ sufficerent quæ pro hoc mundo CHRISTI corpore cotidie fiunt, non

2. Corin. 11.

Psalm. 15. Ecclesia stat à dextris dei.

Nisi essent ecclesiæ suffragia, mundus citius periret.

mitigarent ac remorarent iram diuini numinis: certe totus mun-
dus irrecuperabiliter longe ante hac interiisset. Quandoquidem
Ose. 4. Non est ueritas, non est misericordia, non est scientia dei inter-
ra: sed maledictum & mendacium & homicidium & furtum &
adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Ecclesiæ
tamen deprecatio nũq̃ non exaudiuit apud deum, si persona illa
pro qua oratur, in eo adhuc statu existat, ut diuinæ gratiæ fuerit
capax: nec dum uelut mortuum membrum ab ecclesia rescinda-
Hester. 8. tur. Huius reginæ typum gessit olim & ipsa regina Hester. Vt
Hester figura ecclesiæ. enim illa olim ornata & decora ualde astitit ante Assuerum spõ-
sum suum, sic illius animo per omnia perplacens, sic blandis pre-
cibus demulcens, ut liberationẽ generis sui obtineret: ita ad eun-
dem modum sancta mater ecclesia nunq̃ cessat orare apud cle-
mentissimum CHRISTVM suum, nunq̃ omittit intercede-
re, nunq̃ efflagitare desinit: ut sui clientes & filioli, hoc est electi
dei, è manibus diaboli liberentur, ut ab interitu animæ atq̃ æter-
na morte tuti euadãt. Nec unq̃ fert repulsam petitionis suæ, quin
certe obtineat quicquid ab amantissimo sponso rite efflagitat.
Quod si huius rei exemplũ quæras, fac memineris historiæ illius,
Actu. 12. quæ in actis Apostolorum memorantur. Quo tempore Petrus
inuidia Iudæorum oppressus, in carcere seruabatur: Oratio fie-
Ibidem. bat sine intermissiõe ab ecclesia ad deum pro eo. Cuius efficacia
tanta fuit, ut angelo ministro, non solum è uinculis & carcere, sed
etiam ab omni expectatione Herodis & plebis Iudæorum libe-
Officium alio quando causa est, ut oratio exaudiatur. rari meruerit. Et licet interdum membra illa ecclesiæ, à quibus
uel precatio fundit uel offertur sacrificiũ, ex sese peccatores sint:
tamen nonnunq̃ fit, ut uel ordinis uel officii sui nomine, exaudi-
Ioan. 11. antur. Legitur enim in euangelio, Caypham improbum & im-
purum hominem prophetasse, necessium fore, ut unus moreretur
pro populo, ne tota gens periret. Constat autem prophetiæ do-
num à spiritu sancto proficisci, negatumq̃ esse malis ostibus: quã
in maleuolã animam non introibit sapientia. Constat itidem &

Caypham

Caypham nepharium fuisse hominem: unde ergo tam malo, tam
» bonum dei donum? Respõdet euangelista, Q2 esset põtifex an-
» ni illius. Adeo ut perspicuũ sit hunc Caypham non sui ipsius cau-
sa, sed potius pontificatus gratia quem gerebat, uaticinandi mu-
nere donatũ extitisse. Vnde satis ualidum argumentum sumi po-
test, preces illas, sacrificia siue suffragia, quæ à sacerdotibus cæ-
terisq; ecclesiæ ministris pro salute populi passim fiunt, licet for-
san pro meritis autorum non continuo exaudiri mereantur: ta-
men uirtute officii illius quo funguntur, deo plurimũ comendari.
Cæterum si adhuc fortassis ex his quæ diximus, uix satis edoctus
sit quispiam quantæ uirtutis pariter & efficaciæ sit hæc publica
ecclesiæ oratio: uel hinc saltem colligat, animumq; suum hoc ar-
gumento suffulciat, quod modo subnectemus. Neminem esse o-
pinor cui non compertum sit, multas multorum preces sæpenu-
mero exauditas fuisse, etiam quum ipsi priuati & singulatim pro
se quisq; orauerit, nullo nec ordine nec officio commendati. Q2
si ergo unius membri deprecatio exaudiri tam crebro meruit:
quis crederet possibile futurum, ut id à benignissimo IESV
negaretur, quod ab ecclesia uniuersali precando postulatur? In
qua tam multiplex sanctorum numerus existat: in qua tot & tam
pii ac deuoti uiri famulantur, é quorum grege non dubium est,
quin non pauci non exiguum dei fauorem sibi sua uita cõsequuti
sunt. Vsqueadeo ut diuus Hieronymus nihil hæsitanter pronun-
I. ciare audeat: Impossibile esse multorũ precel non exaudiri. Nõ
immerito itaq; hæc incomparabilis regina quum tantæ dignita-
tis & autoritatis sit apud sponsum suum deum, illi è dextris asti-
terit: quum ad sinistram synagoga reiecta fuerit, nempe q̃ tempo-
ralia tantum commoda respiciebat, quæ per sinistram significã-
tur. Ecclesia uero conuersa, in rebus diuinis & spiritualibus se
precipue exercitat, atq; in his rebus totũ studiũ suũ collocat, quę
ad dextram, hoc est ad uitam coelestem pertinere uidentur. Ha-
betq; in omnibus rebus agendis præcipuam curam impensis-

Hieron. Ecclesia a dex tris, Synagoga a sinistris stat.

aa 2. mamq;

mamq; animi intentionē, ad ſupernam illam & inæſtimabilem gloriam, quæ non abſurde per dextram quoq; ſignificatur. Stat igitur hæc tanta imperatrix à dextris, ſuperna illa myſteria contemplans, ſuperna ardentibus uotis deſyderans, ſuperna aſſidue docēs, ad ſuperna denicq; & ipſa totis uiribus anhelans, aliosq; ut eōdem properent, ſedulo inuitans. Nec nuda aſtat coram ſpōſo
Pſal. 44. Expo. ſuo, nō ſqualida, non neglecta, non horrida aut inculta: ſed precioſiſſimo ſane cultu ornata, ſed ueſtitu deaurato circūdata uarietate. Ornata quidem, ut tantam ſponſam decet: magnificis indumē
Eccleſia ornata. tis, ueſtibus nuptialibus & decentibus in primis. Veſtitu deaurato, hoc eſt fulgente puriſſimo charitatis, dilectionis, amoriſq; auro: quo ut deum ſponſum potiſſimum proſequitur, ita & erga filios ſuos non languide uti ſolet. Atq; hic ſane amor tam uehemēs, tam perfectus, omnibusq; modis tam abſolutus habetur: ut nullo uncq; caſu nec infringi, uiolari, aut diminui poſſit. Et quemadmodum auri lamina in ignem proiecta ſimul ardeſcere uidetur & ſplendeſcere, nec interim tamen conſumi aut lædi poteſt: ita hic amor CHRISTI & eccleſiæ tam inſeparabilis & inconſumptibilis eſt, ut quamuis ſemper indeſinenter ſimul ardeſcat & ſplendeſcat, nuncq; tamen uel atteri aut conſumi poterit. Quare Apoſtolus Paulus ubi de matrimonio uerba facit, in hūc tandem mo
Ephe. 5. Expo. dū ſubiungit. Sacramentū hoc magnum in CHRISTO & in eccleſia. Magnum quidem ſacramentum, non tam ex ſe & ſuo priuato iure, q̄ p̄ coniunctiſſimam illam CHRISTI & eccleſiæ copulam repræſentet. Quaſi diceret, deus ipſe tam tenaci uinculo eccleſiæ annexus eſt, & rurſum eccleſia illi per arctiſſimam ſacri conubii copulam, per mutuum mentis amorem, ut nulla penitus ratione ſeiungi queant. Non igitur abs re eſt q̄ Paulus hoc ſacramentum magnum appellet. Et quare quæſo magnum? Certe quia in CHRISTO & eccleſia. Chriſtus enim tā immaculatæ uirginis ſponſalia ac nuptias procaturus, ita eam blandiſſimis uerbis alloquitur, ad ſe redamandum inuitans. Veni (inquit) ſponſa mea, amica mea, columba mea: ueni coronaberis. Tanta
Cant. 4.

ergo

ergò unio inter CHRISTVM & ecclesiã intercessit, ut nullũ unq; inter eos aut dissidium aut diuortium cõtingere possit. Accessit tam certus amor, tam firma animorum constantia: ut quidquis potius q; dissentio inter coniunctissimos acciderit. Additur & ecclesiæ nuptialis uestis, ita amantis sponsi oculos oblectans, ac plena amatoriis oblectamentis, ut inter tam ardentes, tam certo stantes ac mutuo amantes, frustra expectaretur repudium. Atq; hoc est illud quod psalmista, ut supra nec minimus, dixit: Circumdata uarietate, præciosis lapidibus adornata, id est uariegata diuersis ac formosissimis omnium uirtutũ coloribus. Candet enim ecclesia niueo albore, insignis efficitur albidissimis uernantis fidei nitellis: per spem cærulea fit, per martyriũ rubicunda, ex pœnitentia carnis q; mortificatiõe pallida. Splendor eius per doctrinam emicat, per castitatem purpurat. Circundata uarietate, circũdata est insuper hæc tam præstabilis & heroica fœmina, præciosissimo illo cultu ac uarietate sepeorũ sacramentorum, quorũ munimine, ab omnibus aduersariorũ insidiis tutissima persecurat, quantumuis graues procellæ uideantur interdum hinc inde suboriri. Quod melius uallum aut aggerem diabolo opposueris, q; fortissimum illum baptismi clypeum? Cuius beneficio non solum à contracto peccato expiamur, sed etiam in collatæ gratiæ præsidio contra terrerrimi hostis insultus, undequaq; armamur: ut nihil penitus iuris in nobis sibi uendicare possit. Accedit huic & noua confirmationis gratia spiritus sanctiq; unctio: qua, contra relictum originalis peccati fomitem, ualide munimur: ne quando solicitante carne nostra, relictã Sodomã respiciamus, in peccatũ rursum relapsi. Q; si quãdo (ut heu nimiũ sæpe contingit) amissa hac innocentia iterũ in grauem uitiorum sentinam recidimus: adhuc tamen post tam periculosum naufragium, restat (ut Hieronymi uerbis utar) secunda tabula, pœnitentiæ uidelicet. Quæ rite adhibita, solitæ puritati denuo instaurari licebit. Additũ est & sacratissimum illud mundissimumq; eucharistiæ defensaculũ,

Nullam diuortiũ inter Christum & eccl siam cõtingere potest.

Varijs & uarijs modis ecclesia adornatur.

Ecclesia candida.

Varietas sacramentorum.

Baptismus.

Cõfirmatio.

Pœnitẽtia.

Hieron.

Eucharistia:

nempe ipſamet corporis & ſanguinis domini noſtri IESV CHRISTI communio: unde ita paſcimur, confortamur, ita uegeti euadimus in domino, ut omnibus hoſtium noſtrorū machinis, quamlibet capitaliter & inſidioſe ſtructis & obfirmatis, pares tamen uel potius ſuperiores eſſe poſſimus. Et ne deeſſent in eccleſia dei qui autoritatem haberent tam adminiſtrandi ſacramenta q̄ interpretandi ſcripturas, conſtitutus eſt facer ordo ac uenerabilis ſacerdotii dignitas. Conſtituti ſunt preſbyteri, diaconi, hypodiaconi, reliquiq; ſacrorū miniſtri: ut pro ſalute populi partim precum libamina offerrēt, partim quoq; ut ſacramēta, ſcripturarum myſteria, archaniora q̄ legis præcepta, plebi diſpenſanda curarent. Preſbyterium ergo in hoc conſtitutū eſſe conſtat, ut exactam ſcripturarum notitiam poſſideret, ut omnia legis decreta & edicta ad manum & in parato teneret, ut ad ea promiſcuæ multitudini declaranda nunq̄ non eſſet paratiſſimus ſacerdos, ut quoties perplexum quid, ſcrupulus intricatior aut inſolubilior nodus in ſacris occurreret, eſſet idoneus qui nodū explicaret, qui oīa aperire norit quæcunq; animæ ſaluti conducibilia uiderentur: qui eo ſcientiæ ac diſcretionis peruenīſſet, ut inter lepram & lepram facile internoſcere intelligeret. Sed o uos primarii ac principes uiri, o uos magnates & claro loco nati, quibus deus ipſe pro infinita bonitate ſua facultates plurimas largitus eſt, quibus cōceſſit latifundia plurima, poſſeſſiōes amplas, nec minora patrimonia, pro quorum haud dubie uſu aut abuſu aliquando ſtrictiſſimam ratiōem reddetis: uos inquam uos o uiri nobiles, potiſſimum in cauſa eſtis, q̄ hodie tanta doctorū preborumq; ſacerdotū raritas reperiatur in hac dei eccleſia. Siquidem uobis ſatis uidetur ſacellanis ueſtris uel maxima ſacerdotia contuliſſe, interim parum aut nihil cogitantibus, aut q̄ idoneus aut q̄ habilis ſit, quem tātæ curæ præficiis: aut qualis debeat eſſe is qui illi gregi dux & antefignanus conſtituendus ſit, quē Chriſtus ipſe non alio pretio q̄ pretioſiſſimi ſanguinis ſui diſpendio,

Ordo.

Principes & magnates in cauſa ſunt cur improbi & indocti habeamus ſacerdotes.

M

N.

è naſſa

è naſſa diaboli redemptũ uoluit, & cuius ſanguinem (ſi forte fortuna iam ſecundo pereat) de manu ſacerdotis haud dubie ſit requiſiturus. Vobis tamẽ ſatis eſt, ut exiſtimetis eſſe ſcilicet ſacellanum ueſtrũ, quem tam arduo negocio ac perplexo periculo inſtrudatis. Quum nihil omnium minus perſi uobis fuerit, q̃ ut uel ad hominis uirtutem uel doctrinam reſpicianis: nihil curantes, aptus ne an ineptus ſit ad tantum miniſterium tantumq̃ officium rite peragendum. Atq utinam publica plebis calamitas nõ ederet magna ex parte eſſe tãtæ prouinciæ ineptos. Vtpote quorum ignorancia fieri uidemus, ut miſeri populi indies de animabus ſuis partim periclitentur, partim intereant: quorum negligẽcia ille prædonum maximus, in gregem CHRISTI grauari ac deſæuire permittitur. Iſti ſunt muti illi canes & neſcientes latrare, quos tantopere deteſtatur prophetæ; qui ueniẽte lupo diffugiũt, ac puſillum gregem raptori decerpendũ deſerunt. Nullo paſtorali munere nec fungi uolũt, nec ſi uelint poſſunt. Neq enim noruine palabundũ armentum, errantem gregem, ſi forte è propria paſcua latius deuageatur, fiſtula reuocare: neq oues ſuas de facie cognitas habent. Non compellant nominatim, non monẽt, non hortantur, non conſulunt, non ſuccurrunt periclitanti. Quapropter nulli mirum uideri debet ſi miſerabilis grex ſic à paſtore ſuo deſertus ac proditus, miſere pereat atq ruat in permitiẽ præceps. Sed uæ paſtori illi, qui tantæ cladis autor fuerit, uæ illi qui tot animas ipſius CHRISTI ſanguine redẽptas, ſua ſcuria atq inſcicia, diabolo commiſerit. Cerus ſit qui talia fecerit, ſe pro populi ſanguine reſponſurum, ſe pro commiſſi gregis nece exactiſſimam redditurum rationem. Sed neq is ſolum ad hanc tam duram ſuppurationem adigetur miſer, ſed tu quoq nihilominus qui illi patronus es & ſuffragator: quãdoquidem penes te fuerat hãc tam arduam prouinciam in alium ſacerdotem collocaſſe, qui & tantæ curæ obeundæ magis idoneus eſſet, profectuiq̃ plebis ſibi tradendæ rectius cõſuluiſſet. Certe erit anima tua pro anima illius,

Lapſus populi declarat ignorantiam ſacerdotum.

Eſa. 56.

Ioan. 10.

N.

neq; exigua portio sceleris illius in caput unum redundabit. Sed de ordine hactenus. Neq; deerit huic tám magnificæ dñæ, etiam matrimonii sacramentum. Quo cõferatur gratia excusans ipsum generandi actum, efficiensq; ut sit (quemadmodũ Paulus uocat) honorabile cõnubium, in omnibus thorus immaculatus. Postremo autẽ loco accedit & extremæ unctionis præsidiũ, quo animæ è corporis habitaculo euolaturæ, contra tentationes omnisq; aduersariorũ iacula adarmatur. Id quod epistola diui Iacobi facile perspicuum facit, ubi ait Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros ecclesiæ & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Verum non solum hac tám forti & impenetrabili sacramentorum lorica circũuallata est hæc tã insignis heroina atq; augustissima imperatrix, sed & aliis quoq; diuersorum stanuum gemmis, uariorum ordinũ & sexuum margaritis. Porrò circundata est speciosissima uirginum uarietate: circumsepta est uiduarum caterua, stipata est undiq; ingenti multitudine continentium, coniugatorum, hæremitarum, prophetarum, apostolorum, euangelistarum, martyrum, confessorũ, ipsius maximi pontificis, cardinalũ, episcoporũ, doctorũ, prædicatorũ, religiosorũ, decanorũ, archiepiscoporũ, archipresbyterorũ, archidiaconorũ, aliorumq; sacerdotũ. Quemadmodũ & ex alia parte circumcincta est inclytissima imperatorum maiestate, sacrosancta autoritate regũ, principum, ducum, dominorum, equitum auratorum, actiuorum, contemplatiuorũ, artificum, opificum, pœnitentium, aliisq; id genus ordinum aut dignitatũ uarietatibus. Circundata est insuper & linguarũ quoq; uarietate, dũ uersantur in ecclesia Græci, Latini, Hebræici, Scythæ, Indi, Aethiopes, Romani, Galli, Angli, Hispani, Germani, Scoti, Daci, breuiter ex oĩ natione quæ sub cœlo est, plurimi. Siquidem (ut testantur acta Apostolica) fuerunt Hierosolymis religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est. Circũdata est ecclesia, & alia

Matrimonium.

Hebræ. 11.

Extrema unctio.

Iacobi 5.

Ecclesia uarietate statuũ & dignitatum ad ornatur.

Varietas linguarum.

Actor. 2.

adhuc

adhuc uarietate diuersa cultus atq; cæremoniarum amictura, uarioq; laudandi sponsum more & consuetudine: dum alii cantant, alii psallunt, legũt alii, alii clara uoce orant, alii tacite contemplãtur. Rursus alii stant precantes, alii sedent, alii in genua procumbunt, aliiq; aliis laudandi gestibus utuntur. Cæterum ipsa ecclesia semper una est, quantumuis late per totum orbem fuerit dispersa, quantumlibet diffuse per membrorum multitudinem propagetur. Nam quemadmodũ radii solares multi admodũ existunt, ipsum tamen solis unicum lumen: & sicut unius arboris plurimi diffunduntur rami, quum sit interim una tantum arbor: denique ut ab uno fonte riuuli q̃ plurimi dimanant, quando non sit nisi una scaturigo unde tot fluenta enascantur: ita quantumlibet multiplicia dispergantur ecclesiæ membra, nunq; tamen plures esse possunt q̃ una & eadem ecclesia. Quia tametsi numerositas diffusa uideatur largitate exundantis copiæ, unitas tamen seruat in origine. Auelle radium aliquem solis á reliquo corpore, & nullus non amplius lucem à sole capiet. Abrumpe ramum aut frondem aliquam ab arbore, nec abruptus denuo poterit repullulare uel emittere germen. Detrahe a fonte riuulum quempiam, & detractus exiccabitur. Consimili modo & ecclesia ipsa radios lucis suæ splendidissimũq; luminis iubar, per uniuersas mundi plagas porrigit, transmittit, & diffundit: sic ramos suos ac frondes passim expandit atq; dispergit, sic riuulos suos atq; scaturigines per totum usq; terrarum orbem diffundit atq; deriuat: quum tamen interim non sit nisi unica tantum lux, fons unus, caput unũ, una scaturigo, una mater, una ecclesia. Cuius filioli nos oẽs sumus, cuius mamillas, omnes sugimus. Cuius dulcissimo lacte, omnes pascimur & enutrimur: in qua & per quam omnes in hanc lucem producimur, uiuimus, & uegetamus. Hæc quum sit unica & eadem castissima CHRISTI sponsa, nec ullo adulterio pollui potest, nec errore deuiare. Nec mirum, quando illa una sit omniũ longe incorruptissima, castissima, & pudicissima. Illa unũ solũ spõsum agnoscit,

Varietas cultus & cæremoniarum.

Ecclesia semper una.

Eccl: fit mater omniũ saluandorum.

agnoſcit, nempe deum: unum caput, unam domum, unum thalamum, unũ thorum: ſed eum omnino immaculatiſſimum, ſacratiſſimũ, ſynceriſſimoq; pudore uernatiſſimum. Hæc eſt illa ſacro-
1. Tim. 2. ſancta mater noſtra, cuius priuilegio, cuius præſidio & interceſſiõe, oportet nos omnes ſaluos fieri, aliõqui imperpetuum damnandos. Quandoquidem quiſquis ad hanc eccleſiam non perti-
Extra eccleſiã non eſt ſalus. net, is ne ad deum quidem pertinebit. Cuicunq; hæc eccleſia mater non fuerit, huic ne deus quidem erit pater. Quicunq; extra hanc eccleſiam deprehenſus fuerit, de hoc non eſt amplius ſpes ulla, quo minus funditus pereat. Sicuti olim ſub illo uniuerſali diluuio & publico totius orbis cataclyſmo: reliqui omnes inundatione perierunt penitus, quotquot intra Noe archam nõ continebantur. Q; ſi qui extra nauim illam non euaſerunt, quin ad unũ fuerint demerſi: certe nec hodie euadet quiſpiam, qui ſub alis huius eccleſiæ ſanctiſſimæ ipſius CHRISTI ſponſæ non recubuerit. Quiſquis huic aduerſatur, eundem & Chriſto aduerſari neceſſe eſt. Quod & ipſe dominus in euangelio ſuo ita ingenue
Matth. 12. affirmat. Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui mecum non colligit, diſpergit. Cui loco & Apoſtolus quoq; ſuccinit, ita ſcribens. Vnus deus, unus dominus, una fides, unũ baptiſma, id eſt
Ephe. 4. Expo. una ſolũmodo eccleſia. Siquidem eccleſia adeo una eſt & indiuiſibilis, ut à nullis hactenus nec hæreticorum factionibus conuelli,
Eccleſia una & indiuiſa. nec à ſchiſmaticis diſcindi potuit. Cuius tam immota unitas in euangelio ſub typo quodam & figura demonſtratur. Porrò quẽ-
Tunica inconſutilis eccleſiã figurat. admodum tunica illa inconſutilis dñi noſtri IESV CHRISTI adeo omnino manſit integra, indiuiſa, & inſciſſa: ut & ſortes de ea miſſæ fuerint, quiſnam eam potiſſimum integram, indiſſectam ac indiuiduam ſortiretur ac indueret: ſic & eccleſia fidelium perpetuo remanſit inuiolata, inconcuſſa, omnibus uere Chriſtianis ſolide & integre inuenda. Cæterum quomodo hæc Q;
Ioan. 19. inconſutilis tunica ſic illæſa ſeruata ſit, ita enarrat Ioannes euangeliſta. Milites ergo quum crucifixiſſent IESVM, acceperunt

ueſtimenta

» uestimenta eius (& fecerunt quatuor partes, unicuiq; militi par-
» tem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis desuper cõtexta
» per totum. Dixerunt ergo ad inuicem, non scindamus eam sed
» sortiamur de illa cuius sit. Quod iccirco fieri uoluit patientissi-
mus dominus, ut locus ille propheticus uerificatus demonstrare-
» tur, qui ait Diuiserunt sibi uestimẽta mea, & super uestem meam Psal. 22. Expo.
» miserũt sortem. Quũ itaq; uestimenta CHRISTI ita in qua-
tuor partes partiti essent, ut unusquisq; militum portionem suam
sortiretur: remansit adhuc tunica illa incõsutilis intacta, nec hac-
usq; in sortem missa. Quam quũ prorsus integrã esse cõspexis-
sent, nec dissui aut retexi potuisse, noluerũt eam discindere, sed
immissis in urnam calculis, sortiebãtur de ea cuius esset, ita intra
» se dicentes. Non scindamus eam, sed sortiamur de ea cuius sit. Id Ioan. 19. Expo.
est, ne scindamus omnino ipsius ecclesiæ indiuulsam unitatẽ. Nã
quisquis ecclesiam CHRISTI IESV scindere aut diuide-
re audebit, is profecto Christi uestimentum nec possidere unq;
poterit nec induere. Quis ergo crediderit hanc CHRISTI
ecclesiam sectilem aut diuiduam fieri posse? Quis miser eõ inso-
lentiæ progressus est, ut se tantũ uirium habere arroganter exi-
stimet, quibus hanc tam firmam & tenacem diuinæ ecclesiæ uni-
tatem dissecet, diuidat, scindat, amputet, separes, rumpat, fran-
gat, uel diminuat? Vt hanc tam impartibilem CHRISTI ue-
stem laceret: ut hãc Christi ecclesiam laniet, ut hanc lanciner, aut
conuellat? Stat igitur, stat inquam hæc ecclesia semper una, sem-
per incõcussa. Stat omnino insectilis, indiuisa, indiuulsa. Stat, stat
prorsus inconsutilis, inseparabilis, indiuisibilis. Stat denicq; ab o-
mnibus hæreticorum machinis illæsa & immunis, ab omnibus
schismaticorum iaculis impenetrabilis, ab omnibus nimborum
procellis & uentorum turbinibus stabilis & inconcussa. Et licet
ab aduersariis undicq; sæpenumero oppugnetur, tamẽ nullo unq;
hostium impetu aut insultu scindi, diuidi, aut superari hactenus
R. potuit: nec post hac poterit unq;. Quisquis ergo hanc CHRI-
STI

Stat ecclesia firmiter & inconcussa, omnibus frustra oppugnata.

Quisquis ecclesiam oppugnare tentat, desipit.

ST I unicã diſcindere auſus fuerit, quiſquis hãc CHRISTI eccleſiam diſiungere conabitur, quiſquis hanc Chriſti ſponſam oppugnare non formidabit: is uoto ſuo fœde fruſtrabitur, deficiet languidus, uiresq; ſuas attenuatas neceſſe eſt. Nimirum quando ipſa eccleſia quam ſtulte impetere conatur, ſic ſuper firmam petram fundata ſit, ut nulla hoſtili uiolentia aut quaſſari aut moueri ualeat. Inſaniat ergo æſtuoſum mare quantum poteſt, hanc tamẽ tam ſtabilitam petram nunq; demouebit. Inſurgant maximi & decumani fluctus, ſæuiat ultra omnem modũ undoſum pelagus: hanc tamen CHRISTI nauiculam nec obruent unq;, nec uerticabunt. Multi, multi ſane tum tyranni, tum hæreſiarchæ ſeduli conatibus obnixi ſunt hanc dei eccleſiam extinguere ac diſſipare: at hactenus uel inuitis omnibus illis, ſtat, ſtat erecta: eiſdem ſemper & firmis ueſtigiis inſiſtit. Eſt enim fortis admodum, eſt firma, eſt ſtabilis. Vndiq; relucet hæc tam formoſa CHRISTI ſponſa, una mulierum omnium longe pulchierrima: indies augeſt liberis & nouæ prolis fœcũditate: floret, uiget, & uireſcit: poſtremo regnat eadem ubiq; uictrix & triumphatrix, imperpetuumq; regnatura eſt. Stat, ſtat eccleſia. Et quãuis maximas & infeſtiſſimas perſequutiones ſub tyrannis & hæreticis ſubinde perpeſſa ſit, ita tamẽ uirtute ſponſi ſui adiuta, ab omnibus periculis emerſit: ut inde maximam florendi occaſionem capiat, unde uel in primis deprimenda uidebatur. Cæterum ex innumeris illis perſequutionibus, quas in hunc uſq; diem eccleſia dei pertulit, decem tantum impræſentiarum breuiter tractandas ſuſcepimus: in hoc, ad numerum plagarum Aegyptiacarum alludentes. Quarũ prima ſub diuerſis principibus Romanis facta perhibetur. Verum initium ſumpſit ſub ſceleratiſſimo Nerone Cæſare, qui quidem quintus imperauit ab Auguſto. Is ut ſpecimen aliquod ſuæ tyrannidis & truculentiæ palam exhiberet, primo omnium (ut narrãt hiſtoriæ) matrem ſuam, fratrem uterinum, ſororem, uxorem, cæteroſq; cognatos, conſanguineos, affines, propinquos, & ex nobiliſſimis

Nulla uiolẽtia eccleſiam mouere poteſt.

Decem præcipuæ perſecutiones eccleſiæ.

Prima perſecutio eccleſiæ.

Scelera Neronis.

nobilissimis ciuibus & plurimos, crudelissimo parricidio sustulit iuuis: adeo ut nō minimam ciuitatis partem dira suorum strage uacuam fecit, exhausit, & inaniuit. Nec hac tam nephanda cæde contentus, bonam partem urbis Romæ pro ludibrio suo, ingenti incēdio flagrare coegit, neq; id alio nomine & ut ardētis Troiæ speciem ac simulachrum uideretur. Tanta prærieres & tam immoderata libidine exarsisse memorantur, ut ne à suis ipsius quidē matre, sorore, uel ulla consanguinitatis reuerentia abstinuisse referatur. Senecam quoq; præceptorem suum tam sanctum & pium philosophum, ad arbitrium eligendæ mortis propriæ tyrannice adegit. Cæterū ne solum in prophanos, ipse prophanissimus deseuiret: cepit primus ex imperatoribus romanis, in Christianissimi professores sæuitiam suam inaudita crudelitate exercere. Adeoq; omnia dira strage & cæde oppleuit, ut interim (quemadmodum scribit Eusebius) uideres ubiq; in plateis ciuitatis iacentes mortuos, paruulos, senes, fœminas, absq; ulla aut sexus aut ætatis reuerentia, ut passim nudata cadauera in publico reiecta conspiceres. Idem insuper beatissimum Petrum principem Apostolorum ac tum Romanæ sedis episcopum in crucem egit, Paulūq; gladio interemit. Breuiter tanta rabies in Christianos omnes exarsit, ut non defuerint multi qui putarent ipsum esse Antichristū, ut est autor diuus Hieronymus in cōmētariis quos scripsit in Danielem. Tandem uero à senatu populoq; romano publicus hostis pronūciatus, ab urbe etiam profugit, manuq; sua mortem sibi asciuit, exitum uidelicet haud indignū priore uita fortitus. Huic uero successit insolentissimus ille Domitianus, qui proposito publico edicto se dominum deum Domitianum appellari uoluit, ab omnibusq; pro deo coli. Is ut nomen CHRISTI penitus extingueret, ecclesiam dei non una afflictione excruciauit, non una persecutione afflixit & atterere conatus est. Post quem secutus est & ingens numerus tyrannorum & persequutorum ecclesiæ dei: & primo Traianus, postea Marcus Antonius, deinde Seuerus, tum

Eusebius.

Domitianus.

Scelera domitiani.

Maximianus, hinc Decius, Valerianus, Aurelianus, Deocletianus, ac tandem ſæuiſſimus ille & impuriſſimus Iulianus apoſtata. Iſti ergo cæteriq; carnifices iſtorum haud abſimiles, ingentem Chriſtianorũ uim crudeliſſime abſumpſerunt, innumera ſanctorum agmina tum alibi, tum Romæ, nouis, inauditis, ac crudeliſſimis moribus ob profeſſionem CHRISTI nominis, uaris nece trucidarũt: arbitrantes ſe hac ratiõe CHRISTVM ipſum uniuerſamq; illius eccleſiam ab ima ſtirpe eradicaturos. Neq; ſolum imperatores Romani ſub id tẽpus ad abolendã hãc CHRISTI eccleſiam tam nepharie conſpirauerant, ſed & ex omni orbis parte legimus, tunc fuiſſe penè infinitos eccleſiæ CHRISTI ac Chriſtianorum perſequutores. Sed q̃ ſtultum eſt contra ſtimulũ calcitrare, q̃ridicule fruſtrantur miſeri homuntiones, quoties ſuis uiribus & humana potẽtia freti, inſolenti audacia criſtas ſuas contra deum erigere audeant. Quo magis illi eccleſiam ſuppreſſam & extinctam uoluerunt, tanto magis illa in mediis ipſarum perſequutionum procellis, creuit & adaucta eſt: inter denſiſſimos q; hoſtium enſes, floruit q̃ maxime. Atq; has tam immites & truculentas perſequutiones quum propheta ille Dauid in ſpiritu prꝙuidiſſet, ita ſub perſona eccleſiæ obruptis lachrymis exclamauit. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nũc Iſrael. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim nõ potuerunt mihi. Hoc prouerbio ſæpe, ad exprimendam maiorem emphaſim ac uehemẽtiam, uſus eſt propheta: quaſi innueret eccleſiam dei non ſolum ſæpe, ſed & ſæpiſſime plane oppugnatam extitiſſe. Et quum addit à iuuẽtute mea, illud ſignificat, eccleſiam uidelicet primitiuam, dum adhuc in primo illo ſtatu uerſaretur, uariis tyrannorũ flagellis undiq; obſeſſam iri. Siquidẽ ab initio, nimirum à paſſione CHRISTI uſq; ad ætatem beati Siluestri (quo ſpatio tot ſanctiſſimi martyres floruerunt) acerrimas pariter & acerbiſſimas perſequutiões paſſa eſt eccleſia dei. Per illud tẽpus, ingens omnis generis, omnis ſexus, & omnis ætatis turba, infinita

Quo magis perſequebatur eccleſia, eo magis floruit.

Pſalm. 128. Expo.

Eccleſia a iuuẽtute ſua oppugnata, ſed non pene expugnata.

Perſecutio tyrannorũ maxima, in primitiua eccleſia.

infinita hominum multitudo ex omni orbis parte, ad deum confluebat: & zelo fidei per glorioſum martyrium CHRISTO eſt conſecrata. Per id temporis, ſancti epiſcopi, captiui abducti ſunt & in duriſſima uincula miſſi: ſacerdotes, impia occidiõe ſacrilegis manibus interfecti, clericorum officia penitus ſubuerſa, paſſim templa diruta, ad ipſa ſumma dei altaria equi ſtabulati, corpora ſanctorum hominum è ſepulchris eruta & effoſſa ſunt: uirgines raptæ, ingenuæ & nobiles matronæ fœdiſſima ſtupra pati coactę ſunt, parui liberi crudeliter interfecti, incenſæ ædes, agri depopulati, laniata Chriſtianorum corpora, omniq; dedecori, opprobrio, atq; ludibrio expoſita. Vndiq; luctus, ubiq; gemitus, ſingultusq; undequaq; exaudiebantur: nuſq; non multum lachrymarum, nuſq; deerant lamenta, nuſq; ex imis prȩcordiis ſuſpiria, paſſim dolor ingens, ſtrages multæ, & plurima mortis imago. Cædes undequaq; omniq; in loco committitur maxima,
V. Chriſtianorum ſanguis cõtinuo fluxu effunditur. Quo factũ eſt, ut Chriſtiana religio, atq; adeo ipſa CHRISTI eccleſia, ſanctorum meritis ſanguineq; martyrum tanq; uiuis quibuſdam gẽmis & preciosis lapidibus ornata, per totũ uſq; chriſtianũ orbẽ ſplendeat, reluceat, & emicet. Atq; hoc eſt quod ait ipſa eccleſia
» apud prophetã, & uelut ſancta quadã iactantia gloriat. Sed non
» potuerunt (inquit) mihi: prævalere ſubaudi non potuerunt, ſiue ſuperare, aut tale quippiam. Siquidem dum ueſani tyranni eccleſiam infeſtiſſime inſectantur & demoliri tentant: tũ ipſa incomprehẽſibili uirtute ſponſi ſui CHRISTI, maxime conſolidatur & floret. Dũ uidetur prȩcipue perturbari, opprimi, & inquietari: illa cõtra, pacatiſſime quieſcit, fœliciſſimaq; fruitur tum pace tum tranquillitate. Dum pro uili & reiecula cõtemnitur, illa maxime proficit & proſperat. Dum ab eiſdẽ uiolenter inuaditur, dum impetitur, lædituրq; : ipſa tum potiſſimum immunis & ſecura uincit, & triumphat. Dum à cauillatorum ſycophantiis redarguit, mordetur, ac laceratur: ipſa circũſpectius

Expo.

Eccleſia dum maxime turbabatur, maxime quieuit & floruit.

sibi prospicit, solidius sapit & intellectum suum acuit, quo sibi à tam malitiosis sycophantarũ morsibus tutius præcaueat. Postremo, dum ad eũ locum redacta uidet, ut uel primo impetu uideat superari: tum sane uel q̃ fortissime immotis uestigiis stat, stat firma, nec unguem latũ è gradu sanctitatis suę quantũuis insanis hostium insultibus dimoueri potest. Etenim nõ potuerunt mihi: id est quantumlibet populariter & cõiuratim mihi insidiati fuerint crudelissimi tyranni, pariter & sacrilegi hæresiarchæ: nunc̃ tamẽ fidẽ, nũc̃ charitatẽ, nunc̃ spẽ, nec unc̃ cęteras uirtutes, quibus me sponsus meus affatim ornauit, mihi adimere potuerunt. Et licet indesinẽter supra dorsum meum fabricauerint peccatores: tamen nunc̃ fiet quin spe sua frustrabuntur, nunc̃ ita mihi prævalebunt quin dominus iustus concidet ceruices peccatorũ, usqueadeo ut penitus cõfundantur & cõuertantur retrorsum. omnes, qui oderunt Sion: id est hanc ecclesiam militantem, quam ipse CHRISTVS IESVS sacratissimo cõnubio sibi imperpetuũ copulauit. Secunda uero persequutio quę ad discindẽdam hanc unitissimam ecclesiam impie gratiata est, ab infensissima hæreticorũ prauitate inuecta est: qui á præceptore suo diabolo gnauiter instructi, falsas doctrinas erroresq̃ plurimos, sectas, factiones, & schismata, passim per totum ecclesię corpus, tum pestifera lingua, tum uenenosis libris disseminarunt ubiq̃. Qui mundana scientia intumescentes, qui phaleratis eloquentiæ X. polituris inflati, blandorumq̃ uerborum lenociniis seduxerunt non paucos, atq̃ ad extremam pernitiem adegerunt. In tantum, ut & hanc unam, sanctam, catholicam, & apostolicam ecclesiam dispartire nephariis conatibus admoliti sint. Illa tamẽ uel inuitis hæreticis omnibus, semper erit ecclesia una, semper ecclesia sancta, semper ecclesia catholica, semper apostolica. Vna quidẽ ecclesia, quidoquidem ut Paulus scribit: Vnus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus. Et in canticis. Vna est columba mea, una perfecta mea, una matri suæ, una electa genitrici suę. Sanctã,

quoq

Expo.

Ibidem.

Ibidem.

Persequutio. 1.

Secunda persequutio ecclesiæ per hæreticos & schismaticos.

Ephes. 4.

Cant. 7.

quoq; neceſſe eſt eſſe eccleſiam, utpote quæ ſit ipſum corpus CHRISTI myſticũ: dicẽte Paulo Corinthiis, & per eos Chriſtianis omnibus Vos autem eſtis corpus CHRISTI, & mẽbra de mẽbro. Et alibi. Vir caput eſt mulieris, ſicut CHRISTVS eſt caput eccleſiæ. Proinde fieri nõ poteſt quin eccleſia ipſa ſanctiſſima fuerit, nimirũ cuius caput, oĩs ſanctimoniæ autor exiſtat & fons primus. Catholicam quoq; eſſe eccleſiã uel id declarat, quod ſit uniuerſalis quædam omnium fidelium congregatio, extra quam ſaluatur mortaliũ nemo. Deniq; uocatur & apoſtolica, q̃ uidelicet A poſtolorum prædicatione, peregrinatione, ac demum martyrio, ſanguine & paſſione, plantata ſit, ſtabilita, & cõfirmata. Cæterũ inter hos tã infeſtos eccleſiæ hoſtes & hæreſiarchas, ut penè primus, ita etiã præcipuus fuit limphanus ille Arrius: qui primo in Alexandria hæreſim illam ſuam uelut paruulam ſcintillulam incendere ac inflãmare adorſus eſt. Quę propterea q̃ non continuo ſuffocata eſſet & extincta, latius multo peruagata eſt: adeo ut totum Chriſtianum orbem tam pernitioſo incẽdio correptum, ſua flamma penè populata ſit. Hic, ut erat egregius hypocrita, omniumq; rerum ſtrenuus & ſimulator & diſſimulator: ſpecie, forma, & habitu maluit haberi religioſus, q̃ ulla uirtute aut probitate prædius eſſe. Hic quoq; ut erat nouarũ rerum ſtudioſiſſimus, ita erat & gloriolæ atq; laudis ultra omnẽ modũ cupidiſſimus. Iſte pernitioſiſſima quædã & orthodoxæ fidei repugnantiſſima ſpargere cœpit, palam & in uulgũ proferre: qualia ante id temporis in quæſtiõem nunq̃ uenerant. Et quũ eſſet lingua facilis, ſermõe prõptus, ac eloquẽtia peritiſſimus artifex: hiſ artibus effecit, ut eccleſia dei maximis erroribus & labyrinthis fuerit implicita & afflicta. Iſte ipſe impurus & pertinaciſſimus nebulo, unitatẽ diuinæ & ineffabilis eſſentiæ pernegabat, ipſiũq; unigenitum dei filium ſubſtantia pariter & natura à patre ſeparato contendebat. Neq; hoc tam nephario cõmento cõtentus, ipſum filium patri per omnia & æqualem & conſubſtantialem,

Eccleſia ſancta.

1. Cor. 12.

Ibidem. 11.

Eccleſia Catholica.

Eccleſia Apoſtolica.

Arrius.

Arrius, quãtus fuerit tum hypocrita tũ hæreſiarcha.

Arrius errores.

uel ut græci significantius uocant, ἀρειανὸν, patre minorẽ esse, stulte & temerarie argutabat demens: ipsum interim dei natum creaturam esse cõstituens & asserens. Quũ tamen ipse CHRISTVS cõtrarium affirmet, ita apud euangelistam suam inquiens, Ego & pater unum sumus. Post hunc prorupit in medium, & contumaciissimus ille Manichæus, qui duo potissimum principia esse asseruit: unũ uidelicet bonorum & spiritualium omniũ, nempe deum: alterum uero malorum & corporalium, ipsum scilicet diabolum. Atq; ex huius impijs & blasphemis assertionibus hæc una fuit, uidelicet in CHRISTO IESV non fuisse ueram & solidam carnem, sed tantũmodo phantasticam quandã & imaginariã. Præterea q; deus ipse optimus maximus sub ipsa diuinitatis essentia (quomodo deũ nemo uidit unq;) corpus esset omnibus corporeis sentibus perceptibile: q; CHRISTVS qui hic in terris homo inter homines cõuersatus est, nõ alia res esset q; sol hic uisibilis atq; omnibus omniũ oculis perspicuus. Ad hæc hanc CHRISTI natiuitatem, quæ secundũ carnem facta est, omnino pernegat. Ipsam uero CHRISTI passionem, ipsam resurrectionem, in quo cardine uniuersa propemodum nostræ salutis spes depẽdet: falsarias esse clamitat, uanaq; simulatione effictas. Quin & ipsam totius saluationis ianuam, nempe baptismũ tollit, reiicit ac damnat. Nec mirũ sane, quũ apud eũ nihil omnino sanctum, nihil pium, nihil integrum, nihil denique uerum relinquitur. Istis duobus pernitiosissimis pariter & factiosissimis hæreticis tertio loco successit Pelagius, prioribus nihilo nec sceleratior nec absurdior. Is tantum tribuit puris naturalibus, ut omnia dei præcepta ad unguem obseruari posse contenderit absq; gratia adiutrice: adeo ut nemo mortalium foret qui nõ citra dei gratiam mereri posset: quippe q; principium ipsum bene operandi ipsaq; prima motio, ex nobis proficisceretur, quum tamen cõsummationem ex deo esse fateretur. Negat insuper pueros infantulos ex primis parentibus contraxisse peccatum originale, nec

Ioan. 10.

Manichæus.

Errores Manichæi.

Pelagius.

Errores Pelagij.

Z

ad

ad deluendam ipsam originis labem baptizatos fuisse, sed tantũmodo ut inde regnum dei consequãtur. Origenes uero licet hõmo doctus foret, istisq; quos modo recitauimus, multo mitior & rationabilior: tamen in illius scriptis nonnullæ salebræ, nonnulli errores deprehenduntur, etiam multo periculosissimi. Adeo ut Hieronymus, quem constat origenicis libris in multis adiutum fuisse, huiusmodi sententiam de illo ferat. Origenes (itaquit) ubi bene, nemo melius: ubi uero male, nemo petius. Inter huius errores, & ille celebratus in primis, q̃ scilicet opinatus sit animas hominũ propter diuersa peccata, diuersis item corporibus admixtas esse. Spiritum quoq; sanctum creaturam esse arbitratus est, eumq; per uerbum dei factum extitisse. Nec istis minus inepta fuit illa eiusdem opinio, futurum uidelicet aliquando, ut cruciatus ille dæmonum, aliorumq; damnatorum supplicium sempiternũ, esset aliquando terminandũ: foreq; deinceps, ut omnia seruarentur, hinc motus q̃ propheta dixisset, Hominẽm & iumenta salua bis deus, Iouinianus autem, cuius errores hieronymus duobus uoluminibus refellit, in matrimonii fauorem eo processus est, ut illud uirginitati par faceret & adæquaret. Cæterum ut totum illum hereticorum catalogum uerbosus persequerer, esset ingẽs uolumen contexere. Successerũt enim istis, alius alio seculo, Heluidius, Nestorius, Vigilantius, Valeminus, Sabellius, Donatus, Heraclius, Nouatianus, Machometa, Vuicleuus, Hussus: aliiq; innumeri rabidissimi in CHRISTVM & in illius ecclesiam canes, quorũ oũm multiplices errores hoc loco describere nimis lõgũ foret operosiusq; q̃ præsentis negocii ratio ferat. Quãobrem, si quem forte tenet sciendi sitis, quot essent & q̃ uarię hæreticorum factiones: legat is octauum librum Isidori in eo opere quod de Etymologiis inscribit. Atq; in eo codice septuaginta hæreticorum sectas enumeratas inueniet, quæ successu temporis, non uno quidem seculo contra ecclesiam CHRISTI infestis animis insurrexerunt, uicissimq; à sanctis patribus acriter

Origenes.
Origenis errores.
Hieron.
Psalm. 35.
Iouinianus.
Errores tollendi essent.
Isidorus octauo etymologiarum cap. 5.
Septuaginta sectæ hæreticorum.

reiectę fuerint, cōfutatæ, propulsatę, ac demum uno totius Christiani gregis consensu, condemnatæ. Verum potè hos omnes inter alios ęs plurimos, quos uidit hæc ætas nostra, surrexit ille primùm unus longe omnium deterrimus, nempe Lutherus, ipsius sathanæ uerus satelles & unum diaboli membrum. Iste autem Lutherus omnium hęresium feces ac sedimenta, omnes pestilimos & absurdissimos errores in cumulum unum miscellaniamq; omnium rerum farraginem colligit, ac sic sparsim collectos, uelut in unum corpus cogit atq; conglutinat, pestilimq; per totum Christianum orbem dispergit: non solum in extremam suiipsius damnationē, sed quod magis dolendum est, aliorum multorum interitum, qui se illi infœliciter addixerunt. Is enim in uniuersum sacerdotalem dignitatem rescindit & condemnat, asserens unūquemq; siue marem siue fœminam sacerdotem esse. Totū præterea missę sacrificiū sacrumq; illius canonem delet, atq; obliterare conatur. Ipse unumquemq; siue sacris initiatum siue prophanum hortatur & animat, ut quandocunq; uelit, sacram missę liturgiam ac sacrificiū conficiat: nullam nec sexus, nec ætatis, nec personiæ aut temporis rationem habēs, siue id ante meridiem fiat, siue tempore pomeridiano: nec referre asserit, siue id faciat pransus an ieiunus, cœnatus siue incœnatus: æque posse tantum sacrificium uesperi atq; mane offerri, non esse curandum quo diei aut noctis tempore conficiatur: leges ecclesiasticas atq; sanctissimos conciliorum canones tanq; impias hominum traditiones reiicit: uniuersitates omnes, ac celebres doctorum uirorū diatribas, gymnasia & academias istorum damnat & extirpandas contendit: hāc nostram sanctam matrem ecclesiam, synagogam appellitans. Docet præterea omnes omniū fortunas cōmunes esse debere, docet omnes homines citra discrimen æquales esse, omnes esse parī dignitatę, nec esse alīū alio maiorem minorem ue: non esse ullos principes, præsides aut præfectos qui aliis imperare debent, quin potius omnes promiscuè reges esse & sacerdotes. Sed quid multa de Lu-

Lutherus

Errores Luthe ri.

B.

thero?

thero: Quem profecto talem esse cõstat, quem totius sceleris caput esse nimium uere dixeris. Neq; solum ipse unus hæc apud suos priuatim docet, sed & scriptis quoq; mundo publice inuulgat: socios erroris & peruersitatis cotidie sibi asciscens, qui eadẽ cũ illo uel potius deteriora non tam sentiant, q̃ etiam literis mandent ac populo passim inculcent. De quo hominũ genere, Apostolus Paulus Timotheum discipulum suum ita scriptis admonet
, Nos sumus in quos fines sæculorum deuenerunt. Vnde & alibi 1. Corin. 10.
, ita subdit In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt homines amantes seipsos, cupidi, elati, superbi, blasphemi, 2. Timo. 3. Expo.
, ingrati, scelesti, sine pace, parentibus non obedientes, criminatores, incontinentes. Et sequitur. Voluptatum amantes magis q̃
, dei, habẽtes speciem pietatis, uirtutem eius abnegantes. Et istos deuita. Instabunt, inquit, tempora periculosa, id est omni periculorum genere plenissima. Sed quare quæso periculosa? Profecto q̃ tum futuri sint homines amantes seipsos, admiratores ingeniorum suorũ, sibi nimium placentes, & (ut græci significantius appellant) plane φίλαυτοι, qui seipsos & dotes suas plus amabũt, q̃ aut deum, cui omnia bona nostra accepta referre par est, aut proximos & uicinos suos, aut demũ animas proprias: quas tamẽ negligere nunime conueniebat, nempe precioſissimo CHRISTI sanguine redemptas. Isti uidelicet sunt illi, de quibus Paulus sic scriptũ habet. Quærentes quæ sua sunt, non quæ IESV Philipp. 2.
, CHRISTI. Siquidem propriam gloriam quærunt, propriã aucupantur famam, nomenq; suum multo studiosius efferendũ curant, q̃ glorioſissimum illud nomen IESV CHRISTI: quod plane, quantũ in se est, obscurare student perditissimi homines. Quoru dux est & princeps pessimus ille hæresiarcha Lutherus. Qui ut nomen suum late per totum orbem diffundat, uirulentissimas quasdam hæreses ex aliorum hæreticorũ centonibus & fragmentis reconcinnat: quas iam ad aliquot annos inaudita rabie & linguæ petulantia, per totum Christianum orbem

Tempora periculosa nũc sũt quæ prædixit futura.

Gloriam propriam quærũt hæretici.

Lutheri rabies in omnes.

disseminauit

disseminauit. Eoq; confidentiæ elatus est, ut nihil reueritus sit, uel in ipsum CHRISTVM longe optimũ & maximum inuectiuas scribere: quemadmodum ut nec contra unicam illam ipsius sponsam ecclesiam, eiusq; inuiolabilem autoritatem. Nec minoris insolentiæ & audaciæ est, q̃ tam impudenter, imò tam scurriliter in omnes omnium ecclesiarũ ministros ac in summos reges ac principes tot cõtumelias ac canina conuicia euomat: q̃ religionis professionem tam fœde laceret, q̃ ipsam uitę puritatem atq; castimoniam usquea:deo extinguere uelit, q̃ in omnes ecclesiæ status tam sæua iaciat, q̃ sancta piorum hominum uota exscindere conetur, q̃ in sacratissimũ missę sacrificiũ, in septẽ illa ecclesię dei sacramenta, atq; in uniuersam sacerdotii honestatẽ tã impie tamq; absurde deblateret ac debacchetur. Inuehit̃ præterea in C. sullissimis scriptis suis in ipsam Christianorũ pietatẽ, in deuotionẽ populi quã hactenus à primo Christianismi exordio exercuerũt: diuos ipsos diuasq; in cœlo existẽtes nec orãdos nec adorãdos cõtendit, peregrinationẽ in totũ tollit, indulgẽtias nõ aliunde q̃ à pontificum auaritia profectas esse, oblationes nec esse aliud q̃ meram plebis expilationem atq; inertium sacerdotum quæstũ: negat tum diuos reliquos, tum etiã ipsammet beatissimam uirginem & deiparam ullis precibus solicitari debere. Sed o miseram hominis cæcitatem. O quid tandem nobis miseris sperandum foret, si nõ essent huiusceemodi mediatores inter deum & nos: si non liceret interdum per sanctorum intercessionem iratum numen placabilius reddere, si sanctorum merita & suffragia pro peccatis nostris aliquando non interuenirẽt. Cęterũ quantũuis obclamet insanus ille contra saluberrimos ecclesię ritus, tot iam sęculorũ assensu cõfirmatos: ne omittamus tamen omnipotentẽ deũ more solito propitiari, ne prętermittat̃ consueta illa nostra cantio, Kyrieeleeson, Christeeleeson, Kyrieeleeson: ne cessemus pristinum illud, ora pro nobis, singulorum diuorum auribus insonare: ora pro nobis, ora pro nobis: audias perpetuo deus

Ne omittatur uetus noster orandi ritus.

illud

illud antiquum, Te rogamus audi nos. Neq; satis huius furori uide
ret esse, ut uniuersas ecclesiæ leges perneget: nisi etiã contra hu
mana institutaꝫ, contra ius ciuile, contra senatusconsulta, plebisci
ta, cæteraq; id genus rerum publicarum uincula & colligamen
ta, populabũdus inuadat & ingrassetur. Atq; hinc est q̃ non mo
nus in reges, magnates, ac principes pestiferam stili aciem strin
gat, q̃ facit in ecclesiasticos. Scribit autem non debere Christia
nũ quenq̃, quicq̃ priuatũ possidere: facultates omnes atq; fortu
nas cõmunes esse debere, nõ esse ullũ inter Christianos hoies dis
crimen, neminẽ alter ouel priorem esse uel posteriorem: sed oẽs
D. mortales, pari iure æquaq; conditione uiuere oportere. Vere uae Matth 18. Expo.
homini illi, per quem scandalum uenit, per quem tam lamentabi
lis ruinæ datur occasio, qui tãtarũ discordiarũ autor sit, totq; ani
marum pernities. Melius esset illi si nunq̃ fuisset natus. Siquidẽ Idem. 26.
infœlix ille, seipsum ab ecclesia triumphãte penitus exterminat:
sese è cõtubernio militantis ecclesiæ ultro exulem facit & extor
rem, semetipsum miser è tota fidelium communione ultro exclu
dit & abdicat, sese ab uniuerso Christiani gregis consortio alie
nat: deniq; sese à mystico illo CHRISTI corpore abscindit
atq; exulem facit. Hic uelut præstigiator, nescio quibus fumis aut
fucis mundo misere imponit: imponit & factiosis & credulis ho
minibus, imponit deniq; & sibiipsi. Hic totum animi conatũ hue
applicat, ut inconsutilẽ illam CHRISTI tunicellam infringat
& discindat, hanc uidelicet inexpugnabilẽ ipsius CHRISTI
ecclesiam. Hic quoq; inter sponsum & sponsam diuortium face
re annitit. Hic plane filius anathematis est, hic est putridum mẽ Lucherus filius anathematis.
brum, membrum à reliquo corpore excisum, ramus arefactus
& à fructifera arbore reuulsus: nec iam ad alium usum idoneus, Matth. 3. & 7.
q̃ ut exeidatur & in ignem mittatur. Sed iam satis multa de hac
resibus dicta sunt: sed unde prouenit tanta animorũ pertinacia? Vnde orientur hæreses.
Vnde ortum habent tam peruersæ opiniones & hæreticorum
sectæ? Certe non aliunde q̃ à malicioso animo peruersoq; sacræ
scripturæ

scripturæ intellectu: quoties non intellecto scripturæ sensu, aut dẽt temere & impudẽter affirmare id sentire sacras literas, quicquid ipsi factum uelint. Atq; ut quod dicimus etiam exemplo eõ firmemus, unde quæso Iudæi tã infestis animis contra CHRISTVM commoti fuerunt, quo tempore querebant eum interficere: nisi è uerbis illius perperam intellectis? Siquidem quando ille uerissime dixisset se filium dei esse, & habere patrem deũ: illi non intelligentes, certatim reclamarunt, sic se uicissim alloquentes. Ecce blasphemat, quia dicit patrẽ suũ deũ esse, æqualẽ se deo faciens. Cõmoti sunt ergo Iudæi eoq; homo CHRISTVS, auderet se deo æqualem facere: immerito tamẽ, q; in hoc deũ latere non animaduerterẽt, quum id à suis uatibus toties prædictũ extitisset. At quia in carne erant, carnẽ quidem facile conspexerant: deum uero ignorabant penitus. Corporis autem habitaculum primo obtutu contemplabantur: at serenissimum illũ corporis hospitem & inhabitatorem, intueri non ualuerunt. Caro illa templũ erat corporeis oculis uisibile, in qua quod inhabitabat inuisibilis dei æterna maiestas, quam nemo uidit unq;. Proinde dominus noster IESVS CHRISTVS carnẽ suam humanitus assumptam, patri deo minime cõæquabat: ut nec formam serui, quam huc ueniẽs accepit, patris diuinitati comparabat. Neq; sane id quod propter nostram salutem factus est immortalis filius, paterno numini opposuit: uerum quod erat ipse quando nos condiderat, id sane deo patri adæquauit. Vos autem qui catholici estis & orthodoxæ fidei sectatores, certum est non ignorare, quisnam CHRISTVS existat. Vtpote qui cum ecclesia creditis, non esse scilicet uerbum tantum, imò nec carnem tantũ: sed utramq; naturã, dei uidelicet & hominis in una hypostasi, in una persona cõglutinatam. Quãdoquidem (ut inquit Ioannes euangelista CHRISTO à secretissimis) Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Sed præstat, ut hunc euangelii locum à capite repetamus. In principio, inquit, erat uerbum, & uerbũ erat

Iudæi ex peruerso intellectu uerborum Christi, Christũ persequuntur.

Ioan. 19.

Expo.

Idem 5.

Catholici quid credãt de Christo?

Ioan. 1.

Ibidem.

apud

apud deũ: & deus erat uerbũ. Hac conuersione satis patet æqua-
litas filii cum patre. Et sequitur non multum postea. Et uerbũ ca-
ro factum est, & habitauit in nobis. Itaq; iuxta ratiõem susceptæ
carnis, filius patre longe minor est: secundum diuinitatem uero,
per omnia æqualis. Quod & Athanasius ita expressit, succictius Athana-
an elegantius uix equidem dixerim. Aequalis (inquit) patri secũ- sius.
F. dum diuinitatem: minor patre secũdum humanitatem. Neq; ue- Mysterium eu
ro hoc solum mysterium, crassum illum & carnalem Iudæorũ in- charistiæ.
tellectum latebat, sed & multa alia passim in sacro eloquio occur-
rentia. De quorum numero est & illud, quod CHRISTVS
eisdem Iudæis pronunciauerat, Nisi (inquit ipse) manducaueri- Ioan. 6.
tis carnem filii hominis, non habebitis uitam in uobis. Et loco nõ
multum ab hoc diuerso. Caro mea uere est cibus, & sanguis me-
us uere est potus. Et qui manducat meam carnem & bibit meum
sanguinem, in me manet & ego in illo. Qz minime hoc intellige- Iudæorum ce-
bant, uel hoc quod statim sequitur, satis declarat. Litigabant (in- citas inscripta
quit euangelista) Iudæi adinuicẽ dicentes. Quomodo potest hic rũ intelligẽtia.
nobis carnem suam dare ad manducandum? Alii uero dixerunt.
Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Et recesserũt ab
eo. Illi, ut nunc̃ ab occidente litera diuelli potuerunt, totum hoc
negotium carnaliter intellexerũt, arbitrati ipsum dominũ carnẽ
suam in frusta particulatim dissecturum: & deinde sic partitam
sibi sub carnis specie distributurum comedendam. Tantum ab-
fuit ut hoc tam altum sacramentũ in tam carnales mentes descen-
deret, quatenus liceret hoc tam recondituin mysterium intellige-
re. Quorũ stuporem & crassitiem ut uidit IESVS, quod prius
tectius loquutus est, expressius & planius explicuit, ita aiens. Nisi
manducaueritis carnem meam, non habebitis uitam in uobis. Et
his auditis, scandalizati sunt quidam eorum & recesserunt. Qui-
bus digressis, CHRISTVS manẽtibus discipulis ita loquu-
tus est. Vos qui hisce uerbis neutiq; offendimini, apertam huius Expo.
mysterii explicatiõem inaudietis. Spiritus est qui uiuificat, caro Idem.

non prodeſt quicq̃. Vigor ille ſpiritualis eſt, qui animæ uitã in-
fundit, corporis uero craſſitudo ex ſeſe parum aut nihil prodeſt.
Corpus ſeparatum ab anima, nihil. Corpus enim ſi ſeorſim à ſpiritu conſyderes, ſi ab animi conſor-
tio ſeiungas, nullius certe ponderis aut momenti exiſtit: quippe
Animæ uirtus. res mortua, ſtupida, nec ullius uiuacitatis. Porrò ſola anima eſt,
quæ corpori alioqui mortuo uitam accõmodat, quæ corpori uiſum præbet, quæ præbet auditũ, guſtum, tactum, odoratũ: quo-
rum officio & miniſterio mouet ſe corpus, comedit, bibit, cæte-
Ipſus ſpiritus, anima eſt ſcriptura & uita. rasq̃ functiones exercet, quibus uita ſuſtentari poſſit. Pari mo-
do in ſacris ſcripturæ myſteriis, ipſe ſpiritualis ſenſus, is idẽ ſen-
ſus & intellectus quem illic expreſſit ſpiritus ſanctus: pro ſpiritu,
pro uita, & anima habendus eſt. Aufer à ſacris literis hunc ſpiri-
tualem ſenſum, aufer arcanum illum & internum intellectum: nec
ſenties ullam in diuinis ſcriptis remanere uiuacitatem, nullam in-
eſſe uirtutem, uigorem nullum. Siquidem ſic nõ prodeſt quicq̃, G.
non prodeſt audienti, non prodeſt legenti, nõ rapit, non trahit,
non demittit aculeos in auditorum animos, oſtendit ſe non eſſe
Hebræ. 4. uerbum illud dei, non ſermonem illum, qui omni gladio ancipite
penetrabilior exiſtat. Qꝫ autẽ efficax fuerit ſermo CHRISTI,
nemo melius teſtari poteſt q̃ ipſemet CHRISTVS, qui ita
Ioan. 6. Expo. ait, Verba quæ ego loquor, ſpiritus & uita ſunt. Necq̃ reuera te-
mere aut ſine cauſa, ſermo dei dicitur eſſe ſpiritus, uita, & anima.
Philoſophus de anima. Nam quemadmodum anima (ut eſt apud philoſophum) tota eſt
in toto, & tota item in qualibet parte, ſic & ſcripturæ ſpiritus to-
tam internam mentem undiq̃ replet, reficit, fouet & uegetam fa-
cit in CHRISTO. Anima uero cuilibet corporis parti uitam
adminiſtrat, adeo ut huius unius beneficio, oculus uiſu prædi-
tus ſit: auris gaudeat auditu, naſus olfaciendi dote inſigniatur, ut pa-
lato guſtus inſit, ut lingua ad loquendum affabre ſit compacta, ut
manus cæteraq̃ totius corporis partes tangendi facultate donẽ-
tur. Eodem modo & ſpiritus ipſe omnes myſticos illos arcanio-
ris theologiæ ſenſus, intellectui noſtro ita aperte & prompte ex-
pedit:

pedit: ut nihil illic tã remotum & abſconditũ ab omni ſenſu inue-
niatur, quod huius ſpiritus adiumento, mens noſtra non facile ui-
deat, audiat & perceptũ habeat. Quia ſpiritus eſt qui uiuificat, Ioan. 6.
caro autẽ non prodeſt quicq̃. Nã qui carnaliter & iuxta occidẽ-
tis literæ ſenſum, ſacram ſcripturam inaudit: nihil, aut ſane perq̃
tenuiter proficere poteſt. Vnde & beatus Chryſoſtomus ita ſeri- Chry. in ſt.
ptum reliquit: Eſt autem carnaliter intelligere, ſimpliciter ea quę
propoſita ſunt uidere, & nihil aliud imaginari. CHRISTVS
tamẽ dicit, Verba quę ego loquor, ſpiritus & uita ſunt: id eſt ſpi- Ioan. 6.
ritualia ſunt, & ut ſpiritualem habent ſenſum, ita quoq; ſpirituale Expo.
intelligendi rationẽ requirunt. Q. ſi igitur ſpiritualiter intellexe-
ris, ſpiritus & uita tibi futura ſunt: ſi uero contra, carnaliter intel-
H. lexeris: illa nihilominus ſpiritus & uita ſunt, at tibi minime. Atq;
hinc eſt q; CHRISTVS iamiam ad patrem cõſcenſurus, ita
aiat diſcipulis. Expedit uobis ut ego uadam. Quia niſi abiero, pa- Idem. 16.
racletus non ueniet ad uos: ſi autem abiero, mittam eum uobis.
Et quid tandem facturus eſt ille ſpiritus paracletus, quando ue-
nerit? Subiũgit continuo, dicens Ipſe uos docebit omnia, & ſug- Idem. 14.
geret uobis omnia quæcũq; dixero uobis. Ipſe uos docebit fidẽ, Expo.
ipſe docebit certam & indubiã ſpem, ipſe docebit charitatẽ, pa- Spiritus omnia bona ſuggerit.
tientiam, perſeuerantiam in bono: miſericordiam docebit, iuſti-
ciam, reliquas q; uirtutes omnes: atq; ut uno uerbo dicam, omnẽ
ueritatem docebit. Ipſe, ſiquid eorum quæ à me didiciſtis obliui-
oni traditum ſit, uos rurſum in memoriam reuocabit: ipſe genui-
num & ſpiritualem ſenſum eorum quæ dixerim uobis, ſuggeret
& ſuppeditabit affatim. Hoc præceptore ſi uſi fuiſſent deplo-
ratiſſimi hęretici, nunq̃ tã fœde hallucinati fuiſſent, nunq̃. Neq;
quum aperte ſenſerint ſe hallucinari, tam pertinaciter & obſti-
nate errata ſua defenderent, ſi uel micam manſuetudinis ſpiritu-
alis in animis ſuis relictam haberent. Quo fit ut ubi iſte ſpiritus Vbi ſpiritus nõ eſt, ibi intellectus recte non percipit.
non ſit, neceſſe eſt adeſſe ſpiritum erroris & contumaciæ: fru-
ſtraq; in intelligentia ſcripturarũ ſudetur, ubi iſte ſpiritus intelle-

ctum non ſuggerit. Vnde fit, ut diuus Auguſtinus autor eſt, q̃ hæretici non ob aliud hæretici ſint, niſi q̃ ſcripturas aut non intelligant, aut non recte intelligant. Neq; profecto aliunde hæreticis oblata eſt occaſio cur in tantas hæreſeos, in tantas errorum tenebras inciderent, q̃ q̃ ſacras literas uel non prorſus intellectas, uel ſaltem perperam intellectas, ad peruerſum propoſitum irreuerenter diſtrahere ſtudent. Ad quod perficiendũ, inuiolabilem ſcripturæ maieſtatem arbitrio ſuo torquent, trahũt, uellicant, uellunt, agitant, impellunt & repellunt: denicq; quo lubet uelut plectro quodam muſicali nunc in ſummum intendunt, nunc rurſum ad imum laxant ac remittunt, interdum etiam rumpunt. Ergo, ut quod modo dictum, colligamus rurſum uelut in ſummã: ſi non intellectis ſcripturis, iſtę aggredi non formidant, non fieri poteſt, quin ambulãtes in tenebris, toto (quod aiunt) cœlo erraturi ſint: ſin perperam intellectas habeant, quid aliud ſequi oportet, q̃ peruerſo animo rem ſacratiſſimã in ſuam ipſorũ pernitiem uertere. Cæterum ut miſero populo imponant, ut caueãt ne uulgo uideantur parum intellexiſſe ſenſum ſcripturarum: modo huc, modo illuc, uiolenter torquent & retorquent, in hanc uel illam ſententiam damnoſe diſtrahunt & diſcerpunt. Et ubi ſe indignos fecerunt, ut uniformem illum ac ſimpliciſſimum ſpiritus ſancti ſenſum comprehendant: ad grammaticum ſenſum recurrunt. Qui ſenſus ut in ſacris literis forſan omnino negligendus nõ eſt, ita q̃ ex ſeſe ad interpretandas ſacras literas non ſufficiat, neminem opinor eſſe tam ſtupidum & hebetem, qui nõ facile perſpiciat. Siquidem ut ſacram ſcripturã rite intelligas, præter grammaticum & uulgarem ſenſum, quo ſciuntur uocũ ſignificatiões, requiritur ingens & aſſiduũ ſtudium tum in aliis ſciẽtiis liberalibus, tum uero uel potiſſimũ in logica, philoſophia, in metaphiſica, aliiſq; facultatibus uel triuialibus uel quadriuialibus, quæ huc non mediocriter conducunt. Quam ſuppellectilem ubi ſibi ſufficiẽter cõparauerit, ſobrio & humili animo ſacras literas

Auguſtinus ſuper Geneſim ad literam. lib. 7. cap. 9. Cauſa cur hæretici errant.

Quæ artes requirantur ad ſtudiũ theologiæ.

K. l.

deguſtare

deguſtare licet. Sic tamen ut ne credat ſibi ſatis eſſe ad præſtandum theologũ ſi literam utcunq; callere uideatur, niſi etiam ipſos ſanctiſſimos doctores, eruditiſſimosq; ſacrarum literarum interpretes, cognitos item habeat. Qui autem ſunt ſpiritus ſancti afflatu inſpirati, interpretamentis, commentariis, enarratiõibusq; ſuis, ita in ſublimiſſima hac CHRISTI philoſophia deſudarunt, ita diligenter unam ſcripturam alteri contulerunt, ut nullo modo fieri poſſit, quin ſenſum illum myſticum, qui in carnali littera latitabat, ad unguem aſſequuti fuerint, & pariter in libris ſuis luculenter expreſſerint. Vides ergo q̃ difficile & arduum negocium ſit, egregium præſtare theologum, quanta humanarum literarum copia opus fuerit, priuſq; tam auguſtam ac uenerabilẽ reginam attigeris: quãtoq; præterea ſanctorum doctorum præſidio indigeas, ut iam ſemel attactam intelligas, ut è craſſa litera reconditiſſimum ſpiritum elicias. Quæ difficultas ſi mẽtibus humanis nõ eſſet oppoſita, ſi ſola literalis intelligentia ad intelligẽdas ſacras literas ſatis foret, non uideo quid obſtaret, quo minus ſimplex grãmaticus aut puer elementarius ſtatim abſolutus fuerit theologus, imò quo minus omnes ſcientias latine ſaltem conſcriptas, per ſeipſum citra omnem docentis operam, primo obtutu ſciret, perfecteq; haberet intellectas. Quod ſi in humanis literis quę ab hominibus prodierunt inuentæ, conſtet omnino falſum eſſe: quãto magis in diuinis literis, longe falſiſſimũ erit quare liquet autorem eſſe ſpiritum ſanctum. Cæterum hæc tam temeraria & audax præſumptio, multis haud dubie anſam præbuit, quo præcipites in abſurdiſſimas hæreſes prolaberentur. Neq; ſane alia ratiõe lapſi ſunt priores hæretici, uidelicet Iulianus apoſtata, Iouinianus, Heluidius, cæteriq; omnes de quibus alibi à nobis mentio facta eſt. Quin & nouiſſimis hiſce diebus, eandem uiam ingreſſus eſt deterrimus ille hæreſiarcha Lutherus. Qui primo, omniũ ſanctorũ dogmata, inaudita impudentia refellere conatur. Quibus repulſis, omnem arcanam ſcripturam nudo, ſimplici

Quid in cauſa ſit quod tot labãtur in hereſes.

Iulianus.
Iouinianus.
Heluidius.
Lutherus

non alium ſenſum qui grãmaticalẽ admittit.

plici,ac grammaticali ſenſu tum exponi, tum etiam intelligi præcipit & præſcribit:ex quibus rebus,ut iam dictũ eſt, omnes ferme hæreticorum errores prodiiſſe certum eſt.Porrò quũ ſæpenumero uſuuenit, ut æquiuocæ uoces in ſacris literis inter legendum occurrant,quas nunc in hoc loco nunc in illo,nũc in hoc ſenſu nunc in illo capi neceſſe ſit, quasq; interdum aliter à theologis aliter à grammaticis ſumi oportunum fuerit:neceſſum eſt eũ hic turpiter cæcutire & impingere,qui præter grammaticũ ſenſum nihil nouerit. Quis ex uobis omnibus iam adeſt,qui idcireo profitebitur ſe legem hanc noſtram cõmunem,qua à tempore Gulielmi conquæritoris in hanc uſq; ætatem uſa eſt hæc Britanica inſula,abſolute tenere:q; forſan gallicã linguam,qua illa lex deſcripta eſt,uteunq; intelligere uideatur? Quod ſi uerũ eſſet, ad diſcẽdas leges non opus foret alia diſciplina, q; ut linguam Gallicam tibi comparares.Sed hic ſcio te protinus reclamaturum,aſſerturumq; aliud eſſe,legis uocabula intelligere:aliud habere ipſius legis peritiam. Quod ſi in tua facultate fatebere (ut neceſſe eſt fatearis)cur non multo magis idem in re theologica, idem de ſenſu ipſo grammaticali fatendum duxeris? Videlicet non cõtinuo conſentaneum fore, ut qui linguam latinam calleat, ilico ſit futurus conſummatus theologus, ſacræq; ſcripturæ exactam intelligentiam habeat. Quod quo dilucidius uobis explicem, unũ aut alterum locum è ſacris literis in medium adducam,quorũ intellectum à nudo grammatico libẽter ſciſcitarer. Prima ergo erit illa Pauli propoſitio,quam in epiſtola ad Romanos in hunc modum ſcriptam reliquit. Si eſurierit inimicus tuus,ciba illum:ſi ſitit,potũ da illi:hoc enim faciens,carbones ignis congeres ſuper caput eius. Hunc locum quilibet puer grammaticus iuxta grammaticorum conſtructionem in ordinem fortaſſe & ſenſum literalem facile rediget:nihil tamen opinor intellecturum,quid Paulus ſpiritualiter per hæc uerba intellexit. Neq; maiore opinor dexteritate expediret qui nihil aliud eſt q; grãmaticus, illud quod apud

Aliud eſt ſcire legẽ, aliud linguam quæſeri buius.

Litera quid mali facit

Roma. 12.

L.

Ioannem

» Ioannem ſcriptum inuenitur. Si non uenissem (inquit) & loquu» tus eis fuissem, peccatum non haberent. Et iterum. Ego sum pa» nis. Ego sum ostium. Ego sum uitis uera, uos uero palmites. Vos » estis sal terræ. Ego sum uermis & non homo. Zelus domus tuæ » comedit me. Quia comederunt Iacob, & cætera. Cœlum mihi » sedes est: terra autem scabellum pedum meorum, & huiusmodi plusq̃ sexcenta loca, quę passim apud sacros autores obuia sunt. Cur non accedis huc qui nihil præter grammaticum sentum cal» les, ut mihi harum & consimilium propositionum intellectionem enuclees? Sed nescis o stolide, nescis: opus ideo est ut tu, non se» cus ĉ̃ reliqui omnes qui scripturæ mẽtem perscrutamini, ad spi» ritum equis & uelis recurratis. Litera enim occidit (ait Aposto» lus) spiritus autẽ uiuificat. Super quo loco ita ait diuus Augusti» nus super Ioanne, tractatu centesimo uigesimo secundo. Accedat » ad literam spiritus, ne occidat litera. In eodem etiam capite idem Apostolus Paulus ita de Iudæis loquitur, qui semper mortuæ li» teræ nimis pertinaciter inhærent. Vsq̃ in hodiernum diem quã » legitur Moses, hoc est, uetus illud testamentum, uelamen est po» situm super cor eorum, uidelicet Iudæorum, qui perpetuo occi» dentem literam imitantur, nec unq̃ ad uiuificantem spiritũ aspi» rare queunt. Nam ut inibi quoq; testat Paulus, Dominus spiritus » est. Perinde ac si sic diceret, quisquis deum uidere laborat, quis» quis eũ ꝓprie cognoscere: oportet ipsum in spiritu cognoscere, in spiritu uidere, in spiritu quoq; quærere & inuestigare: id est, ut paulo clarius dicatur, in interiore atq; spirituali intellectu ipsi» us sacræ scripturę quęrẽda est mens domini, quęrẽdus est domi» nus ipse, quærendus eius spiritus, quærenda uita, quærenda ue» ritas: & non in cortice, non in morientis literæ siliqua, non demũ in ipso grammatico sensu, qui non Iudæos modo, sed & omnes hactenus hæreticos occidere cõsueuit, indiesq̃ miserabiliter oc» cidit, mactat, interficit. Quũ spiritus modo longe diuerso omnes uere Christianos, spiritualiter & in spiritu sãcto intelligẽtes, cõ»

Ioan. 15. Ioan. 6. & 10. & 15. Matth. 5. & Psalm. 21. Psalm. 68 & Psalm. 78. Actu. 7. & Esa. 66.

2. Corin. 3.

Augustinus su per Ioanne.

Ibidem.

Ibidem.

Spiritus quãdo boni scripturæ intelligendæ affert.

firmat, confortat, atq; uiuificat. Sed quoniã iã non pauca de ſpiritu & litera cõmemorauimus, uiſum eſt nec illud hoc loco prætermittere: nempe ſenſum literalem in ſcriptura ſemper uerum eſſe. Verum interim aduertendum eſt, ſenſum hunc literalem, non eſſe illum grammaticalem ſenſum: ſed plane ſenſum illum, quem ſuggerit, quẽ ſuppeditat atq; intelligit ueritiſſimus ille ſcripturæ interpres, ſpiritus ſanctus. Lite tamen hæreticus Lutherus, omnino ſpiritum à ſcriptura abſcindere elaborat: damnat in totum ſenſum ſpiritualem, nec admittit quicq; præter nudam literam, eamq; iuxta ſenſum grammaticalem. Sed heu quid facis o miſer homuncio, heu quo tam præcipitanter ruis, ſi nihil aliud literarum præter grammatica rudimenta attigeris, ingenioq; non omnino malo præditus ſis, cur his tam temere freꝰus, audes familiari apud omnes colloquio nihil præter unam ſcripturam ubiq; crepare, nihil aliud in ore habere? Cur audes tam altas agitare quæſtiones, tam abſtruſa ſcrutari myſteria: quæ grammatici tui captum, longo interuallo ſuperant? Præſertim quum uideas nõnullos, qui totius uitæ ſuę ſtudia ſudoresq; huc applicuerũt, ut aliquãdo rectũ ſcripturæ ſenſum elicerent: hęſitare interdũ atq; uacillare, nec audere illius celſitudinẽ & illius maieſtatẽ ſine maxima formidine ac reuerẽtia attrectare: interim facta proteſtatiõe ſeſe eccleſiæ iudicio & correctioni (ſicubi forſan quippiã humanitus lapſi fuerint) ſubmittentes. Et tu rudis atq; nimis audax, eã tam ruditer, tam inurbane, tam irreuerenter pro libito tuo, imò ludibrio potius, pertractabis? tam uiolenter & uel inuitã ad tuã ſentẽtiam diſtorquebis, & longe aliter ſentire coges, q̃ uult ipſe interpres eius, ſpiritus ſanctus? At heu miſerandum caput, quo pacto audes eò inſolentiæ procedere, ut non uerearis tam prophanas manus ſacris literis iniicere, quum illæ ex ſeſe tam præciosæ ſunt. Certe non decet ut ſartor quiſpiam uel plaſtes aut parietum incruſcator doceret aurifabrũ artem ſuam: quemadmodum nec par eſt merum & non aliud q̃ grammaticũ, ut nec ſimplicem

M

Senſus literalis ſenſus uerus, & quid ſit?

Lutherus quomodo in ſcriptura decipitur.

Scripturæ maieſtas.

Indoctus doctum reprehẽdere nõ debet.

plicem phyſicum attentare, ut theologum diuinarumq; literarū profeſſorem doceat, præſertim in ipſa theologia aut de intellectu eiuſdem. Proinde ſi ſapitis, nolite nimium audaces eſſe & temerarii in tractanda hac tam precioſa margarita. Ne proieceritis tam confidenter res arduas, difficillimas quæſtiones, inexplicabilia dubia, inter rudem & promiſcuum populum, niſi uelitis id quod ſatis obſcure intricaſtis, ita rurſū aperire, ita diſſoluere & infirmo gregi expedire, ut nihil inde offendiculi oriat. Quapropter q; ad indoctum uulgum attinet, Nolite ponere margaritas ante porcos. Cæterum q; ad uos attinet, qui ſola grammatica freti, tanta arcana tam intrepide tangere imò ambabus manibus tractare non formidatis, audite ſanum illud Pauli conſilium Nolite plus ſapere q̄ oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Q; ſi ergo infirmis fratribus quem ſcrupulum ieceritis, ut denuo tollatur, facitote. Mementote quid ipſe dominus in Exodo præſcribat. Si quis (inquit) aperuerit ciſternam & foderit, & nō operuerit eam: ſi ceciderit bos aut aſinus in eam, reddet dominus ciſternæ precium iumentorum. Eodem modo quiſquis apud imperitam plebeculam difficiles ſcripturæ locos aperuerit, nec ſic temere apertos clare enodauerit: certe ſi ſimplex plebs, ſumpta inde occaſione, prolapſa perierit, tu illius precium exolues. Noli igitur quiſquis es ad auguſtiſſimam ſacræ paginę maieſtatem uelle aſpirare, ſi nō longe ultra grammaticos canones ac regulas promoueris. Porrò ſcriptura, ut uel hac ſaltē ſequenti collatione ſiuboleas uelim, q̄ ſepoſita ſit nec cuilibet obuia, nuci cōparari poteſt. Nux enim corticem habet, teſtam, & ipſum inclusum nucleum. Iam cortex, id eſt ipſum externū putamen, res eſt imprimis amara: teſta quoq; admodum dura & uix expugnabilis: ſed abditus ille nucleus, id eſt ipſa intercluſa nucis medulla, ualde dulcis eſt & ad nutriendum apta. Perinde eſt & de ſcriptura ſancta, cuius externa ſuperficies, nempe ſenſus ille grammaticalis, aliquando quidem amarus apparet, aliquando uero durus: & eò

Matth. 7.

Rom. 12.

Præſtat dubiū non mouere, quam motum non ſoluere.

Exod. 21.

Scriptura nux ei cōparatur.

eò quidem multo tum amarior tum durior, q̃ non raro uideatur ſubeſſe contradictio, interdum impoſſibilitas, aliquando deniq̃ abſurditas, & (ut ita loquar) irrationabilitas. Verum ſi ſemel detracto cortice & fracta teſta enuclees, ſi ſemel ipſum ſecretũ nucleum deprehenderis, per inſpectionem uidelicet ſpiritus, per ipſam eccleſiæ declarationem ut item ſanctorum doctorũ, in quibus nõ eſt dubium loquutum fuiſſe ſpiritum ſanctum: tunc profecto deſyderatum illum nucleum inuenies, tunc ipſam exhauries medullam: tunc ſuauitatem, dulcedinem, uitam, ſpiritum, ueritatem, ac deniq̃ lumen ipſum diuini uultus, quod ſignatum eſt ſuper nos, experieris. Et certe ſi uerum fateri uelimus, nulla reuera in hoc mundo uoluptas tanta eſſe poteſt, quæ cum lectione & intellectõe ſacrarum literarum cõparari poteſt. Sed multi (proh dolor) ob defectum huius exacti & interioris ſanctarum literarum ſcrutinii, à recto tramite deuiarunt: multi in ambiguos errores & inextricabiles hæreſes delapſi ſunt. Quò quum ſemel infœliciſſime deſcenderint, protinus pacificam dei eccleſiam, uerbo, calamo, & gladio eminus & cominus perſequuntur, eamq̃ applicatis omnium tormentorum machinamẽtis exſcindere, expugnare ac ſolo æquare certant. Sed benedictus dominus deus, qui in omnibus aduerſitatibus ſuis, ſemper miſerebitur Sion: qui ita ſemper chariſſimam & unicã ſponſam ſuam tuebitur, ne unq̃ inferorum portæ aduerſus illam prꝙualere poſſint, tantum abeſt ut eam inſanis hæreticorũ latratibus cedere aut ſuccumbere ſinat. Verum quandoquidem de hæreticis iam pauca attigimus, uiſum eſt & de pœnis & ſupplicijs quæ eiſdem conſtituuntur, nonnulla etiam adieciſſe. Eſt itaq̃ pœna quadruplex, qua impii hæretici feriri ſolent. Quarum prima, excommunicatio dicitur: qua, à bonorum omnium cõſortio, imò ab uniuerſa Chriſtianorum communione, merito depellitur. Siquidem quiſquis hæreſim commiſit, ſiue id occulte fiat, ſiue manifeſte: certe optimo iure excommunicationis pœnam luit. Secunda pœna, depoſitio

Pſalm. 4.

Vnde ueniant hæreticorum lapſus.

O.

Quadruplex pœna hæreticis conjuncta.

2.

ſiue

siue abdicatio est á quocũq; uel magistratu, uel officio, uel dignitate. Quoniam sine omni discrimine, cuiuscunq; fuerit conditionis, siue clericus siue laicus, deniq; quomodocunq; uel fungatur officio uel dignitate præcellat, modo semel hæreseos uictus euadat, debet statim ab omni, qua usus fuit dignitate, deponi: & de gradu cedere. Itaq; non sine causa decreuere sanctorum patrum canones, ut omni honore spoliarentur, quicunq; cõtra pacem ecclesiæ quicq; niterentur. Tertia pœna est omnium fortunarũ illorum, diuitiarum siue patrimonii confiscatio. Quãdoquidem quũ primum de tam nephando crimine condemnantur, continuo omnia illorum bona etiam de iure ad fiscũ pertinent. Quarta autem & postrema eorũ pœna, est ipsa militaris persequutio & capitale supplicium, quando contra personam rite condemnatam exercetur corporalis pœna & exequutio mortis. His etiam malis accedit, q etiam hæreticorum fautores, defensores, adiutores, & quotquot uel consilium dederint, uel hospitio sciẽtes benigne exceperint, nõ minus q ipsi, excomunicationis anathemate percutiuntur. Sed ut rursum ad persequutiones quæ contra ecclesiã factę fuerint, redeamus: Tertia persequutiõis procella, à magis, hariolis, & incantatoribus est inuecta Qui per præstigias quasdam, per cauilla sophistica, falsaq; miracula, Christianorum animos subuertere conabãtur. At huius sane persequutionis species, plurimę recenseri solent, quas & hic infra suo ordine subnectẽdas curauimus. E quibus primum locum sortitur idôlolatria, quæ tum fit, quando honor & cultus (quem græci λατρείαν appellãt) soli deo debitus, creaturę alicui exhiberi contingit. Alia species, diuinatio uocitatur, quando per superstitiosas quasdam coniecturas, per insomnia & id genus phantasticas obseruationes, futura prædicuntur. Accedit his & ea uanitas, quæ græcis νεκρομαντεία dicitur, quum per inuocatos dæmones excitatosq; mortuorum spiritus, quę uentura sunt, prænunciare student præstigiatores ac malefici hoies. Est & quæ Phitonia dicit, quoties dæmonia

14. q. 2. Spoliantur.

Persequutio.

Falsarũ præstigiarũq; incantationũ species.

Idôlolatria.

Diuinatio.

Necromantia.

Phitonia.

dæmonia incantationibus quibuſdam inuocata, per uiuos homines prius aperiunt, quæ ſunt poſtea euentura. Accedit his & γαιομαντία, cuius exercitium per figuras quaſdam, per ſigna, & imagines ex materia terreſtri effictas & delineatas: ſiue id in ungue, ſiue in lapillo, ligno, ſpeculóue contingat fieri: quibus magamentis uel ad prædicenda futura, uel ad res perditas denuo reperiendas abutũtur. ὑδρομαντίαν uero, tum uocari ſolet huiuſmodi ſuperſtitio, quando futurorum cognitio ex aquarum indicio haberi creditur, idq; per ſymbolica & ſignificatiua quædam argumenta, figurasq; in ipſa aqua apparentes. At ἀερομαντία tunc in uſum uenit, quandocunq; inuocantur cãcodæmones, ut ex cæloru aſpectu, é formis & figuris corporũ ſuperiorum id quod obuenerit, uaticinentur: quando ex motibus ſphærarum cœleſtium, ex oppoſitione aut coitu ſyderum, ex aliiſue ſignis ab ipſorũ orbium & elementorum reſpectu elicitis, narrantur quæ poſteris contingent. Sed neq; ignis hac ineptia carere permiſſus eſt, quin ſicuti ex terra, ex aqua, & ex aëre, uaria (ut iam dictum eſt) diuinandi genera eliciebantur: ita quoq; & ignis elemẽto non defuit ſua ſuperſtitio. Quam & græco idiomate πυρομαντίαν dixerunt: nimirum q; ab igneis quibuſdam obſeruationibus quæreretur. Poſtremo & χειρομαντίαν tunc locũ habere uel ipſa uox indicat, quando manuũ figuræ, lineamenta, uariiq; linearum tractus nunc recte, nunc oblique, nũc in parallellorũ, id eſt, æque diſtantium linearũ morẽ, nunc uero traſuerſim diducti, magna cura & ſtudio inſpiciuntur: quo naturales hominum diſpoſitiones ac qualitates dinoſci uideantur: ut ſciatur num longe uicturus ſit, an breuioris uitæ ſit futurus: an mortaliũ cuilibet fortuna omnia fœliciter ſecundabit, an potius in omnibus aduerſabitur. Sunt & rurſum aliæ ueneficorum ſeu magicæ artis ſpecies, quibus & latini etiam homines nomina impoſuerunt: ut eſt ea dementia qua ſpatici, hoc eſt, maligno ſpiritu correpti laborant. Vt eſt præterea incantatio, ſortilegium, ſuperſtitio, faſcinatio, augurium, aruſpicium,

Gæomãtia.

Hydromantia.

Aeromãtia.

Pyromãtia.

Cheiromantia.

Spatient quid? Alia ſpecies ſuperſtitionum.

ſpicium, auſpiciũ, hariolatio, omen, ligatura, ueneficium, magia,
Q & generalis illa quam græci κάκτον appellitant. Sunt præterea infiniti huius fraudulentę malignitatis modi, quibus Chriſtianorũ ſimplex & incauta credulitas illaqueata non ſolum miſeris impoſturis fallit: ſed quod infinities deterius eſt, ad inferos quoq; demergitur. In quorum animis aſtuciſſimus ille dolorum machinator & artifex diabolus, uafre & multipliciter operatur: aliquando quidem id quod uere accidet præoſtendi faciens, aliquando uero quod nunq; eſt euenturum. Dantur interdum aperta oracula & citra omnem ambagem pronunciata, interdum tam obſcura, tam dubia & perplexa, ut ſi uelis intelligere quorſum tendãt, alio oraculo opus ſit. Cæterũ ſiue uere reſpondeat malignus ille ſpiritus ſiue falſe, ſiue obſcure, ſiue aperte, ſiue palam, ſiue ſecreto: hoc pro certiſſimo habeas, ſemper nocendi animo & in malũ finem facere, quicquid uel bene uel male feciſſe uideatur: nempe ut credulos homines uerſipellitie ſua capiat atq; in laqueos ſuos inextricabiliter irretiat. Proinde quicunq; ſe huiuſmodi dæmoniacis ſuperſtitionibus ſenſerint impenſius deditos: meminerint iterum atq; iterum q; dira ſupplicia harum uanitatum ſtudioſis, ipſe dominus in leuiticis decretis conſtituerit: ubi in hunc modum per prophetam ſuum Moſen ita ſcriptum reliquit. Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, ponam faciem meam cõtra eã, & interficiã illã. Et rurſum ſub fine eiuſdẽ capitis, Morte (inquit) morietur, lapidibus obruent eum. Quarta autem perſequutio qua eccleſia CHRISTI afflicta eſt, per tyrannos quoſdam ac uiolentos eccleſiæ inuaſores fieri contigit. Qui contra ipſum primũ pontificẽ, cõtra epiſcopos cæteroſq; eccleſiæ præſides ac prælatos, ſine omni modo & modeſtia ceu lupi rapaces, armis, omniq; telorũ genere ingraſſati ſunt. Qui præterea q; eccleſiaſticæ autoritati obedire recuſarunt, etiam eidem eccleſiæ omne ius uindicandi patrimonii adimere nitebantur: negabant iura eccleſiæ adminiſtranda deberi, negabant priuilegia, prærogatiuas,

Quibus modis diabolus capat incautos.

Leuit. 20.

4. Perſecutio.

tiuas, redditus, & quicquid est aliôqui prouentus: quòd sui maiores atq; antecessores religiosissimi haud dubie uiri, in usum ecclesiasticum concesserunt. Ex horum numero primus erat sed non uno nomine, Constantius ille imperator, filius & hæres Constantini magni, sed reuera tam bono patre lõge indignissimus filius. Iste quũ esset factionis Arrianæ, non tam sectator q̃ propugnator maximus, maxima sane & plane intolerabilia damna ecclesiæ intulit. Sub hoc tyranno optimi quiq; episcopi in exiliũ acti sunt, uti Hilarius, Athanasius, Eusebius, aliiq; etiam sancti doctores nõ pauci. Quo tamẽ miserabiliter mortuo, hæc CHRISTI spõsa è miserrimo seruitutis iugo, diuino præsidio liberata est. Deinde uero pauxillulo temporis spacio interiecto, Iulianus ille apostata, ita sæuiter cõtra ecclesiam assurrexit, ut iam cõstantissimã illam CHRISTI fidem omni tyrannide & expugnatione superiorem in totum perfundare cogitaret. Ille nullam machinam omisit intactam, qua Christianis omnibus fidem iampridem baptismate promissam dissuaderet: alios; qui nõdum religionem nostram professi essent, à suscipiẽdo Christianismo deterreret. Nequna & simplici ratione hoc suũ propositum aggressus est, uerum omnem (quod aiunt) lapidem permouebat, quo Christianos à promissa fide deficere cogeret: nunc sæuissimis tormentis adhibitos explorans, num potuissent cruciatuũ metu ad defectionem fidemq; abnegandã propelli: nunc contra, propositis præmiis, promissis summis honoribus, adhibitis præterea blandiciis uariisq; aliis persuadendi lenociniis, à religione Christiana ad sectatem apostaseos suæ q̃ plurimos pellicere adortus est. Sed quemadmodum qui bene & beate uixerit non potest male mori, ita qui talem uitam egit qualem hic sceleratissimus Iulianus, non potest fœlicius mori q̃ hic idem mortuus est. Siquidẽ posteaq; diu & frustra cõtra stimulum calcitraucrit, posteaq; lapidem illũ olim ab ædificantibus reiectum, at tandem in angulo ædificii collocatum, in unum dimouere è loco suo admodum esset, denique posteaq;

Constantius.

Constãtius fautor arrianorũ.

Iulian. tyrannides.

Iulianus qua morte interiit.

R.

S.

posteaq̃ hanc CHRISTI ecclesiam super tam firmam petrã fundatam, tanta rabie quassare cogitauerit: tandẽ ubi se delusum nec uoto suo potiri posse animaduertit, in summam desperationem actus, se suo ipsius gladio fœde lacerauit, sicq̃ uitam miserrimam morte nihilominus misera (ut par erat) miserabiliter cõclusit. Huius deinde uestigia sequutus Constantinus, tertius illius nominis imperator, multa licentia contra ecclesiam grassari coeperat, multaq̃ sæua facinora pro tantilli temporis spacio, contra eam perpetrauit: qui tamen ne diutius in oues CHRISTI hupinis dentibus desæuiret, quarto mense ab imperio inito, miserãda nece à nouercæ suæ ueneno sublatus est & extinctus. Idẽ quoq̃ postea totis uiribus aggressi sunt, tum Leo huius nominis tertius, tum Constantinus illius nominis quintus, Romani imperii gubernatores: ut ne alios horum similes recenseam, diutiusq̃ uos inmorer. Cæterum hoc plerisq̃ satis constare opinor, uiginti uidelicet fuisse partim imperatores, partim reges: qui continuata tẽporis successione unus post alium uelut coniuratis tum animis tũ uiribus, nihil penitus intentatum reliquerunt, quod ad exterminandam ecclesiam atq̃ ab ima stirpe euellendam, facere arbitrati sunt. Verum tãtum abfuit ut tam detestandi uoti compotes forent, ut ipsis horrendis mortibus sublatis, sancta dei ecclesia ita per sponsum suum IESVM in oĩbus afflictiõibus suis liberata sit, ut nunq̃ magis floruerit, nunq̃ inuenta sit fœcundior, q̃ tũ quando undiq̃ persequutionum tempestatibus obrui uideretur. Sed iam ad quintam ecclesiæ Christianæ persequutionem deueniamus, cuius & impii Iudæi autores extitêre. Iiti religioni nostræ ac Christianæ fidei professioni, miras insidias & technas astruebant: utpote quam exterminare obolereq̃ omnino contendebant, idq̃ cauillatis quibusdam argumentis nũc è lege Mosayca accersitis, nunc è lege euangelica, aliquando uero è re physica scientiaq̃ rerum naturalium deprompeis. Verũ quando nec auctoritate, nec rationibus, argutijs, aut ullis argumẽtis sese prævalere

S. Constantinus. 1.

Leo imperator. Constantinus. 5.

Constantini persecutio ecclesiæ sub 10. imperatoribus.

Ecclesia sub persecutionibus maxime floret.

Persecutio. 5.

Quæ machinamenta Iudæi adhibuerint contra ecclesiã.

posse conspexissent: id uiribus atq; robore manuum suarum se adepturos sperabant, quod aliis artibus adipisci frustra tentauerant. Quo factum est, ut relicto priore consilio, contra CHRISTVM ecclesiæ caput armis & ui bellica insurgere sint conati: hinc in Apostolos illatũ bellum, hinc in discipulos ac seruos domini, hinc in omnes quos cognouerãt Christianos & fideles, totis uiribus incursum est: nec unq; à crudeli persequutione cessatum, donec uariis tormẽtis afflictos, morti tradidissent. Isti tamẽ, quemadmodum & reliqui omnes qui eãdem uiam ingressi sunt, tantum à spe sua & expectatione depulsi fuêre, ut non alia re potuissent magis inauxisse ecclesiam dei. Sexta autem persequutio olim per Turchas, Saracænos, Maurosq; incœpta, in hunc usq; diem per Turchas cõtinuata perdurat: qui abolita religione nostra, in eius loco quosdam ritus impios deosq; alienos inferre laborãt. Hæc procella multis iam annis ipsum CHRISTI gregem, quæ est ecclesia dei, crebris & pernitiosissimis bellis inuasit, magno studio Christianorum rem publicam exscindere annitens. Porro à tempore Eraclii imperatoris & Bonifacii quarti illius nominis põtificis Romani, usq; ad annum à CHRISTO incarnato millesimum quadringentesimum quinquagesimũ octauum, recẽsentur intercessisse inter Turchas & Christianæ professionis homines, ad centum quinquaginta bella. In quibus facta est inæstimabilis Christiani sanguinis iactura, adeo ut omnẽ numerum, pondus, & mensuram longe excesserit. Q; si tecum altius reputes, uel quot num deuastationes, quot depopulationes, quantum ruinarum, q; plures strages, cædes, atq; occidiones in Christianos æditæ sunt, uel q; ingentia dispendia ab eò tempore usq; in hoc nostrum sæculũ à nostris hominibus exceptæ fuerint: nõ opinor fieri posse ut à profusissimis lachrymis temperes. Ceterum deum ipsum, qui se ecclesiam suam nunq; deserturum pollicitus est, non alio nomine hæc permisisse constat: q; ut per hæc & his similia, peccata populi sui iuste pariter & misericorditer castiget

Persecutio. 6.

Quot bella a Turchis in ecclesiam illata?

Cur deus patitur afflictiões in suos fieri.

castiget. Quoniam etsi CHRISTVS ipse omnes in genere iniquitates horreat & abominetur, licet scelera omnia flagitiaq; in commune plurimum detestetur & oderit: nulla tamen perinde exosa habet atq; Christianorum hominum, idq; potissimum, ratione detestabilis ingratitudinis. Nam multo grauius peccat qui sub lege est, si legem ipsam uiolauerit: q̃ quem cõstat à legis uinculo absolutum esse & liberum. Quemadmodum etiam & sacro baptismate initiatus multo grauius peccauerit si fœdus in baptismo sibi non integre seruauerit, q̃ faciet alius nullo baptismi uinculo astrictus. Ex proinde longe grauior erit lapsus fidelis hominis si forte fornicatus, mœchatus fuerit, si adulteret, si scortetur, aut fornicationi det operam: q̃ si idem faciat infidelis. Nam ut summatim dicam, grauiora sunt omnium Christianorum errata, q̃ aliorũ hominum: q̃ nos uotis multis atq; obligatiõibus obnoxii sumus, à quibus illi liberi sunt & immunes. Christianis concessa est ueritatis noticia plenior, data sunt eisdẽ mysteria dei, data gratia euangelica, data omnium peccatorum remissio, collata insuper maxima & incomparabilia beneficia, data potestas ut fierent filii dei, quos etiam constituit hæredes quidem sibi, cohæredes autem CHRISTI. Nos enim sumus genus illud electum, gẽs sancta, populus acquisitionis, cuius meminit beatus Petrus Apostolus. Quapropter si nos post tot cumulatissima merita nobisq; gratis à deo elargita, in illum uicissim ingrati inuenianur, erimus haud dubie uel quouis Ethnico longe deteriores. Porrò quemadmodum rex quispiam aut uir alioqui magnus ac nobilis non perinde põderet si forte canes turpitudinis quicq̃ in cubiculo suo cõmiserint, atq; faceret si homines idem fecissent, nec ita forsan moleste ferret si hospites aut aduenæ extranei aliquid licentiosius & indecentius apud se gesserint, q̃ si domestici ministri idẽ actitarẽt: sic nec deus æqui monẽti existimat infidelium delicta, quos uelut pro canibus habet, atq; habet Christianorũ errores. Plerũq; enim accidit, ut si familiares idem facerent, quod impune audens peregrinus, non solum grauatim ferret, sed etiam impẽsius trasceretur

Christiani in eodem genere peccati, damnabilius Ethnico peccant.

Cur magis arguantur Christiani quã prophani?

Roma. 8.

1. Petri. 2.

Similitudo. Peccati Christiani grauius peccato Ethnici.

Circumstãtiæ peccati aggrauãti peccatũ.

retur eorum dominus. Quum non raro fit, ut ipſæ locorum, perſonarum, atq; temporũ circumſtantiæ, ipſum peccatum uel aggrauãt uel alleuant. Et quia nos quotquot Chriſtianiſmum profeſſi ſumus, Non habemus (ut inquit Lucas in actis) curã de his qui extra ſunt: multoties uſuuenit ut deus permittat hoſtes & inimicos noſtros uictoria aduerſus nos potiri, ciuitates noſtras expugnare, & in captiuitatem redigere, prouincias ui inuadere; regna, res, cæteras q; fortunas omnes pro arbitrio ſuo occupare: propterea q; peccata infidelium ac prophanorum hominum ibi commiſſa, nec tanti pendantur nec tantopere deo diſpliceãt, q; ſunt eidem inuiſa Chriſtianorum flagitia. Vnde factum eſt ut pœnam peccati huiuſmodi q; abominationum quæ in Chriſtianos exercentur, deus plebem ſuam permittat aliquando hic deprimi, aliquando alibi, interdum hic affligi, interdum alio loco: neq; id ſane alio nomine, q; ut metu nobis iniecto, nos ad reſipiſcendum uitæq; emendationem perducat. Quod ut facilius effectum reddat, ſæpenumero ſinit ipſos Saracænos atq; uiliſſimam illam Turcharum illuuiem in bellis ſatis feliciter proſperari & extolli, quo nobis animos utcunq; deiiciat atq; ad agnitiõem noſtri quomodocunq; pertrahat. Vſqueadeo ut inquit Paulus, Incomprehenſibilia ſunt conſilia & iudicia dei miſerentis. Vt qui nihil omittit intentatum, quo nos reuocet à peccando. Nunc rebus ſecundis nos ut amantem redamemus inuitat, nunc auerſos à ſe nec uolentes reſpuere ſcelera noſtra acriter caſtigat, donec eũ agnoſcamus ac facinoroſam uitam commutemus. Sed iam ſeptima perſequutio nobis aggredienda occurrit: quam intulit eccleſiæ dei nequitia & diſſimulatio deteſtandorum hypocritarũ, qui ſub ſimulata ouina ſimplicitate, fraudem uulpinam contegunt: & mites agnos fronte præ ſe ferentes, intus in pectore lupos agunt rapaces. Tantum ualet execrabilis illa & hypocritica ſimulatio: quæ quicquid eſt uſq; probitatis, quicquid uirtutis aut rei bonæ, penitus exterminat & profligat. Quare quicunq; ſynceritatem

Actu. 28.

Roma. 11.

Perſecutio. 7.

Hypocritarũ uerſucia.

Chriſtianę

Christianę religionis profitemini, sanctum dei euangelistam audite: qui ita uos omnes salubriter admonet, Attendite, inquit, à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimẽtis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Hanc nephandissimam simulandi impostu- ram, uidebat olim Daniel prophera affluus deo, & spiritu pro- phetico raptus: quando uisus est uidere bestiam quandam uariis maculis distinctam ac per omnia pardo similem. De qua & be- atus Ambrosius ita scripsit reliquit. Pardus (ait ille) uarietate co- loris, motus uarios animæ sue prodit. Cui & hypocritæ non ab- surde assimilari possunt, qꝯ sub multiformi fuco & mendaci sanc- titatis colore, simplicibus misere imponunt: & per hypocrisin ad uaria uitia, ad uaria flagitia protrudunt & propellunt incau- tos. Cæterum quo circumspectius ab hypocrisi prȩcauere pote- ris: eam hic suis coloribus depingam, ac diffinitione patefaciam. Est ergo hypocrisis simulatio quædam, quando quis per exteri- ora signa, factorum uel rerũ signat aliquid quod non est. Potest & aliter quoꝯ diffiniri, ut dicamus hypocrisin esse, quando quis alium decipere quærit sub simulata sanctitatis specie. Qꝫ sit hoc uitium deo odibile uel hinc facile patet, qꝯ nullũ unqꝫ hominũ ge- nus à CHRISTO domino, uel acrius, uel asperius, uel demum frequentius redarguũ est, qꝯ fuere hypocritæ: id quod satis per- spicuum erit ei qui processum euangelicæ lectionis paulo atten- tius obseruauerit. Quod ut aliàs sæpenumero reperias, ita nusqꝫ euidentius qꝯ apud Matthæum capite uigesimo tertio: ubi hypo- critarum falsis simulationibus male imprecans, octies terribile de- lud ue horribiliter insonat dicens Væ uobis, ue uobis hypocri- tę, & cętera. In quo loco particula ue (autore Hieronymo) aeter- nam damnatiõem importat. Isidorus uero uocat hypocrisin ex- teriorem quandam sanctitatis simulationẽ. Quandoquidem hy- pocrita ipse simulat, nescio quem sanctimoniæ pretextum, cuius sanctitatis ne micam quidem intus habet: ut sit iustus, nunqꝫ nec quærit nec studet: satis sibi perfectus uisus, si foris hominibus ui-

Ambrosius lib. 6. exameron cap. 3.

Hypocrisis diffinitur.

Matth. 23. Imprecatio scripture in hypocritas.

Hieronym. Isidor. Hypocrisis diffinitur.

Ibidem. Hypocrita metus operũ amittit.

dcantur illius. Nam teste euangelista, Omnia opera sua faciũt, ut uideantur ab hominibus. Ita enim inanis gloriæ auidi sunt, ut credant omnia opera sua perijsse prorsus, nisi uideantur ab hominibus: quibus placere, summæ felicitatis putant esse. Modo foris uideantur probi uiri, nihil penitus curant quantum improbitatis apud se recondant. Et proinde beatus Hieronymus graphice ac manifeste delineauit hypocritam: quum dixit eum hoc nomine merito insignendum, Qui quum aliud sit, aliud tamen se esse simulat. Id est qui in propatulo, in oculis hominum, in publico foro, alius uideri studuerit: qui domi sit apud se & in primo conscientiæ foro. Siquidem id hypocritarum proprium est ut si quid boni agunt, id totum faciant ad aucupandum hominum fauorem, & friuolam laudem: interim ad dei fauorem conciliandũ, nihil respicientes. Ea omnia opera sibi in dispendium abiisse arbitrantur, si qua forsan præterierint non adhibita in spectaculũ hominibus. O personate hypocrita, quid tibi uis? existimas ne deum ipsum omnipotentem, omniscium, qui (ut Homerus ait) Omnia uidet & audit, latere tam nephãda facta tua? credis eum latebras cordis tui non perspicere? non palam intueri cogitationem mentis tuæ? animi propositum non exacte perspectum habere? non callere ad unguem hypocriticam illam pectoris tui intentionem? Eò ne potius demẽtiæ prouectus es, ut credas deum istis neglectis, alto somno correptum stertere, & ut Epicuri opinio fuit, dormire securum rerum mortalium? Quum propheta hic noster, in quo nõ dubium est loquutum esse spiritum sanctũ, asserat contrarium, ita inquiens, Ecce non dormitabit neq; dormiet, qui custodit Israel: Deus, inquit, ipse qui unicus est Israelis custos, qui animarum nostrarũ oculatissimus est obseruator, qui super omnem mundum perpetuas uigilias exercet, numq; nõ agit excubias: is certe quum talis sit, nec dormitabit unq;, nec dormiet. Age igitur o miserrime hypocrita, tandem aliquando resipisce, noli demẽs quæ hactenus benefeceris, pro inanissima gloriola,

Hieronym.

Deus omnia intuetur.

Homerus.

Psalm. 120. Expo. Deus non dormit.

In omni bono opere, fugiẽda est hypocrisis.

riola, prò captãda populari aura, pro aucupanda perſonãta quadam ſanctimonia, prorſus perditum ire. Q; ſi beneficia aliquot in homines contuleris, non alio nomine q; ut apud homines gratiam ineas: par eſt ut mercedem non aliũde q; ab hominibus receptes. Cæterum ſi cuipiam ob amorem dei gratificeris, non aliud reſpiciens q; ipſam impenſam dilectionem quam erga deum habes: certus eſto te mercedem tuã à deo etiam cum fœnore recepturum. Et proinde ut hunc hypocriſis morbum penitus ab animis diſcipulorum ſuorum auelleret CHRISTVS, ita eos diligenter prȩmonitos uoluit, Attendite ne iuſticiam ueſtram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Amen dico uobis, qui ſic faciunt: receperunt mercedem ſuam, id eſt uanam hominum laudẽ, uulgi applauſum & ſtulti populi admirationem. Nec huic diuerſum eſt & illud quod alibi ſuorum unumquẽq; admoneat, ita eum adhortans, Te autem faciente iuſticiam tuam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera, ut ſit eleemoſyna tua in abſcõdito: & pater tuus qui uidet in abſcõdito, reddet tibi. Quid prodeſt ſi quiſpiam extrinſecum humilitatis & manſuetudinis prætextum præ ſe ferat: ſi intus in anima ſua ſuperbiæ atrium habeat? Vel quid prodeſt ſi cæcutientibus hominum oculis beneuolentiæ & charitatis oſtentationẽ exhibeas: ſi tamen intra pectus tuum, amplum iracundiæ ac maliciæ ambulacrum abſcondas? Quid opus eſt ut foris uelut faciem quandã induſtriæ ac ſedulitatis glorioſe uẽdites: quum intus ſint pluſq; plena cubilia omnis ignauiæ, inertiæ atq; ſomnolentiæ? Quid fruſtra imò in perniciẽ tuam te liberalem foris oſtentas: quum intus in animo tuo lateãt multa ſcrinia omni auaritia & cupiditate refertiſſima? Cur falſo te abſtinentem, ſobrium, & abſtemium ſimulas: quũ interim animus tibi intus totus helluo nihil præter fœdam crapulam, & meri cados eructans? Aut quid opus eſt ut te mitem, facilem, ac pȩbenignum, iuxta externam apparentiam iactites: quũ intra præcordia tua tamen occultatus ſis uel ingens æſtuantis irȩ caminus?

Inimio in oi re ſemper pia ſorda.

Matth. 6.

Ibidem.

Vana hypocritarum oſtentatio.

Quid

Quid denique tibi profecturum speras q̃ externam castimoniæ speciem præ te feras: quum tamen nihilominus in mente tua lateat nihil, præter fœtida lupanaria, & frequens libidinis gaudium.

Si a deo laudẽ quærat, laudẽ fugę mũdanã.

Noli igitur noli o scelerate hypocrita, noli aliud in ore prompti habere, aliud in pectore absconditum. Noli plane diuersum externa fronte polliceri, ab eo quod intus in mente tectum habes. Noli dum nimium solicite hominibus placere studes, deo omnino displicere. Noli pro perditis ducere bene facta tua, i qua forsan secreto ob amorem dei feceris, & nõ præuisa ab hominibus. Porrò hoc certo scito te, quicquid boni feceris non in aliud q̃ ut ab hominibus uideatis, prorsus perditurum: nec immerito sane, quando nec in alium finem id feceris q̃ ut laudem & paucitatẽ gloriolę ab hominibus reportares. De quo hominum genere ita pronunciat CHRISTVS ipse, Amen dico uobis, receperũt mercedem suam. Quare o Christiane uir, in omni opere tuo, intentio est pensanda: undẽ dum quo animo facias, in quem finem, quid inde speres, & à quo reportandũ sit. Quia ut ait autor beatus Augustinus, Intentio dat operibus, aut meritum aut culpam.

Augusti. Intẽtio dat meritũ uel culpã.

Quod uel hoc uno exẽplo tibi facile innotescat, q̃ CHRISTVS ipse seruator noster, à nõnullis traditus fuisse legitur: sed quia id diuersa intentiõe factum fuit, diuersus etiam effectus inde sequutus est. Siquidẽ patrem ipsum eternũ, filiũ suũ IESVM pro nobis auferendis & redimẽdis morti tradidisse testatur Paulus, ita Romanis scribens Sic pater dilexit mundum, ut proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit eum. Quin & filius quoq; ipse, seipsum tradidisse legitur apud eundẽ Apostolum Qui dilexit (inquit) me, tradidit semetipsum pro me. Et iterum alio loco Tradidit semetipsum pro nobis in oblatiõem deo. Sed & Iudas quoq; CHRISTVM tradidisse constat. Sic enim ipsemet Iudęis loquitur apud euangelistam Quid uultis mihi dare & ego eum tradam uobis? Audis hic ubiq; traditiõis uocabulũ, sed uarius tamen euentus sequutus est, quia uaria erat tradentium

Pater, filius, & Iudas, Christum tradidẽrũt. s. ad diuersi modo.
Ioan. 3.
Roma. 8.
Gal. 2.
Ephe. 5.
Matth. 26.

tium intentio. Nam pater filium tradidit, filius seipsum tradidit, ac demum infoelix Iudas tradidit insontem CHRISTVM. Nunquid ubiq; simile quiddam audis? Nunquid factum hoc primum inuenti, per omnia pariforme & idem prorsus apparet? Ergo ne hæc consona sequela uidebitur: Iudas traditor fuerat, quare pater quoq; & filius proditores nõ erunt? Absit, absit hæc tam blasphema argumentandi ratio. Sed tamen quũ omnes tres tradidisse legantur, quomodo fit ut non sit utrobiq; res eadem, & una omnium actio? Quæ res in hoc traditionis negocio, patrẽ & filiũ, à Iuda traditore distinxit? Certe nihil aliud q̃ traditionis intentio. Nam pater non alia de causa q̃ mera charitate, filium pro mundo redimendo tradidit: filius paternã charitatem amplexatus, se libens pro peccatis omnium patri obtulit sacrificium: id quod é locis sacræ scripturæ supra memoratis, facile inclarescit. Iudã autẽ sola auaritia & malitia ad tradendũ CHRISTVM compulerunt. Vnde patet uerum esse, quod ait Augustinus, q̃ diuersa intentio diuersificat opera. Quapropter caueãt laici, caueant clerici, caueant sacerdotes, caueãt religiosi, caueant denicq; omnes Christiani, à peruersa & corrupta intentione in omnibus operibus suis. Quoniam (ut est apud Ambrosium) intentio operi nomẽ imponit, siue bonum siue malum, id est opus aut bonum aut malum facit. Porrò octaua persequutio, qua tum acerrime tum diutissime atq; adeo usq; in hodiernum diem affligitur ecclesia dei, per omnigenos peccatores infertur: per superbos uidelicet, per gulosos, inuidẽtes, iracũdos, auaros, torpidos, libidinosos, luxuriosos, homicidas, raptores, latrones, fures, simoniacos, adulteros, sacrilegos, cæteros q̃ eiusdẽ farinæ facinorosos homines, uariis flagitiis & criminibus obnoxios. Nã ecclesia tot patit hostes, tot habet inuasores, tot denicq; sentit persequutores, quot sustinet peccatores, qui eam uitijs suis etiam impugnant. Omne enim peccatum mortale, fidei catholicæ aduersatur: & proinde tantæ malitiæ atq; uiolentiæ est, ut & animas quoq; fidelium ab ecclesiæ

Augustin.

Ambros.

Persequutio. 8.

Omnis mortaliter peccans, persequitur ecclesiam dei.

ecclesiæ gremio excutiat & reiiciat, ac inde reiectas consequenter æternæ morti tradat. Nam, dicente propheta, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Atq; hic mihi cogita Christiane auditor si possis, quot animarũ millia diaboli laqueis irretiuntur? quot misere iugulantur? quot (horrendum dictu) irreuocabiliter strãgulantur? quot denique æternę damnationi mancipantur infoelices? Terribilis sane terribilis est ista persequutio in ecclesia dei, & multis ac iustis nominibus, omnibus Christianis summopere metuenda. Qz acerbam quæso persequutionem credis sentire sanctissimam matrem ecclesiam, quoties filii sui quos unice diligit atq; charissimos habet: uel inuita matre (imò omnibus conantibus retrahente) tamen sese scelcribus suis oreo dedunt? Quoties alios sua insciția ac peruersitate sese in baratrum præcipitare uidet? Quoties alios etiam pertinacissimis aliorum exemplis in æternam damnationem atq; exitium incurrere? Quoties breuiter & alios alia temeritate misere interire? Cæterum de hac persecutione fusius & prolixius aliquando, quum tempus magis oportunum se obtulerit, pertractandum curabo: quando & de antichristo item & illius persequutionibus plura dicere constitui. Postremo nona & ultima persequutio, quam olim passa est ecclesia CHRISTI: per contentiosos quosdam, per litigiosos, factiosos, & seditiosos, excitata erat. Nihil olim in primitiua ecclesia tamopere nocuit ut lites, litigia, rixæ, ac simultates. Quibus factũ est Christiãi sanguinis dispendium non modicum, infinitaq; mala perpetrata sunt. Quocirca, Apostolus Paulus uidens hanc esse uelut lernã quandam omnium malorum ut est in prouerbio: Christianos omnes ad contrarium, impense monet & hortatur dicens Si fieri potest, cum omnibus pacem habentes. Et quid in causa esse putas q; adeo solicite ad pacẽ eos animare pergit Apostolus? Profecto non aliud crediderim, q; prudenter & pie eõsyderet necesse esse, ut illic ingens pelagus malorum regnet, ubicunq; aut lis aut discordia locum habere possit. Vt enim nihil otium est quod

uel regnum

Ezechi. 18. Quot per peccatum pereũt?

Maror ecclesiæ de perditis filijs.

Persecutio. 9.

Sedutosi ecclesiã persequuntur.

Roma. 12. Quanta pacis commoda & quãta discordiæ dispendia?

B.

C.

uel regnum uel ciuitatem, aut qualemcũq; aliam rem publicã magis firmet, magis ſtabiliat, atq; bonis inſtitutis, legibus ac moribus, imò diuitiis quoq; & opulentia efflorescere faciat, q; ſancta concordia & pax: ita & e contrario nihil omnium rerum inueniri poterit, quod citius diſſipet ac populetur ſcelicem ſtatum mortalium, q; lis & uesana diſcordia. Quod & Cicero quoq; affirmat ita ſcribens, Quæ domus tam ſtabilis, quæ ciuitas tam firma: quæ non odiis & diſſidiis funditus poſſit euerti? Quomodo quæſo factum eſt ut Iudæi tam amplum regnũ perdiderint? An non propter diſſidium? an non propter diſcordiam & inteſtina diſſidia? Quod ne quis parum uerum eſſe exiſtimet, ipſa ueritas ita aſſerit, Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Quid aliud Luciferum ipſum alioſq; eiuſdem factionis angelos, è cœli cõtubernio diſturbauit? Quomodo è numero ciuium cœleſtium ad inferos uſq; detruſi ſunt, q; per diſcordiam & diſſenſiõem inter ſeſe? Nã ut & beatus Ioannes in apocalypſi ſcriptum reliquit: Factum eſt prælium magnum in cœlo: & ſequitur, proiectus eſt draco ille magnus ſerpens antiquus qui uocatur diabolus & ſatanas in terram & angeli eius cum illo. Nunquid & ægypti quoq; regnum ciuilibus diſſidiis deuaſtatũ eſt? Quod ne credas uanum eſſe aut è meo capite confictum, audi prophetam Eſaiam ita rem ipſam depingentem, Currebant, ait, Egyptii aduerſus Egyptios, & pugnabat uir aduerſus uirum, & frater aduerſus fratrem & amicum ſuum, & ciuitas contra ciuitatem, & deficiebant. Sed nõ eſt opus ut hoc longa oratione contendam, quum paucos tam rudes annalium aut hiſtoriarum uel ſacrarum uel prophanarum credidérim, ut ignorent florentiſſimas quaſq; reſpublicas diſcordia, odio ac bellis, uel illatis uel inteſtinis penè periiſſe: & pleraſq; etiam funditus extirpatas fuiſſe. Adeo, ut uix æſtimari poteſt, maiores ne cõmoditates per concordiam ciuitatibus inuectæ fuerint, an grauiores per diſcordiam ruinæ. Vnde uerum eſſe conſtat, quod ueteri prouerbio iactitatum eſt: nimirum uſuuenire ſolere,

Cicero de Amicitia.

Luc. 11.

Apoc. 12.

Eſai. 19.

Salust. ut Concordia paruæ res crescant, discordia uero maximæ dila-
bantur. Et proinde Paulus Thessalonicensibus suis rem maxime
necessariam precaturus, nō aliud q̄m pacem illis à propitio numi-
2. Thes. 3. ne precatur, Deus pacis (inquit) det uobis pacem. Cuius propo-
sitionis declaratiōem, usq; in feriam sextā omittere decreuimus:
quando aspirante diuina gratia fusius eam sumus prosequuturi,
Omnes huius mundi hostes, ecclesiā terre-re nequeūt. Audiuistis iam superius Christiani auditores, nouem illas capita- D.
les persequutiones, quas hactenus perpessa est sanctissima spon-
sa CHRISTI, uidelicet catholica fideliū ecclesia: quibus (est
deo optimo maximo gratia immortalis) hactenus adeo non est
superata, ut etiam his afflictionibus non mediocriter increuerit
& adaucta sit. Nam quid sibi uolebant isti tot coniurati eccle-
siæ hostes? Existimabant ne isti tyranni, hæretici, hypocritæ, magi
& præstigiatores: isti tot infideles & falsi Christiani, ecclesiam
CHRISTI mortem uererī? aut è sua constantia necis metu de-
terreri posse? Quorsum attinet mori cupienti, mortem minitari?
Aut quid eam morte superare contendunt, cui nulla res tam faci-
lem uictoriam parat, atq; hæc mors temporalis: quam unam, cru-
deles illi in manu sua habent? Qua alia re (quæso) unq̄m toties tri-
umphauit ecclesia atq; martyrum suorum effuso sanguine & di-
ra cæde? Ipsa ecclesia his qui mortē corporis minari solent, quī
in animam nihil iuris habent: ita cum suo Paulo respondere con-
Philip. 1. suenit, Mihi uiuere CHRISTVS est, mori autem lucrū. Pa-
ris plane dementiæ esset, illam exilii metu territare uelle: quī ec-
clesia nullas comminatiōes magis ridiculas existimat, quum pro
certissimo compertum habet, se nullo modo exulare posse: præ-
Psalm. 23. sertim, quum domini sit terra & plenitudo eius. Adeo ut ubicūq;
fuerint, semper cum domino sunt, & dominus cū eis. Q̄ si pro-
scripsionem & bonorum omnium amissiōem forte obiiciant: an
non uident se inconsulte facturos, & plane (quod aiunt) laterem
lauturos? Quando ecclesia nullam sententiam aut crebrius in ore
Iob. 1. habeat aut altius in animo infixam, q̄m hanc, Nihil intulimus in

hunc

hunc mundum, sed nec auferre quid possimus? An putant isti se tyrannide, hæresi, sæuitia, aut alia quapiam inuasione, separaturos ecclesiã à sponso suo Christo? Non animaduertentes interim Paulum sub ecclesiæ nomine, ita triumphantis more gloriantem Quis separabit nos à charitate dei? Angustia? an tribulatio? an fames? an nuditas? an periculum? an persequutio? an gladius? an mors? Et rursum. Scio q̃ neq̃ uita, neq̃ mors, neq̃ instantia, neq̃ futura, neq̃ fortitudo aliqua nos separabit à charitate dei quæ est in CHRISTO. Ecclesia autem eo fortitudinis euasit, ut quicquid est usq̃ erroris in toto mundo, fortiter contemnat, cõterat, & sub pedibus conculcet. Quicquid præterea est usq̃ delectabile, quod sensus exteriores mulcere aut titillare ualet: ecclesia quæ uera est, negligit, ridet, ac pro ridiculo & ludibrio habet. Diuitias uero adeo non ambit, ut uix sit aliud in rebus mortalium quod magis asperneture aut exosum habet, quamuis nõ pauca eiusdem membra cõtrarium faciant. Paupertatem ambabus ulnis amplectitur & exosculatur, tantum abest ut malorum more uel horreat uel execretur. Afflictiones autem & calamitates æquo animo sustinet, imò non raro sibi dari exoptat: ut quarum salubri correptione melius tum deum tum seipsam agnoscere potest. Inimicitias malorum hominum non moratur aut uereturquicq̃: utpote quibus placere posse se neutiq̃ existimat, nisi eadem opera CHRISTO displiceat. Imò ne mortem quidem illam aliõquin rem omnium maxime terribilem, quicq̃ extimescit. Quare non usqueadeo mirandum est, si nihil sit quod ecclesiam à CHRISTO suo diuellere possit. Verum ergo esse oportet, quod scripturæ testimonium corroborat: ut Quos deus coniunxit, homo separare non possit. Et quod eodem loco sequitur. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Q̃ si hæc de copula coniugiali (quæ inter uirum & mulierem intercedit) dicta sint: quid de arctissima illa quæ inter deum & ecclesiam intercessit, dicendum arbitrabimur? Quam oportet hac humana copula tanto & sanctiorem & tenaciorem

Roma. 8.

ibidem.

Ecclesia ob mundum contemptum.

E.

Matth. 19.

Gene. 2.

Inseparabilis unio Christi & ecclesiæ.

tenaciorẽ esse, quanto mortales homines superat immortalis deus: aut q̃ longo interuallo hæc humanitas nostra humi repens, ineffabili diuinitate inferior extat. Quare si hæc coniunctio tãstricto uinculo utrunq; sponsorum colliget, ut neuter ab altero separari possit, ut sponsa à sponso, uidelicet homo ab homine seiungi non possit: quanto æquius est ecclesiam sanctissimam CHRISTI spõsam, per nullam hostilem uim à CHRISTO diuelli posse? Quapropter si hæc hominum maritalis connexio, uiuente sponsorũ utroq;, inseparabilis ac sine diuortio permanet: quãto magis diuelli non potest illa CHRISTI & ecclesiæ, cuius prior illa copula tantum figuram & typum quendam gessit? Et hinc est q; Paulus cum Corinthiis de matrimonio edisserens ita

Ephe. 5. scribat: Sacramentum hoc quidem magnum est, dico autem in CHRISTO & in ecclesia. Proinde frustra plane nitũtur, qui eunq; hoc indeuulsum ac inseparabile matrimonium discindere laborant. Tanto enim cõsensu, tam certa unanimitate & animorum coniunctione coierunt inter se hi duo sponsi, ut aut neutrum omnino, aut certe utrũq; simul seperare oportebit. Qui ergo ecclesiã CHRISTI impugnare cogitat? An q; credat se illi aliquando nocere posse? Errat, errat toto cœlo, si sic cogitare animum induxerit suum. Nam quo magis eam oppugnare tentat: hoc profecto clariorem & augustiorem uel inuitus reddet. Si cũ homine quopiam aut mẽbro ecclesiæ singulari, singulariter congrediaris, fieri potest (ut est anceps alea martis) ut uincas uel uincaris, ut nunc tibi, nunc illi uictoria cedat: sed uniuersam ecclesiã uelle uincere, plusq; insania est. Siquidem quemadmodum paulo pridẽ diximus, perinde est cũ ecclesia pugnare, atq; ipsi CHRISTO bellum inferre aut hostiles iniicere manus: quum CHRISTVS ipse ab ecclesia nũq; abesse poterit, ut nec desinere illius causam semper suo auxilio propugnare. Cõsilium itaq; fuerit ut consideres q; potens sit, q; fortis, q; omnibus modis insuperabilis. Durũ est tibi cõtra stimulum calcitrare, ait CHRISTVS

Idem est, cõtra ecclesiam & deum repugnare.

Act. 9.

Expo.

Paulo

Paulo adhuc persequutore. Adeo enim hic stimulus durus est, ac deo rigidus: ut quantūuis calcibus tuis fortiter insultaueris, nūq̄ fiet ut stimulū ipsum retundas aut repercutias: quum interim euadere non potes, quin calces tuos grauiter læseris. Neq̄ sane marini fluctus quantumlibet magno molimine insurgunt, quum scopulum prævalebūt: sed uiribus saxi repulsi, fracti ac dissipati, in spumas extenuantur atq̄ euanescūt. Quod si uerum esse doceat experientia, quanto ualidiori robore resistet CHRISTVS ecclesiæ sponsus omnibus humani impetus machinamentis, oībus omnīū procellis, omnibus huius mundi fluctibus ac sæuis hostium suorū tempestatibus: ut quæ super firmissimam illam petram scilicet CHRISTVM fundata sit, & tam forti stabilimento firmata, ut ne inferorū quidem portæ aduersus eam prævaleant. Nec mirum sane quando ecclesia CHRISTI nihil usq̄ est fortius, nihil ualidius, nihil quod magis oēs humanas uires superet. Nam legimus frequenter ac quotidie uidemus ad uocationem ecclesiæ multos sese relinquere, corpora sua deserere, actus carnales respuere, ueterem uitam deponere, nouam induere, uoluntati proprię renunciare, ac se totos ad deū conuertere. In quos ita spiritus agit, ut facile perspiciant nihil illis defuturum, cum quibus sit ipse deus. Nam ut Apostolus ait Si deus pro nobis, quis contra nos? At deum esse in ecclesia, deum esse cum ecclesia, deum esse pro ecclesia, deum esse ecclesię sponsum, deum denię esse ecclesiæ caput & fundamentum: neminem opinor esse qui uel neget uel dubitet, nisi qui ex deo non est. Nam si cogites deum ipsum super seipso ecclesiā fundasse ut ipsemet ait, nunq̄ opinor in tantam & tam deploratam cæcitatem incideres: ut sperares te tam fortem heroinā, tam fortem matronam labefactare posse. Quare iterum atq̄ iterum admoneo, ut dum licet resipiscat homo, dū licet ab incœpto temerario desistat: nec moliatur eam à fundo uelle euertere, quā fundauit ipse altissimus. Iam uero ipsa ecclesia non

Nulla uis aduersus ecclesiā prævalebit.

Roma. 8.

Psalm. 86.

non ſolum terra ſtabilior eſt & ſolidior, ſed & cœlũ quoq; ipſum
fortitudine præcellit. Quod & ſcriptura quoq; ita clare teſtatur
Matth. 24. Expo. Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt.
Sed hic quæras fortaſſe quæ ſint illa uerba, quæ nõ ſunt tranſitu-
ra: Profecto tum alia omnia quæcunq; olim pollicitus eſt deus, nũ
Idem. 16. hæc quoq; quæ legitur dixiſſe Petro: Tu es Petrus & ſuper hanc
petram, ſeipſum demonſtrando, ædificabo eccleſiam meam, &
portæ inferi non præualebunt aduerſus eã. Q2 ſi his uerbis cre-
dere nolis, ſaltem rebus ipſis & operibus fidem habe. Quot quo-
ſo & cũ potentes ab initio adorti ſunt ui & armis impugnare hãc
dei uniuerſalem eccleſiam? Q2 multiiuga tormẽta, quot patibu-
la, quot cruces & carnificinas ad eam peſſundandã exhibuerũt?
Quot ignes, quot incendia & aduſtiones, quot ardentes forna-
ces, quot diras & immites feras, quot truculẽtas beſtias, quot ſæ-
uos enſes, gladios, & mucrones, quot demum telorum genera ec-
cleſiæ à cruentis carnificibus admota fuere? Quibus tamen adeo
perpetuo illæſa manſit eccleſia, ut ab his omnibus incurſionibus
nihil incommodi, nihil detrimẽti ſenſit. Imò quo magis ab hoſti-
bus impetebatur, hoc illa auctior, floridior, & potentior effecta
Qualis exitus oppugnatum eccleſiarum eſt. Verum quid de exitu & poſtremo euentu utrorũq; iſtorum
expectabimus, & illorum uidelicet qui hæc tam hoſtilia eccleſiæ
intulerunt, & iſtorum pariter qui pro confirmanda eccleſiæ fide
hæc tam crudelia forti pectore intrepide pertulerũt? Vt cũ pau-
ciſſimis reſpondeam, illi citra omnem controuerſiam niſi pœni-
tentiã prius egerint, apud inferos æternis cruciatibus plectũtur:
iſti contra, regnantes cum ſuperis, præmiis potiuntur nunq; finiendis. Eccleſia autem ſemper & ſupra ſolis ſplẽdorem fulgebit,
rutilans æterno iubare in conſpectu dei: quum eõtra, eius hoſtes
& inſectatores ſempiternis tenebris obſcurabuntur. Adeo ut id
Pſalm. 9. pſalmographi de illis haud abſurde dici uidebitur, Periit memo-
ria eorum cum ſonitu. An non legis ſcriptum in actis apoſtolicis,
q̃ quum ſub initio eccleſiæ eſſent tantum undecim Apoſtoli, &

ſoli

ſoli quidē nec ullo armato ſodalitio comitati: tamen nulla ui uinci potuerunt? Et nunc ubi totus terrarum orbis Chriſtianis incolis inhabitat, credemus tam multos Chriſtianos ſuperari poſſe, qui tam pauci olim à tam multis & coniuratiſſimis quidem hoſtibus non ſunt ſuperati? Quare optimo iure repetere licet, quod iamdudum è pſalmo recitauimus: Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt. Et quamobrem quæſo tranſeūte cœlo, remanebunt hæc dei uerba? Profecto q̄ eccleſiam ſuam cœlo longe chariorem habet, longeq̄ maiori pretio æſtimat. Quū eccleſiam propter cœlum minime conſtituerit deus: ſed mutata uice, cœlū propter eccleſiā. Nihil igitur o fortiſſimi & uero Chriſtiano robore induti, tuta fidei lorica ſuperarmati: nihil (īquam) perturbent uos iſta per peſſimos quoſdā hoīes ſub primitiua eccleſia nequiter perpetrata: ſed ſitis ſemper fortes in fide, & uiriliter agite & confortamini, ut poſſitis pugnare cum antiquo illo ſerpente diabolo, qui contra eccleſiam dei (cuius uos membra eſtis) nunc̄ exibilare & pro uiribus uenena ſpargere ceſſat. Quamobrem memētote quomodo Petrus ille unus ex precipuis eccleſiæ poſt CHRISTVM ductoribus, quum ſuper mare inambulare cœpit ut ad CHRISTVM ueniret: tamen quia paululum in fide hæſitare contigit, ita periculo uicinum fuiſſe, ut parum abfuerit, quin in ipſis fluctibus immergeret. Neq̄ enim propter uim aut impetum fluctuum, ſed propter hæſitantiam ac fidei tenuitatē, ita permiſſus eſt à CHRISTO periclitari, atq̄ adeo etiam demergi in undis: donec recepta rurſum fiducia, clamauit, Domine adiuua me. Cui CHRISTVS diffidentiā illius redarguens, reſpondit, O modice fidei quare dubitaſti? Vnde plane uidetis uacillantiam illam & infirmitatem fidei in cauſa fuiſſe: cur Petrus tam prope periclitationi fuerit. Proinde noli tu quiſquis CHRISTO duci nomē dederis, noli inquam quicq̄ aut de potentia illius, aut de promiſſis, aut infallibili uerbo ambigere uel addubitare. Præſertim quū ipſe, qui nec fallere nec falli

Matth. 24. Expo.

Eccleſia plurit apud deū quā ipſum cœlum.

H.

1. Corin. 16.

Petrus propter diffidentiā expu mergi.

Matth. 14.

Non eſt Chriſtiani dubitare de promiſſa dei.

Matth. 24. poteſt, conſtanter aclamitet, Verba mea non tranſibunt. Conſyderate incomprehenſibilia opera eius, conſyderate mirabilia omnem ſenſum & opinionem humanam infinitis nominibus ſuperantia. Pſalm. 17. Perpendite totis animi obtutibus, quomodo terra cõmota eſt & contremuit, quomodo fundamenta montium cõturbata ſunt: & tamen hoc tanto motu nulla uſq; ciuitas collapſa ſit, nihil corruerit rerum humanarum. Et interea loci arbitratur diabolus penes ſe eſſe aut in manu ſua ſitum, ut eccleſiam dei deliciat: qui ne ruinoſos quidem parietes alieno impulſu tremẽtes, deiicere aut demoliri ualuit? Iam uero eccleſia neutiq; in parietibus, neutiq; in muris conſiſtit: ſed in tota piorum fidelium hominum multitudine, in uniuerſa totius gregis Chriſtiani congregatiõe. Eccleſia i quo conſiſtit? E quibus uidere licet o Chriſtiani hoſtes, q; fortes, q; immobiles ſtatis cõtra hoſtẽ diabolũ, q; eſtis omnino inuicti, nullo eius telo uulnerabiles, nullo penitrabiles ferro: quum interim tamen nullo ferro contra eum accingimini, non armis, non brachio humanæ fortitudinis, nullo humano præſidio muniti: ſed impenitrabili fidei clypeo, omnes eius tentationes, ictus, & inſultus, fortiter excipiẽtes. Quin & hoc etiam affirmare intrepide auſim, neminem eſſe ex his circumſtantibus, quem diabolus ipſe quantumuis callidis perſuaſionibus, quãtumuis uafris aſtutiis aut machinamẽtis, à ſyncera CHRISTI fide uel unguẽ latum dimouere poſſit. Diabolus nec puellam quãdiu ſuperare potuit. Quod quo magis eluceſcat, conſyderate quæſo, conſyderate: ſi diabolus tot dolis & fraudibus inſtructus, uel unam puellulã quãtumlibet ætate teneram, quantumlibet per ineuntes annos rerum imperitam & præmaturam deuincere potuit: & maxime eo tẽpore quo pro CHRISTI nominis confeſſione, martyrium erat ſubeundum. Martyrũ conſtantia. Nunc uero ſi nec Catharinam, nec Margaretã, nec Luciam, nec Agatham, nec quamlibet aliam ẽ tam tenellis uirgunculis impedire potuit Satanas, quo minus uſq; ad extremũ ſpiritum, CHRISTVM & eius fidem agnoſceret & profiteretur, credẽdum eſt multitudinem aliquam in CHRISTI nomine

mine congregatam, in cuius medio pollicitus est se futurum, uersutiis & technis tetri dæmõis deuinci posse? Potuit diabolus ferro aggredi aliquam è prædictis puellis martyribus, id quod etiam constat fecisse eum: potuit igne tentare, cruce lacessere, potuit & aliis innumeris tormentis ac machinamentis eam fœde lacerare: sed quam quæso illarum non inuenit ferro duriorem? q̃ nõ igne calidiorem? cruce sublimiorem? omnibus denique machinamentis tormentisq̃ non multo fortiorem? Et quantumuis ille per tortores & carnifices suos acriter & crudeliter perfodebat illarum latera, quãtumuis atrociter teneriuscula secabat uiscera: tamen constantissimam illam & immobilem fidem illarum ne pilum quidem latum dimouere ualuit. Defecit frequenter, ut negare non potest, inter cruciandum illarum tam infirma caro, ut quę tot & tam immanibus tormẽtis nequaq̃ par esse potuit: sed quãdo unq̃ auditum est illud inuictum fidei robur aut defecisse aut uel paululum à sua constantia uacillasse? Imò contra, crebræ historiæ testantur, tortores ipsos in huiusmodi tormentis defecisse penitus, & tam incredibili martyrum constantia totos obstupuisse: sed martyres semper mansisse immotos & eo quidem ad patiendum alacriores, quo sunt diriora perpessi. Si ergo non raro uel ab una puellula deuictus extiteris o sceleratissime Lucifer: qua fronte audes sperare te tantæ & tam fidelis multitudinis fidẽ euertere posse? Nonne dominũ deum ita suis fidelibus pollicentem audis Vbi duo uel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum & ego in medio eorum? Quid ergo, aberit ne ille qui hæc pollicitus est, ubi tanta coierit fidelium multitudo? una, uera, & firma fide aggregata, syncerag̃ charitate cõnexa? Audeo id insuper indubitanter asserere, q̃ deus ipse optimus maximus, tanti fecerit ecclesiam hanc sponsam suam: ut in illius gratiam cœlos ipsos in tantam amplitudinem extenderit, ut aërem circumspirare coẽgerit, ut circumfluum mare per omnes terræ ambitus diffuderit, ut terram ipsam tanq̃ cunctarum rerum basim fundauerit, Matth. 18.

Quãta exhibet deus pro eccle sia?

uerit, ut paradiſum plantatum uoluerit, breuiter ut illius cauſa omnia miracula ſua ædenda curaret. Propter eccleſiam dei olim in fuga illa populi dei à tyrannide ægyptiaca, ingens pelagus in duas partes ſciſſum eſt, & rurſum poſt tranſitum plebis Iſraëliticæ, ut prius fuerat, conglutinatum eſt. Propter eccleſiam, Iudaicus populus ſicco pede mare rubrum pertranſiit. Propter eccleſiam quoq; è duro ſilice exiliêre nouæ aquæ. Propter eccleſiæ etiam confirmationem factum eſt, ut tot ſancti patriarchæ, tot diuiniloqui prophetæ præirent: ut etiam tot Apoſtoli, tot martyres, tot confeſſores atq; uirgines, tanq; uariis gemmis eam adornarent. Quin etiam propter eccleſiam, unigenitus dei filius è ſuperni patris ſinu in terrã demiſſus, nõ grauatus eſt uariis morbis oppreſſos priſtinæ ſanitati reſtituere, cæcis lumẽ inſtaurare: mãcos, debiles, ac claudos, ad integritatẽ corporis reuocare, emũdare leproſos, noxios propellere dæmones. Propter eccleſiam, ieiunat CHRISTVS, orat, prædicat, eſurit, ſitit, laſſus ſit, mari ac uentis imperat, in uitam de mortuos reuocat. Nec ſibi temperare potuit, quin quum tot egregia pro eccleſia ſua fecerit, etiam non minora pro illius amore patienda ſuſtineret. Quo fieri contigit, ut propter eccleſiam caperetur hoſtiliter ab impiis Iudæis, ut duris funibus ligaretur, ut uirgis ac intortis flagris cederetur: atq; ut tandẽ prius intolerabilia paſſus, uiliſſimq; morti traditus ſit in probroſam crucem medius inter latrones ſuffixus: cæterum ne eccleſia ſua hæc contemplans in fide labaſceret, prædixit mortem ſuam, prædixit ſepulturam, reſurrectionem, ac demum quomodo rurſum in cœlos unde deſcenderat, eſſet reuerſurus. Nec his contentus, promiſit ſe poſtea cũ ad patrẽ emigraturum, eccleſiæ ſuæ miſſurum ſpiritum paracletum, qui illi ſuggereret omnia, & doceret illam quæcunq; ipſe in uiuis apud eã præſentem, præſens loquutus eſſet. E quibus argumentis, ſi nondum tibi ſatis innotuit impenſiſſimus ille dei amor erga eccleſiam ſuã: ſaltem audito Paulum Apoſtolũ idem ſatis perſpicue aſſerẽtem

Quãto paſſus eſt Chriſtus pro eccleſia.

Ita

» Ita deus dilexit mundum, ut proprio filio suo non pepercit, sed Ioan 3.
» pro omnibus nobis tradidit illū. Quia profecto alio nomine non Roma. 8.
passus est precios issimum sanguinē filii sui effundi: cū ut illo ceu
efficacissimo antidoto, omnigenis ecclesiæ ægrotationibus me-
L. deretur. Et hoc est quod scriptura alio loco ait Lauit nos in san- Apoca. 1.
» guine suo. Hic sanguis multiplici effectu ecclesiam irrigat, hic Expo.
sanguis ecclesiam saluberrimo gratiæ liquore humectat, hic san- Quomodo
guis ecclesiam firmat, stabilit, roborat, & consolidat. Ideoq; nec Christus rigat
plantaria eius unq; marcescere possunt, nec uiridaria eius amit- ecclesiā suam
tere uirorem suum aut defloresc ere, nec ulla procella aut tentati- sanguine pro-
onis uento defluere folia ab arbusculis suis: quū nunq; abire po- prio.
test seruatrix illa gratia spiritus sancti, quę uirtute sua, omnia ue-
getat, omnia uiuificat, & ab omni dispēdio conseruat. Et hac de
causa effectū est, ut ipsa perpetuo flore uernans & uiresc eens nūq;
languescat, nunq; senescat, nunq; uel leui labecula inficiatur, nunq;
maculam aut rugam contrahat: tantum abest ut malorum
oppugnationibus aut pereat aut opprimatur. Dū ecclesia adhuc Ecclesia sub
uelut sub prima infantia quodammodo in cunabulis uersaret: nō sua infantia,
defuerūt Barbari reges, feri tyranni, satrapę & duces crudelissi- multa est pas-
mi, populus seditiosus, omnimodis sectis & factionibus deditus, sa.
aræ diis incendebantur, sacrificia uanis idōlis cremata sunt, quo-
rum fumus impuro suffitu ipsum aërem maculauit & graui con-
tagione infecit, terra impio sanguine coinquinabatur, dæmones
passim debacchabantur atq; furias agitabant, diabolus ubiq; do
minabatur, nusq; non strepebant lites, nusq; discordia abfuit, in-
testinum imò domesticum odium ubiq; increscebat & alebat,
pater filium abdicabat, at filius uicissim patri debitum detraxit
» honorem. Quid multis? Viuitur ex rapto, non hospes ab hospi- Ouidius.
» te tutus: non socer à genero, fratrum quoq; gratia rara est. Filius
» ante diem patrios inquirit in annos. Victa iacet pietas, repleuit
» sanguine terras Mars ferus, & bellū toto iā regnat in orbe. Sic &
natura ipsa quasi discissa est, ac pene in nihilū redacta. At modo
(est deo

Omnia modo in sacramenta conuertuntur.

(est deo gratia, qui plasma suum in totum nunc̃p relictum uoluit) hæc idololatriæ & dissidiorũ semina, in salutaria sacramenta cõuertuntur. Modo potentissimi quiq; sacri reges templum dei ingressuri, sceptra & dyademata humiliter deponunt: & dei causa capita sua libenter sub sacerdotum manibus submittunt, dum integra & syncera confessione uulnera conscientiæ suæ detegunt, hilariq; animo præceptis ecclesiæ obediunt, obediunt deo, obediunt sanctis dei ordinationibus. Pro efferis illis & bæluinis du- M cibus, iam mansuetos habemus plurima modestia & sanctimonia insignes: populus olim sanguine, perfidia & idololatria impiatus & prophanatus, iã fide, iam pietate & moribus CHRISTO dignis, imbuitur. Et ubi olim ĩpurę pecudes ipsa altaria prophano sanguine fœdabant, iam nõ aliud offertur sacrificium, c̃p una ea illa & immaculatissima hostia, corpus uidelicet & sanguis domini nostri IESV CHRISTI, quod olim in ara crucis precium pro mundi uita oblatum est. Iam dæmones quoq; qui iampridẽ mũdo imperitare uidebantur, audito sacratissimo IESV nomine, uicti contremiscunt: utpote cuius uirtute uires suas eneruatas sentiunt, ita & illius præsentiam neutiq; ferre possint. Sed non est opus ut longius istis explicandis immorer, præsertim apud uos homines piissimos & Christianæ religionis professores summos: qui scitis omnia cũ eadem CHISTI religione innouata esse, omnia in fidem crescere & in plenitudinẽ CHRISTI auctiora fieri, mysteria Christianæ professionis ubiq; peragi. Vbi iam sunt hæretici illi, qui aliquando eò impudentię euaserant, ut non sint ueriti ecclesiæ dei contraire? Quæ, si adhuc dũ nouella esset & ueluti in cunis deuagiret, à coniuratione hæreticorum lædi non potuit: nunc ne quum ad cœlum usq; columnas suas erexerit, existimabunt eam superari posse? Sub ipsis autem ecclesiæ primordiis quando non plures c̃p undecim essent Apostoli, tamen nulla tyrannorum uis eos superare poterat, quum interim illi inermes essent, pauci admodum, non potẽtes, sed pau-

perculi

perculi & ignoti piſcatores: & tamẽ tales quum eſſent, uerbi dei uirtute, totum ꝙperunt orbem, totum genus humanum prendiderũt, ac CHRISTI ſuaui iugo ſubdiderunt. Quare quum iã omnis terra, cuncta maria, quum omnes regiões habitabiles, uici omnes, pagi, oppida atq; urbes: quũ maximæ quæq; ciuitates, omnes fines terræ atq; adeo totus orbis terrarum, Chriſtiana pietate, Chriſtianaq; religiõe, fide, cultuq; diuino repletus ſit: putatis ne fieri poſſe, ut cõtumaciſſimi illi hæretici, multa ſtultitia & pertinacia inſignes, eccleſiam dei lædere poſſint, aut depopulari uineam domini? Non, non. Non poſſunt, non poſſunt inquam, nõ poſſunt. Quod ne me hæc ex meo capite effingere putetis, audite an non CHRISTVS ipſe idem aſſeruat. Porrò ipſe de eccleſiæ ſuæ ſoliditate ac ſtabilitate uerba faciens, ita ait Portæ inferi non prævalebũt aduerſus eam. Quare ut ſciant tam uani homines ꝙ duram prouinciam in humeros ſuos ſuſceperunt: uelim eos certiores factos eſſe, facilius fieri poſſe ut cœlos ipſos atq; adeo omnes terras quæ ſub cœli ambitu continentur, hoſtili manu expugnare potuerint, ꝙ eccleſiam ſuper tam firmam petram fundatam, uel tãtillum è loco & gradu ſuo dimouere. Necq; enim propter cœlum ſanguinem ſuum fudit CHRISTVS, neq; illius gratia cruci affixus eſt: ſed ob eccleſiam ſuam, quam ſi nõ ſuper reliqua opera ſua dilexiſſet, nunq; tam charo redemiſſet pretio. Iam uero ſi quis de robore aut firmitudine eccleſiæ quicq; addubitet, poteſt ſi uelit non ex humanis figmentis, nõ ex dubiis, non ex ſuſpectis & apocryphis uoluminibus: ſed ex ipſo CHRISTI euãgelio certior fieri. Ita enim CHRISTVS diſcipulos ſuos de ſeipſo percunctatus eſt Quem dicũt homines eſſe filium hominis? At illi dixerũt, Alii Ioannem Baptiſtam, alii Heliam, alii uero Hieremiam, aut unum ex prophetis. Dixit illis IESVS. Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens autem Simõ Petrus dixit. Tu es CHRISTVS filius dei uiui. Dixit ei IESVS. Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis nõ

Omnis iã fide repleta.

Matth. 16.

Omnia Chriſtus paſſus eſt pro eccleſia.

Ibidem.

Expo. reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hãc petrã ædificabo eccleſiam meã, & portæ inferi non prœualebunt aduerſus eam. Super hanc petram notanter dixit, nõ ſuper hunc Petrum, id eſt, nõ ſuper unum priuatum hominem: ſed ſuper hanc petram, hoc eſt, ſuper ſtabilem fidei huius firmitatẽ quã tu iã confeſſus es, & ſuper fundamentũ neutiq; uacillãs. Vel aliter accipere potes, ut intelligas eccleſiam fundatam eſſe ſuper eam petram quam iamdudum cõfeſſus eſſet Petrus, nimirũ ſuper ipſum CHRISTVM: ut ſit idem dictu ſuper hanc petram ac ſi dixiſſet ſuper meipſum, qui ſum uerus ille lapis angularis, mons excelſus, & ſolidiſſima illa petra, de qua

1. Corin. 10. dictum eſt. Petra autem erat CHRISTVS. Illa uidelicet petra, quæ tam altas egit radices, quę tam magna & firma mole cõſiſtit, ut nec maximorum fluctuum impetu, nec uehementiſſimo

Expo. uentorum turbine, uel pilum latum è ſede ſua depelli poſſit: adeo nec titubans nec uacillans quicq; ut neceſſe ſit ædificium illud firmiſſimum futurum, quod tam immortale & indeficiens habeat

1. Corin. 3. fundamentum. Atq; ut Paulus ait Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitũ eſt, quod eſt CHRISTVS IESVS. Eccleſia itaq; quum ſuper hanc petram tot iam ſæculis fundata fuerit, quumq; tot interim tentationes exciperet, quum tot paſſa ſit tribulationes, tot aduerſitates, quum tot exitiales & letales inimicos experta ſit, quos partim hæc noſtra, partim uero prior ætas uiderit: adeo tamen tot tempeſtatibus non ceſſit, ut ne uacillare quidem aut animo fluctuari coacta ſit. An idcirco putas eccleſiã ſupplantari aut deuinci poſſe: q; ad tempus aliquod ſub Carolo quinto iam imperatore eccleſia Romana captiuetur? Quid, quid ſi oẽs eccleſiæ opes p Barbaros tyrãnos expilatæ eſſent? quid ſi omnia ædificia demolirentur, quid ſi omnes lapides & lignorum fabricæ ab alto deturbarentur, ſi omnia munimenta hoſtili irruptione uaſtata forent & etiam ſolo æquata: ideo ne ſtatim eccleſiam deperditam duceres? Non, nõ. Longe falleris, & toto

& toto orbe aberras si id existimaueris. Siquidem hæc CHRI- Ecclesia quid.
STI ecclesia, quam iam tot præconiis extuli: non muri sunt aut
fortia mœnia, non arces, non turres, non ædificia ulla, non opes,
non patrimonia aut peregrinus luxus: sed est tota illa CHRI-
STI fidelium multitudo in unũ uno animo, una fide, una uolun-
tate ac cõsensu in domino cõgregata, cui præest spiritus sanctus,
doctor & suggestor omnium bonorum, quæcunq; factura sit ec-
clesia. Quam uniuersam omnium fidelium congregatiõem, neq;
homo ullus deuincere potest, neq; sane diabolus ille, quamuis
huius mundi princeps dici glorietur. Huius fidei confessio adeo
constans est & immutabilis, ut necessario semper duratura sit:
ab omni lapsu, ab omni casu atq; depopulatione alienissima. Et
proinde ne quis suspicaretur ullã humanã uim cõtra hanc CHRI-
STI ecclesiam ualidam fore: ait CHRISTVS ipse Super Matth. 16.
hãc petram ædificabo ecclesiam meam, meam inquit non aliam. Expo.
Nam multiplex est ecclesia: una malignãtium, alia fidelium: una
bonorum, alia malorum: una reproborum, alia electorum. Idcir-
co ædificabo (inquit) ecclesiam meam, meam ait, ecclesiam uide-
licet fidelium, proborum & electorum; quam in uirtute nominis
mei imperpetuum furido, erigo, & constabilio. Cuius structura Ex quibus ædi-
nec lapides suscipit nec ligna, non ferro dolatur nec fermento cõ- ficatur eccle-
iungitur: sed in fide IESV CHRISTI fundata est, confir- sia.
P. mata, & uallata undiq;. Siquidem si super lapides, ligna, ferrum,
aut fermentum, aut huiusmodi corruptibilia fundata extitisset:
necesse foret ut successu temporum aliquando senio cõfecta dis-
solueretur: nunc uero quum super CHRISTVM & eius fidei
confessionem locata sit, oportet una cum hac fide æternam esse.
Porrò illa fidei cõfessio tanti uigoris est, ut eam neq; terri dæmo- Confessio fidei
nes, neq; potestas ulla aut creatura, dissoluere queat. Cuius rei sa- quam uigeat.
tis idonei testes erunt sancti martyres, quorum latera licet diro fer- Fides martyrũ.
ro deraderent, licet oculi eruti essent, licet linguæ abscissæ, cor-
pora fœdo laniatu lacerata, capita obtruncata, ac mille crucia-

bus affecti essent: fides tamen eorum adeo semper manſit firma & ſuper hanc petram conſolidata, ut nec frangi, lædi, aut ulla labe aſpergi potuit. Nos itaq; qui ſyncera fide religionem Chriſtianam profitemur, huius ecclesię lapides ſumus, in hāc ſtructuram per dei artificiū coaptati, nempe uiui lapides: quos deus ipſe unicus huius ſtructurę latomus, incomparabilis & incorruptibilis huius fabricę opifex ſuis manibus ſcidit, dedolauit, unumquēq; in ſuam formam, in ſuam figuram, in ſuum ordinem & effigiem redigens, aptans & affingens, ut quemuis lapidem concinne loco & ſitu ſuo in hac ſua eccleſia diſponeret. Atq; hinc eſt q; ita inquiat Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & portæ inferi non pręualebunt aduerſus eam. Sed hic ad ipſa uerba diligenter attendendum eſt. Portæ, inquit, inferi non præualebunt aduerſus eam. Sed quæ nam ſint iſtæ portę inferorum? Profecto non ſunt aliæ q; quæ ducunt ad pœnas illas & cruciatus infernales: tentationes uidelicet diaboli, fallaces & peruerſæ doctrinæ, uitia, ſcelera, cęteraq; flagitia omnia, quæ recta ad infernas ſedes ductitant, & in gehennæ incendium mittunt. Vel dici poteſt ex hoc loco per portas inferi ſignificari, quæ propter acerbitatem & immenſam uim afflictionis inferorum portis, uel ſi mauis, pœnis infernalibus comparantur: cuiuſmodi ſunt infeſtæ aduerſariorum afflictiones, tribulationes continuæ, tyrannorum uiolentiſſimæ infectationes, ſeruitus, captiuitas, reliquaq; præſentis uitæ incommoda, quibus innocentiſſimi Chriſtiani cotidie per omnia ſupplicionę genera, ſurſum ac deorſum per infideles Turchas feruntur. Poſſunt item per portas inferi, corporales illi perſequutores intelligi: qui innoxios & immeritos Chriſtianos tormentis ac preſſuris ad portas inferi detrudere conātur. De quibus & euangeliſta ita ſcripsum reliquit, ita CHRISTI nomine omnes uere Chriſtianos admonēs. Abſcq; ſynagogis facient uos. Sed uenit hora ut omnis qui interficit uos, arbitretur ſe obſequium præſtare deo. Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrē neq;

Christiani ſit lapides eccleſiæ.

Matth. 16. Expo.

Portæ inferi quæ ſunt?

Ioan. 16.

Q

neq; me. Ecce hic causam reddit CHRISTVS, cur hęc facturi sint impii persequutores nominis Christiani: quia, inquit, non nouerunt patrem neq; me. Quin & hæretici etiam patentes portæ sunt, quæ ad inferos celeriter traducunt, si qui ita desipuerint, ut illorum falsis documentis auscultare uelint. Cæterum quomodo hucusq; neq; Turcharum neq; Barbarorũ persequutionibus, neq; eõiuratissimis hæreticorum factionibus cesserit ecclesia dei: ut ipse taceam, res ipsa satis indicat. Et ut hactenus nihil horum prævaluit contra ecclesiam CHRISTI, ita nec imposterum quicq; aduersus eam prævaliturum est: præsertim quum semper uno & eodem spiritu CHRISTI regatur, eundemq; habeat propugnatorem suum. Sed hic quoq; altius repetẽdum uidetur, quod superius utcũq; uelut summis (quod aiunt) labris attigimus. Memini enim me superius inter cætera dixisse, has inferi portas tentationum pericula significare posse. Id uerum esse facile concederis, quisquis cogitabit nihil citius mortẽ parere, nihil citius ad inferos ductare ẽq; uafræ diaboli tentatiões, si quis semel fraude captus, illis locum dederit. Nam quemadmodum porrę in urbem quamuis introitum præstant, ita ad ciuitatem illam infernalem cuius præfectus diabolus est, nihil citius aut expeditius uiam affectat, ẽq; subdolæ illæ tentatiões. Cur ergo misericordissimus dominus non prohibet fieri tentationes, per quas scit ut multa Christianorum millia seducantur, atq; sic demum in infernum ac damnationẽ præcipitanter eant? Certe hoc fecisse uidetur, ut homines haberent unde exercerent & ostenderent uirtutem suam & fidem, ut legitime certanti daretur præmium cœlestis gloriæ, uicto autem infligeretur iusta pœna. Porrò si tentationes in totũ tollerentur, fortasse adeo insolescerent pleriq; mortales, ut iactitarent sese omni tentatiõe superiores esse, nec uereri quicq;, quin si tentarentur, facile diabolum uictum darent. Proinde factũ est ut deus permittat hominẽ tentari, ut suam imbecillitatẽ agnoscerẽt: qua agnita, ita diuinæ gratiæ inniteretur, ut uirtus eius mũdo innotesceret:

Cur deus tentationes finat?

R.

innotesceret: sic tamen ut non hominis imbecillitas, sed fides ad uictoriam imputaretur. Quemadmodum in sanctissimis patriarchis uidelicet Abraham & Iob perspicuum esse uides: in quibus benignissimus dominus suam maximam misericordiam manifestis argumentis declarauit: ut ea fide atq; patientia insigniremur, unde nobis omnibus exemplum daretur, quod in seruandis dei præceptis & tentationibus resistẽdis, pro uiribus nostra imitaremur. Quod si fecerimus, illius ecclesiæ membra erimus, aduersus quam ne portæ quidem inferorũ prævalebũt unq;. Sed quid est quod ait, non prævalebunt? Profecto non aliud, q; hæc CHRISTI ecclesia atq; hæc cõstantissima fides impugnari quidẽ potest, uexari potest & maximis iniuriis affici: nũq; tamẽ fietur prius superet. Varias indies tentatiões undiq; sustinet, persecutionum procellis undequaq; lacessitur, ingentibus afflictionum fluctibus quoquouersum obrui uidetur: attamen ut demerganur, nulla tempestas præstare ualebit. Insurgunt hinc inde falsæ doctrinæ, insurgunt pertinacissimi hæretici, factiosi, pseudapostoli & antichristi: at ecclesia incõcussa tot impulsibus firmiter in hũc diem restitit, resistetq;. Vrgebant, urgebant olim in ipsa primitiua ecclesia ex omni latere persequutiones, instabant afflictiões nulli tolerabiles, iaciebant spicula, iacula in eam etiam hyberna grandine densius, comminus & eminus eusbrabantur: tantum tamẽ abfuit, ut istis oĩbus obrui aut superari potuit, ut ne leuiter quidẽ perforari quiuit aut semel in fugam uerti. Machinamenta autem bellica passim in eam magno molimine expromebantur: illa tamen illæsa tantum periculorum facile euitabat. Illo uno sermone satis cõtra omnes hostium impetus corroborata, quem loquutus est summus ille & ueridicus pastor IESVS CHRISTVS, quum dixit, Portæ inferi non prævalebũt aduersus eam. Qz potentes (quæso) tyranni olim conati sunt totis uiribus hanc sentẽtiolam obliterare: nec tamen potuerunt ullo modo? Consydera oro te o Christiane auditor atq; memore mẽte reuolue, tyrannos illos,

Imitanda uita Abrahæ & Iob.

Matth. 16. Expo.

Nulla uis prævalet aduersus ecclesiam.

Quot olim machinis impugnata erat Christi ecclesia.

illos, ſperatores ethnicos, reges, duces, præſides, tortores ac cæ-
nifices infideles & cruentiſſimos, qui olim in eccleſiam hanc ſæ-
ebant: cõſydera inſuper tot acutos gladios, tot ſtrictos enſes, tot
uenenatos bæthiarum dentes, tot mortium cõminatiões, tot ar-
dentes ignes, tot ignitas crateras, tot ſartagines, tot crudeles ma-
nus, tot laniantes feras, tot dentatos uncos, tot iacula, fuſtes, ſaxa,
ſagittas, cultros, pugiones, ſicas, atq; ut uno uerbo abſoluam, tot
omnium generũ tela, quæ olim ſæuiſſimi illi lanii in ſanctiſſimo-
rum martyrum corpora, ſine omni miſericordia perſtrigebant,
non alio nomine, q̃ ut eccleſiam tũc ſuppullulantem funditus ex-
8. tinctam darent. Sed deo immortali gratiæ etiam immortales ha-
bendæ ſunt, cuius unius uirtute effectum eſt, ut tot necis machina-
menta, fruſtra omnino expedirentur atq; irrita fierẽt: uſqueadeo
ut & diabolus ipſe omnem pharetram ſuam incaſſum prorſus e-
uacuaret, quum eccleſiam quam radicitus extirpare cogitabat,
ne tantillum quidem lædere potuit. Nec mirum ſane, quando, ut
» ipſe CHRISTVS ait Portæ inferi non prgualebunt aduer-
» ſus eam. Quod etiam, ſi deeſſet autoritas, uel re ipſa ſatis perſpi-
cuum eſt: quum hactenus nulli mortalium inuenti ſint, qui contra
eam prævaluerunt, ſed ita iam omnes obliuionum tenebris com-
» miſſi ſunt, ut uere dixeris cum pſalmographo, periiſſe memoriã
» eorum cum ſonitu. Aliõqui ubi iam eſt Claudius imperator? ubi
Auguſtus? ubi Nero? ubi Tyberius, & alii deinceps longa ſerie
imperatores, qui non ſecus q̃ lymphatici homuntiones in eccle-
ſiam totis uiribus debacchabãtur? Horum hodie nemo uſq; cõ-
paret. Horum nulla penè mẽtio fit, niſi quod in illorum dedecus
& infamiam reſonat. Horum iam ſola nomina hodie circumfe-
runtur, eaq; Chriſtianis auribus ſatis execrabilia, ob immeritos
ſanctorum martyrum cruciatus. Illi quum nihil aliud tanto faſtu
quærerent, q̃ neſcio quam friuolam nominis ſui memoriam: ta-
men eam ipſam non abs re perdiderunt: q̃ eccleſiam dei (unde
proficiſcitur quicquid uſq; memoriæ dignũ eſt) è memoria ho-

Pſalm. 9.

Inualeſcente ecclæſiæ obliuioni datur, nihil poſſe ſe reliquiri præter nomen odioſum.

minum delere conati sint, In foueam itaq; quam e ecclesię parabãt, ipsi præcipites irruerunt, ita uolente illo cui nulla tyrannis aut uis hominum resistere potest. Cuius sacrosanctis auspicijs, ecclesia indies sua augetur & crescit, indies clarior fit & illustrior. Quocunq; enim terrarum te cõferas, siue ad Barbaros, siue ad Mauros, siue ad eos quos habet decolor India, siue Hispanos petas, siue Gallos, seu penitus toto diuisos orbe Britannos, imò si ad ultimos usq; orbis terrarum fines progrediare: inuenies religionem CHRISTI prædicari, inuenies ubiq; decantari In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, inuenies deniq; omnes in CHRISTI nomine conuenire, CHRISTVM tum mutuis consensibus agnoscere, tum uno ore cõfiteri. At olim tota penè terra omni impietate, idololatria, & omnimoda peccatorum fœditate repleta erat: nunc uero cõtra, non solum ciuitates, sed & eremus quoq; CHRISTI religione refulget, fide firmatur & floresci, atq; unanimiter in CHRISTI nomine non uulgariter gloriatur. Olim eò licentiæ progressi erant mores hominum, ut etiam nobiles mulieres & optimates matronæ publice in frequentibus conuiuijs saltabant turpibus gestibus, & indecoris corporum gesticulationibus, quemadmodum & historia etiam euãgelica testatur fecisse detestandam illam saltatriculam filiam Herodiadis, tunc, quum caput Ioannis Baptistę precium saltandi secum abstulit. Nũc uero adeo Christianus quidam pudor facies omnium cooperuit, ut ne infimæ quidem famulæ nec pauperculæ aucillulæ idem facitare dignentur. Olim, reclamante prorsus natura, spurcissimum simul & promiscuus ubiq; exercebatur cõcubitus, adeo ut etiam filii matribus suis ac sorores fratribus scelerato connubio impune iungerentur: nunc uero tam sunt passim uirginitatis studiosi, ut multi etiam nullis persuasionibus ad honestum & legitimum matrimonium perpelli queãt. Olim, in hac insula nostra ad tantã feritatem prolapsi sunt mores incolarum, ut etiam humanis carnibus

Vbique Christiana religio uiget.

Vergilius.

Ioan. 1.

Luc. 1. & Matth. 14.

Veteres abusus nũc in religionẽ conuertuntur.

T.

nibus uescerent, dictiq; sunt Britanni (autore Hieronymo) Anthropophagi, id est hominum comm[es]tores: nūc autem in tantū ab hac immanitate abhorrent nostrates homines, ut uix credam alibi integrius obseruari ieiunium, quo multo salubrius animas suas reficiunt. Olim imperatores, reges ac magnates uulgo crudeles erant & sæuissimi persequatores: nunc CHRISTI iugo mansuefacti, nunc manus in cœlum tollunt, nunc tundunt pectora palmis, prioris uitæ piacula agentes: ædem nunc sacram ingressi, coronam è capite deponunt: genua in humum usq; incuruant, crucem CHRISTI in frōntibus suis deuote depingunt. Olim sanguine, cædibus, ac crudelitate, noxiis dæmonibus litabatur: nunc uero post CHRISTI passionem & gloriosam resurrectionem, fide, spe, ac charitate, deū præcipue colere elaborant: non aliis uictimis eum magis placātes, q̄ modestia, q̄ lenitate, mansuetudine, compassione, deuotissimis precationibus, abstinentia, frugali & temperanti uictu, ieiuniis, uigiliis, castimonia corporis, mentis integritate, dura uiuendi disciplina, nimirū sacco, cinere, & cilicio, cæterisq; huius generis uirtutis ac pœnitētiæ exercitiis. Atq; hęc est uera illa Christiana militia, hæc est disciplina atq; armatura Christiani militis. Et ubi olim contra professores Christiani nominis terra mariq; incredibiliter ab omnibus gentibus sæuitum est: tantopere nunc in diuersum mutatæ sunt, ut nullæ fermè gentes reperiri possint, quæ non paratæ sint libenter pro CHRISTI nomine sanguinem suum fundere, atq; cum Apostolis pro illius nomine contumeliā pati. Hęc autem ecclesia, quā iam supra depinximus, illa ipsa est, cuius unitatem obstinatissimus ille Lutherus abscindere nititur: cuius saluberrima sacramenta cupit supprimere, ministerium prælatorum, sacerdotum, atq; omnem quodammodo ecclesiasticum ordinem una cum tota autoritate sua diuellere, subuertiq;. Cuius ceremonias & ritus quod in se est, abscindit & amputat. Sanctorum adorationes, intercessiones, merita, suffragia & inuocatiōes

omnino

Hieron. Britāni quondam comedebant humanas carnes.

Victima ex mactatione Christianorum.

Actus. Quid contra Lutherum?

omnino non negat tantum, sed etiam damnat, pernitiosissimam idololatriã uocitans. Peregrinationes, castitatis ac religionis uota, ieiunia atq; obedientiam superioribus debitam adimit, præter alios multos errores quibus detestabiles illius libri scatẽt & abũdant. Quos quidem errores, non pauci doctissimi uiri confutabant: & præcipue illustrissimus pariter & doctissimus rex noster Hericus huius nominis octauus ac Christianę fidei defẽsor, penitus abstulit & euertit in illo eximio libro, quem de sacramẽtorum assertione contra ipsum Lutherum scripsit. Cæterum tales errores aliquando euenturos in hunc modum, prædixit Paulus, dicens In nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendaciũ, & cauteriatam habentium suam cõscientiam, & cætera. Nec multum ab his discrepant, quæ alibi etiam ad eundem Timotheũ scripsit: In nouissimis diebus erũt tempora periculosa, & erunt homines amantes seipsos, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obediẽtes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incõtinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & uoluptatũ amatores magis q̃ dei, habentes speciem quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Idem Apostolus ad Corinthios scribens, ita etiam de hæresibus meminit. Oportet multas hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter uos. Omnes tamen hæretici licet foris sint & ab ecclesię cõsortio penitus alienati, bonis & probatis uiris plurimum prodesse comperiuntur: dum spirituales ac catholicos uiros magis ac magis ad studia pietatis excitant, animant & accẽdunt. Ausim enim asserere adhuc esse in hac CHRISTI ecclesia mille, ducenta millia, centena millia, imò innumerabiles uiros deo fide ac sanctitate probatos: non tamen manifestos & perspicui esse possunt omnes, donec fiat illa ultima separatio bonorum & malorum per angelos dei, quãdo exibũt & separabunt malos de medio iustorum. Multi tamẽ

illustrissimus Rex noster Lutherũ cõfutat.

2. Timo. 4.

2. Timo. 3. Tempora periculosa.

1. Corin. 11. Expo. Per hæreticos, boni sæpius cautiores fiunt.

V.

indies

indies per has abſurdiſſimas hęreticorum importunitates, apud omnes gentes excitantur è ſomno, ut iucundiſſimum diem domini uideant, atq; cum ſanctis uiris impendio gaudeant ac delectẽtur. Proinde capiamus fructum & nos etiam de perditis illis hæreticis, nõ ut illorum improbata dogmata noſtro calculo approbemus, non ut illis conſentientes peruerſiſſimis illorũ erroribus implicemur: ſed cõtra, ut orthodoxã fidem atq; catholicam diſciplinam aduerſus aſturas illorum inſidias aſſerentes, uigilantiores atq; cautiores ſimus: primum ne quo dolo latẽtibus ac clandeſtinis illorum laqueis capiamur, tum uero, ſi quo modo fieri poſſit, ut eos rurſus ad fidem & ſalutem reuocare adnitamur. Nec dubitandum eſt quin ſi in omnibus eccleſiæ neceſſitatibus petatur auxilium, deus ipſe optimus maximus, qui unigenito filio eccleſiam indiſſolubili connubio deſponſari uoluit, ſemper illi præſto adfuturus ſit, ad certam opem & patrocinium deferendum: in omnibus anguſtiis ita nobis ſemper ſuccurrens, prout noſtræ poſtulant indigentiæ, ſemper ſe in exurgentis hominis modum habens, ſemper ineffabili illa potentia ſua utens, ac gratiam aſſiſtẽtem renouans, ut noſtra neceſſitas & merita requirunt. Adeo ut cum propheta hoc noſtro merito dicere poſſimus Quia uenit tempus miſerendi eius, quia uenit tempus. Nempe tempus illud ſalutis & gratiæ, quod tum potiſſimum in nos propagari cœpit, quũ CHRISTVS noſtri gratia incarnatus in terram deſcẽderit, mundum ſub perſona ſua uiſitaturus: quo tandem eum è ſatanæ poteſtate ſolutum, non alio pretio q̃ ſacroſancto ſanguine ſuo redimeret, ac ſaluum faceret. Atq; de hoc quidem ſalubérrimo tempore, ita ſcribit Paulus Apoſtolus Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Huc facit quod & alibi etiam ab eodem Paulo ſcribitur Vbi uenit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum recipere-mus. Quo fit ut prædictam iſtam miſericordiam dei, cotidie magis

Chriſtus ſuper ſua eccleſia adeſt præſens adiutor.

Littera.
Tempus miſerendi.

2. Cor. 6.

Gala. 4.

magis ac magis erga nos demonstrari perspicimus: sic ut etiam sancta illa Syon unde exibit lex, indies auctior & magnificentior fiat. Proinde & propheta noster subiungit

Vers. 15. QVONIAM PLACVERVNT SERVIS TVIS, LAPIDES EIVS: ET TERRAE EIVS MISEREBVNTVR. Anno iam proxime elapso, propheta hic noster Dauid, uobis satis perspicue demonstrauit immensam illam dei misericordiam: & ꝙ sit ille semper pronus atq; paratus ut cõforter, ut adminiculetur, succurratq; afflictę suæ ecclesię ac peccatori plerũq; grauiter uexato per uarias tentatiões ab hostibus spiritualibus illis immissas. Sed nec silentio prætermissum erat, ꝙ esset idem omnipotẽs deus benignus & misericors omnibus etiam malefactoribus, modo non recusent uitam immutare, atq; de commissis delictis agere pœnitentiam. Ostensum fuit præterea ꝙ ingens solatium sanctissimæ suæ Syon, hoc est ecclesiæ huic militãti attulerit: idq; uel in hoc uno ꝙ indies illius membra iustificet, ꝙ illius liberos in peccatum lapsos, per pœnitentiã ad gratiam denuo reuocet. Verum quoniam misericordia dei prorsus immensa est nec ullo omnino fine clauditur, idcirco nõ potest sibi temperare propheta noster, quo minus inceptum processum usq; persequatur, ita dicens. Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur. Cuius sententiæ hic sensus est. Quia lapides illi sacratissimę Syon placuerunt seruis tuis, ipsi terrę eius, hoc est, segminum & quisquiliarum miserebũtur. Verum quia hæc sententia nõ parum difficultatis obscuritatisq; in se complectitur, nec statim auditoris animo arridet: operepretium uidebitur ut primo omnium, terminos ipsos ac singulas uoces facili interpretatione aperiamus. Quo fiet, ut ea quæ iam abstrusiora uidentur, facilia cognitu fuerint & peruia intellectui. Sunt ergo hic tres termini: nempe, Serui, ut ibi seruis tuis: Lapides, ut lapides eius: & Terræ, ut terræ eius miserebuntur. Serui: Cuius serui: Serui tui. Placuerũt (inquit) seruis tuis, lapides eius. Placuerunt

X.

Y.

Syon, ecclesia militans.

Littera.

Lapides ſũ & terra eius, quid ſunt?

Tres termini declarandi.

rũt ſeruis dei, Lapides eius. Cuius eius? Certe ſanctæ Siõ. Et ſequẽtur, terræ eius miſerebunt. Adhuc cuius eius? Eiuſdẽ profecto Siõ. Nec immemores eſtis opinor, quomodo anno iã proximo enarrauimus uobis duplicẽ eſſe Sion: Siõ uidelicet illã ſuperiorẽ, quã & alio noſe eccleſiã triumphãtem appellauimus: & Siõ etiã inferiorẽ, quæ aliter eccleſia quoq; militãs dicebatur. Atq; utraq; iſtarum in diuinis literis Sion nomine nuncupatur, utraq; nuncupatur eccleſia, utraq; regnum cœlorum, utraq; ciuitas dei, utraq; ſacratum templum domini. In utraq; Sion eerũ eſt habitare dominum, in hac noſtra per gratiam, in ſuperiore uero per gloriã. Vtraq; Sion magnam ſane ruinam paſſa eſt, ſublimior illa Sion eccleſia ſcilicet triumphans nõ parum detrimenti ſenſit ſub graui illo & irrecuperabili angelorum caſu: quem tamen aliunde inſtaurari neceſſe erat, ut prior numerus plene adimpleretur. Hæc uero inferior Sion, quæ nomen militantis eccleſiæ accepit, cotidie opus habet ut in ſuis membris repareſ: quum indies in peccata paſſim labamur homines. In utraq; tamen harum eccleſiarum ſunt ſerui dei, qui illi nocte dieq; obſequium præſtẽt. Nam in ſuperiore Sion præſto ſunt angeli & diui diuæq; qui in cœlis deo ſedulo inſeruiant. In hac etiam inferiore Sion, ſunt & ſancti quidam adhuc uitam agentes, ſunt & pœnitentes, qui non alia quærunt, q̃ quæ dei ſunt: non aliõ ſtudia ſua applicant, q̃ ut in reſtituenda hac eccleſia aſſidue inuigilent. Qui in ſuperna Siõ agunt, ſuis continuis interceſſionibus & precibus ſeſe mediatores exhibent inter deum & homines pro reconciliandis peccatoribus, ſtudioſe pro nobis peccatoribus ſupplicantes, ut digni aliquãdo inueniamur, qui in ædificio ſuperioris eccleſiæ collocemur. Iſti ergo dei ſerui, qui adhuc in hac inferiori Sion militãt: ſancti ſunt & qui uitam ſanctam & incorruptam agunt. Vnde ſciendum eſt hanc noſtram Sion nempe eccleſiam militantem è tribus potiſſimum hominum ſtatibus conſiſtere, ac tres hominum conditiões complecti: bonos, malos, ac derelictos. Boni ſunt, quos dei ſeruos

Duplex Sion.

Y.

Tres ſtatus in eccleſia militanti.

Boni.

appellare ſolemus, qui pie & ſancte uiuũt, & ſunt uelut latomi quidam induſtrii in hoc dei ædificio, qui nocte dieq; non ceſſant lapides coaptare, humum fodere ac fundamenta iacere, dedolare, quadrare, ſecare, ſculpere, polire, in fabricam redigere, parietes conſtruere. Secundus uero terminus, lapides ſunt: tertius terræ appellantur. Sunt prꝛterea in hac Sion tria lapidicinarum genera, è quibus & lapides iſti effodiuntur: quorum duo in hac uoce lapides comprehenduntur, mediocres uidelicet & mali. Mediocres è lapidicina generoſorum lapidum effodiuntur: quales ſunt pœnitentes, molles, generoſi, faciles, ac tractabiles: in quibus facilis eſt operandi labor, qui non grauatim recto conſilio locũ dabunt, ac recta monentem ſequentur facile. Mali uero ad lapidicinam rigidorum & degenerũ lapidum pertinent: cuiuſmodi ſunt, qui uel ueterata malicia, uel immodica uoluptate ſic indurati ſunt, ut inter operandum ad hoc ædificium effingi nequeant, qui frãgi malunt q̃ formari in hanc fabricam: utpote quos nullum conſilium, nulla exhortatio, nulla ſermonis uis, nulla promiſſio, aut denicq; comminatio uincere poteſt aut tractabiles efficere. Super quos quemadmodum & alios ſupra dictos, iſti dei ſerui uelut diligentes latomi cõtinuo elaborant, ut aptos ac concinnos reddãt iſtiuſmodi lapides ad reparandã hanc Sion, hanc eccleſiam, hãc dei domum. Secant autem & concinnant hos lapides, aliqui quidem exẽplo uitæ, alii bono conſilio & hortatu, alii ſupplicio improborum, ac adminiſtranda iuſticia, alii precatione, alii uerbi diuini prædicatione, alii denicq; alia uia ac ratione. Poſtremo terræ nomine ſignificãtur relicti ac deſperati homines: de quorum ſalute uix ulla ſpes reſtat, adeo à deo & diuinis rebus abhorrent, adeo deum ac dei leges prorſus contemnunt. Veruntamen ſerui iſti dei nullam uiam aut ratiõem omittunt, quo uel hos tam duros atq; adamantinos lapides ad hanc Siõ ſtructuram rediganꝫ. Q̃ſi nulla monitione, nullo conſilio, nullis promiſſis, nullis minis aut precibus reuocari queãt: tũ demum ad extremum illud remediũ confugiunt,

Tria genera lapidicinarũ.

Mediocres.

Mali.

Relicti.

Diligentia ſeruorum dei in peccatoribus conuertendis.

confugiunt, nimirum excõmunicantes eum qui talis est, atq; ab ecclesia expellentes. Q2 si hac ratione mitescere nolit, non relinquitur ulla lucrandi hominis spes. Prius tamen cp id efficere tentant, ubi uidẽt nec laborem, nec studium suum quicq; ualere, ubi nec hortatibus nec consiliis, nec scripturis, nec prædicatione, nec minis, nec promissis se quicq; proficere cernunt: tũ lapidẽ ipsum irrorata aqua humectant, tum lapidem undiq; aqua perfricant & mitiorem facere laborant. Sed quali quæso aqua? Certe lachrymis, dum pro tam indurato peccatore lugent & deplorant, dum
» pro eo sedulo apud deũ intercedunt. Vnde fit, ut non semel mol-
» lificetur. Plorabunt (inquit Ioel) sacerdotes inter uestibulum & Ioel 2.
» altare, dicentes: parce domine, parce populo tuo, & ne des hæ-
» reditatem tuam in opprobrium & cõtemptum. Precantur enim ut deus pro duro illo & saxeo corde, cor carneũ dare uelit. Qua
» prece deus sæpe leniuis, ait Auferam ab illis cor lapideum, & da- Ezech. 11. & 36.
» bo eis cor carneum: hoc est, adimam illis illam saxeam & plane Expo.
adamantinam cordis duritiam, ac rigorem animi: & eius loco inducam cor carneum, cor molle, & in quoduis opus bonum flexibile. Sicq; ex duris & rigidis silicibus fient mites & tractabiles lapides: & in quos serui illi dei uel citra ullum negocium operari possunt, & in hanc sanctæ Sion structuram coaptare. Vnde & uerum effectũ assequi poterit, hoc præsens huius prophetæ nostri uaticinium: quod iam in manus nostras suscepimus elucidãdum, nempe hoc. Quoniam placuerũt seruis tuis lapides eius: & Littera.
» terræ eius miserebũtur. Pro cuius uersus maiori & fusiori adhuc declaratione, opus est ut uoces ipsas perfecte intelligamus, deinZ. de aspirante deo, sensum spiritualem elicituri. Literalis itaq; sensus huius uersus huiusce modi est. Quandoquidem lapides illi Sion tantopere placuerunt seruis tuis, non patientur neq; committẽt, ut uel reiecticia lapidum segmina dispereant: sed ut industrios latomos decet, omnia diligenter seruabunt, quæcunq; aliquem usum ad ædificandam urbem Sion præstare possunt. Sunt tamẽ

Quatuor genera lapidum.

quatuor genera lapidum, qui in hoc ædificio Sion operam ſuam, ſed uario ſane euentu elocant. Primo loco ponuntur boni illi & optimi generis lapides: nimirum perfecti uiri & frugi ſerui dei,

Boni.

Mediocres.

qui nuſq; nec ad dexteram nec ad ſiniſtram à præſcripto dei deflectunt. In proximo ordine locãtur mediocres: id eſt, pœnitentes, qui licet aliquando ad peccata deuio errore deflexerint, tamen poſtea ad ſe reuerſi, pœnitentiam libenter agũt, prioris uitæ pertæſi. Atq; iſtiuſmodi optimo iure generoſos lapides dixerim, molles, faciles, tractabiles atq; in quamcunq; uelis formã mi-

Mali.

nimo negotio ductiles. Poſt hos ſuccedũt mali ac peruerſi, nẽpe indurati peccatores: quos duris ſilicibus recte admodũ conferis, qui tanto rigore indurueriũt, ut uix & cum magna difficulta-

Peſſimi.

te ſecari queant, & in ſtructuram urbis huius quadrari. Quarto uero & poſtremo in loco peſſimi quidam collocandi ueniunt: uidelicet illi, quos ſuæ uoluntati reliquit deus, & uelut ipſa ſegmina ac uilia lapidum putamina reiecit, tanq; ad nullum uſum condu-

Tria uocabula declaranda.

cibilia. Sed iam ad ipſas uoces declarandas deueniamus. Continent ergo in hoc uerſiculo certa uocabula, de quibus & paulo ãte aliquid diximus: nimirum Serui tui, lapides eius, & terræ eius.

Serui.

Principio, ſerui tui ſunt ſerui illi dei ubicunq; locorum fuerint, ſiue in ſuperiore illa Sion, eccleſia ſcilicet triumphãte, ubi uerſantur ſublimes illi angelorum chori, ut etiam ſancti illi omnes qui iam in cœlis pro nobis interceſſores ac mediatores conſtituunt, ut digni inueniamur qui in hoc beatiſſimo ædificio adaptemur: ſiue adhuc in hac inferiori Sion, quæ & eccleſia militans dicitur, uitam temporalem degant perpetuo expectantes promiſſam illã adoptiõem filiorum dei, ita hic in terris deo placentes omni ſtudio, omniq; officio & obſequio, ut pro nobis peccatoribus ſedu-

Lapides.

lo apud deum interpellẽt. Lapides autem eius, ſubaudi Sion, eccleſiæ uidelicet militantis, de qua proximo anno ſatis prolixe fuimus loquuti: hi (inquam) lapides, illos referre poſſunt, qui quum aliquando peccatores fuerint ac flagitioſi tranſgreſſores, nunc

eamen

tamen mutatis in diuersum animis, bene beateq; uiuunt atq; pœnitentiq; grauiter insistunt. Terra uero puluerem reiectitiũ significat, siue fragmina ac resectamenta ac reliquias cęsorum lapidũ: quę ad firmum & solidum huius urbis ędificium prorsus inutiles sunt. Atq; istæ refusaneæ partes induratos illos ac contumaces malefactores significant: qui nullo modo digni sunt, qui in ædificatione Sion, id est inuiolabilis ecclesiæ dei locum habeant. Sed hic admonẽdi estis ut intelligatis hanc dei ecclesiam militantem, cuius typum olim gessit arx illa Sion, è tribus hominum statibus ac conditionibus consistere atq; cõflatam esse, ut paulo ante prægustauimus, è bonis, mediocribus, & malis ac penitus dereictis. Boni, sunt isti qui dum adhuc uiuunt, per omnia ita sese parant, ut fideles serui dei inueniantur: ut sint strenui dei latomi, qui pro uirili sua noctes diesq; huic ædificio construendo incumbunt, qui nunq; nõ desudãt ut lapides adhuc rudes & impolitos huic structuræ adaptent, ut in lapicidinis è terra effodiant, ut ferreis deinde uectibus è loco suo sustollant, ut effingant, ut quadrent, ut poliant, ut fabricæ aptos adequent ac concinnent, ut denicq; ad hanc Sion atq; domus dei reparatiõem lapides ipsi omni ex parte apti ac idonei reperiantur, laborant. Ex istis latomis, quidam probo uiuendi exemplo laborant, alii in dando aliis sano & salubri consilio, alii in sumendo iusto supplicio de peccatoribus, ut castigati emendentur: multi per pias precationes pro uniuerso ecclesiæ cœtu ad propitiandum deum effusas, nõnulli per uerbi dei prædicationem, denicq; alii alia uia atq; ratione: ita tamẽ ut nec cessent nec quiescant a labore, sed continuis sudoribus atq; uigiliis huic ecclesiæ ædificio consũmando incumbunt, atq; è uiuis lapidibus erigẽdo. Adeoq; frugi artifices sunt & circũspecti, ut ægerrime patiantur uel minimũ lapillulum interire, in quo uel aliquam bonitatis significationem conspiciunt: & quamuis mediocris spes fuerit, modo adsit aliqua: non desistunt cum omnibus modis exsculpere, ut quod superfluũ est, deradas: ac rursum quod deest,

Terra quid significet.

Ecclesia militans ex tribus hominum statibus constata.

Latomorũ dei industria in lapidibus hominum.

quod effractũ eſt, ſemento aut glutino apponere: ut ſi quo pacto fieri poſſit, huic ſtructuræ reddatur non inhabilis. Quo fiat ut é peccatore pene deſperato efficiatur nouæ pœnitentiæ candidatus: ut ex membro diaboli reddatur membrum CHRISTI & eccleſiæ, & ubi prius totis uiribus peccato conſenſerat, nunc multo ſtudioſius eidem reclamet. Huiuſcemodi latomi erant illi diuini Apoſtoli, qui omni ſtudio & omni diligentia adnitebant, ut peccatores ad pœnitentiã adducerent. Nec omittebãt quicq̃ quod ad ſalutem populi facere uidebatur: nunc ſanctis uerbis & piis monitionibus inſiſtentes, nunc precationibus, nunc uigiliis, ieiuniis, prædicationibus, miraculis operam ſtrenuam innauantes: modo obſecrationibus pellicientes, modo contra, autoritate, & ſæueris increpationibus adurgẽtes. Nam qui uerbum dei populo prædicabant, iuxta Pauli præceptum inſtabant oportune, importune, arguebant, obſecrabant, increpabant cum omni patientia & doctrina. Ex hoc genere latomorum fuit & ſæuerisſimus ille propheta Samuel, qui ſatis acerbe, increpite ac conſtanter reprehendit regem illum Saul de contumacia illa & inobedientia, qua erga dominum uſus eſt: quando ex præſcripto diuino noluit immolare domino omnes hoſtias de preda ex Amalechitis bello accepta. Verba Samuelis hæc ſunt, pro eo q̃ abieciſti B, ſermonem domini, abiecit te dominus ne ſis rex ſuper populum eius. Nec huius diſſimilis latomus erat magnus ille Helias: qui nullo nec timore nec periculo prohibitus eſt, quo minus regem Achab ſæuera obiurgatiõe adortus ſit, ſub tempore diuinæ illius famis quæ ad tres annos & ſex menſes in Iſrael perdurauerat, ita præſente animo ſuperbum regem affatus. Tu rex, tu ad iram prouocaſti deum Iſrael: quia dereliquiſti mandata dei & ſequutus es Baalim. Talis erat imò his infinitis nominibus præſtantior & plane archilatomus ipſe CHRISTVS: qui ut ſuis prædicatoribus exemplũ exhiberet, incredulos Iudæos, hypocritas phariſæos, ac arrogantes ſcribas, non deſiit acriter inceſſere, & palã illorum

Apoſtoli latomi erant egregij.

2. Timo. 4.

Samuel latomus ſæuerus.

1. Regum. 15.

Helyas.

3. Regum. 18.

Chriſtus

illorum uitia traducere. In hoc etiam albo ascribendus est & beatus ille Ioannes Baptista: qui incestuosum Herodem non ueritus est subinde uehementius increpare, ita eum amaris uerbis admonens Non licet tibi habere uxorem fratris tui Philippi. Sed tamen inueniunt nonnulli lapides, qui nulla prorsus industria, nulla arte aut politione in hanc fabricam adaptari possunt: usqueadeo nihil aliud sunt q̄m mera resecamina ac decidua lapidum fragmina. Atq; hi in prædicto uersiculo, terræ nomine designantur. In quo numero illi qui in sceleribus suis diu obduruerint, recensendi sunt: illi uidelicet qui præter carnales concupiscentias & terrenas affectiones, nihil ambeunt aut charum habent. Qui quidē nisi in doctos aliquos & diligētes artifices inciderint qui eos multa prudentia tractare & lucrifacere norint, nunq̄ fieri poterit ut ad ullam frugem applicari atq; perduci queant. Desperandi tamen omnino non sunt, quia fieri possit, ut si prudenti consilio ac diligēter tractentur, in aliquem tandem usum effingi, recudi atq; efformari ualeant. Vnde fit, ut hic sensus ex hoc uersiculo colligi potuerit, seruos uidelicet dei, quos propheta hoc loco etiam lapides Sion appellat, usqueadeo lætos & exhilaratos esse, q̄ qui iampridem peccatis misere seruiebant, nunc correcta priore uita, ad deum uicissim conuersi, per pœnitentiam reconciliantur: ut nullum pœnitus laborem subterfugiant, nullam non adhibeāt uigilantiam manibus pedibusq; sedulo annitentes, quo liceat aliquādo obduratos illos atq; obstinatos peccatores, à pristina illa ferocia retundere, atq; sic per pœnitudinem instauratos, ad aliquem usum & commoditatem adducere: quos tamen penè pernicatiores arbitrati sunt, q̄ ut sperarent posse reuocari. Neq; sane latomus ullus adeo gaudet & animo suo oblectatur, inuēto lapide aliquo generosiore, qui facile ad quoduis ædificii negocium sequax est & apprime tractabilis: q̄ ex animo lætat uir probus & ueræ pietatis amator, quoties uidet eos, qui uitiose uixerint, animi solitam ferocia deponere, atq; ex effrænis & ferocientibus,

Ioannes Baptista. Marc. 6.

Lapides inutiles.

Gaudiū i cœlo q̄ in terra de peccatore conuerso.

fieri tractabiles & manſuetos: ex pertinacibus, duris & rebellibus, fieri reformabiles ac paratos, ut diſcuſſo diaboli tyrannico iugo, ſuauiſſimum CHRISTI iugum libēter ſubeant, peccatis omnibus renuncient atq; fortiter reclament. Et hoc quidem C.
cum ipſis angelis commune habent iuſti & probi uiri: q; de conuerſis peccatoribus tantopere triumphare ſoleant, quum & dominus ipſe in euangelio idem in cœlis ſolere contingere dicat:
Luc. 15. Maius gaudium eſt angelis dei ſuper uno peccatore pœnitentiā agente, q; ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Neq; ſolum huiuſmodi lapides qui aliquando reprobi erant & nunc pœnitentiæ beneficio antiquæ puritati reſtituuntur, angelis dei tantum gaudium & ſolatium præſtant: ſed & terræ etiam eius, id eſt peccatores nōdum pœnitentes, nondū conuerſi. Qui licet adhuc pœnitere neſciant, angelis tamen cœleſtibus idcirco cordi ſunt: q; nondum deſierunt eſſe eccleſiæ membra, ſed ex prædeſtinatione ac ordinatione diuina cognoſcunt aliquando ſalutandi. Et proinde ſancti angeli miſerebuntur eis, ita illis perpetuo proſpiciētes: ut tandem reſipiſcentes uitam ſuam emendent atq; ita deinceps uirtute & integritate uitæ proficiant, ut poſt tot naufragiorum diſcrimina, tandem aliquādo ad æternæ ſalutis portum fœliciter applicent. Cæterum lapides illi quos ſupra memorauimus, pœnitentes uidelicet ac Chriſtianæ pietatis ſtudioſi, qui dum hic in hoc mundo uerſantur per penitētiam undiq; excīſi, ad regulam & perpendiculum quadrati, dolati, exculpti, erāſi, expoliti, leuigatiq; & omni artificio ad fœlicitatis fabricam compoſiti: iſti (inquam) lapides quum primum ex hac inferiori Sion exempti ſunt, cueſtigio ad ſuperiorem illam Sion tranſferuntur atq; ibi inter cœleſtes ciues collocantur. Vbi ab omni fece humanæ contagionis, ab omni ſcoria terrenarum ſordium, ab omni demum peccati labe alieni erunt, hic prius, aut in purgatorio puri effecti & perpoliti. Prius enim dolandi & omni arte expoliendi ſunt, q; in ſupernū illud ædificium ingerēdi.

Hic dum uiuimus, reformāda ſūt omnia

Siergo

Si ergo lapides tuos aptos & idoneos efficere uelis, qui ad magnificentissimam huius Sion ædificationem admittantur: prius curato ut affabre facti sint, ut cõcinnati ad unguẽ, ut in hoc mundo ita dolentur & quadri fiant, ut postea illuc delati, consummatissimæ illi fabricæ per omnia respondeant. Quod nisi hic maturè feceris, non est quod illic expectes tempus aut locum, ubi hæc
» fieri possint. Quia ut etiã sacrum eloquium attestatur, Malleus 3. Regum. 6.
» & securis non sunt audita in domo domini dum ædificaretur.
D. Quippe quod oĩa prius parata essent & ita fabricæ Siõ applicata, ut nõ opus foret ullo maiore labore. Et ut exemplaria aliquot habeas, iuxta quorum formam discas dedolare: in primis pone ante oculos tuos beatum Iob. Qui lapis quot quæso tunsionibus prius probatus est? num intus esset omnino solidus? q̃ acutis aduersitatum malleis excisus, prius q̃ in cœlestem structurã apponi meruit? Sic & Lazarus mendicus hic diu dira paupertate, dura inedia, arida siti, intolerabili nuditate, cæterisq; id genus inopię malis, ad amussim exploratus est: anteq̃ meruit ab angelis in hanc sublimiorem Sion deportari, atq; in Abrahæ sinu collocari. Atq; ut in re longa breuis fiam, ad hunc modum sanctissimus ille Ioannes Baptista cæteriq; prophetę, Apostoli, martyres, cõfessores, uirgines, reliquusq; sanctorum chorus, in hoc absolutissimum ædificium aptari meruerũt. Et inde est q̃ sanctissima mater ecclesia ita de hac ædificatiõe canat Vrbs beata Hierusalem
» dicta pacis uisio, quæ construitur in cœlis uiuis ex lapidibus. Et
» statim subiungit causam, cur in cœlum transferri mererentur, ita
» inquiẽs. Qui uirtute meritorũ illuc introducitur, omnis qui pro
» CHRISTI nomine hic in mundo premitur. Tunsionibus,
» pressuris expoliti lapides, suis coaptantur locis per manus artifi-
» cis, disponũtur permansuri sacris ædificiis. Videtis itaq; necesse
esse ut lapides illi, quotquot hoc cœleste ædificiũ ingressuri sunt: aut hic calamitatum procellis pro dei amore susceptis, aut in ignem purgatorio ad uiuũ usq; & dedolẽtur, quadrent̃ ac leuigati fiant.

Iob lapis solidus.

Lazarus lapis.

Ioannes Baptista lapis.

Canat ecclesia.

Lapides omnes non sunt dolari ac poliri debent.

Quidoquidem

Quandoquidem ſupernum illud palatium uſqueadeo ab omni contagione perpurgatum eſt: ut nihil penitus recipiat, quod nõ ſit politiſſimum. Vt & beata illa Ioannis apocalypſis ſatis liquido demonſtrat, ubi in hunc modum ait de cœlo loquẽs Nihil coinquinamenti intrabit. Q; ſi adhuc fortaſſe nõ ſatis tenes, quomodo hi lapides hic cõcinnandi ſint, paucis accipe. Principio ergo oportet ut lapides illi qui huic cœleſti ciuitati parandi ſunt, ubi primum è lapidicinis eruuntur, tergantur in primis, radantur à ſuperfluitatibus ſuis, ut diligenter dolentur, poliantur, ornentur atq; aptentur quiſq; ſuo loco & ordini, per calamitatum & rerum aduerſarum tolerantiam, per contemptum huius mundi, per rerum terrenarum reiectionem, per pauperiem, per infirmitatem, per abnegationem propriæ uoluntatis, per omnimodam miſeriam & ea quæ mundanis hominibus uidentur maxima mala. Atq; E. ut penitius intueamini, quomodo ueſtri lapides excindendi ſint, documento erit CHRISTVS ipſe: primus & præcipuus huius ædificii lapis, in quem ceu in ſolidiſſimum fundamentũ tota hæc ſtructura recumbit, lapis ille angularis olim ab ædificantibus uelut ineptus operi ſuo reiectus at tandem in caput anguli repoſitus, lapis è quo uno totum reliquum ædificium dependet. Qui tamen lapis, recogita quæſo tecum, quot modis in hoc mundo reprobatus ſit, quot preſſus iniuriis, quot miſeriarum malleis contuſus, quot anguſtiis circumſeptus, quanta penuria circundatus, dum non haberet ubi reclinaret caput ſuum: quot paſſionibus, ſuppliciis & cruciatibus exercitatus eſt quãdiu huius mundi homines habebatur, quot denique modis contemptus eſt, conſputus ab omnibus, pro ludibrio & uiliſſimo uermiculo habitus, illuſus, deriſus, ac impiis ſannis atq; blaſphemiis obrutus & ultra omnẽ modum oneratus. De quo lapide pſalmographus hic noſter ita meminit Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Hic idem eſt præcipuus ille & miſericordiſſimus latomus totiuſq; opificii præſes, princeps & architectus

Apoc. 21.

Quomodo debẽt lapides ſuũ poliri.

Chriſtus lapis huius ſtructuræ præcipuus & primus.

Pſalm. 117.

Chriſtus, latomus ſummus

Chriſtus

CHRISTVS IESVS: qui quum pro infallibili præscie-
tia sua non ignorat semper futuros aliquos, qui in exitiale pecca-
tum ac uitam damnabilem ruituri essent, semper pro immensa
misericordia sua salubri aliquo remedio occurrit iamiam lapsu-
ris, cauens ne in tã inexpiabilia flagitia incidant, per quę in ęter-
næ damnationis baratrum ruant præcipites. Quod ne contin-
gat, quum aliõquin necessario euenturum esset: CHRISTVS
ipse optimus maximus sua illa gratia, quam & theologi prę-
uenientem appellant, eos misericorditer anteuertit, illorum mortalia
corpora (ubi & tantæ rebellionis sedes est) uariis afflictionibus
præoccupans: & ita inopia, uel infirmitate, aliquo sæuo morbo,
rerum aut amicorũ dispendio, aut alio quopiam graui casu fran-
gens & edomitans, ut tandem emortuis uitiorum fomẽtis, uirtu-
tibus ac pœnitentiæ agendæ locum esse sinant. Neq enim teme-
re aut inconsulto immittuntur à deo huiusmodi flagella & uexati
ones in rebellantium ac ferocientium corpora, sed quo à uitiose
tyrannide liberata, fiant piis monitionibus obsequiosiora. Nisi
enim ipse sic illorũ corpora seueriore disciplina atq asperis casi-
bus tempestiue attereret: ipsi idem sua corpora omnibus pecca-
torum generibus conspurcata, luxu, libidine ac uita plane diabo-
lica prorsus exhaurirent. Quare ne corpus immodica licentia
præferox sit & petulantius lasciuiat, adeo ut nec ratiõis frœnum
ferre uelit: clæmentissimus dominus aliqua ægrotatione aut mo-
lestia prœoccupat, salutẽ corporis luxuriantis paulatim adimens,
ne cum perpetua salute corporis, mittantur homines in gehennę
incendium. Hisce itaq & horum similibus pharmacis in sanando
mundo utit benignissimus dominus noster IESVS CHRI-
STVS: idem longe omnium tum præstantissimus medicus, tum
etiam peritissimus latomus. Quę tribulationes si non essent, quot
quæso flagitiis & facinoribus persit reperet totus undiq mũdus?
Tolle aduersitatem, tolle afflictionem & tribulationem è rebus
humanis: & ipsa eadem opera sustuleris omnia prorsus uirtutum
seminaria:

Quibus modis deus auerrit lapsuros.

Aduersa homini a malo perpetrando coercent.

seminaria. Porrò nihil omnium est quod mortales citius in de F.
obliuiõem adducit: cũ prosperitas & rerum affluentia. Quid alio
ud, oro te, cũ secundus fortunæ afflatus effecit ut nostri nosmet
simus immemores, ut animarum nostrarum obliuiscamur? An
nõ satis superq; uidemus cotidie opulentiam atq; benignã omni-
um rerum copiam in causa esse, cur passim tam dissolute, tam ef-
frenate plerique mortalium uiuant? Cur sese luxui, libidini, uanis
illecebris ac fœdis uoluptatibus totos impendãt ac deuoueant?
Cur ita citra omnem modum & modestiam uitam agant, ut nihil
penitus pensi aut consyderati habeant, quo sese uergant res hu-
manæ, quo cadat fortunæ alea anceps, sese cæco & fortuito cur-
su totos uago mundo committentes: deum ipsum conditorem ac
redemptorem suum ne pili quidem facientes, diaboli insidias nec
perpendentes interim aut formidantes quicq;, ita se in omnibus
negociis gerẽtes, ac si cœlestis regni hæreditas ad sese nihil spe-
ctaret, ac si CHRISTVS pro his è satanæ imperio uindican-
dis pretiosissimum sanguinem suum minime effudisset. De quo
Deut. 32. hominum genere, & deus ita in scriptura testatur, dicẽs Incras-
Afflictio quan ta efficiat bona & tribulatio. satus est dilectus meus, dilatatus, & recalcitrauit. At contra, quot
commoditates affert secum salubris afflictio? Quanta probitatis
materia nascit è tribulatiõe? Nam tribulatio totius uirtutis uelut
mater est & altrix. Tribulatio peccatorẽ adigit ut in sese descen-
dat, ut agnoscat peccata sua, & agnita defleat, & ablutricibus la-
chrymis detergat. Tribulatio improuidis, imprudentibus atq;
ignaris, uelut magistra est & doctrix: iuxta factitatũ illud Vexa-
tio dat intellectum. Tribulatio præcipua autor est, ut perseueret
quis in uirtute & innocẽtia uitæ. Tribulatio insuper expellit pro-
sus lubricam carnis nostræ appetentiam. Tribulatio denicq; de-
sides & somnolentos homines è graui uitiorum sopore excitat,
& ad diuinam gratiam implorãdam extimulat: fastuosum humi-
litatis disciplinæ tradendum curat, probum & integrum uirum
adhuc magis purgat & omnibus numeris elimatum reddit, pœ-
nitentem

nitentem autem adornat & ad fœliciter moriendum præparat. Atut exemplo quoq; hęc uera esse docearis, meminisse oportet,
, Quomodo rex Antiochus, dum adhuc in secundis rebus uersa-
, retur, dum omnia ad nutum suppeditarentur, adeo insolēs, adeo
, superbus fuerat: ut crebro iactitaret sese redacturum Hierusalē
, (tam celebrem eo tempore urbem) in congeriem sepulchri Iu-
, dæorum. Cæterum ubi primum plaga insanabili percussus est,
, adeo prioris superbię pœnituit, ut ualde humiliatus diceret Iustū
est subditum esse deo, & mortalem nō paria deo sentire. Iustum
est, inquit, subditum esse deo. Aequum profecto est ut quisquis
fueris, quantalibet uel autoritate uel dignitate sublimatus: nihilo-
minus deum humiliter agnoscas, timeas, & uenereris. Siquidem
deus se agnitum esse mortalibus & mādat & uult, uult etiā amari,
G. uult metui, uult timori esse hominibus. Proinde neutiq; par est,
ut homo humi reptans, speret se deo paria sentire posse: aut ullo
potentiæ gradu, illi æquiparandum esse. Quemadmodum enim
amariora pharmaca & eiusmodi antidota & catapotia, à quibus
stomachi appetitus maxime abhorret, solent corpus humanum
facillime à noxiis humoribus & capitalibus morbis repurgare &
ad sanitatē restituere: ita & afflictiones huius mundi, angustiæ &
tribulatiōes, aduersæ sæuientis fortunæ procellę, animū à terre-
nis concupiscentiis, à uitiis omnibus & spiritualibus infirmitati-
bus extenuant & perpurgatum reddūt. Et ut nō ignores q̄ strē-
nuum medicum CHRISTVS sese præstet erga tuam salutē,
hac crassiore similitudine facile perdiscas. Clemētissimus domi-
, nus, qui non uult mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur &
, uiuat, assidue ad ostium animæ tuæ perpulsat: tu tamen infelix
eò cæcitatis euasisti, ut etiam contra tam peritum & beneuolum
medicum ianuam cordis tui occludas. Ille tamen nondum cessat
saluti tuæ consulere, sed adhuc pulsat, rectas & sanctas cogitatio-
nes animo tuo inspirans: quas tu tamen in perniciem tuam ultro
& præcipitanter ruens negligis ac reiicis penitus. Ille pergit ad-
huc quoq; pulsare, tentans te lumnis beneficiis, ut uel sic te ad a-
periendam ianuā prouocet: cæterum tu ista oīa adeo non curas,

2. Machab. 9.

Expo.

Deut timēdi, amādus, & ue nerandus.

Ezechi. 33. Quibus modis deus peccato res uocat?

ut ne semel quidem respicias benefacientem deũ. At tandem, his omnibus frustra tentatis, te aduersitatibus & tribulatione aggrediitur: ac tum quidẽ uelut è diuino somno experrectus, te ipsum agnoscis, atq; hostium mentis tuæ recludis. Quo aperto, illum toties exclusum receptas, priori obstinationi prouirili reclamitans. Quare quum afflictiones & miseriæ usqueadeo animæ saluti conducunt: clamemus omnes cum beato Hieronymo Veniant plagæ, ueniant omnia genera malorum, dum post plagas CHRISTVS aduenias. Patienter ergo patiatur unusquisq; tam salubres castigationes & remedia, quæ per tribulationes & afflictiones fiunt: id secum frequenter memoria reuoluens, quod euangelista scriptum reliquit Oportebat CHRISTVM pati & ita intrare in regnum suum. Q2 si unus omnium innocentissimus regnum suum non est ingressus, nisi innumeris supplicijs & passionibus antea affectus: quanto magis nos grauissima peccatorum sarcina onerati, qui in omnibus bonis infirmi sumus & defectuosi, qui tenuem admodum aut nullum potius titulum uindicandæ paradisi habemus, citra multas calamitates & afflictiões in carne regnum dei non introibimus? Quare si CHRISTVM pati oportuit & sic intrare in regnũ suum: quomodo nos miserrimi hominculi regnum alienum ingrediemur, nisi prius multis passionibus, anguistijs & ærumnis explorati? Nam ut ille ait, Nõ decet, nõ decet membrum delicatum, sub capite regnare spinoso. Porrò id absurdissimum foret, præposterum, omni rationi dissonũ, ac ordo plane inuersus, ut CHRISTVS ipse qui nihil commeruit, tam dira supplicia pro nobis sustineret: dum nos interim uoluptatibus indulgentes, nihil aliud q̃ deliciemur. Vt CHRISTVS nostra causa pœnis & eruciatibus afficiatur: dum nos uanis & momentaneis corporis oblectamentis inebriemur. Vt CHRISTVS æstuosa tribulationis maria (nostræ salutis gratia) toties transfretet: dum nos interea loci in trãquilitatis portu otiosos & oscitantes corporis anchora teneat. Quapropter si eũ CHRISTO regnare uelimus, si cœlestis hæreditatis participes fieri cogitemus: oportet ut eũ CHRISTO quoq;

Hieronymus super psalmos.

Luc. 24.

Nec Christus regnũ suũ sine prefatus ingressus.

Hieron.

Absque tribulatione nullus cœlum ingreditur.

quoq; patiamur, illius causa uicissim afflictiones & tribulationem tolerantes, quemadmodum ille prius pro nobis multo acerbiora perpeti nõ sit grauatus. Nam tribulatio est uelut porta quædam ac directa uia, per quam in cœlum usq; proficiscendũ sit. De qua & noster propheta ita in psalmis mentiõem efficit: Hæc est porta domini, & iusti intrabunt per eam. Per quam sane portam nõ solum CHRISTVS ipse in cœlũ regressus est, sed & omnes etiam sancti & electi dei, qui CHRISTVM principem suum & primitias dormitionũ illuc subsequuti sunt. Beatam autem uirginem in cœlũ per tribulationem cõmigrasse, uel id arguit quod prædixit senex ille & propheta Simeon, quum eam coràm alloquutus, ita uaticinatus est: Tuam ipsius animam pertransibit gladius. At nimis longum foret ut omnes omnium sanctorum afflictiones, tormenta & martyria recenserem: præsertim quum non adeo multos hic adesse reor, qui non audierint & calleant multas illas iustorum tribulationes ac sacram martyrologiam. An nõ Ioannes Baptista in carcere, capite obtruncatus est? Nunquid Stephanus ille protomartyr, qui primus sub oriẽte primitiua ecclesia CHRISTVM capitis sui dispendio confessus, lapidibus obrutus est? Petrus in crucis patibulum actus est, ut & Andreas quoq; Paulus Apostolus detruncato capite mortem obiit. Bartholomæum autem exuta pelle decoriatum aiunt. Laurentium ardentibus prunis super craterа assatum. Quot, quæso, aduersitatum procellas, quot infortuniorum tempestates passus est patientissimus ille Iob? Quę unq; maior pœna excogitari potuit ẽp erat illa, quã passus est propheta Esaias: quũ dentata & stridula serra dilacerans est? Catarina autẽ uirgo tenera & regia etiã, nõne rectoris & iuuenis rotis fœdo & horrẽdo laniatu discerpta est? Sed quorsũ attinet ut aliis innumeris enumerãdis immorer? Quorũ ut paulinis uerbis utar, Alii distenti sunt, alii ludibria & uerbera experti sunt, alii uincula & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tẽtati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circuierũt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti. In solitudinibus errantes, in mõtibus, in speluncis & in cauernis terræ. Quæ uerba

Psalm. 117.

Luc. 2.

Maria.

Ioannes Baptista.

Stephanus.

Petrus.

Paulus.

Laurentius.

Iob.

Esaias.

Catarina

Hebre. 11.

nihil aliud insinuare uidẽtur, ꝙ ut si quis potiundi regni cœlestis cupidus sit, oportet ut per tribulationis portum subintret: ut hic acerba & aspera pro dei amore toleret & patiat, si in cœlis gaudio frui & dulcia degustare meditetur. Siquidẽ si sanctissimi illi uiri, quorum uita cœlitum potius ꝙ hominum uidebatur, quorũ mores angelos magis ꝙ mortales referrebãt, quos citius deos superos ꝙ terrigenas & huius mundi incolas merito dixisses: de quibus & Apostolus tam honorificam mentionem facit, ut fateatur tam pios & integros esse, ut his mundus non esset dignus. Si hi (inquam) quum tantæ sanctimoniæ essent, non refugerunt ulla pœnarum genera, quo cœlum ingredi mererentur: quid nobis miserrimis peccatoribus (qui hic magis sub carnis ꝙ spiritus imperio uiuimus) faciendum est, ut hanc beatissimam cœli mansionem introeamus? An creditis illecebris corporis, uoluptatibus ac deliciis aditũ ad superos patefieri? Non sic impii, non sic. Proinde subeundę sunt libenter tribulationes: corporis luxuria uigiliis, ieiuniis & precationibus maceranda & subducenda est, agẽda sedulo pœnitẽtia: ut sic his remediis adiuti, ualeamus tandem à satanæ graui tyrannide ad CHRISTVM redire, ut uitia uirtutibus commutemus, ut ex carnalibus spirituales efficiamur, ut denicp in toto corde nostro ad deum cõuertamur. Quod si fecerimus, haud dubium est quin maius gaudium erit angelis dei super uno nostrum pœnitentiam agente, ꝙ supra nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Sed hic obiter occurrit K. quæstio quædam, non indigna profecto quæ inter Christianos uiros agitetur. Nunquid uidelicet deus ipse pluris faciat peccatorem, qui iam à peccatis suis ad deum conuersus sit: an iustum & innocentẽ uirum, qui à primæua puritate non sit relapsus? Super qua quæstione duplex est theologorum opinio. Quarũ prior innocentibus fauere uidetur, altera uero pœnitẽtibus. Pro innocentibus, Ioannes Baptista constituitur aduocatus: triplici argumẽto munit causam suã, contendẽs pro uiribus, innocentes plus debere è deo dilgi, ꝙ illi qui pridem in peccatum lapsi, nunc uncuncp per pœnitentiam restituuntur. Primum igitur argumentum

Psalm. 1.

Luc. 15.

Quæstio.

Quatuor argumenta quæ præferunt innocentiã pœnitentiæ.

1.

tum ſuũ inde auſpicatur, q̃ quo quid pulchrius ſit & melius, hoc à deo magis dilig̃dum eſt, nam (ut eſt autor ſacer ille Dionyſius) Pulchrum & bonum omnia deſiderant. Q̃ ſi ergo omnia pulchrum & bonũ deſiderant, id́q̃ non alio nomine q̃ pulchritudinis & bonitatis: neceſſe eſt itaq̃ fieri, ut quod altero pulchrius ſit & melius, hoc etiam deo magis ſit dilig̃dum. Iam uero nemo eſt tam imperitus rerum eſtimator, qui nõ uideat innocentiam multis nominibus pulchriorem & commendabiliorem eſſe pœnitẽtia: quare conſentaneum eſſe uidetur, ut etiã pœnitentia tantũq̃ res minoris momenti, innocentiæ locum concedat. Q̃ ſiquis de minore huius argumẽtationis propoſitiõe addubitet, poteſt & philoſophi autoritate corroborari. Cuius uerba hæc ſunt, Finis eſt nobilior his, quæ ſunt ad finem: quare quum innocentia finis ſit, & pœnitentia non aliud q̃ medium quoddam ad hũc finem perducens, oportet neceſſario conſequi innocẽtiam, pœnitentia lõge pulchriorem eſſe, & proinde maiore etiam dilectione à deo proſequendam. Tertium autem argumentum cui hæc innocentium cauſa innititur, poteſt ab eodem philoſopho deſumi: qui ita in ethicis ſuis ſcriptum reliquit, Similitudo eſt cauſa amoris. At iam innocentia deo longe ſimilior eſt q̃ eſt pœnitentia, nimirum quum deus ipſe ſumma illa puritas ſit & ipſamet uera innocentia: unde neceſſe eſt fieri, ut deus iam puros & innocẽtes plus diligat, hoc eſt ſui ſimiliores, q̃ pœnitentes, qui quãuis illuc proficiſcuntur, nondum tamen eam puritatem conſequuti ſunt. Iam uero partem aduerſam ſuſtentat diuus Auguſtinus, huiuſmodi argumenta contexens, Nulla cauſa fuit CHRISTO ueniendi in hunc mundum, niſi ut peccatores ſaluos faceret: quum & ipſe idem aſſerat dicens, Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã. Quare dicit, tolle morbos, tolle uulnera, & nulla erit cauſa medicinæ. Si itaq̃ nõ ob aliam cauſam in hanc miſeriq̃ualem deſcenderit CHRISTVS, q̃ ut homines in peccata relapſos per pœnitentiam reuocaret: apparet nullam aliam rem CHRISTO æque charam eſſe atq̃ pœnitentiam, & ex conſequenti pœnitentes q̃ quoſuis alios diuino amori ꝓpiores eſſe.

Dionyſius .4. de diuinis nominibus.

.2.

Philoſophus.

.3.

Ethico. 8.

Argumentum pro pœnitẽtia.

Auguſt.

Matth. 9.

.4. Rursum pro innocentibus huiusmodi ratio cõcinnari potest. Illi à deo plus diliguntur, qui plus habent de gratia dei: quare quum innocens qui nunq; á prima gratia in baptismate cõcessa, lapsus est, plus possideat gratię q; is qui post lapsum pœnitentia initiandus est, perspicuũ esse uidetur, plus adesse gratiæ insontibus q; illis qui pœnitentiæ beneficio resarciendi sunt. Quamobrem si cæteris omnibus paribus innocẽtia & pœnitentia inter sese cõparentur, & demptis circumstantiis unde inuicem conferantur: innocentia sane dignior erit, & ea de causa deo etiam magis dilecta. Nempe q innocentia & uirginitas præmium habeant accidentale, uidelicet aureolam: quam non habet pœnitentia. Hoc igitur bonum atq; muneris auctarium habet Lucia, quod nõ habet Magdalena: sicuti & cęteri innocentes, quod pœnitentes habere nequeunt. Quod & Hieronymi item autoritas confirmat, ita inquientis Quũ omnia potest deus, non potest tamen de corrupta incorruptam facere. Virginitas adeo pura & munda res est, ut si forte semel contaminetur: oĩbus modis impossibile est ut solito nitori restituatur. Neq; potest rei alii cõuenientius assimulari, q; lucidissimo cuipiam serico: quod si semel cõtaminatis manibus polleueris, ut antiquæ puritati ac splẽdori restituatur, prorsus impossibile est. Quare duabus potissimũ de causis summa cura & diligẽtia seruari debet uirginitas. Partim quidem, q; semel amissa, nullo pacto resarciri queat, sed omnino irrecuperabilis est: partim etiam, q; rite & sancte seruata, tantum premii consequatur, uidelicet aureolã, aliis q; martyribus, doctoribus, & uirginibus, neutiq; conferendam. Ex quibus satis liquidum esse opinor, si innocentiam & pœnitudinem, sublatis circũstantiis omnibus, æquo libramine inter se nude collatas respicias, innocẽtiam quidem deo propinquiorẽ esse oportet. Accidere tamen potest, quod & non semel contigisse compertum est, ut pœnitentes studiosius à peccato resurgant, feruentius deũ ament, & maiore etiam alacritate & charitate operentur, q; innocentes: quod in Petro & Magdalena manifeste declaratum fuit. Vt enim aqua alia calida, alia tepida, alia demum frigida reperitur: ita sunt qui in amore

L.

Hieron.

Virginitas semel amissa nũquam recuperatur.

Aureola quibus confertur.

Quidam pœnitentes feruentius amãt quã innocentes.

Aqua, alia calida, alia tepida, alia frigida.

amore dei ac bonorum operum ſtudiis feruescunt maxime, ſunt rurſum qui tepẽt, & ſunt deniq; qui penitus frigent ad omnia bona exercitia, quales ſunt iſti in peccata relapſi, iacẽt proſtrati in turpi uitiorum luto ueluti immundi ſues uolutãtes, nec adiiciunt ut reſurgant. Sed ut ad duas priores conditiones reuertamur, ſi pœnitentes ita alacriter & ſtudioſe poſt lapſum reſurgant, ita ament feruide, ita demum fructuoſe operentur, ut calidę potius q̃ tepidæ aquæ comparari queant: certe hac ratione fieri poteſt ut pœnitentes in hac parte magis q̃ tepidi innocentes, á deo dilecti ſint. Quemadmodum uidemus unum aliquem à rege ſuo magis q̃ alterũ diligi & in maiori pretio haberi: q̃ aliqua fortaſſe egregia & peculiari dote prędituſ ſit, qua careat ille alter: licet tamen nõ ſimpliciter plus altero diligatur. De unoquoq; autem iſtorum, qui certis & peculiaribus dotibus apud deum gratiam haud mediocrem inierunt: ita in eccleſiaſtico ſcriptum reperitur, Nõ eſt inuentus ſimilis illi, qui cõſeruaret legẽ excelſi. Porrò unuſquiſq; ſanctorum hominum aliqua ſpeciali uirtute ac priuato dono polebat: quo, nemo alius in pari uidelicet gradu inſignitus eſt. Quidam enim fide præcellebant, quidam dilectione & charitate. Alios caſtitas reddidit deo charos, alios modeſtiæ & obediẽtiæ donum. Erant & quos inuicta quędam patientia plurimum cõmendauit, & quos ſerpentina prudẽtia effecit celebres. In ſumma alii iuſticia, alii temperantia, alii pietate & deuotione, alii denique aliis uirtutibus efflоruerunt. Vnde & de ſingulis illorum haud abſurde dicitur Non eſt inuentus ſimilis illi, qui cõſeruaret legem excelſi. Iſta concluſio etiam ratione, autoritate, & exemplo, perdoceri poteſt & confirmata iri. Pro rationis fulcimento erit locus quidã petitus ex auſcultatione phyſica Ariſtotelis: ubi ita ait philoſophus. Quando aliquæ ſunt cauſæ poſitæ, quarum una depẽdet ab alia: poſita una, neceſſe eſt ponatur & reliqua. Cuius rei exemplum atq; experimentum ex arbore quapiam ſumi poteſt, in qua ſunt folia, ſunt fructus, ſunt rami, ſunt germina, & emergẽtes ſurculi: quæ tamen omnia adeo à radice dependent, ut poſita illa, neceſſe eſt & iſta ſimul poni; ſublata uero radice, auferuntur

Eccle. 44. Expo.

Vnuſquiſque ſanctorum aliqua peculiari dote inſignitus fuit.

Phyſico. 8. Omnia arcadia et pendent.

& iſta quoq;. Iam uero radix omnium bonorũ eſt ipſa charitas: in qua ſi bonorum operum rami non manſerint, nihil quicq; uiriditatis habituri ſunt. Qua ratione iam effectum uides, ut ſi auferatur charitas, oportet ut & alia bona opera omnia ſimul auferãtur. Q. ſi igitur ex charitate omnia bona ortum & initium habeant: conſentaneum eſt & illic plus gratiæ eſſe, ubi ſit plus charitatis: ubi uero maior gratia fuerit, opus eſt ut ibi maius quoq; meritum exiſtat. Quo fit ut quum pœnitẽtes magna ex parte cũ feruente quadam charitate à peccato reſurgant: ſequi oportet ut acrius & feruentius in uia bonorum operum perſiſtant, q; faciũt innocentes qui nunq; à recta uia deflexerunt, & proinde etiã magis à deo dilĩgi. De quibus & Apoſtolus huiuſmodi teſtimoniũ perhibet Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Cuius rei & ipſe idem Apoſtolus omnibus exemplũ eſſe poteſt: qui ex ſæuiſſimo eccleſiæ perſequutore, ſubito gratiæ diuinæ afflatu, factus eſt ſyncerum electionis uas & uocalis tuba euangelii CHRISTI. Idẽ de Petro dici poteſt, qui ex eo qui CHRISTVM ter abnegauerat: factus eſt eiuſdem CHRISTI uicarius in terris generalis. Nonne & Mattheus quoq; ex quæſtuoſo publicano, euangeliſta CHRISTI effectus eſt: & ſubito è telonæo ad elaborandam uineam domini accerſitus? De Latrone quid dicam, qui quum nunq; antea ſed iam inſtante morte nec agnouit ſcelera ſua nec pœnituit: & tamẽ mortalium olim primus paradiſum inuiſere meruit? Quid prophetã Dauidem cõmemorem, qui ex ſtupratore & homicida ita deo charus effectus eſt: ut de illo loquens iactitaret, ſe inueniſſe hominem ſecundum cor ſuum? Et Auguſtinus quoq; è paganiſmo uocatus, ex prophano rhetore, effectus præclarum eccleſiæ lumen. Magdalena itidem quæ olim more meretricio uixit, poſtea uocante CHRISTO actaq; pœnitentia, Apoſtolorum diſcipula imó apoſtola fieri cõtigit. Ex quibus exemplis, ut ne iam plura perſtringã, ſatis liquere arbitror, quod ait Apoſtolus Paulus. Vbi abundauit delictũ, N. ſuperabũdauit & gratia. Tanta & tã inſignis eſt dei miſericordia erga peccatores, ut ne quenq; aſpernet, quantumuis grauiter

peccauerit

Vbi plus charitatis, ibi plus gratiæ.

Rom. 5.

Expo.

Paulus.

Petrus.

Matthæus.

Latro.

Dauid.

Auguſtinus.

Magdalena.

Pœnitẽtia quã ſit efficax!

peccauerit, modo ſemel pertæſus deteſtabilis uitæ ſuæ, uelit ad CHRISTVM ſeruatorem ſe conuertere, atq; ex animo cõmiſſa ſua confiteri. Q2 ſi uel ſemel fateatur peccator ſe ſuorũ delictorum ſerio pœnitere, flagitiaq; ſua ſibi uere diſpliciſſe: ſi uel ſemel dicat, pœnitet me, etiam ſi interim labia ſua ne ſemel quidẽ dimoueat, ſi lingua nihil perſtrepat, ſi os neutiq; aperiat, ſed tantum intus in præcordiis & pectoris ore pœnitẽtiam indicat, ſtatim benigniſſimus dominus eum obuiis ulnis excipiet, multũ deoſculabit, expoſitisq; miſericordiæ ſuæ brachiis, libẽs amplexabitur. An putatis clæmentiſſimum dominum peccatorem pœnitentem reiecturum, qui dixit Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitẽtiam? An putatis eum peccatorem pœnitentem auerſaturum, qui toties cum peccatoribus ediſſe, bibiſſe, ac conuerſatus fuiſſe legitur, nõ ob aliud niſi ut eos ad pœnitentiã prouocaret? Non recuſabit peccatorem pœnitẽtem, qui miſericorditer latronem pœnitentem recepit, homicidam Dauidem, auarum publicanum, ſcortum Magdalenam. Nullos penitus reiicit. Sed omnes ad eũ ueniẽtes admittit, recipit & amplexatur. Adeo ut optimo iure repetere poſſim, Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Nec aliorſum accipiẽda ſunt, quæ CHRISTVS alibi loquutus eſt, ita aiens, Amen dico uobis, quia publicani & peccatores præcedent uos in regno cœlorum: id eſt maioris meriti erunt, ſi alacriter pœnituerint & ſtrenue profecerint ad meliora: cũq; uos qui tepidi pergitis ſemper ueſtri ſimiles eſſe. Siquidem CHRISTVS hæc dixiſſe perhibetur innocentibus illis, qui non admodum ferueſcunt in deo, qui talentum ſibi à deo concreditum abſcondunt, in terra uteunq; integrũ ſeruant, non tamen ita ſedulitate ſua elaborant, ut auctius atq; ornatius reddatur: quo dominus aduenies, pecuniam ſuam cum fœnore receptet. Quibus ſic in innocentia langueſcentibus non mirum uideri debet, ſi præferat uere pœnitentes: qui ceu diuino quodam igne correpti, inflammãtur toti & in deo exardeſcunt: qui toto zelo ac uiribus ſuis, ad bona opera perficienda ſeſe accingũt: qui ſeduli ſunt & diligẽtes, ut in CHRISTO IESV operentur,

Miſericordia dei magna erga peccatores.

N.

Luc. 5.

Roma. 5.

Matth. 21. *Peccatores pœnitentes ſæpius innocẽtes antecedunt in regno dei.*

operentur, ſanctis uidelicet uigiliis, deuotis precationibus, ieiu-
niis aſſiduis, pietati, deuotioni, reliquisq; pœnitẽtiæ exercitiis in-
tenti & occupati. Sed & illud quoq; non leuem conſolationẽ pœ- O.
nitentibus addere debet, q; tria præcipua totius ſacræ ſcripturę
opuſcula per magnos ac ueros pœnitentię actores in eccleſia dei
frequentius q; alioꝝ opera leguntur: uidelicet euangelium Mat-
thæi, Paulinæ epiſtolæ, prophetæq; Dauidis pſalterium. Quod
non alia ratione procurante ſpiritu ſancto factum apparet: q; ut
illoꝝ exemplum aliis peccatoribus animũ adiiceret, ne quiſq; de
prompta dei miſericordia deſperaret, quantũuis grauiter lapſus
ſit, quantumuis deum ſceleſta uita ſua offenderit. Nam nullũ tam
enorme & inexpiabile peccatum committi poteſt: quod non ue-
ra pœnitẽtia facile deleuerit, ſi ueniam rite petierit. Quod ut etiã
exemplo addiſcas uerum eſſe, ſcito nullum eſſe peccandi genus
quod non uel ex infirmitate humana proueniat, ut auaritia illa &
turpilucrum Matthæi: uel ex ignorantia, ut Pauli perſequutio &
animus infeſtus cõtra eccleſiam dei: uel denicq;, quod oĩum longe
deterrimum eſt, ex malitia, quomodo & homicidium à Dauide
perpetratum uidetur. At his omnibus deum pœnitencia placatũ
.2. ignouiſſe, nemo eſt qui ignorat. Secũdo autem in loco, hæc præ-
Luc. 15. dicta concluſio per exemplum ſeu ſimilitudinem filii prodigi cõ-
probari poteſt: qui ab indulgẽtiſſimo patre temere nec data cau
ſa refugiens, in peregrinas regiones profectus eſt, ibiq; luxurio-
ſe uiuendo totam ſubſtantiam ſuam & patrimonium inter uiliſſi-
Internus dolor filij prodigi ad ſe reuerſi. ma ſcorta diſſipauit. Imò non ſolum eo luxu & perditiſſima uita
res ſuas nequiter profudit, ſed & corpus quoq; ſuum miſere at-
triuit, ac uitam conſumpſit ſuam: cæterum tandem ubi ad ſeſe re-
uerſus eſt, ſic intra ſe recordari cœpit, atq; tacite apud ſe ſolũ lo-
quutus eſt. O me miſerum atq; pluſq; ter infœlicem, domi ex no-
bili proſapia natus ſum, claris prognatus natalibus, cæterum huc
in peregrinam regionem profectus, totam patrimonii & hære-
ditatis portiõem quam ab optimo patre accepi, perditiſſime de-
populatus ſum: domi omnium rerũ affluentia ſatis ſuperq; abun-
dabam, at nunc in ſummã pœnuria cõſtitutus ſum, hic in ignoto

loco

loco apud ignotos ignotus uersor miser, parentes ac amici longe absunt, nec quisq; adest qui sic angustijs circumsepto opem ferat: & quod magis auget dolorem meū, serui paterni, hactenus laribus ego stultus aufugi, omni epularum genere affluunt & abūdant, quum interim ego filius inedia pereo, tantaq; fame tenetor, ut uel leguminis siliquis, quæ porcis proiiciuntur deuorandæ, saturari cupiam, quam nec harū quidem copia datur. Quid ergo faciam omnium mortalium lōge miserrimus? Certe reuertar ad patrem meū, ac illi ad genua prouolutus, totū me illius benignitati dedam, ita ingenue protestās Pater, peccaui in cœlum & coram te, nec iam ium dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Quod ubi fecisset pœnitens uitæ prioris, tātum abfuit ut mitissimus pater resipiscentem repudiaret: ut etiā ambabus ulnis & prona misericordia susceperit. Verum obiter annotanda sunt quatuor amoris argumenta, quę pater iste in recipiendo filio tam male frugi declarauit. Quorum primum satis aperte indicauit, quum misericordia motus, occurrit obuius filio suo, quem iam procul uenientem aspexisset. Proximū autem tum inclaruit, quando extentis brachijs suis filii collum arripuit, propius amplexaturus natū sibi denuo reuersum. Tertio uero in loco illud non uulgare amoris indicium fuit, q̄ quem iam arcto cōplexu tenebat: etiam insuper deosculatus est. Nec his contentus, demum etiam lauto conuiuio splendide excepit, pariter & hędo illo saginato atq; etiam annulo & stola prima adornans. Iste autē pater familias deum ipsum optimum maximū nobis referre potest: qui & duos filios habet, duos uidelicet populos, innocētem, & peccatorem prodigum, sed iam tamen pœnitētia duce ad patrem reuertentem. Prius tamen peccator eò lasciuiæ demens proiectus est, ut tam mitem & māsuetum patrem fastidiat: adeo ut tandem ab eo digressus, in exteras & ignotas regiones procul à natali solo recedit, procul à salute sua euagatus. Nā uel propheta teste, Lōge à peccatoribus salus. Cæterum peccator iste, quo iam dico, profectus: bona omnia sua luxuriosè dissipat, non tā ea, quæ gratuito dei beneficio acceperat (& proinde gratuita dici

Ibidem.

Quatuor amoris argumenta patris ad prodigum filium.

Pater prodigi figuram gerit dei.

Psalm. 118.

dici possunt) q̄p etiam naturalia, spiritualia, & fortuita. Paulo tamen post in se reuersus per ueram & internā contritionem, tandem pœnitētiæ ducatum sequutus per penetrantem conscientiæ remorsum, ad deum quem pridem male reliquerat, totis iam animi conatibus recurrit. A quo, obuio animo & exposita misericordia, ita amāter recipitur: ut manifesta diuinæ benitatis argu-

.2. Immēsa dei misericordia.

menta agnoscerem. Siquidem primo omnium immensiæ misericordiæ suæ alas expandens, ita inquinatissimum & omnibus uitiorum sordibus conspurcatum peccatorem recipit & fouet: ut ubi statim puniri ac pœnas dare meretur, ut etiam iuste perire, tamen usqueadeo pro commeritis non sæuit in receptum pœnitentem, ut leni animo sustentet, eum omnibus modis consolans, & quæ peccauit interim dissimulans, atq; etiam à iusto supplicio

.2. & uerbere temperans. Deinde uero sic exceptum dispassis brachiis cupide amplectitur, ambabus ulnis cōpressum corpori suo astringens: tum una sinistra gratiæ suæ manu tum etiam gloriæ

.3. suæ dextera eum complectens & refocillans. Tertium autem diuinæ pietatis symbolum, quo in recipiendo pœnitente peccatore usa est tam obuia dei clæmentia, erat, q̄p reuersum amanter exosculatus sit: suauissimum pacis osculum filio porrigens, unde sine omni ambiguitate sciret ac spem certam conciperet de indulgentia patris ac remissione peccatorum suorum. Cuius gratuita lenitate & misericordia factum est, ut ubi apud inferos in furcas agi commeruerit: nūc illarum loco, dei benignitate ueniam assequutus sit &

.4. gloriam. Postremum autem amoris argumentum Q.
tum demum erga redeuntem peccatorem expressit clęmentissimus pater: quando præ nimia lætitia recepti filii, magno apparatu conuiuium celebrauit, hoc est quando angelis suis gaudium illud exhibuit, quo tantopere de peccatore pœnitentiam agente afficiuntur. Sed neq; solum angeli dei in hoc conuiuio usqueadeo lætitia gestiunt & exultant: uerum & pater ille cœlestis quoq;, non minus q̄p illi, lætatur & præ ingenti gaudio hilarescit: lætatur etiam dei filius gaudens sanguinem suum, quem pro omnibus redimendis in ara crucis uolens impenderat, huic fœliciter cessisse:

ceſſiſſe: quibus congaudet etiã & benigniſſimus ille ſpiritus ſanctus, ꝙ gratiam ſuam in conuerſo operantem uideat. Patrem autem cœleſtem, qui nihil grauius fert ꝙ mortem peccatoris, in hac filii ſui conuerſione plurimum gauiſum fuiſſe, non eſt quod adeo demiremur. Siquidem, ut terrenis affectibus diuinos utcũq; exprimamus, uidemus etiam mortalem aliquem regem non leuiter gaudere, quĩ certo ſciat uxorem ſuam prolem concepiſſe: quẽadmodum fecit & magnus ille Abraham, quando Saram ſibi filium Iſaac concepiſſe certo intellexiſſet. Adhuc tamen magis gaudet quum audit ſibi natũ eſſe filiũ, in quo uidetur ſibi pater uelut renaſci denuo. Quem gaudendi morem propheta Zacharias & Eliſabeth, nato ſibi Ioanne Baptiſta expreſſerũt affatim. Maximũ autem patri celebratur gaudium, quando filiolus à materno ubere exceptus, à lacte demandatur. Quomodo & feciſſe Abraham conſtat, quum in die ablactationis filii ſui Iſaac, grande & frequens celebrauit conuiuium. Verum plus ꝙ maximum celebrat conuiuium & immenſo plane gaudio diffunditur, quãdo filius ſuus iam grandiuſculus effectus, ad menſam paternam recipiendus eſt. Ad eundem modum, ut à terrenis ad cœleſtia aſſurgamus, & pater ille cœleſtis omniũ infinitis partibus & optimus & maximus, de filio ſibi ſpiritualiter concepto, ſpiritualiter nato, ſpiritualiter ablactato, uel denicp ad menſam ſuam ſpiritualiter recepto, mirum in modum gaudere ſolet. Porrò iſta ſpiritualis conceptio penes peccatoris contritionem attenditur, quãdo uidelicet peccator de peccatis ſuis condolens, eam gratiam quam antea peccando aborſiuit, nunc rurſus pœnitẽdo uelut cõcipit: uel quoties relicta abhominanda delinquendi conſuetudine, bonum & ſanctum propoſitum in animo conceptum habet. Prima enim diſpoſitio ad hanc conceptionem peragendam, eſt diſplicentia quædam interna: quam quis apud ſe contra peccatũ concipere incipit, quæ theologis etiam attritio dici conſueuit, id eſt leuis quædã diſplicentia. Cui ſi ueram contritionẽ ac condolẽtiã de delictis commiſſis adiunxeris, abſolues haud dubie & plenam efficies hanc cõcipiendi diſpoſitionem. Etenim attritio illa,

Gaudiũ patris de filio cõcepto, nato, ablactato & ad menſam recepto.

Spiritualis cõceptio.

Attritio quid?

est ille primus motus quem habet peccator quando incipit pec-
cata sua detestari & pro uirili abhorrere, quando incipit abho-
minandam uitam suam odio habere, quãdo studet deponere ue-
terem illum hominem, quando discit conteri & tristari pro pec-
catis suis, quãdo præterita luget, præsentia condolet, quando de-
nique oĩbus modis enitiur ut sua sibi cõmissa maxime displiceant,
quando uitam corrigit, & deo rursum placere studet. Atq; hæc R.
præparamenta quædam sunt ut quis ad conceptionem spirituale
disponatur. At qui plene concipi uelit filius dei, opus est ut inte-
gram habeat contritionẽ, quæ principaliter & ex necessitate re-
quiritur ad peccati deletionem, & ut perficiatur hæc conceptio.

Cõtritio quid. Quæ quidem contritio est dolor uoluntarie assumptus pro pec-
catis, cum proposito confitendi & satisfaciendi & iterum nõ re-
cidiuandi. Atq; hæc contritio luctum generat, lamentum, fletus,
singultus ac suspiria tristia. Ex quibus hæc spiritualis conceptio
per gratiam dei operantem perficitur: quæ ita uim suam in pec-
catore exercet, ut etiam ad agendam pœnitentiam fortiter adi-
gat, adactamq; saluti restituat. Quem etiam concipiẽdi modum

Esai. 26. & propheta Esaias depinxit, ubi ita scribit: Facie tua concepimus
Spiritualis na- domine, & parturiuimus spiritum salutis. At tum demum uelut
tiuitas. nascimur ac in lucem prodimus, quando huiusmodi syncerę cõ-
tritioni superuenit integra confessio, bonorumq; operum abso-
luta exhibitio. Sed sunt nonnulli qui hucusq; recte profecti, hic
tamen infeliciter retrobiliunt in antiquam sentinam, uelut canes
ad uomitum, aut sus immunda ad uolutabrum luti. De quibus &

Esai. 37. illud eiusdem Esaiæ uaticinium uerificari potest: Venerunt filii
Quidam ante usq; ad partum, & uirtus pariendi non est. Fuêre enim & adhuc
partum abor- sunt non pauci, qui sancti spiritus impulsu cõtristantur pro pec-
tiunt. catis suis & ueram contritionẽ induunt, tantoperęq; sibi displicẽt
ut etiam rerum agendæ pœnitentiæ propositum concepérint,
cuius auxilio freti, peccata sua penitus effugare poterint. Quum
interim tamen aut solicitante maligno spiritu seducti, aut carnis
illecebris superati, aut denique mundi præstigiis fascinati: bonum
illud propositũ infectum relinquant, nec adimplent ea bona quæ

prius conceperant perficienda, peccata non dimittunt, ſed in eadem de integro relabuntur, in peccatis uolutant, ſeſe omni uoluptatum genere ingurgitant, ipſis uitiorum lenociniis indormiunt, & canum more ad uomitum nauſeabundi recurrũt. Iam ablactatio peccatoris tum peragi dicitur, quando diuinæ gratiæ & pœnitentiæ præſidio, ad eam ſtabilitatem & incrementum uirtutis profecit: ut iam nõ amplius indigeat infantulorum lacte, ſed ſolido perfectorũ cibo reficitur ac robuſtus fit. Nam perfectorum eſt ſolidus cibus, ut ait Apoſtolus. Hic autem ſolidus cibus, non eſt aliud q̃ perfecta & uera pœnitẽtia: quoties uidelicet pœnitens ipſe ad tantum roboris acceſſit, ut iam nihil quicq̃ grauet omnipharios cruciatus in dei cauſa tolerare, quando fortiter & animo impauido tentãti Satanæ reluctatur, quando adblandiẽtẽ mũdum ne flocci quidẽ facit: quãdo hęc momẽtanea huius uitę gaudia, uilia ac nullius ponderis ducit: quando recalcitrantẽ carnem ſuam ſanctis uigiliis, puris ieiuniis, precationibus, tuntionibus, genuflexionibus, ſacra lectione, piiſq̃ meditationibus affligit, macerat & edomitat: atq̃ ita demum corpus ſuum aliõqui ferox & rebelle, pœnitentia ac mœrore ob dei amorem ac animæ ſuæ ſalutem crucifigit. Quando itaq̃ carnis inſultus, cõcupiſcentias ac brutos motus ratiõi ſubducit, ablactari atq̃ à lacte ſubduci dicitur; idoneus iam factus qui duci ſuo CHRISTO, ſtrenuam operam impendat. Cæterum hæc fortitudo nõ ex corporis robore æſtimanda eſt, ſed ex uirtute ſpiritus acgratiæ diuinę. Multi enim ſunt, qui in bellis, prælijs, uariiſq̃ militiæ ſtratigematis, tum uirtute animi, tum corporis firmitudine mirifica geſſerunt: quũ tamen ad expugnandos turbulentos animi ſui affectus, ad debellandas q̃ carnis ſuæ aſſurrectiones, imbecilles admodũ ſunt, nec quicquam habent uirũm ſolitarũ. Hinc eſt q̃ ſapiens ille hebræus ita de hac re ediſſerat Fortior eſt (inquit ille) expugnator animi ſui, expugnatore urbium. Non deſuerunt aliquot, ut uetera monumenta perhibent, qui totum penè mundum ſuo imperio ſubdiderunt: qui tamen uitiis & importuniſſimis affectibus ſuis inſeruire coacti ſunt. Inter legẽda bella

Spiritualis ablactatio.

Hebræ. 5.

Perfecta pœnitẽtia ſolidus eſt cibus.

Multi bello fortes, a ſuo corpore ſuperantur.

Prouer. 16.

Ethnicorũ cõperimus ꝯ plurimos numeroſos exercitus & bellicoſiſſimas gentes ſuperaſſe, illecebris tamen carnis ſuæ miſere inſeruiiſſe: eoſq; turpiſſimis delitiis prona pectora cõceſſiſſe, qui in bello tamen hoſtibus nunꝯ terga dediſſe leguntur. Sed heu nimiam uitiorum tyrannidem, heu peccatorum diram ſeruitutẽ. An non pudet pigetq; tantorum uirorum, qui quum tot gentium & nationum uictores eſſent: tamen interim à ſordidiſſimis affectibus ſuis captiui ducerentur? An non monſtri ſimile eſt, nationum ac terrarum dominos, ita turpibus flagitiis inſeruiuiſſe? qui maximis imperiis & florẽtiſſimis regnis foris terrori eſſẽt, domi ludibrio fuiſſe peccatis? Porrò Alexander ille magnus qui totũ orientem ad quinquaginta circiter ciuitates bello uicit ac ditioni ſuæ ſubiugauit, qui potentiſſimũ Darium Perſidis & Armeniæ regem præter omnium opinionem debellauit: an ſeipſum quæſo ſuperare potuit quo minus turpiſſimis uitæ ſordibus inſeruiret captiuus, temulentiæ, furori, cæteriſq; tam abominandis flagitiis, ut ne honeſte quidem proferri poſſint? Nunquid etiam eo inſolentiæ & blaſphemiæ progreſſus eſt, ut reclamante matre ſua Olympiade, tamẽ ſe Iouis Hammonis filius haberi uoluit: publicoq; edicto pꝛmãdauit, diuinos honores ſibi à totius græciæ populis exhiberi? Cæterum quum in tanto ſuperbiæ ſtrepitu à Diogene cynico perquiſiuiſſet: num ullo unꝯ ſæculo fuiſſet illo maior aut futurus eſſet? Reſpondit philoſophus libere quidem (ut mos eius erat) ſed reuera tam uere ꝯ libere: nimirũ Alexandrum ſibi uideri ſeruũ ſeruorum ſuorum. Nam tu (inquit) o Alexander licet toti penè orbi dominaris, tamen interim ambitioni, auaritiæ, faſtui, inuidentiæ, cæterisq; uitiorum peſtibus turpiter inſeruis: quas ego omnes ſub pedibus meis conculcaui, ac mihi inſeruire coẽgi. Quin nec quintus ille Cecælius qui philippum regem uinctum è Macedonia eduxit, ſeipſum aut turbidos animi ſui æſtus euincere potuit. Põpeius autẽ, quo nemo unꝯ mortaliũ pꝛclariora geſſit, nemo plures ſuperauit populos, qui inter cæteros, duos etiam potentiſſimos reges ſuperauit, Methridatem uidelicet & Tygranem Ponti & Armeniæ dominos: ſed nonne hic tantus

Alexander.

Reſponſio diogenis ad Alexandrũ magnũ.

Quintus Cecelius, Põpeius,

uir

uir inhoneſtiſſimæ libidini atq; molliciei ſubiectus legitur extitiſſe: Iaſon uero tantum de robore corporis ſui cõfiſus eſt, ut per ignota maria ad Cholcos ad rapiendum aureum illud uellus, primus omnium penetrare auſus ſit. Quo quum tandem cum argonautis ſuis applicuiſſet: opera Medeę nobiliſſimę incãtatricis adiutus, ad potiundum optato uellere, eam ipſam à patre raptã una cum reliqua præda ad Theſſaliam uſq; deportauit. Qui quidem ut fateamur magna geſſiſſe, ut fateamur fortia ſuperaſſe: ita tamẽ à uitiis & concupiſcentiis uictũ fuiſſe negare nemo poteſt. Præterea Marcus Antonius, qui (ut demus magni fuiſſe ingenii) ad tantum tamen laſciuiæ & ineptiarũ delatus eſt: ut in Alexandria famulorum ueſtibus induitus, per ſingulas totius ciuitatis domos, ſub nocturno ſilentio pergraſſatus eſt. Quem tamen furibundo ſimilem, Cleopatra uxor eius comitabatur: ob quam & ab Octauio Auguſto eius æmulo interfectus eſt. Hic ne ſeipſum uincere potuit qui tot flagitiis ſuis ſubditus eſt? Quid autem de Hercule dicemus, qui omnium Græcorum longe fortiſſimus memoratur extitiſſe, cuius duodecim illas memorabiles ærũnas Græcia nũq; ſibi uiſa eſt laudaſſe ſatis? Hic domitis totius orbis mõſtris, multoq; labore ſuperato mundo, ſub ultimis orientis & occidẽtis terminis, ingẽtes columnas erexit, quas in memoriam uictoriarum ſuarum herculeas uocari fecit: nempe ut poſteritati teſtarentur totum mundum inter hos duos limites uidelicet columnas illas & Sycyam contentum, ſui aliquando iuris extitiſſe. Idem adhuc infans, imo iamdudum natus & in cunis iacens, eruptis faſciis duos angues à Iunone nouerca immiſſos ſtrangulaſſe legitur: tantum tamen abfuit ut ſeipſum ſuperare potuit, ut etiam Deianirę amore captus, officia fecerit muliebria, depoſitoq; uirili amictu, fœmineum induere coactus ſit, atq; inter puellas, arrepto fuſo, fila deducere. De quo ſi plura legere deſideras, habes Lactantium firmianum libro primo capite nono de inſtitutione Chriſtiana. Vbi inter alia & hæc de Hercule ſcriptis mãdauit, Hercules qui ob uirtutem quaſi Affricanus inter deos habetur: nonne orbem terræ quem peragraſſe ac purgaſſe narrat, ſtupris, libidinibus,

Iaſon.

Marcus antonius.

Hercules.

Collina Hercules.

Lactan lib. 1. cap. 9.

adulteriis inquinauit? Quo loco & multa alia, quæ ad hanc rem faciunt, perlegere licet. Disputatum olim Romę aiunt, quid inter homines esset multo uilissimum? Cui quæstioni ita Leucippus respondit, ut diceret auaritia nihil prorsus nec uilius esse posse nec sordidius: nimirū q̄ auarus adeo rebus suis pertimeat, ut oculos suos ad oīa semper cōuersos habeat, quantum habeat salis, quantum uini, quantū olei, atq; itidem de aliis rebus omnibus, quæ ad domesticam suppellectilem attinent. Cæterū Democritus luxuriam, rem longe cōtemptissimā arbitratus est: propterea q̄ pro modica delectationis uoluptate, fatuus quispiā luxurię uilissimis sordibus conspurcatus esset. Eliobolus uero pro re uilissima censuit habendum huiusmodi hominem, qui quum rationis capax esset, tamen rationem quæ dominari debebat, à sensualitate superari sineret. Et proinde ex parte aduersa nihil in mundo fortius reperiri posse, cū hominem qui passiones suas & tumultuarios affectus rationi subdiderit. Et profecto nulla præstantior victoria est, cū quemq; sibiipsi imperasse, cū quemq; suiipsius victorem esse. Quare o optime Christiane, hanc conclusionem uelut infallibile oraculum accipe. Si quidem carnales illas appetentias tuas & rebelliones ratio subiugauerit, si inclinationes & desideria carnalis concupiscentię rite compescas: si iram, si auaritiam, si inuidiam, libidinem & concupiscentiam malam rationis frœno cohibeas: scito te facinus longe præclarius gessisse, cū unū gessit in Francia Carolus ille magnus, aut Alexander in toto oriente, aut Gulielmus conquæstor in Anglia, aut denique Iulius cæsar in toto mundo. Cui sententiæ licet ex se satis clara sit nec maiore probatione egere uideatur, etiā Seneca philosophus suffragatur. Nulla, inquit, uictoria maior, cū uitia perdomuisse. Et alio quoq; loco Magnum imperium regit, qui sibi dominatur. Idē. Multos enim rexeris si ratio te rexerit. Nec huic diuersū est, quod alibi quoq; ait idē Seneca. Si uis omnia tibi subiicere, subiice te rationi. Proinde in hoc tam ancipiti bello, fac te uirum præstes o pœnitens, fac rem tanti tum momenti tum discriminis uiriliter & forti animo geras: fac animose cōtra sensualitatem, cōtra carnē propriā, contra

Inter res humanas quid uilissimum.

Leucippus.

Democritus.

Eliobolus.

Vincere teipsū, maxima uictoria.

V.

Seneca.

Quid pœnitēti faciendum?

contra mũdum & diabolum dimices: caue ſinas effrœnatos carnis motus, quibus dominandum erat, in te ſuum imperium exercere. Salubrem pœnitentiam age & in deo & propter deũ. Memento ſemper cuiuſmodi pœnitentiam, quas pœnas, quos cruciatus, quot ſupplicíorũ genera, quas furcas, quas cruces, quæ patibula: quot carnificinas & laniamenta, quos præterea imbres, quos ſudores, quos æſtuantes ſoles, quæ frigora, quas procellas & tempeſtates, quot deniq; ſæuorum tormentorum genera, pro CHRISTI amore ſuſtinuerũt pœnitentes in primitiua eccleſia. Illi enim ſic in hoc pœnitentiæ ſtadio cucurrerunt, ut tandem à primis illis rudimentis uelut à lacte ad ſolidiorem cibum tranſmitti meruerĩt, ut robuſti facti ſint & fortes in bello, pugnantes cum antiquo ſerpente: ſemper in CHRISTO laborãtes, ſemper ſeipſos in pœnis & piis pœnitentiq; ſtudiis defatigantes, quo per hanc aſperam uiam ad cœlũ contendere liceret. Ad menſam uero tum recipi dicitur pœnitudinis profeſſor: quando peracta hac uita & peccatis per pœnitentiam condonatis, ad cœleſtem refectionem admittitur. De qua receptiõe & euangeliſta ita meminit, Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Hæ & huiuſcemodi loquutiones, quæ in ſacris literis paſſim obuiæ ſunt, per metaphoram dictæ intelligendæ ſunt. Quandoquidem ſacrę ſcripturæ mos eſt ſeſe ad noſtrum captum demittere per corporalia (quæ noſtris ſenſibus propinquiora ſunt) ſpiritualia ubiq; penè ſignificãs: ut ex his quę nobis ſatis cognita ſunt, ad ambienda incognita conſurgamus. Quamobrem per cibum & potũ, delectatio & ſyncera uoluptas intelligenda eſt: per diuitias cæteraq; id genus quæ copiã & opulentiam ſignificare uidentur, ſufficientiam illam intelligito: quam CHRISTI inexhauſta liberalitas, ſuis omnibus ſuppeditatura eſt. Per regnum autem illius, exaltatio illa hominis ſignificari poteſt: qua poſt uitam hic ſancte & integre tranſactam, ita in ſublime ſuſtollitur, ut etiam CHRISTO capiti ſuo coniungatur. Et ubi apud Matthæum capite quinto copioſa merces ſanctis promittitur in cœlis: per uocem cœlis, ſublimis illa omnium ſpiritualium bonorum

Qualis erat pœnitentia in primitiua ecclesia.

Spiritualis receptio ad mensam.

Luc. 22. expo.

Matth. 5.

Beatitudo quid?

intelligenda uenit. E quibus metaphoris colligi poteſt nihil aliud per iſtam oblectationem, per hũc cibum & potum deſignari, ꝙ illam abſolutam & incredibilem beatitudinem: quam diffiniens

Boetius.

Boetius ſtatum omnium bonorum appellat. Quod de bonis illis intelligendum eſt, quæ uitę ſpirituali conueniunt: in qua, ſola, uera, & perfecta beatitudo cõſiſtit. Porrò, bona iſta huius mundi, quæ etiam ethnici philoſophi externa appellant, uitę animali deſeruiunt: quare nec cõſummatiſſimæ illi beatitudini competere poſſunt. Veruntamen quicquid bonitatis in iſtis reperiri poteſt, X.
id totum multo ſyncerius & abſolutius in ſummo illo fonte deo, à quo fluit quicquid eſt uſq; bonorum, inuenietur & habebitur. Vnde uidere licet accumulatiſſimam omnium bonorum congeriẽ illic poſitã eſſe. Secundo uero in loco, & filius ille dei IESVS CHRISTVS, non uulgari lętitia diffunditur, quoties contẽplatur à ſummo cœli cardine, peccatorem ab errore uiæ ſuæ ad rectum pœnitentiæ tramitem conuerti: nempe ꝙ tum effectum paſſionis ſuæ uideat minime defruſtrari, nec in caſſum effuſum ſanguinem ſuum. Qui unigeniti filii dei affectus, in parabola illa de oue perdita & rurſus inuenta, ad uiuum uſq; exprimitur. Etenim tunc illa una ouicula periit: quãdo homo ſuaſori diabolo acquieſcens, per peccatum é uitæ paſcuis aberrauit. Et tũ filius ille dei patris omnipotẽtis unicus & optimus paſtor, relicto reliquo ouium grege, ad quærendũ perditam illam ouem profectus eſt: quando ab altiſſimo patris throno delapſus, acceptaq; humana natura terram peragrauit: ut hominem ſibi ſponte perditum, ſua mera miſericordia reuocaret. Atq; ut ſuam in hac re diligentiam ac ſtudium erga ſeruandum hominem fuſius declararet: nõ uno ſane in loco perditum perquiſiuit. Vnde factũ eſt ut primo omnium uirginalem aluum ingrederetur, amiſſam ouiculã perquiritãs. Poſtea in lucem productus in Bethleem, in ſtabulo, apparuit iacens inter brutas beluas in præſepio. Hinc in Aegyptũ profectus eſt indagaturus nuncubi illic latitaret ouis illa: ſed homine perdito nec illic quidem inuento, rurſus Iudæam una cum pientiſſima matre reuertit. Vbi non ceſſat montes, ſyluas, agros peragrare

.2.

Quantũ gaudet filius dei de conuerſo peccatore.

Luc. 15.

Progreſſus Chriſti in perquirendo perdito homine.

peragrare: quo perditum hominem inuestiget. Hinc petit ciuitates, hinc oppida, hinc castella ac pagos omnes: deinde maria perlustrat, uisit Hierosolymam, in prætorio inter iudices uersat, plateas ciuitatum circuiuit, profectus est & usq; ad caluariæ locũ, non recusauit infamem crucem & inaudita tormenta pati, modo uel dispendio charissimi sanguinis sui perditũ sibi hominem restituere potuisset, siti, fame, nuditate, maximisq; tum cruciatibus tum doloribus affectus est, laborauit, sudauit, caput spinis appositum, tenerrimas manus rigidissimis clauis affigi pertulit: in summa, nihil nõ afflictissimum passus est, necdum tamen de perditũ illum hominem, quem tam anxie perquirebat, inuenire potuit. Nec tamen adhuc á quærendo desistit, sed delapsus inferos usq; penitrauit: ubi tandem post tot labores & acerbissimos cruciatus exanclatos & sustentatos, quæsitum hominem inuenit. Inuentum uero adeo auide complexatus est, ut etiam in humeros proprios imposuit, ne qua forte relapsus periret denuo, qui illi tanto constiterat priusq; inuenire potuit. Pro cuius tamen inuentione adeo exhilaratus est, ut iam quodammodo tot laborũ oblitus sit, ut non libeat ulterius meminisse quomodo pro inuestigando homine desudauerit, quomodo spineam illam coronam in capite gestare non recusauerit, quomodo sacræ manus & pedes clauorum rigiditate defixi fuerint & miserabiliter laniati, quomodo præterea latus eius robusta lancea ad cor usq; perforatũ sit, quot iniuriis sit affectus, quot probris, quot conuitiis, asperitatibus ac caninis uerbis percitus sit & dilaceratus, ut innocentissimũ sanguinem fuderit, ut uelut bonus pastor animã suam poneret pro ouibus suis, ut hominem quem per tot grumnas quæsiuit, tandem
Y. inuentum sibi comitem adiungeret. Tantam itaq; solicitudinem ac desiderium habuit unicus ille dei filius, ut ouiculam perditam inueniret atq; inuẽtam ad reliquum gregem suis humeris reportaret: ut & ista omnia, quę recensuimus, & istis etiam multo atrociora pro te, me, totoq; humano genere redimendo & perficerit & perpessus sit. Sed nec illic hominẽ reliquit, donec peracta ascensione, eum ad reliquas oues, angelos uidelicet, perduxerit.

Quãta pro inuenitõ hominẽ passus sit Christus?

Quãtũ gaudet Christus de inuento homine.

Per

Per quę te ab inferorum tyrannide reductum, in cœlo collocare pro infinita misericordia sua dignatus est. Vbi iam hominem in æterna gloria & fœlicitate constabilituit imperpetuum. Et hæc ipsa est uirtus & uerus effectus passionis domini nostri IESV CHRISTI. Sed unde fit o benignissime IESV, ꝙ peccatorem, qui pœnitere non recusauerit, æque aut etiam plus diligis, ꝙ facis innocentem & iustum? Profecto facile crediderim non aliud in causa esse: nisi ꝙ maiorem tum laboris tum doloris materiam pro peccatore sustinuisti ꝙ pro innocẽte. Siquidem ut est autor Aristoteles, Mater plus ꝙ pater filium diligit, neꝙ id sane alio nomine nisi ꝙ circa illum plus laborauerit, plus doloris sustinuerit, plus ꝯmunarũ passa sit in parturiendo, in pariendo, & in educando. Nam illa præter fastidiosam pariter & periculosam decem mensium gestationem, etiam uehementissimos ancipitis nixus dolores sustinuit, tædium educatiõis & infantię uarias molestias pertulit: unde quia puer matri ꝙ patri maioris constitit, par est quoꝙ ut habita pretii ratione, plus matri ꝙ patri diligat. Et uidemus præterea uulgo fieri, ut res illæ quæ à longinquo deferuntur, multo prius labore quæsitæ, longe maiori pretio æstimẽtur: & proinde plus & desiderari & diligi, ꝙ illæ quæ passim parabiles & ad manũ expositæ sunt. Iam uero CHRISTVS pro peccatoribus redimendis nõ solum procul aduenerat, uidelicet è sinu patris in terram descendens, sed & præter inæstimabile pretium, etiam labores intolerabiles subiit: assumpta uidelicet humanitate nostra, egestate, pauperie, siti, fame, frigore, penuria, inopia, innumerisꝙ præterea pœnis & laboribus non fatigatus modo, sed & oppressus etiã. Hominis enim causa captus est, afflictus est, colaphis & alapis cæsus, contemptibiliter derisus & consputus, arundine percussus, duris spinis coronatus, flagris cęsus, crucis patibulo ferreis clauis affixus, felle & aceto potatus, conuitiis, obprobriis & blasphemiis indignissime obrutus & oppletus, illusus, derisus ac reprobatus, tãdem etiam & mortem non atrocissimam tantum, sed & ignominiosissimam passus est. Quæ oĩa cruciamenta & labores inæstimabiles potissimum

Ethic. 8.

Quam chare nos quæsiuit Christus.

pro

pro peccatoribus tulit. Quod & ipse in euangelio suo ita testatũ reliquit. Non ueni uocare iustos sed peccatores ad pœnitẽtiam. Luc. 5.

Etenim multis modis uocauit nos CHRISTI bonitas & clementia. Vocauit enim nos ad cõmutandam uitam priorem partim per prophetas, qui sæculis aliquot CHRISTVM incarnatum præcessere: partim etiam per præcursorem suum Ioannem, qui nunc̃ cessauit clamare Agite pœnitentiam, appropinquat enim regnum cœlorũ. Quin & ipse quoq; seruator noster CHRISTVS longa prius prædicatione nos ad se pellicies, tandem etiam & acerbissima morte sua ad se uocare non est grauatus: sic, dũ iam spiritũ exhalaturus erat, patrẽ magno clamore Z. inuocans Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ad cuius clamorem, multi haud dubie continuo ad CHRISTI religionem conuersi sunt: statim è persequutoribus pœnitentes effecti, largo lachrymarum imbre peccata sua deflentes, pectora claro plangore tundẽtes, ab imis penetralibus tristi luctu suspirantes, & sic cum Centurione confitentes Vere filius dei erat iste. Vnde factum est ut & psalles hic noster Dauid in spiritu longe præuidens & prospiciens à longinquo, hanc incomparabilẽ CHRISTI pietatem & misericordiam prorsus infinitam: ita quemuis peccatorẽ excitat & admonet Respice in faciẽ CHRISTI tui. Respice (inquã) o homo Christiane & uidebis CHRISTVM tuum, qui dudum in cœlis patri omnipotenti per omnia æqualis erat, iam hominem tua causa factum, è muliere nasci, atq; in uili præsepio infantem deuagire. Respice in faciem CHRISTI tui, & uidebis eum, qui rex regum est & dominus dominantium, non regum more purpura & uestibus auro contextis, sed uilibus pannis & paupere amictu coopertũ. Respice in faciẽ CHRISTI tui, & uidebis eum cum uirgine matre & nutricio Ioseph, à persequente Herode in Aegyptum nocturno itinere fugitantem, interdiu uero in syluarum ac dumorũ latebris & ignotis locis latitantem. Respice in faciem CHRISTI tui, & uidebis eũ quadragesimo à natiuitate sua die, iuxta præscriptum legis Mosaicę in templo uelut pauperculum præsentari: nec aliud pro illo

Matth. 3.

Multi modi uocauit nos Christus.

Luc. 23.

Matth. 27.

Psalm. 83. Expo. Quæ passus sit Christus pro nobis sibi exponenda.

offerri

offerri q̃ duos turtures & par columbarum. Respice in faciem
CHRISTI tui, & uidebis eum per quadraginta integros dies
in heremo ieiunatte: ac tum demum ab impudente dæmone ua-
riis tentationibus adortum. Respice in faciem CHRISTI tui,
& uidebis eum, acsi peccator esset & ablutione egeret, in lorda-
ne amne à Ioanne baptizatum: uidebis præterea per totam Iu-
dæam & Samariam regnum dei diuulgantem, & maxima ubiq;
miracula uirtute sua diuina ædentem: uidebis itidem iam de uia
lassatum iuxta fontem sedentem ac cum muliere Samaritana be-
nigne ac familiariter colloquẽtem, atq; aquam inde haustam pe-
tentem. Respice adhuc in faciem CHRISTI tui, & uidebis eũ
á supercilijs pharisæis acriter irrisum & contemptum, à disci-
pulo de quo bene meritus esset, citra omnem causam falso prodi-
tum, à reliquo discipulorum grege relictum, ad impium iudicem
armata manu pertractum, falsissimis calumnijs accusatum, arctis
funibus ad columnam alligatum, flagellatum, conspurtum, diris
colaphorum ictibus undiq; incussum, & interim dum cederetur,
uultum eius uelo obductum, acutis spinarum iunçis crudeliter co-
ronatum, omnibus risui & ludibrio propinatum, contumelijs &
blasphemijs saturũ, diris execrationibus & maledictis deuotum,
denicq; in ligno crucis suspensum, felle & aceto potatum. Postre-
mo, Respice in faciem CHRISTI tui, & audies eum remitẽ-
tem Latroni peccata sua & pollicentem præterea futurum, ut eo-
dem die secum futurus esset in paradiso: audies ita apud patrem
Luc. 23. precatum sedulo Patrem ignoscere illis. Sed quibus illis ignosci petit A.
Expo. CHRISTVS? Certe Iudæis illum iam crucifigentibus, Sara
cenis, Paganis, Ethnicis, Gentilibus, infidelibus oĩbus, falso no-
mine Christianis, usurarijs, fœneratoribus, concubinarijs, scor-
tatoribus, fornicatoribus, adulteris, incestis, homicidis, sacrile-
gis, atq; ut summatim dicã, omnibus in genere peccatoribus: mo
do non grauentur superioris uitæ sordes abdicare ac gratuitam
CHRISTI misericordiam toto animo amplecti. O singularẽ
itaq; dei bonitatem. O inexhaustam diuinæ pietatis misericordi-
am. O amorem prorsus incogitabilem. O pietissimũ seruatorẽ:

q̃ ex

cp ex intimis præcordiis impium peccatorem deamas, cp facile & gratis illi ignoscas, qui tibi plus cp millies te offenderit? Quare uel adhuc Respice in faciem CHRISTI tui: & adhuc inaudies eum assidue clamantem ad te qui nondum solitam peccandi consuetudinem deseruisti Conuertere ad me, & ego suscipiã te. An nõ audax, imò ipudens facinus foret plus à deo tuo exposcere, cp id quod ipse ultro & gratis defert: nimirum præteritam tuã ingratitudinẽ obstare non posse, quominus quandocũq; accesseris, recipiendus sis? Vsqueadeo uerum est quod de illo scripsit psalmographus Misericordia domini plena est terra. Imo neq; solum terra domini misericordia plena est, sed cœlũ quoq; plenum est, plena etiam inferorum loca. Sed iam superest ut tertiũ quoq; gaudium perstringamus, quod peccator conuersus ab errore uitæ suæ, spiritui sancto exhibebit. Is enim haud insyncerũ gaudium hinc concipere solet: quod uideat iam templum suum, nempe hominem, à terris & fœtidis uitiis perpurgari, & iam ex sordido uasculo rursum mundum fieri, ut imposterum non indignum sit quod amore diuino repleatur. Siquidem oportet uas, quod inhabitaturus sit spiritus sanctus, ab antiquis sordibus euacuatum esse, & omnino ab omni huius mundi amore alienum: si uelimus ut amore & gratia diuina impleatur. Quãdoquidem nõ bene conueniunt, nec in una sede morantẽ, gratia summa dei, qua capitale crimen. Neq; sane fieri potest, ut in uno domicilio simul inhabitet peccatum & spiritus sancti præsentia. Quæ enim conuentio est luci cum tenebris, aut CHRISTO cum Belial? De huiusmodi uase loquitur & diuus Augustinus, in commentariis super Ioãne. Vas es, si plenus es, funde quod habes. Funde ac foras emitte quicquid amoris ad hoc sæculum & res terrenas adieceris, ut amore diuino implearis. Oportet ergo ut uas tuum ab omni malo odore & graui fœtore peccati syncerum sit, si uelis ut diuinis uirtutibus repleatur: aliõqui commercio uitiorum corrũpetur quicquid uirtutis admiscebit. Nam uel teste poeta, Sit syncerũ nisi uas, quodcunq; infundis acescit. Angeli quoq; non minus de hac peccatoris conuersione gaudere consuescunt: nimirũ

Conuertentem recipit deus. Hieremi. 3.

Psalm. 118.

Tertium gaudium. Spiritus sanctus gaudet de peccatoris conuersione.

Vas tuũ purgatum sit in quo spiritus sanctus inhabitet.

2. Corin. 6.

Augusti.

Horatius.

Angeli gaudent de peccatoris conuersione.

q; ſatis iam perſpectũ habent glorioſum illum cuſtodiæ ſuæ fructum, nec periiſſe eum qui illorum cuſtodiæ cõmendatus fuerat.

Angelus unicuique deputatur ad cuſtodiam.

Nam hoc neminem ueſtrũ ignorare arbitror, uidelicet unicuiq; B.
noſtrum ſuum angelum adhibitum eſſe: qui nos in omnibus uiis noſtris cuſtodiat & fideli miniſterio inſeruiat. Quemadmodum ſcribitur in pſalmo Angelis ſuis deus mandauit de te, ut cuſtodiant te in oĩbus uiis tuis. Quę ſunt omnes iſtę uiæ in quibus ſedulã operam præſtãt angeli, ut nos ſibi commiſſos fideliter ubiq; tueantur? Via profecto ante egreſſum in hanc lucem, uia in ipſo egreſſu, uia in totius uitæ huius progreſſu, & uia illa in ultimo ab hac uita regreſſu. Principio itaq; ante egreſſum & exitum ab utero materno, nos mãgna cura defenſant: ne uel matrum negligentia nondum in lucem æditi præfocemur, aut caſu aliquo immaturi abortiamur, quorum utrumq; matrum incuria ſæpe uſuuenire ſolet. Quo fieret ut baptiſmatis beneficio fraudati, ad infernum neceſſario detruderemur miſeri. Nec deſunt iidem in egreſſu ita omnia circa periculoſum partũ procurantes, ut infans uiuens & ualens in ſuperas auras emergat: nec à ſacri fontis lauacro, ullo euentu præpediatur. In reliquo autem uite progreſſu, dum in hoc momentaneo ſæculo uerſantur homines, ita illis adeſt peruigil angelorum cuſtodia: ut uix fieri poſſit ut quiſpiam in aliqua maiora pericula incidat, aut in grauiora peccata detrahatur: niſi forte tam temerarius ſit, ut admonentem cuſtodem ſuum prorſus negligat. Deniq; nec poſt progreſſum in ipſo uidelicet uitæ exceſſu, quando mors propius urget, deſtituunt nos angelorum præſidia: ſed tum præcipue nos ſedulo admonent fidei, ſpei, charitatis, cæterarumq; uirtutum omnium, quo inſtructi ſimus & armati contra omnia aduerſitatis iacula, contra infeſtas diaboli tentationes, contra inſidias & laqueos, ne anima iã è corporis domicilio emigrans ad deum, à recto itinere diaboli opera deturbetur: ſed recta ad cœlũ duce angelo, perducat. Quod ubi ſemel contigerit, uix dici poteſt, q; pleno gaudio perfruitur angelus ille cuſtos: q; hominem ſibi à deo commiſſum, tam feliciter ad ſcopum deſtinatum perduxerit. Quemadmodum enim

Pſalm. 90.

Via quadruplex in qua angeli nos cuſtodiunt.

Similitudo.

bonus

bonus medicus exultat & plane ſerium triumphum agit, quoties uidet ſua arte & induſtria factum, ut qui pridem ægrotus erat, iã reualuerit: ſic & angelus totus præ gaudio geſtit & lætatur, quãdo uidet fauſtum ſuę cuſtodiæ contigiſſe effectũ. Ex hoc eſt quod
, ſupra ex euangelio præguſtauimus: nimirum ſi e Gaudium erit in
, cœlis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, q̃ ſuper nona-
, ginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Ex cauſa huius
, tanti gaudii, illic in litera innuitur quum ait, Q̃ ſuper nonaginta
, nouem iuſtis, quibus non eſt opus pœnitentia. Quod (ut ſuperius quoq; admonuimus) aut de tepide iuſtis aut feruenter pœnitẽtibus, intelligendum eſt. Porrò qui uere pœnitet, multo feruentius & acrius in ipſa pœnitentia & bonis operibus deſudat: q̃ faciunt iſti qui tepide iuſti ſunt. Ex proinde non immerito ſit, q̃ illi dei fauorem certius & impenſius ſibi conciliant q̃ iſti. Quod uel hac ſaltem ſimilitudine facile innoteſcere poteſt. Videmus enim non raro experientia euenire, ut is miles plus à ſuo duce diligatur: qui in obeundo prælio poſt fœdam fugam reuerſus, fortiter hoſtem opprimit: q̃ ille, qui licet per totam pugnam tergũ hoſtibus non uerterit, nunq̃ tamen quicq̃ fortiter & præclare geſſiſſe inuenitur. Ad cõſimilem modũ & agricola terram illam in maiori pretio & æſtimatione habet, quę poſt lappas, tribulos, & ſpinas radicitus euulſas, uberem ac centeſimũ fructum affert: q̃ habet eam, quæ quamuis ſpinis cæteriſq̃ id genus nocumentis
C. careat, tamen uix unq̃ ad triceſimum fructum aſpiret. Cæterum ſi ſecundo modo ſumpſeris, ut de feruentibus pœnitentibus intelligatur: tunc reſtat adhuc ut inter affectum & effectum diſtinguamus. Nam ut meliori maior & efficacior tribuendus eſt effectus: ita econtrario magis indigenti maior effectus applicandus uidetur. Quantam enim uim affectus ſecum trahat, uel hinc conſpicuum eſſe poteſt: q̃ cernimus plerumq̃ matrem aliquam, cui ſunt (ut ponamus ita eſſe) decem filii, magis ac ſolidius gaudere, ſi uel unus ex his decem è graui morbo ad priſtinam ſanitatẽ reſtitutus fuerit: q̃ facit de reliquorum omnium ſalute conſeruata. Idem è celeribus hiſce triumphis, quibus poſt nobilem aliquam

Quãto gaudet medicus de reſtituto ægroto.

Luc. 15.

ſimilitudo.

Miles qui poſt fugam reuertitur, interdũ alijs fortius pugnat.

ſimilitudo.

Quam ſarũ agricola agrũ ferentem q̃ ſterilem.

Affectus matris in filium e morbo ſanati.

uictoriam magni regis & duces uti soliti sunt, satis inclarescere uidemus. Triumphat aliquis rex aut uir aliöqui magnus: sed nũquã triumpharet, nisi prius contigisset uictoria. Iam uero uictoriã è pugna nasci oportet. Quo itaq; pugna magis anceps fuerit, & præsentius instaret periculũ: hoc in triumpho syncerius & prolixius gaudium reportatur. Iactat nauigantes tempestas aliqua atrocior, omnia undiq; naufragium minitantur, oẽs futurę mortis formidine miserabiliter pallescunt: tandem uolẽtibus superis prior redit cœli tranquillitas, æstus maris paulatim sedat & tranquillescit, omnium deniq; noua facies ostenditur. Quo fit ut nauigantes quo maiore dudum timore dejecti erant, hoc nũc iucundius & impensius exultẽt: & quo pauloante minus spei habebat animos omnium, hoc nunc plus gaudii omnes occupet. Aegrotatur aliquis, quẽ plurimi charũ habẽt, cũ quo, & illi oẽs prę amore, quodãmodo simul delanguent: cæterũ si quando ab atroci & periculoso morbo conualuerit, huiusmodi gaudium omnibus amicis suis efficit, quale prius de eo non senserãt. Habes iam causam quare de peccatore conuerso tantum gaudium in cœlo nascitur: nunc accipe etiam huius tanti gaudii materiam. Eam ibi subsignificare uidetur euangelista, quum asserat hoc gaudiũ haberi non simpliciter ex peccatore peccare utcunq; desinente, sed ex peccatore, inquit, pœnitentiam agente. Et signanter dixit super peccatore pœnitẽtiam agente, non autem cogitante, nõ habente in animo ut pœniteret: quæ differentium & procrastinatorum pœnitentia est. Verum ut in aliis nonnullis, ita & in hoc pœnitentię potissimum negotio, succurrat memorię tuæ quid in sacris prouerbiis admoneat ille sapiens hebræus Solomon, Ne dicas, inquit, amico (id est CHRISTO domino omnium longe amicissimo) uade & reuertere & cras dabo tibi: quum statim dare possis. Noli ergo differre in crastinum pœnitendi occasionem, quũ nihil uetat quo minus hodie alacriter aggrediaris. Memineris quid ait Naso. Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Neq; dixit CHRISTVS hoc gaudium futurum super peccatore prædicante aut docente pœnitentiam: quod pœnitentiæ genus exercere solent uani quidam prædicatores, quorũ uitio di

instituum

Gaudiũ triũphãtis post uictoriam.

Gaudiũ nauigantium post sedatam tẽpestatem.

Gaudium amicorũ post amicum cõualescentem.

Expo.

De quo pœnitẽtiæ gaudium fit in cœlo?

Prouer. 3.

Ouidius.

inſtitutum cum uerbis ex diametro (ut dici ſolet) repugnare ne-
, mo non uidet. De quibus & CHRISTVS ita meminit. Dicūt Matth. 23.
, (inquit) & non faciunt. Nec ait haberi tantū gaudii de peccato-
re pœnitentiam oſtentante ac ſimulante id intus eſſe in animo,
quod non eſt: quæ eſt pœnitentia hypocritarum & ſimulatorū.
, Quos idem alio loco ſuis coloribus ſatis graphice depingit, Ve- Matth. 7.
, niunt ad uos in ueſtimētis ouium, intus autem ſunt lupi rapaces.
Proinde ut oſtendat quæ tandem pœnitentia efficax ſit: lubium-
, git diſertis uerbis, Super peccatore pœnitentiam agente. Quæ
demū pœnitētia eſt deuotorū & uere atq; ex animo pœnitentiū:
, qui ſoli faciunt dignos fructus pœnitentiæ. Quo fit ut uelut uio- Matth. 11.
D. lenti quidam irruptores cœlū rapiant & inuadant fœliciter. Sed
ex his, quæ iam longa uerborum ſerie pertractauimus: ſatis ma-
nifeſte liquere arbitramur, quonā pacto lapides iſti ſcilicet pec-
catores per pœnitentiam expoliti ſint, deterſi, dedolati, quadra-
ti, exculpti, ſinguli ſuis locis poſiti, quo magis arrideant ac place-
ant ſeruis dei, imò & ipſi deo, qui in hoc ædificio lapis ille angu-
laris eſt, quo uterq; paries cōiungitur. Et iſti ſunt lapides illi, qui
in ædificium eccleſiæ triumphantis tandem recipiuntur illic in-
perpetuum recondendi, tanq; lapides pretioſiſſimi, fortiſſimi &
, ſolidiſſimi. Sequitur. Et terræ eius miſerebunt. Vel ut alia lectio
, habet, Et pulueris eius miſerebuntur. Quod perinde eſt ac ſi di- Littera.
ceret, Terrenorum iſtorum hominū, qui nihil præter terreſtria
ſapiunt, qui mūdo huic, qui carnis illecebris, uoluptatibus, omni-
busq; peccatorū generibus toto pectore dediti ſunt, miſerebun-
tur: id eſt omnibus conatibus ac uiribus enitentur, de precationi-
bus, petitionibus, exhortationibus atq; exemplis ſatagentes, ut
relictis hiſce tranſitoriis rebus, ad dominum in totum conuertā-
tur: quo, apti & idonei fiant, ut in hoc cœleſti ædificio collocen-
tur. Quare operepretium fuerit ut cognoſcamus & ſimul qui ſint Qui ſunt ueri lapides in Sion & qui pulueres?
lapides in Sion, & pariter qui pulueres in eadem & uelut terre-
næ quædam ſcoriæ & feculentiæ. In ſuperioribus autem ſatis, ni
fallimur, declarauimus: cuiuſmodi homines per lapides deſigna-
uimus. Nimirum pœnitentes, qui commiſſa flagitia ſua uere de-

plangunt: carnem assiduis ieiuniis, uigiliis, & precibus macerant & extenuant: qui corpus subducto lautiori pabulo ita affligunt, ut spiritui inseruire cogant: qui lachrymantur, qui lugent, qui suspirant, & ad dei præsidium acriter recurrunt: qui denique internis contritionis fletibus, sese à peccati sordibus abluunt & toros mundos efficiunt. At ex istiusmodi pœnitentibus fiunt illi politi lapides, ad hunc prædictum modum quadrantur, sic figuntur in CHRISTO, sic fiũt in fide stabiles, sic in bonis operibus solidi, sic in gratia cõfirmati & iusto robore erecti: quibus modis fit, ut ad hanc consummatissimã structuram apti inueniantur, & digni itidem in hunc usum assumant. Ex quibus lapidibus, ad hũc quem diximus modũ perpolitis, sic erasis & crebris undiq; unctionibus dolatis, excidit uelut terrea quædã massa & inutilis puluisculus: qui ad nihil aliud prodesse uidetur, nisi ut inde cemẽtum aut supplemẽtum parietum fiat. Cuius mentionem fecit psalmographus, quum ait. Terræ eius miserebuntur. Hęc terra, segmina illa sunt, resecamina siue puluisculi, qui è contusis lapidibus in terram decidunt: quorum in hoc dei ædificio non est alius usus, nisi forte ad cementum conficiendum & coagmentandos muros & parietes aliquid ualeãt. Atq; per hos puluere, obstinati ac indurati peccatores intelliguntur: qui ad tantum flagitiorum peruenerunt, qui eousq; carnis ductũ sequuti sunt, qui adeo non differunt à bæluinis moribus, ut etiam abominanda & corruptissima uita sua delectẽtur & gaudeant. De cuiusmodi loquitur scriptura, ubi ait Qui gloriantur quum male fecerint. Isti tam impudentes sunt & temerarii, ut neq; deum timeant, neq; homines reuereantur. Non reminiscuntur aut cœlum esse aliquod & locum beatitudinis, ubi piis merces reponenda est: aut esse inferorum cruciatus, ubi improbi sceleris sui pœnas luent: sibiipsis stulte persuadẽtes, præter hanc præsentem non esse omnino aliam uitam. Isti nihil minus sunt q̃ solidi lapides, quippe quũ nõ sint aliud q̃ dispersi puluere, q̃ reiectamẽta & uelut excrementa lapidum. Non sunt ullius ponderis aut momenti, sed leues, sed inconstantes, sed steriles, effœti, nullius frugis, incõpacti, incõcinnati, huc illuc, hinc inde dimobiles, nullius firmitudinis aut constãtiæ, quouis uento

Peccatores per puluerem signantur.

Littera.

Prouer. 2. E.

uis uento agitati & uolatiles: nēpe ſceleratiſſimi peccatores, gens necp̄, populus reprobus & diabolica uita inſignis, deploratiſſimæ ſortis homunculi, nullo modo idonei qui in hāc firmiſſimam & immortalem cœleſtis Sion ædificationem coaptentur: utpote nullo ſancti ſpiritus glutino coagmentati, nullo gratiæ humore cohærentes, uſqueadeo fluxi, uſqueadeo fragiles & fugaces, ut nunc̄p̄ aut certe cū maxima difficultate ad huius ædificii conſtructionem ſtabiliri aut conſolidari poſſint. Nec mirum ſane quum tā tenues & agitabiles ſint, tantæ inanitatis & leuitatis, ut uix ullo negotio ad grauitatem aliquam reduci poſſint, quo minus fugaces ſint & euanidi, & ut teſtatur Dauidis carmen, Tanc̄p̄ pulueris, quem proiicit uentus à facie terræ. Et ut ait Matthæus euangeliſta, Ad nihil ualent ultra, niſi ut mittantur foras & conculcētur ab hominibus. Iſti ſunt ex illa farina, de quibus uix ullum remedium ſperare liceret: niſi deus ipſe optimus maximus, qui nihil non poteſt, tam puluerulenta corda rore gratiæ ſuæ aliquando conglutinet: atq; è perdita uita, cui iam nimiū indormierunt, ad aliquam tandem frugem & ſoliditatem pertrahat. Et licet adhuc ineffrœnato uitiorum impetu ceu uiolento turbine rapiant̄, adeo ut ne deum quidem aut diabolum uel huius quidem faciāt, ut nec ſuperos aut inferos quic̄p̄ metuant, nihil penſi habentes quid ſors ſecum ferat, non formidantes ullum caſum aut fortunæ quantumuis horrendum euentum, ſiue contingat uita ſiue mors, ſiue ſalus ſiue pernities, in tantum ut nullam de ſe ſeruandis ſpem reliquerint: tamen fieri poteſt, quemadmodum non raro fit, ut deus pro incōparabili omnipotentia & immenſa ſua miſericordia, qua interc̄edente neminem perditū uelit: hos aliquando gratia ſua præueniens, ad pœnitendum reuocet, quum ut teſtis eſt ſcriptura, Potens ſit deus de lapidibus his ſuſcitare filios Abrahæ. Qui tamen, dum adhuc in medio furoris ſui curſu uerſantur, tametſi hominibus deſperandi uideantur, licet non ſit ſpes redituros ad gratiam, licet omnem opem humanam exuperaſſe improbitate ſua uideri poterint: nondum tamē ab impigra epiſcopi ſui, rectoris, paſtoris, uicarii aut parochi ſui ſedulitate deſtituunt:

Pſalm. 1.

Matth. 3.

Nec pulueris bonus paſtor reliquit.

untur: ſed ubi ſuis conſiliis & piis admonitiõibus locum dare reſpuerint, eos diuinæ uoluntati remittunt, cui nihil eſt impoſſibile, eum aſſiduis precibus onerantes, quatenus ipſe tam deſperatos pulueres, rurſus in unum corpus colligere, & ita manu ſua omnipotenti effingere & concinnare, quo tandem huic incorruptibili fabricæ, applicari poſſint. Atq; ita aliquando facturum propicium numen uel hinc cũ plurimum ſpei redit: q̃ quum Iudæi, ſcribæ, phariſæi & illi itẽ qui CHRISTVM crucifixerũt huius furfuris fuerint, tamen hos adeo nõ eſt ultus benignißimus IESVS, ut uindictæ loco pro his obnixe precatus legit, ita patrem interpellans Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciant. Neq; ſolum pro Iudæis, ſcribis, phariſæis & crucifigentibus ſe ita clæmentißimum CHRISTVM precatum opinor: ſed eadem etiam opera pro Saracenis, pro Turchis, pro Paganis, pro infidelibus, pro falſis Chriſtianis, pro fœneratoribus, pro ſcortatoribus, pro mœchis & adulteris, pro inceſtuoſis, pro homicidis, ſacrilegis, latronibus, prædonibus, ſicariis: denicq; pro omnibus, quibus ita obſtitit grauis peccatorum ſarcina, quo minus, niſi deletis noxiis, ſuæ paſſionis fieret participes, quam ipſe pro omnibus ſeruandis obiit, omnibusq; cõmunem eſſe uoluit. Quare ad inexhauſtam dei miſericordiam pro iſtis appellandũ eſt: ut ipſe qui fons eſt totius bonitatis, uelit huiuſmodi prævaricatores in uiam rectam denuo reuocare. Sine cuius præſentaneo auxilio, de tam perditis miſeris nulla ſpes relicta foret. Vtpote qui plus cẽ dici poſſit, præcepta dei ſui tranſgreſſi ſunt, qui ultro à domino receſſerunt: qui omnibus modis offenſo & contẽpto creatore ſuo, in terram unde ſumpti ſunt, redierũt. Adeoq; huic craſſo elemento adhærent, ut nihil aliud cẽ terram ſapiunt. Tantumq; á lapidibus degeneres ſunt, ut ne terra quidem tenax aut argilloſa ſint, ſed plane diſperſi pulueres, aridi, nullius boni ſuccii aut humoris, inſtabiles, leuiculi, infertiles, incompactiles, adeo prorſus inutiles & infrugiferi, ut ad nullam rem ineptiores exiſtant, cẽ ad hanc ſolidiſſimam cœleſtis Sion ædificationem. De quibus & illud pſalmiſtæ, quod ſupra attigimus, uerificari poteſt:

Luc. 23. Orat Chriſtus pro inimicis.

F.

poteſt: ſiquando ex tam leui puluiſculo, & tam putrido cinere, niſi
prius tam prauos affectus correxerint, audeant ſperare ſe lapi-
, des futuros. Non ſic impii non ſic: ſed tanq̃ puluis quem proii- *Pſalm. 1.*
, cit uentus à facie terræ. Nõ ſic ſane immunes à peccato eſſe poſ- *Expo.*
ſunt, non ſic queunt liberari à Sathanæ tyrannide, non ſic proti- *Pulus niſi liquore conglutinatus ad alia ſic uentum uocatur.*
nus abſterſo ſcelere iuſticia repleri poſſunt, non ſic ſtatim fient è
puluere lapides, ab inutili & inepta terra, cõueniens materia cõ-
ſtructioni huic: non ſic per inſolentiam & omne ſcelus, ſed per
pœnitentiam ad participationem Sion deueniendum eſt. Quod
& propheta ſignificaſſe uidetur, quum geminato aduerbio ſic,
, ſic, ſententiam extulit. Non ſic, inquiens, non ſic. Ac ſi dixiſſet,
Impii iſti ac induratiſſimi peccatores, qui ita obſtinate contra
ſalutem ſuam reluctantur, ut uix unq̃ patiantur ſeſe gratiæ hu-
more perfundi aut humectari: nunq̃ aut certe cũ maxima difficultate in deo conſolidari, aut ad gratiam ſyncerę contritionis
peruenire poſſint. Sed ſunt ſẽper tui ſimiles, nullius ſemper mo-
, menti, & reuera Tanq̃ puluis, quem proiicit uẽtus a facie terræ. *Expo.*
Neq; temere ſane aut incongrue puluери comparantur, qui ſunt
huiuſmodi. Nam quemadmodũ puluis pro leuitate ſua, huc illuc
uentorum arbitrio facile impellit: ſic & iſti, quocunq; rapit ten-
tationis æſtus, ſequũtur ultro, eiusq; uiolẽto impetu in omne ne-
phas precipites pertrahũtur, nec nihil ſolidum, nihil firmum aut
ſtabile habeant, uel ſiquid habent, certe ad pœnam habẽt. Adeo
imbelles ſunt & ignaui, ut ne leuiſſimis quidem tentationibus re-
ſiſtere queant, quibuſuis ſatanæ ſuggeſtionibus cedũt uolentes,
ad omne malum procliuiſſimi: contra, à bono uſqueadeo abhor-
rentes, ut uix ulla perſuaſione huc reuocari queant. Nec mirum
quum nullum habeant in ſe diuinæ gratiæ humorem, unde fit ut
pro terræ purgamento & uili puluere reputentur: infœcũdi, ſic-
ci, uirtutis expertes, infructuoſi, nec ullo charitatis uinculo inter
, ſeſe connexi. Sed plane ut prædictum eſt Tanq̃ puluis quẽ pro- *Expo.*
iicit uentus à facie terræ. Id eſt uelut uentus tentationis aut res le-
G. uiſſima, à catholicæ eccleſiæ ſoliditate alieniſſima. Et quemad-
modum ſuperius reiecticios ac contumaces peccatores terræ
uocabulo

uocabulo significatos esse declarauimus, qp ab omni uirtute sicci essent, & à rore gratiæ arefacti: ita etiam hoc loco, terram pro ecclesia poni haud absurde arbitramur, nimirum propter fructificationem & soliditatem eiusdem. Cæterum à terra illa fructifera hoc nomine differt, qp hic facies terræ & firmitas quędã esse dicatur: unde puluis & leuissima quæqp terræ pars uẽto proiicitur. Sed hic meminerint sacerdotes ac ministri ecclesiæ dei partium suarum: quibus incumbit necessitas, ut non cessent misericordiam dei pro huiusmodi peccatoribus interpellare: ut aliquando è terra sterili & infrugifera, fiant terra ferax & uberi bonorum operum fructu commẽdata: ut è leui & inani puluiscu lo, fiant lapides non inepti, qui in hanc beatissimæ Sion structuram apponantur. Olim sacerdotes & ministri rerum diuinarum piis lachrymis & ieiuniis, orabant inter uestibulum & altare, huiusce modi uocibus pium numen interpellantes Parce domine, parce populo tuo, & ne inæternũ iraſcaris nobis. Atqp hoc sane peculiare officium est ipsius pontificis Romæ, hoc ad cardinales attinet, hoc decet episcopos, hæc unica pastorũ & parochorum cura esse debet cæterorumqp omnium, quibus impensior animarum cura propius incumbit, nempe ut sine intermissis precibus, populi salutem apud deum solicitent: ut pro pertinacibus & deploratis peccatoribus, nunqp cessent interuenire: ut illorum uice sanctis fletibus indulgeant, ut pro illis ieiunent, ut pro illorũ flagitiis sedulo ad deum intercedant, ut ipse qui misericordiam optat potius qp sacrificium, uelit tam obstinatis reis ignoscere & parcere, simulqp grauem uindictæ suæ manum, clæmenter amouere: ut in tam obstinatos trãsgressores, pietatem suam ac compassionem exercere non dedignetur. Neqp enim bruta animantia sunt, non sunt poma, non nuces, aut aliæ id genus nugæ nullius penè pretii aut ualoris: quarum iacturam facere non admodũ grauatim poteramus. Sed sunt rationalis animæ participes, nec omnipotenti patri uisi indigni, qui pretiosissimo filii sui sanguine è diaboli iugo assererentur. Quapropter o pastor, o episcope, o quisquis es cui incumbit cura animarum, iterum atqp iterum te admoneo,

Ministri ecclesiæ pro grege suo orare debent.

Vel. 2.

Officiũ pastorũ bonorum.

admoneo, ut officii tui memor ſias. Memento q̃ duram ſuſcepe-
ris prouinciam, q̃ durum munus obis, q̃ ſtrictam rationem inde
reddituras ſis, quomodo ſanguinẽ populi de manu tua exactu-
rus eſt deus: proinde quod exemplo uitæ, quod ſacro ſermone,
quod piis hortatibus per malorum pertinaciam obtinere nõ po-
teris, id ſaltem ab indulgentiſſimo CHRISTO tum fletibus,
tum precibus obtinere contendito. Et ubi infœlices peccatores
, ita induratos & ſaxeos factos cõſpexeris, ut uelut aſpides ad uo- *Pſalm 57.*
, cem incantantis aures ſuas obturauerint: hic tu cum protomarty- *Stephanus ora pro inimicis.*
, re Stephano ad dominum inceſſanter clamato, Domine IESV
, ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Moneat & ſanctiſſimi præſulis Mar- *Actu. 7.*
tini exemplum, nullum laborem aut onus ſubterfugiendum eſſe: *Martinus non recuſat laborẽ paſtoralem.*
modo queas ullo pacto populi ſaluti conſulere. Hunc enim iam
ab hac luce emigraturum, adierunt diſcipuli, eum hac oratione
, compellantes. Cur nos pater deſeris, aut cui nos relinquis? Inua-
H. dent enim gregem tuum lupi rapaces. Quo ſermone uelut é ſo-
mno expergifactus ſanctiſſimus uir, ita deum rogare cœpit,
, Domine, ſi ſum populo neceſſarius, nõ recuſo laborem. Subeat *Dauid quam cupidus ſalutis populi fui.*
etiam animos ſacerdotum & miniſtrorum dei, quo olim amore
& zelo pietatis proſequutus ſit propheta Dauid populum ſuum:
quum ita eum ſaluum uoluit, ut non recuſauerit omnia illorũ ſup-
, plicia ſolus perpeti, ſic deum pro ſuis interpellans, Ego ſum qui *2. Regũ. 24.*
, peccaui: iſti autem oues ſunt, quid fecerunt? Quanta quæſo mi- *Abrahæ miſericordia erga Sodomitas & Gomorritas. Gene. 18.*
ſericordia tactus eſt patriarcha Abraham, quanta compaſſione
proſequutus impiam & nephandam Sodomitarum & Gomor-
ritarum gentem: quando pro illis ſeruandis huiuſmodi intercef-
, ſiõe apud deum uſus eſt, Ne perdas domine iuſtum cum impio,
, ſed ſi fuerint inuenti quinquaginta boni, parce propter quinqua-
, ginta. Quod obuia dei benignitas Abrahæ conceſſiſſet, ſi qui-
dem tot boni inuenirẽtur. Quare ueritus uir optimus ne tot pro-
, bi uiri inuenirentur, rurſum cum deo agit, dicens Abſit domine
, ut occidas iuſtum cum impio: ſed ſi quadraginta inuenti fuerint
boni, ne perdas propter quadraginta. Quumq; pollicitus eſſet
dominus, ſe uel propter quadraginta iuſtos reliquis parciturum:

adhuc

adhuc metuens ne hic quidem numerus iustorum inueniretur, descendit ad triginta. Quin & clæmentissimus deus tantum tam iusti uiri precibus tribuit, ut etiam promitteret se ceteris ueniam concessurum, si uel triginta iusti inuenti forent. Tãdemq; minuẽdo numerum ad tantam paucitatem deuentũ est, ut propter decem iustos repertos, ausus sit pientissimus Abrahã ceteris omnibus deprecari pernitiem. Hic etiam lõge misericordissimus dominus hoc tam pusillo iustorum numero contentus, dixit: Non delebo propter decem. Abiit dominus postq; cessauit loqui ad Abraham, & ille reuersus est in domum suam. Qua quæso charitate affectus est Moses, super flagitia Israel & populum idololatram: quam his uerbis iratum numen placare contenderet, dicens Quiescat domine ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac & Israel seruorum tuorum, & cætera. Cui rursus respondit dominus, dicẽs Dimitte me ut iracatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam. Neq; minore pietate prosequutus est Paulus apostolus obstinatissimam Iudæorum gentem: quæ salutem suã gratis oblatam pertinacissime recusarunt. Optabam, inquit, ego ipse anáthema fieri à CHRISTO pro fratribus meis, Id est, in uotis equidem habebam (si quidem fieri potuit ut id quoquo pacto sine peccato optarem) ut ad tempus aliquod & definitum spacium uel uiuens uel uita defunctus à CHRISTO, qui unus uera uita est, separarer pro fratribus meis iuxta carnem, Iudæis uidelicet: modo illi hac tẽporanea separatiõe mea à CHRISTO IESV, ad ueram fidem uenire possent, ac sic demum salui fieri. Quibus exemplis admoniti põtifices, cardinales, sacerdotes, & quicunq; alii in ecclesia dei ministerium exercẽt: piis lachrymis, precationibus continuis, & maximis denicq; obtestationibus deum adeant supplices, ita eum pro populi sceleribus certatim interpellantes. Expecta domine, sustine domine, paciens esto misericordissime deus: ne irruat uentus iræ tuæ, ut auferat hũc leuem & inutilem puluerem à facie terræ. Veniãt ueniant domine serui tui, agnoscant lapides tuos, misereantur pulueris Sion.

Mosi misericordia in populum suum

Exod. 32.

Paulus quam misericors erga Iudæos? Roma. 9.

Serui dei pro peccatoribus orant.

Deut

Dent operam ut puluis iſte, qui ad imaginem tuam domine formatus eſt, rurſus tibi concilietur: ut depoſito mētis ſuę faſtu, pœnitētię operibus humilietur: ut agnoſcat ſeipſum, precenturq; obnixe pro ſe ipſo, ne tam leuis pereat puluiſculus ipſe. Siquidem puluis ſumus omnes: attamen terræ eius & pulueris miſerebunt. An non & illi uiliſſimus puluis erant, qui IESVM CHRISTVM unum omnium innocentiſſimum, aut potius innocentiam ipſam, tam immani crudelitate crucifixerunt? Profecto negari non poteſt, quin plane puluis fuerint, aut ſi quid puluere leuius, inanius, uel deterius eſſe poteſt. Adeo uix digni eſſent, qui putri puluiſculo, qui ex murorum ruinis aut effoſſis parietinis in auram euolat, comparari queant. Et tamen quum uere tales eſſent uel etiam multo deteriores, quum nihil aliud forent q̄ puluis euentilatus à faciæ terræ: CHRISTVS ipſe optimus maximus nō dedignatus eſt propitiatricem manum ſuam apponere, pro hiis ſibi uindicandis diſpendium pretioſiſſimi ſanguinis ſui ſubire, patrem ſuū impenſiſſime obteſtatus, ne merx hæc quæ illi tam magno conſtiterat, ſineretur in pernitiem ſuam ruere. Proinde iam in ipſo crucis patibulo depēdens, iam patri cōmendaturus ſpiritum: ita eum pro hoc puluere obteſtatus eſt. Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Neq; pro his tantum, qui eum crucifixerūt, oraſſe credendus eſt: ſed & pro aliis omnibus quos peccatorum ſuorum grauitudo à participatione paſſionis ſuæ arcere uidebatur. De quo grege fuerunt ſcribæ, phariſæi, ſaraceni, pagani, ethnici, reliquaq; infidelium omnium tetra colluuies. Precatus eſt prēterea pro omnibus falſo nomine Chriſtianis, qui uel tum uel poſtea futuri eſſent, pro his omnibus qui execrandis uſuris, qui ſcortationibus, qui adulteriis, qui inceſtibus, homicidiis, ſacrilegiis, ueneficiis, aliiſq; id genus uitiorū portentis ſeſe uulgo mancipāt. Parum admodum per id tempus intellexit infœliciſſimus Iudæus quantum & q̄ inexpiabile facinus perpetrauit: quum CHRISTVM unicum uitæ autorem cruci affixiſſet. Siquidem ſi ſciuiſſent: (ut inquit Paulus) nunq; regē gloriæ crucifixiſſent. Eodem modo Ethnicus & infidelis

Pro quibus Chriſtus precatus eſt?

Luc. 23.

Expo. Quam efficax Chriſti precatio.

Paſſim Chriſtianorum ſceleratę.

Iudæi.

1. Corin. 2.

Ethnici.

ita idololatria & impia deorum cultura excæcatus est: ut non aduertat miser quantum damnationis baratrum, sua infidelitate incurrat. Nescit quoq; & falsus Christianus, in quod perditionis periculum delapsus sit: quando sanctissimum illud uotum & inuiolabile fœdus, quod cum deo in baptismate percussit, rumpit & irritum facit. Imò & sordidus scortator parum perpendit, quanti thesauri iacturam facit: quo tempore donum ineſtimabile uirginitatis amittit, nulla unq; arte postea resarciendum. An creditis impurum mœchum cogitare, quantam animæ suæ maculam contrahit: quãdo omnigenis adulteriis, fornicationibus, inceſtibus, scortationibus sese polluit? Idem de superbo, inuido, iracundo. Idem de auaro, desidioso & guloso dicendum foret: nisi forsan nimis longũ uideretur omnia persequi, præsertim apud uos, qui non ignoratis quorsum hæc tendunt. Deprecatio tamen CHRISTI IESV ex hoc tam reiectitio puluere, ex his desectis petrarũ frustis, lapides quadratos effecit, lapides politos, concinnos, nec ineptos: qui ad hanc sanctæ Sion ædificationem deferrẽtur. Ille cum clamore ualido & lachrymis ad patrẽ suum clamitabat. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Et statim adfuit diuina gratia, quæ peccatores prius contumaces ad pœnitentiam inuitauit. Nobis igitur aliisq; peccatoribus omnibus summæ consolationis loco esse debet: q; habemus aduocatũ apud deum patrem IESVM CHRISTVM iustum. Ipse intercedit pro nobis. Cuius intercessione factum est, ut de illo, quẽ supra diximus, puluere: erectus sit paries maximus tot milliũ subito credentium & proiicientium pretium rerum suarum ad pedes Apostolorum, quemadmodum scribitur in actis apostolicis. Vnde satis perspicuum esse potest, q; elegãtes, q; formosi, q; pretiosi & apti lapides, ex hoc tã uili & fragili puluere in sanctum dei ædificium erigũtur, idq; nullo mortalium sed solius dei opificio. Qui (ut inquit Paulus) in diebus carnis suæ, preces & supplicationes ad eum qui possit saluum facere à morte: cum clamore ualido & lachrymis offerẽs, & exauditus est pro reuerẽtia sua. Cum clamore, inquit, ualido sese patri pro peccatis omnium offerens.

Scortatores.

Mœchi.

Peccatores oẽs.

Hebr. 5.

Luc. 23.

Virtus orationis Christi in cruce.

1. Ioan. 2.

Hebre. 5. Expo.

K.

offerens. Hic clamor adeo omnem modum exceſſit, ut illius uehementia, uelum templi totum ruptum ſit & in duas partes diſciſſum, ut lapides mutuo attritu inter ſe colliſi, frangerentur, ut terra horrendo motu quateretur, ut demortuorũ cadauera quæ aliquot ſæculis in buſtis ſuis putrida iacuiſſent, eruptis monumẽtis, in lucem redituia prodirent, ut deniq; inferorum portæ aperirentur. Et ſubnectit Apoſtolus, Cum lachrymis. Nam huic tãto clamori acceſſerunt lachrymæ tam inauditæ & mirabiles, ut illarum nube obſcuratum ſit ſolare iubar, ut ſubito é mundo lux omnis erepta ſit. In tantum, ut etiam Centurio homo ethnicus & prophanæ militiæ & qui cum illo erant, uirtute huius orationis à ſolita duritia emolliti, uno ore clamabant ſubito Vere filius dei Matth. 27.
erat iſte. Vt ſubito poſt ſpiritum datum uno ſermone tria millia ad dominũ conuerterentur, pœnitentiam agẽtes de errore ſuo. Vt altero ſermõe etiã ſubito quinquies mille priores illos ſequuti, CHRISTVM uno conſenſu confiterentẽ. Vt ſubito & ſtatim per prædicationem tot ubiq; cernerentur Chriſtianæ fidei ſectatores: ita unanimi conſenſu uiuentes, ut nemo illorum quicq; proprium aut priuatũ duceret, ut omnia communia inter ſeſe habuiſſe referantur: adeo ut omnes rebus ſuis diuẽditis, pecuniam inde collectam, ad pedes apoſtolorũ appoſuiſſe certum
ſit. Hoc nomine ut ſingulis inde diſtribueretur, prout unicuiq; Actu. 4.
opus eſſe uideretur, proq; indigentia totius cõmunitatis, id in primis curantes, ut ſic inuicem conuenirent, ut ſic mutua concordia alerentur, ut non aliud q̃ publicum cõmodum ſpectaretur: utpote quibus erat anima una & cor unum in deo. Nec mirum erat omnipotentẽ deum, cui nihil impoſſibile eſt, hæc tã idonea membra eccleſiæ ſuæ de puluere reprobo effeciſſe: quum idem ab initio conditi orbis, primum hominem uidelicet Adamum, non ex alia materia q̃ puluere feciſſe legatur. Cæterum q̃ iam ad ædificiũ Sion pertineant: id potiſſimum huic CHRISTI intercessioni acceptum referre debemus. Siquidem ſi hęc intercessio & inſtantia miſerentis CHRISTI ad patrẽ deum tempeſtiue exhiberi non cõtigiſſet: actũ penitus fuiſſet de hac terra

Oratio sanctorũ & ecclesiæ quãtũ prodest.

nostra, de hoc inutili puluere: nec unq̃ ad ecclesiæ fabricam, inuentus fuisse idoneus. Imò nisi hactenus supplicatio sanctorũ uirorum, nisi ecclesiæ preces prohibuissent: longe antehac totum hunc mundum uirga oris sui destruxisset potentissimus deus, in ultionem scelerum, in ultionem peccatorum & nephandarum abominationum, quæ passim tam multa sæcula impune in hoc orbe regnarunt. Vnde quæso fieri cõtigit, ut populus ille Iudaicus olim tam pertinax & duræ ceruicis, tic subitario uelut raptu peccata sua lamentaretur: ut reuersus ab antiqua cęcitate, ad deum & Christianam religionem certatim conflueret: ut uelut abdicato mundo totam substantiam suam, suppellectilem, hæreditatem & patrimonium ad discipulorũ pedes deiicerent: ut quasi sui ipsorum, parentum, uxorum, liberorum, ac omnium necessariorum suorum obliti, frequentes & uelut grege facto ad ecclesiam dei percurrerent, tponte proiicientes quicquid opũ hic mundus illis adiecisset: ut hac sarcina exonerati, expeditius ad deum peruenirent: Certe hæc tã stupenda miracula non aliunde profecta fuisse clarę est, q̃ ex efficacissima illa CHRISTI interuentione. Et ut sciatis quantas uires habeat piorum precatio, profecto non alio fulcimine hactenus ab ira dei sustentatus fuit hic tam amplus totius orbis ambitus: q̃ iustorum uirorum precibus, q̃ impensissimis matris ecclesiæ supplicationibus, q̃ illa sedula obsecratione, qui pie, sancte, & religiose uixerint. Porro precantur sancti, precantur innocẽtes & iusti uiri, precatur deum & charissima spõsa CHRISTI, sancta uidelicet ecclesia. Tantumq̃ abest ut benignissimus dominus hos precantes aspernetur: ut etiam oppido q̃ libẽs exaudiat, ut illorum gratia misericorditer agat cũ peccatoribus, ut flagitiosos diu sustineat, nec prout commeruerint statim gladio furoris sui perferiat, ut ultricem manum suam ab ictu subtrahat, ut differat uindictam, ut det spacium emendandi sese, ut ne peccatorem ut meritus est, perditum eat: sed primo aĩum pœnitendi tribuit, ac postea sub alis ineffabilis misericordię benigne recipit, misericorditer fouet atq̃ amplectit. Quin & cœlestes creaturę atq̃ omnis cœlestis

turmæ

turmæ cœtus, ut sunt sacræ sanctorum angelorum hierarchię, reliquiq; cœlestis palatii ciues ac incolæ, sic erga nos homines afficiuntur, ut sunt cœlestia illa planetarum & syderum corpora
M erga hæc terrestria & inferiora. Siquidem soli ipsi non deest Virtus
sua uis & influẽtia in has res terrenas & sibi procul subiectas. Nã solis.
splẽdore & claritate sua, totũ hũc aerẽ iferiorẽ illustrat, & calidũ reddit. Sicq; fit ut hic sublunaris orbis & aer alioqui obscurus, solis beneficio serenus ac luminosus efficiat: ut solis uirtute & influẽtia incalescat, purgetur á noxiis humoribus, ac salubris fiat animãtibus inibi degẽtibus. Solis quoq; munus est, q; ipsa terra tum uireat tum uigeat: aptaq; insuper fiat non animantibus tantũ progignẽdis, sed & fœtibus omnibus, quos inde cum multo fœnore produci uidemus. Radiis etiam solaribus gignũtur omnes metallorum ac lapidum uenę, & cetera minoralia quæ uidemus è terra effodi. Et sicut sol in prędictis elementis potissimum dominatur: ita & humida luna in aquis sibi prȩcipuum imperium Virtus
uendicat. Vtpote cuius uirtute fit, ut ipsę aquarum inundationes lunæ.
fiant: ut modo crescant, modo decrescant flumina: ut maria nũc efflua, nũc reflua fiant: ut quum iam maximo feruore ebullierit, rursus statim retrograda ueniant ac reciprocent sese. Quin & lunæ item arbitrio, pisces & quęcunq; animalia aquas incolunt, reguntur, disponuntur, ac dotibus suis prædita sunt. E siderum item influentiis, hæ terrigenæ animantes atq; alia omnia quę cũq; Siderum
hic inferior mundus possidet: uarias capiunt uires, uariis insigniuirtus.
untur effectibus. Quo fit ut per cœlestes creaturas, perq; ipsum cœli creatorem deum nobis infundatur, quicquid habemus uigoris aut bonorum effectuum. Ad eundem modũ & gratia dei, Sanctorũ preces quãdo
per sanctorum intercessiones & suffragia, in nobis operatur ef- sint.
ficaciter. Cuius ope fit, ut nos nostram miseriam ingenue agnoscamus, ut infirmitas nostra nobis satis nota, ut discamus q; ex nobis simus insufficientes, q; sit nobis curta suppellex: quo magis deum metuere admoneamur, quo gehennæ cruciatus pertimescamus, quo tantum horrorem aduersus peccandi fœditatem concipiamus, ut eam delectationem quam iam-

dudum de peccatis cæpimus imposterum in ſynceram & minime ſimulatam pœnitentiam conuertamus, ut commiſſa ſcelera ueris lachrymis defleamus, ut trãſactam uitam ſerio lamẽtemur, ut nunc̃p deſinamus infœlicitatẽ & miſeriã noſtram deplorare, donec certis indiciis & argumentis colligere poſſimus, iratum numen noſtra pœnitudine placari, noſc̃p rurſus CHRISTO mediatori noſtro in gratiam rediiſſe. Sic̃p uideris fieri poſſe ut aſſidua & deuota cœleſtium ciuium intercelſione, ex reiecticio & nihili puluiſculo, lapides efficiamur haud quac̃p ſepti, qui huic tam ſanctæ Sion ædificationi applicemur. Quod ſiqui ſunt tam effrontis audacic̃ ut negent ſanctorum cœlitum preces & ſuffragia uiuẽtibus prodeſſe poſſe: audiant beatiſſimum Hieronymũ, tam dementem errorem ita acutiſſime refellentem, Si Apoſtoli, Hieronym. inquit, ſi ſancti & martyres adhuc in corpore conſtituti, quando pro ſe maxime ſoliciti debent eſſe, ſeipſos neglexerunt & pro aliis orant: quanto magis poſt coronas, poſt uictorias & triumphos? Quum autem hoc ſatis conſtat & omnibus in cõfeſſo eſt, precationes quæ pro aliis funduntur hinc potiſſimum efficaces eſſe c̃p ex fide & charitate maxime proueniant: neceſſario ergo conſequetur, ſanctorum preces qui iam in cœlis regnant, multo maioris ponderis eſſe, c̃p ſunt hominum quantumlibet iuſtorum adhuc tamen in hoc mortali corpore in terra repentium. Nimirum c̃p illorum c̃p horum & fides infinitis partibus abſolutior ſit, & charitas multo feruentior. Et quo deo ſunt coniunctiores, hoc oportet & precationes eorum efficaciores eſſe. Ipſi enim aſſidue in lympidiſſimo deitatis ſpeculo contemplantes, ſatis perſpicue uidẽt & agnoſcunt reuelante deo noſtras neceſſitates & anguſtias: immenſam̃p dei miſericordiam qua erga peccatores uti ſolet, cognitam etiam & perſpectam habent, ad quam nobis accelerandam & ipſi iugiter interpellant. Sic̃p uſuuenit ut illorũ me- N.
ritis & interceſſionibus affatim adiuuamur, defendimur, & ab imminentibus malis tuti ſumus: ſic cõtra inſtantem uindictam & iuſtam dei iram armamur, quam flagitiis noſtris contra nos ſatis ſuper̃p cõcitauimus perpetic̃p commeruimus, ſi non hæc me-

rita

rita & interuentiones inter nos & illã obiecta essent. Quid enim non uident illi, qui uident omnia uidentẽ? Aut quid non possunt, qui cum omnipotente arctissima familiaritate cõiuncti sunt? Nã si non sanctorum hominum intercessione mirum in modum placaretur deus: unde fit ut quũ ipse prorsus incõmutabilis existat, tamen nunc in nouo testamento multo mitior & lentior ad puniendum appareat q̃ erat olim in ueteri. Porrò Adam ipse protoplastus q̃ primum ad solicitationem uxoris suæ tranigressus est præceptum dei & in peccatum lapsus est: statim è paradiso ad omnigenas ærumnas deiectus est. Cain protinus post parricidium & perpetratam fratris cædem, maledictionem diuinam persensit, protinus per omnes terras profugus & extorris efficitur, ac tãdem misere trucidatur. Sychem ipse ob stuprum in Dinam uiolenter commissum: mox per filios Iacob Simeon scilicet & Leui, morte gladii permulctatur, ut & alii Sychemitæ q̃ plurimi. Pharao tyrannus ille Aegyptiacus, non multum post commissa scelera, immissa diuina ultione, decem illis notissimis plagis percussus est, & postea etiam cum toto exercitu sub pelago demersus. Ozeas quoq; ut testatur liber paralipomenon ob tactam archam domini, repentina morte mulctabatur. Quin & ex ipsis filiis Israël, quos deus iam per tot miracula ex Aegypto eduxisset, ob commissum nephandæ idololatriæ facinus, cæduntur simul uiginti tria millia. Porrò & numerorũ historia de quodam meminit, qui iactis lapidibus ad mortem usq; obrutus est: non ob aliud crimen q̃ q̃ in sabbato lignicula collegisse diceretur. Dathan uero, Chore & Abyron, propter excitatum schisma & factionem inter populum Israëliticum, cõtinuo à uorabundo igne exorpti fuerunt, una cum ducentis quinquaginta uiris, qui illorũ conspirationi consenserunt: quos omnes terra dehiscens una cũ substantiis suis & tabernaculis, uiuos ad inferos deglutiuit. Maria quoq; soror Mosi fœda lepra conspersa est: q̃ contra fratrẽ suum paululũ quiddam obmurmurauerit. Neq; Dauid propheta, quantumuis deo charus esset, euadere potuit: quin post tam horrendũ scelus perpetratum, deo (quem grauiter offendisset)

In ueteri lege statim peccata puniebat deus: in nouo differt.

Adam.

Cain.

Sichem.

Pharao.

Ozeas. 1. Paral. 13.

Filii israel. Exod. 32. Numer. 25.

Dathan.

Abiron.

Chore. Numer. 16.

Maria. Numer. 12.

Dauid.

debitas pœnas exolueret. Sed quid huiuſmodi exemplis longius immoror? quum ſacri libri iſtiuſmodi paſſim diſſcateãt. Verum quod ad nos propius pertinet, quum noſtra delicta & ſcelera tã multiplicia ſint, ut etiam ipſum arenæ maris numerum ſuperẽt: creditis nos tandiu ab ictu diuinæ plagæ tutos eſſe potuiſſe, niſi per ſanctorum ſupplicationes & merita, hactenus retenta fuiſſet ira dei? An creditis prædictas haſce hiſtorias, aliasq; multas non minus formidabiles? An creditis fruſtra & citra omnem uſum & rationem in ſacris uoluminibus inſertas has fuiſſe? Nolite tam cæci eſſe, nolite ſic penitus aberrare: præſertim quũ Paulus ſcribat in hunc modum Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Putatis deum qui renes & corda ſcrutatur, qui omnia uidet & audit, non intelligere ſecreta cordis ueſtri? non perſpicere quæ facitis omnia? Putatis non eundem eſſe nouæ & ueteris legis deum & autorem? Putatis deum noſtrum qui nutu ſuo cuncta regit & gubernat, uerum & omnipotentem deũ non eſſe? Proinde ne quid in tã arduo negotio à ueritatis ſcopo impie aberretis, dicam paucis id quod res eſt. Deus ipſe æternus, à quo omnia quæcunq; uſq; locorum ſunt dependent, in primis magnificentiſſimus cœlorum imperator eſt, rex uniuerſæ terræ, inferorum dominus, unus omnium princeps & deus, deus Hebræorum, deus Iudæorum, deus Ethnicorũ, deus denig; & Chriſtianorum omnium. Quin & idem utriuſq; teſtamenti conditor eſt, autor eſt & deus. Hic autem eſt idem ille deus, qui ſemper tã ſub ueteri q̃ ſub nouo teſtamẽto peccata maxime deteſtatus eſt: qui ſemper improbos & flagitioſos peccatores exoſus, hactenus iuſta pœna & ſupplicio acriter proſequutus eſt. Et certe iniquitates noſtras etiam nunc grauiter puniturus, niſi mature mediatores aliquos nobis conſtituamus, qui apud clementiſſimum noſtram cauſam agentes, iram dei à nobis auertãt & pariter malis noſtris remediũ adinueniant. Quare quicunq; es qui teipſum peccatis & ſceleribus obrutum & grauatum ſentis: qui te iudicas indignum fauore diuino, indignum qui ad deũ pro teipſo intercedas, indignum qui exaudiaris, ſaltem ſequutus conſilium Iob

Roma. 15.

Para tibi ſemper interceſſorem corã deo.

Ad

, Ad aliquem ſanctorum te conuerte, ut ubi merita tua non ſuffici- Iob. 5. Expo.
ant, ipſe tibi dei beneuolentiam recõciliet: quo illius ope & ope-
ra ab æterna pœna & equiſſima dei uindicta libereris. Proinde,
, ut iam dixi, ad aliquem ſanctorum te conuerte. Vnum aliquem è
ſanctis cœlitibus aut angelis, qui in cœleſti curia uerſantur, tibi
amicum cõſtitue: qui tibi cœleſte numen propitietur, qui te rur-
ſus interuentu ſuo in gratiam cum deo redire faciat. Videmus
cotidiano penè uſu fieri, ut ſiquis ita regi aut principi ſuo diſpli-
cuerit, ut ne audeat quidem in præſentiam illius prodire: ſtatim
ſibi conciliatores aulicos aliquot parandos curat, quorum opera
& interceſſiõe amiſſum principis fauorem recuperare conatur.
Quo ſæpenumero fit, ut ubi ipſe reus, ſi ſuã cauſam ageret, ma-
gis ad iram laceſſeret principem ſuum: ibi tamen gratioſis media-
toribus uſus, tandem priſtino fauori reſtituitur. Quod & Gre-
, gorius innuiſſe uidetur, quum in hunc modum ſcribit. Quum is Gregor.
, qui diſplicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deterio-
, ra prouocatur. Iuxta quem modum & nos quoq; facimus, quoti-
es omnibus peccatorum ſordibus inquinati, deũ temere & pol-
luis labiis interpellare audemus. Sed ſunt nõnulli qui certos ali- Diuerſi diuerſos ſanctos diuerſimode colunt.
quot ſanctos, certis quibuſdam cæremoniis percolunt: uerum a-
lii aliũ diuum, uaria tamen ratione & euentu. Alius enim diuum
Chriſtopherum ſingulis diebus certa aliqua precatiuncula reli-
gioſe adit & ueneratur, ſibi perſuadens ſe eo die à mala morte
tutum fore, quo eum ſuis precibus acceſſerit. Alius non minore
cura ſanctum Rochum uiſit & adorat: credens peſtem eius ope,
à ſe propelli. Alius anceps bellum cum hoſtibus initurus, Geor-
gium ſibi propitium facere conatur: q́ is ſanctus peculiarius bel-
lantium gerere curam à multis credatur. Eſt & qui diuæ Barba-
rę uota nuncupat, ut ab ictu tormentorum & bombardarum ſal-
uus ſit: ut læta potiatur uictoria & hoſtes in fugam uerſos profli-
P. get. Hic Apoloniæ ieiunans preces & uota adhibet, ut dolore
dentium careat. Ille apud Clementem omnibus modis agit, ne a-
liquo damno aut periculo per aquam tangi contingat. Quidam
etiam Agathæ peregrinationem & uictimam indicit: ut omnes
res ſuæ

res ſuæ ab incendio ſaluæ fiant. Multi etiam diuum Blaſium uenerãtur nec alio nomine potius: q̃ ut ne oſſibus aut ſpinis eorum edentes præfocentur. Nonnulli & Sitham ſibi propitiam habere ambiunt: ut ne uel negligentia ſua contingat amiſſio clauium ſuarum, uel ſiqua forte perdita fuerint, illius diuę auxilio rurſus inueniri poſſint. Sunt & qui diui Iob ſimulachra nõ raro uiſunt: ut illo adiuuante, à ſcabie & prurigine fiant immunes. In ſumma quotcunq; res ſunt, quas uel timemus uel cupimus: totidem diuos hiſce uel aduertendis, uel comparandis præficere conſueuimus. Quin fit ſæpenumero ut iidem diui apud diuerſas nationes ob diuerſum euẽtum colantur. Vt apud Anglos pro proſpero belli exitu colitur potiſſimũ diuus Georgius: quum apud Gallos pro eadem re colat Martinus aut Dionyſius: apud Scotos, Andreas: & alius item alibi. Quaſi uero non paſſim id ualeat Petrus, Iacobus ac Ioannes: quod iſti illo loco ualere credantur. Sed interim quæ eſt iſta pietas? Quæ Chriſtianorum religio? Qualis & q̃ frigida animorum deuotio? Quis cacodæmon hoc tantum frigus Chriſtianis pectoribus iniecit, ut uix quiſq; CHRISTVM optimum maximum aut diuos eius uenerari aut colere uelit, niſi reſpectu commodorum aut incommodorum, quæ ſibi inde euẽtura ſperat? Certe hęc cultura adeo chriſtiana non eſt, ut non ita multum abſit à ſuperſtitione eorum: qui quondam Herculi decimam bonorum partem uouebant ut ipſi diteſcerent, aut æſculapio gallum ut à morbo reualeſcerent, aut qui Neptuno taurum cędebant, ut fœliciter nauigarent. Nomina quidem mutata ſunt, ſed finis utriuſq; cõmunis. Ecce ut hoc exẽplo agnoſcas o Chriſtiane uir, q̃ longe in hac re à pietatis ſcopo aberras: paucis tibi dicam. Tu quidẽ precaturus, hoc præcipue à CHRISTO precibus contendis, ut concedat diu in uiuis eſſe, rebus ſecundis interim ſemper affluere, nec repentina aliqua morte è medio tolli. At de emendanda uita, nulla nec cura nec mentio fit in precibus tuis. Nulla mentio fit ut preſto & paratus efficiaris, quandocũq; moriendi tẽpus aduenerit. Vt ne moriaris ergo, ſedulo & anxie deum rogas, ſed de corrigenda uita præterita, ne per ſomnium quidem

Pro mundanis rebus precantur multi, pauci pro ſalute anime.

quidem tibi in mentem uenit. Quid igitur oras? Quorsum & in quẽ finem tendit deprecatio? An non huc quæso, ut tibi in uita ac diu esse liceat, ut quemadmodum solitus es in consuetis carnis illecebris pergas perpetuo uitam agere, ut pergas antiquo peccati pelago demergi, ut mundanis hisce uoluptatibus & deliciis semper ad satietatem usq; abundes? Interdum etiam cum deo agis, ut tibi ampla fortuna & diuitiæ contingant: quas tamen quũ acceſſerint, adeo imperite administras, ut etiam in pernitiem tuam uertas. Nam quas & recte habere & in pios usus impertiri phas esset, ad explẽdum luxum, libidinem & uoluptates tuas, turpiter & damnose abuteris. Precaris item precaris, ut detur tibi perpetua quædam corporis salubritas & morborũ uacuitas, qua obtenta, dum in bonis operibus & sanctis exercitiis ut liceret: tu tamen non sine capitali animæ tuę damno, ad omnia uitiorum portẽta & enormitates abuti nõ erubescis. Q2 autem hæc à deo omnium bonorum largitore deposcis, non multũ improbo, imò laudo potius, si ob bonũ finem postules. Nam longeuitas, opes, & prospera corporis ualetudo, huiusmodi res sunt: ut si recte utaris, ad uirtutes parandas plurimum conferre possunt. Sed q̃ hęc & his similia dei dona à diuina benignitate impetrata, in exitium ac damnationem tuam uertas, uehementer uitupero. Nam corporis tui sanitatem & morbi grauioris profligationẽ à CHRISTO per intercessionem sancti Rochi aut alicuius diuorum eflagitare, laudabile est in primis: modo impetratam salutem corporis tui una cum tota uita tua non turpissimis uitiis, sed ipsi CHRISTO consecrare uelis. Non damno uotum tuum quod sancto Georgio aut Barbaræ nuncupaueris, ut à tormentorum ictibus & bombardarum glandibus tutus sias, ut ab hostilibus telis protegaris: modo reliquam uitã, quam in tanto discrimine positus, illorum beneficio & interuentu accepisse uideris, in dei & illorum cultu constanter collocare non graueris. Nec sane tibi succẽseo q̃ in pileo tuo gestas pictam aut sculptam imaginẽ Georgii, Rochi, Barbaræ, Apoloniæ: modo interim apud te memor sis suppliciorum illorum & tantæ uitæ asperitatis, quæ illi ultro

Orationes pro cõmodis mundanis & corporalibus non sunt omnino improbande.

ultro hic pro CHRISTO perpessi sunt: non alio quidem nomine q̃ ut in ratione uitæ tuæ illos pro uirili imiteris, q̃ ut illos precibus & morum integritate adores, quo fiet ut illi causam tuã apud deum omnipotentem agentes, facilius exaudiri possint. Quod autem ad uitam & mortem, morbos & secundam ualetudinem cæteraq̃ eius generis commoda uel incommoda attinebit: fac hæc omnia dei arbitrio cõmittas, atq̃ ita cum Paulo ex animo dicas Siue uiuimus siue morimur, domini sumus: semper sanctos dei orãs, ut sic uiuere liceat, ut uita tua semper deum honorificet ac grata fiat eidem. Porrò hoc unum tibi pro certissimo asseram: q̃ quantumuis preceris, quantũuis uocifereris, ieiunes, solicitesq̃ uniuersos cœlorum incolas, ut tua uice ad dominũ intercedant: non sunt tamen pro te precaturi, donec in ipso uerbo & splendidissimo diuinitatis speculo contemplabuntur illi non ingratum esse, ut pro te intercedant, aliõqui nihil in tuo negocio acturi sunt. Quia sancti suam uoluntatem diuinæ uoluntati semper subiiciũt. Sed quia nobis nõ semper certum est de uoluntate diuina, & cũ semper sanctorum precibus adiuuari opus habemus, idcirco nobis incumbit necessitas, ut semper sanctos perpetuos intercessores constituamus nostris precibus. Proinde si uis ut intercessores tui apud deum exaudiantur, primum satage, ut tuipse cum deo in gratiam reuertaris. Ita CHRISTO & in CHRISTO uiuas, ut uita tua Christiano homine nõ indicatur indigna. Viue in deo, uiue ut uere Christianum uiuere æquum est: ita uitam agas, ut diuinitus potius q̃ humanitus uixisse uidearis. Quod si feceris, ne dubita quin clæmentissimus dominus sanctis angelis suis cæterisq̃ cœlicolis omnibus mentem suã declarabit: ut & ipsi pro te intercedere permittant. Sed primo oĩum tua ipsius manus huic negotio admouẽda est: Quia qui fecit te sine te, non potest iustificare te sine te. Quandoquidem, ut Paulus ait, Dei adiutores sumus. Atq̃ hoc modo fiet, ut ab inutili quondam puluere & putrida terra, ut iam supra declaratum est, lapides efficiamur nec indigni nec inepti: qui ad hãc sanctissimæ Sion structuram adhibeamur. Et ad hunc modum, ut prophe-

Roma. 14.

Sancti in cælo non orant pro peccatis, nisi sciant deum id uelle.

Augusti.

1. Corin. 3.

pheta hic noſter aie, Terræ eius miſerebuntur: ſic pro peccatoribus inceſſanter miſerebunt & intercedẽt tempore oportuno, donec pœnitentiam agere incipiant, atq; inde prius actæ pudeſceri. Siquidem ſanctiſſima mater noſtra eccleſia, quæ dolet ullum perire qui innocentiſſimo ſponſi ſui ſanguine redẽptus eſt: nũq; non miſereſcit peccatorum, nunq; nõ indoleſcit illorum erratis: ſemper & ſine omni intermiſſiõe deum ipſum deprecatur, ut relictis tenebris ad lucem redeant, ut diabolo omiſſo ad deum toti conuertantur. Idq; non uno tantum modo ab illo efflagitat, ſed nunc ſacrarum miſſarum ſacrificio placare nititur, nũc horis canonicis mitigare ſtudet, aliquando ſacrarũ literarum ſtudiis aggreditur, aliquando ſacra lectione: nec deſunt interim omnimodæ orationes, ſanctæ uigiliæ, ieiunia, inclinationes, genuflectiones, proſtrationes, tunſiones, holocauſtomata, libamina, hoſtias & uictimas non omittit, imò & pro peccatis populi cotidie incõparabile illud & efficaciſſimum euchariſtiæ ſacrificium, ipſum uidelicet dominum noſtrum IESVM CHRISTVM unigenitum dei filium, patri in remiſſionem pẽccatorum offerens in altari. Quod quidem ſacrificium ne uel inde illius uirtutem metiaris, quãdo primum in ara crucis oblatum fuerat patri omnipotenti: terra ipſa (horrendum dictu) ut paulo ante diximus, tota tremibunda inhorruit & tremefacta eſt, lapides è terra exilientes inter ſe inuicem colliſi ſunt, uelũ templi bifariam ſciſſum eſt, ſol ipſe ingens deliquium paſſus eſt, mortui è buſtorum latebris excitati ſuẽre. Quinimo & cœlum ipſum magno tremore conculſum eſt, polorũ cardines luctuoſo gemitu ſtridebant, angeli pacis amare flebant, corpora cœleſtia præ triſticia uagabundo & erratico motu hinc inde uertebantur: quo tempore hoc inæſtimabile ſacrificium patri pro cũctis mortalibus deliburi fuit. Quin & peccatores quoq;, & præcipue illi, qui CHRISTO crucifigendo gnauiter operam ſuam locaſſent, paſſim dominare cœperunt: Vere filius dei erat iſte. Nec ſatis uiſum ut quem crudeli affixiſſent, filium dei faterẽtur, niſi etiam declamarent ſe ſceleris ſui pœnitere, pertudiſſent pectora palmis, precor ſudiſſent

Literæ.

Tribus eccleſiæ ereno pro ſuis ſuis.

Quæ contigerũt in paſſione Chriſti.

Matth. 27.

ultro hic pro CHRISTO perpessi sunt: non alio quidem nomine q̃ ut in ratione uitæ tuæ illos pro uirili imiteris, q̃ ut illos precibus & morum integritate adores, quo fiet ut illi causam tuã apud deum omnipotentem agentes, facilius exaudiri possint. Quod autem ad uitam & mortem, morbos & secundam ualetudinem cæteraq̃ eius generis commoda uel incommoda attinebit: fac hæc omnia dei arbitrio cõmittas, atq̃ ita cum Paulo ex animo dicas Siue uiuimus siue morimur, domini sumus: semper sanctos dei orãs, ut sic uiuere liceat, ut uita tua semper deum honorificet ac grata fiat eidem. Porrò hoc unum tibi pro certissimo asseram: q̃ quantumuis preceris, quantũuis uocifereris, ieiunes, solicitesq̃ uniuersos cœlorum incolas, ut tua uice ad dominũ intercedant: non sunt tamen pro te precaturi, donec in ipso uerbo & splendidissimo diuinitatis speculo contemplabuntur illi non ingratum esse, ut pro te intercedant, aliõqui nihil in tuo negocio acturi sunt. Quia sancti suam uoluntatem diuinæ uoluntati semper subiiciũt. Sed quia nobis nõ semper certum est de uoluntate diuina, & cũ semper sanctorum precibus adiuuari opus habemus, idcirco nobis incumbit necessitas, ut semper sanctos perpetuos intercessores constituamus nostris precibus. Proinde si uis ut intercessores tui apud deum exaudiantur, primum satage, ut tuipse cum deo in gratiam reuertaris, ita CHRISTO & in CHRISTO uiuas, ut uita tua Christiano homine nõ uideatur indigna. Viue in deo, uiue ut uere Christianum uiuere æquum est: ita uitam agas, ut diuinitus potius q̃ humanitus uixisse uidearis. Quod si feceris, ne dubita quin clæmentissimus dominus sanctis angelis suis cæterisq̃ cœlicolis omnibus mentem suã declarabit: ut & ipsi pro te intercedere permittant. Sed primo oĩum tua ipsius manus huic negotio admouẽda est: Quia qui fecit te sine te, non potest iustificare te sine te. Quandoquidem, ut Paulus ait, Dei adiutores sumus. Atq̃ hoc modo fiet, ut ab inutili quondam puluere & putrida terra, ut iam supra declaratum est, lapides efficiamur nec indigni nec inepti: qui ad hãc sanctissimæ Sion structuram adhibeamur. Et ad hunc modum, ut prophe-

Roma. 14.

Sanctis in cælo non orant pro peccatis, nisi sciant deum id uelle.

Augusti.

1. Corin. 3.

pheta hic noſter ait, Terræ eius miſerebuntur: ſic pro peccatoribus inceſſanter miſerebunt & intercedēt tempore oportuno, donec pœnitentiam agere incipiant, atq; uitæ priſtinæ pudeſcant. Siquidem ſanctiſſima mater noſtra eccleſia, quæ dolet ullum perire qui innocentiſſimo ſponſi ſui ſanguine redēpti eſt: nūq; non miſereſcit peccatorum, nunq; nō indoleſcit illorum erratis: ſemper & ſine omni intermiſſiōe deum ipſum deprecatur, ut relictis tenebris ad lucem redeant, ut diabolo omiſſo ad deum toti conuertantur. Idq; non uno tantum modo ab illo efflagitat, ſed nunc ſacrarum miſſarum ſacrificio placare nititur, nūc horis canonicis mitigare ſtudet, aliquando ſacrarū literarum ſtudiis aggreditur, aliquando ſacra lectione: nec deſunt interim omnimodæ orationes, ſanctæ uigiliæ, ieiunia, inclinationes, genuflectiones, proſtrationes, tuniones, holocauſtomata, libamina, hoſtias & uictimas non omittit, imò & pro peccatis populi cotidie incōparabile illud & efficaciſſimum euchariſtiæ ſacrificium, ipſum uidelicet dominum noſtrum IESVM CHRISTVM unigenitum dei filium, patri in remiſſionem pèccatorum offerens in altari. Quod quidem ſacrificium aut uel inde illius uirtutem metiaris, quādo primum in ara crucis oblatum fuerat patri omnipotenti: terra ipſa (horrendum dictu) ut paulo ante diximus, tota tremibunda inhorruit & cremefacta eſt, lapides è terra exilientes inter ſe inuicem colliſi ſunt, uelū templi bifariam ſciſſum eſt, ſol ipſe ingens deliquium paſſus eſt, mortui è buſtorum latebris excitati fuēre. Quinimo & cœlum ipſum magno tremore conculſum eſt, polorū cardines luctuoſo gemitu ſtridebant, angeli pacis amare flebant, corpora cœleſtia præ triſticia uagabundo & erratico motu hinc inde uertebantur: quo tempore hoc inæſtimabile ſacrificium patri pro cūctis mortalibus delibatū fuit. Quin & peccatores quoq;, & præcipue illi, qui CHRISTO crucifigendo gnauiter operam ſuam locaſſent, paſſim clamitare cœperunt: Vere filius dei erat iſte. Nec ſatis uiſum ut quem crudeli affixiſſent, filium dei faterētur, niſi etiam declarare ſe ſceleris ſui pœnitere, perrudiſſent pectora palmis, preces fudiſſent

Litera.

Tenda eccleſie oranto pro filijs ſuis.

Quæ contigerūt in paſſione Chriſti.

Matth. 27.

propitiatrices, misericordiamq; diuinam certatim appellasse-
rit, certa fiducia credentes illum poscentibus non negaturum uenia,
quem paulo ante pro non poscentibus à patre ignoscere tam &
impunitatem deprecantem audierāt. Vnde fit ut quemadmodū
tum per hanc filii immolationem in patrem cœlestis placatus fuerit,
& hodie quoq; per idem sacrificium totidie per Christianū or-
bem oblatum pro peccatoribus, placetur supernus pater, pecca-
torumq; misereatur. Vsqueadeo & supra omnem modum hoc
sacrificio placata & delenita est ira cœlestis genitoris: ut placu-
hoc uno remedio peccata mundi tollere, non alio pharmaco ue-
tus illud uulnus sanare quod olim per peccantē Adam contraxi-
mus, non alia denique propitiatione iacturam generis humani re-
sarcire atq; iterum sibi reconciliare. Et proinde catholica illa & S.
uniuersalis omnium credentium ecclesia peccatori adhuc pœni-
tendi nescio, adhuc in uetusta malicia indurato, materno affectu
indolescit, & mirum in modum compatitur. Et quemadmodum
olim quū Petrus in carcere teneretur, sine intermissione oratio
fiebat ab ecclesia ad deum pro eo: ita & usq; hodie eadem eccle-
sia non cessat unq;, sed sine omni temporis interuallo precatur,
obtestatur, & piis supplicationibus contendit ut peccatores tam
contumaces, relicta aliquando pertinacia sua, ad deū conuertan-
tur. Idq; uariis modis, sicuti & superius paulo recitare cœpera-
mus, nunc quidem psallendo, nunc dicendo, interdum sacrorum
psalmorum recitatione, interdum pijs hymnis & canticis spiri-
tualibus: quibus accedunt insuper ieiunia, uigiliæ, sacra studia,
pia exercitia, conciones, lectiones, planctus pro peccatis & tun-
siones contriti cordis prænuncię & indices, prostrationes aliq;
id genus pœnitentiæ cęremoniæ. Nec in diuersum effectum tot
undiq; celebrantur sacrę missæ, tot immolantur oblationum ge-
nera, tot hostiæ & holocausta, tam uarijs hominum ritus, tanta
sacrificiorum diuersitas: in hūc usum deus deo sacrificandus of-
fertur, nimirum filius patri. Quæ immaculatissima uictima quo
tempore patri primum oblata fuit, cū inaudita miracula & por-
tenta accideriņ, loco non multo diuerso memorauimus: quādo

de tremore

Oblatio eucha-
ristiæ quātum
deo placeat

Actu. 12.

In passione
Christi mira-
cula.

de tremore terræ, de ruptura ſaxorum, de reſciſſo uelo, de apertis monumentis & mortuis inde ſuſcitatis, mentio facta erat. Supra quoq; recitatum eſt, quo pacto cœli tremule agitarentur, dū hoc inſuetum libamen pro mundi uita ſolutum erat: ut lugubriter lamentarentur angelici ſpiritus, ut facinoroſi homines ſubito uociferarentē, diuinā miſericordiā implorantes. Et uix dū precioſiſſimum illum ſanguinem crudeliter effudiſſent, quum ſubita animi mutatione adeo illius amore & deſiderio tenerentur, ut iā auidiſſime eum epotare cuperent. Quin & illi qui nō ita pridem
, contemptim clamitabant, Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios Matth. 27.
, noſtros: tūc demiſſo in terra capite, pectora palmis percuſſēre, tunc flagitia perpetrata acerbo ploratu lamentabantur, ſeſe & facta ſua damnātes pariter & deteſtantes. Nec tam certatim &
, uelut ore cōmuni prius clamabant, Tolle, tolle, Crucifige, cru- Ioan. 19.
, cifige: cū tunc paſſim auditur uix alia uox cū Miſericordia, miſe-
, ricordia. Tūc undiq; inſonuiſſe audiſſes, heu nos pluſcū miſeros, pluſcū ſceleſtiſſimos, quod & cū inexpiabile facinus perpetrauimus? Indigni ſumus quos uel terra ſuſtineat, uel quos intueatur cœlum. Hoc itaq; ſacrificium uſqueadeo deo patri placuit & ar- Efficacia ſacræ euchariſtiæ.
riſit, adeo illi gratū & acceptum fuit: ut illo uno pro omnū peccatis ſatisfaciente, deus pater non illis modo ſed omnibus etiam aliis qui uel tum erant & ante fuerint uel poſtea futuri, peccata ſua gratis remiſerit, modo tantam gratiam etiam gratis oblatam non peruerſe aſpernarentur. Hoc item ſacrificium tantę uirtutis fuit & efficaciæ, ut totum mundum tandiu à deo per peccatum alienatū, rurſus illi, condonato peccato, reconciliaret. Proinde & ipſe CHRISTVS iam paſſionem ſuam aditurus, præſentibus omnibus diſcipulis ſuis ſub extrema illa cœna, hoc tantum ſacramentum inſtituit: à quo poſt illius digreſſum, certum peteret ſolatium & remiſſionem peccatorum. Hoc, inquit, quoties- Luc. 22.
, cunq; facitis, in mei memoriā facite. Perinde acſi ſic aperte dixiſ- Expo.
ſet, quotieſcūq; hoc ſacrificium quod iam inſtitui immolatis, uobis in mētem ueniat huius tā diræ paſſionis meæ effectus. Porrò effectus iſte, quē è paſſione mea prōdire ſentietis: redemptio eſt

totius mundi & satisfactio pro peccatis. Effectus passionis meæ est, ut peccata gratis remittantur: effectus passionis meæ est, ut peccatores quorum iniquitates à deo alienarunt, hoc autoramẽto omnipotenti patri reconciliarentur ac redirent in gratiam, ut adesset gratia conseruatrix solita multo auctior & locupletior. Quare quotiescunq; uobis opus erit, quotiescunq; urgebit aliqua necessitas: facite ut hoc tam efficax & præsentaneum sacrificiũ patri offeratis, atq; illud patris mei fauorem & misericordiam uobis impetrabit & eblandietur. Sed hoc meminerítis oportet, T.
ut hoc sacrificiũ semper in memoriam mei faciatis: hoc est, in recordationem mentionemq; passionis meæ. Q. si forte quæratis quare in memoriam passionis meæ faciendum sit? Profecto idcirco, q; in hoc sacratissimo sacramento remaneat effectus, uis, & uigor huius passionis meæ. Quemadmodum ergo pater cœlestis illo priori sacrificio, quo oblatus est CHRISTVS in ara crucis pro peccatis omnium populorũ abunde placatus est: ita & hoc quoq; sacramento, quod cotidie in ecclesia dei non ob aliam causam peragit, cotidie etiam mitigatur deus, cotidie placat. Et quia humanæ fragilitatis tãta imbecillitas est, ut cotidie in peccata labamur: idcirco pijssima mater ecclesia deo sacrificat, renouans memoriam passionis illius, quo iratus deus delictis nostris rursus mitigetur ac mitis fiat. Et sic fit q; sancti & probi uiri

Littera.

Ecclesia nulli modũ omittit quo adaptet peccatores in ædificiũ Sion.

terræ eius miserebuntur: miserebuntur compatiendo, condolẽdo, exhortando, precando: nullã omnino ratiõem, uiam aut modum omittentes, quo possunt illos CHRISTO redemptori suo lucrifacere, quo possunt eos ad deum cõuertere, quo possunt ad peccati odiũ & dei amorem adigere & propellere. Sicq; sedulo elaborant, huc omnibus conatibus enituntur, ut terram istã atq; puluerem aliõqui nullius momenti, ad aliquam frugem perducant, ut terrenos & deploratos peccatores intercessione sua domino reconcilient, ut hæc lapidum putamina & uilia frusta ad compagem aliquam redigantur, ut sic poliant, ornẽtur, & concinnata fiant, quo digna effici mereant, ut in prædictam structuram Sion quadrari possint: hoc est, ut fiant aliquando membra

ecclesiæ,

ecclēſiæ, non ſolum huius militantis, ſed & poſt hac illius quoq; triumphantis. Ex quibus iam uobis perſpicuum eſſe cōfidimus, quomodo ab initio hęc eccleſiæ fundatio per IESVM CHRISTVM iacta fuerit: deinde per Apoſtolos extructa, aucta & propagata. Vtpote qui primo fidem CHRISTI in Hieruſalem & Iudæa diuulgarunt, poſtea uero per omnia totius mundi confinia, quemadmodū in actis apoſtolicis ſatis liquere opinor. Quibus & pſalmographus haud obſcure aſtipulatur, ita quod prædictum eſt affirmans In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terrę uerba eorum. Sic utiq; CHRISTO uiſū eſt & diſcipulis eius: ut probos lapides eligerēt, ſolidos uideliceet, quadratos, firmos & concinnos, qui in primo eccleſię fundamento iacerentur, nimirum fideles & probos homines de Iudæis ab initio conuerſos. Nam illi ab initio meruerunt primi illi lapides fieri, & apponi in hoc ſpirituali eccleſiæ ædificio. Quod & Zacharias propheta uaticinatus erat illis aliquando futurum, in hęc uerba erumpens Saluabit eos dominus deus eorum in die illa, ut gregem populi ſui: quia lapides eleuabuntur ſuper terram eius. Et ſic terræ eius miſerebuntur. Ita ut alii qui antea ad hanc ædificationem neutiq; apti fuerant, per illorum prædicationem, præcationem & ædita miracula, ad hoc opus quadrari, confingi, dolari, exculpi atq; coaptari quirent: idq; partim per uitæ cōuerſionem & integritatem, partim per contemptum & abdicationem rerum temporalium, dum cunctas poſſeſſiones ſuas, fortunas, ſubſtantiam, diuitias, cæteramq; ſuppellectilem diuendūt & ad pedes Apoſtolorum ultro proiiciunt, in uſum pauperculorum, ut pro neceſſitate indigentium diſtribuerentur. Et licet hi primitus ad hanc eccleſiæ fabricam electi fuerint, ut eſſent ueluti baſes & fulcimenta totius ædificii: non tamen ex ſolis Iudæis ſed ex gētibus quoq; erecta fuit hæc CHRISTI eccleſia. Quia ſtatim poſt iactum eccleſiæ fundamentum, fides euangelica tum per alios apoſtolos & diſcipulos, tum uero præcipue per omnes gētes longe lateq; diffuſa eſt & diſſeminata. Itaq; & Ethnici qui prius impia idololatria omniq; flagitiorum genere coinquinati

Apoſtoli quomodo laborarūt in ædificationem Sion.

Pſalm. 18.

Zacha. 9.

Littera.

Apoſtoli baſes erant eccleſiæ.

erant, audito euangelio, statim ad religionem Christianam con-
fertim accurrerunt, statim pœnitẽtiam amplexi sunt, sacro fon-
tis lauacro renasci cupientes, & nouum hominem induere: sem-
per priorẽ uitã detestantes, semper reueriti, ne quo infœlici casu
accideret, ut in antiquam uitiorũ sentinam relaberẽtur. Atq; hoc
ipsum est quod ꝓpheta hic noster aliquot antea sæculis in spiritu
prospiciens, pronunciauit futurũ, ita sequente uersiculo inquiẽs.

Vers. 16. TIMEBVNT GENTES NOMEN TVVM DO-
MINE: ET OMNES REGES TERRAE GLORI-
AM TVAM. Quandoquidem paulo pridem prædictum est V.
Duo parietes Iudæos prius q̃ gentes ad hanc ædificationem conuenisse, adeo
Sion. ut ex illis prior ædificii paries cõflaretur: nunc superest ut alterũ
parietem è gentibus coagmentatum priori adiungamus. Quorũ
utrũq; deus atq; dominus noster IESVS CHRISTVS,
qui solus & uerus angularis ille lapis est, in unum connectit, in fi-
dem uidelicet & professiõem euangelicam. Et licet è diuersis la-
pidicinis afferantur, & licet diuersæ naturæ & operationis sint
lapides: tamen ita à doctis & peritis latomis uariæ scinduntur, ut
ad quadraturam huius angularis lapidis recte utrinq; conuenire
queant. Proinde CHRISTVS artifices & operarios suos
emittit cũ mandatis, ut hosce lapides ruditer & prima manu de-
liniẽt: uelut superflua frusta & partes exuperãtes, è reliqua massa
deradentes, quo fiant illi summo & plane archilatomo CHRI-
STO IESV magis idonei & tractabiliores, ut illis summa
manus imponatur. Porrò mandatum quod ministris suis, super
Matth. 28. hoc negotio tradidit, huiusce modi est. Data est, inquiens, mihi
omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes docete omnes gentes,
baptizantes eos in noĩe patris & filii & spiritus sancti: docẽtes
eos seruare omnia, quæcunq; mandaui uobis. Et ecce uobiscum
sum omnibus diebus usq; ad cõsummatiõem sæculi. Nec ab hoc
Marc. 16. multum abhorret, quod & apud Marcum legimus. Ite, inquit, in
Lapidibus ruditer dolatis, dant summam manum apposui. uniuersum mundum, prædicate euangelium omni creaturæ. Et
si forte per Apostolos, discipulos & diuini uerbi prædicatores
(quibus in hoc opere fabrorum & latomorum uice utimur) satis

polirl

poliri nequeant: quũ & ipſi nihil aliud ſint q̃ miniſtri CHRI-
, STI, uel teſte Paulo, ubi ita ait, Quid uero eſt Apollo, quid 1. Corin. 3.
, Paulus? niſi miniſtri eius cui credidiſtis? Vbi ergo ab iſtis (uti
cœperã dicere) non ſatis elaborati ueniunt ad manus ſuas, ſtatim
eos ad fornacem ſuam & incudem adhibendos curat: ubi eos ſic
utcunq; per miniſtros craſſe & ruditer excuſſos & dedolatos, ita
ad unguem recudit, refingit, elimat, polit, ferit, & concinnat, ut
nõ ſint inidonei, qui elegãtiſſimo Siõ huius ædificio admoueant.
At inquies fortaſſe. Quæ eſt iſta dei fornax & incus, quibus
ſic purgat, ferit, & ad ſummum uſq; percudit iſtiuſmodi lapides:
quoties non ſatis expoliti ad illius manus aduenerint? Certe pur-
gatorium habet, qui harum rerum uicem ſupplebit ad unguem:
ubi flagrante igne explorat eos, num quid adhuc ſcoriæ & ter-
, renæ fecis in ſe relictum habeant. Ibi enim eos igne examinat, Pſalm. 11.
, ſicut examinatur argentum. Quemadmodum enim aurifaber Deus explorat lapidem prius quã muro ſuo imponatur.
igne aurum examinat, purgat & purificat à ſcoria, ut purius &
ſplẽdidius ſpectantibus appareat: ita deus huius ædificii archite-
ctus, animas hominum in hac purgatorii fornace ab omni fecu-
, lentia excoquit & emundat, quod precioſum eſt à uili ſeparat, Hieremi. 15.
, quod terrenum eſt exurit, quod feculentum eſt defecatũ reddit.
Ac tandem ubi omnia ſatis expolita ſunt & exterſa, adeo purum
reddit, acſi illius os eſſet: ac tum iuxta rationem meritorum ſuorũ
in ſuperiori Sion curat reponendum. Et quandoquidem huiuſ-
modi animæ quæ adhuc in purgatorio degunt, donec extergat
quicquid ineſt ſordium, membra ſunt huius inferioris Sion, ec-
cleſiæ ſcilicet militantis: idcirco ſancta & catholica eccleſia illo-
miſerta, efficaciſſimas preces pro illis ad deũ inceſſanter effun-
dit. Illud ſanctum elogium è Machabæis petitum, ſecum ſedulo
cogitans. Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare: 2. Macha. 12.
, ut à peccatis ſoluantur. Qui locus nec de abſolute iuſtis & inte-
, gris iam beatitudinem adeptis intelligi poteſt, quia illi non egẽt
huiuſmodi oratione: nec de damnatis & æterno ſupplicio tradi-
tis, quum illis non ſint profutura. Reliquum ergo eſt & neceſſa-
rio quidem, ut hanc deprecationem pro his qui in purgatorio

fieri, uelimus nolimus, confiteamur. Et quemadmodum diuus
13. q. 1. Non æstimemus. Quatuor modis soluuntur animæ in purgatorio.
Gregorius alicubi scribit, Quatuor modis soluuntur, qui in purgatorio existūt: scilicet oblatione sacerdotum, precibus sanctorum, eleemosynis charorum, ieiuniis cognatorum. Quare quisquis uero Christianæ pietatis tangeris, quisquis de salute tuorū solicitus extas: illinc patrem tuum eripito, illinc extricato matrē, fer opem fratri, fer sorori tuę, fer & amico. Quorum unusquisq;
Iob 19.
tam acri tormēto percitus, ita illinc ad te proclamitat Miseremini mei, miseremini mei saltem uos amici mei, quia manus domini tetegit me. Atq; ad hunc modū misericordissimus dominus, qui X.
omnes homines citra discrimen saluos uelit, qui ægerrime ferat mortem peccatoris, omnibus modis consulit: ne pereat uel minimus è lapillis istis. Sed missis Apostolis & legatis suis imperat, ut ubiq; terrarum euangelīū suum deprædicent: ut parent lapides quadratos & aptos qui locentur in immortali illo ædificio Sion.
Marc. 16. Expo.
Euntes, inquit, in uniuersum mundum prædicate euangelium omni creaturæ. Omnibus iubet prædicandam euangelicam pietatem: quia omnes saluandos uult. In hac euangelii prædicatione, nec nationum nec hominum discrimen fieri patitur: quum ipse sit deus omnium communis, nullam hominū personam respiciens, omnibus ex æquo fauens, omnium saluti indifferenter consulēs. Neminē meriti aut demeriti ratione excepit, neminē generis causa separauit, nullius cōditionem distinguens respexit. Ad omnes omnino mortales mittitur euangelium, nullos mortalium non adiit crucis prædicatio. Cæterū ne statim existimarent hoc tantum negotium humano consilio geri potuisse, ne tam arcana
Matth. 28. Expo.
mysteria hominum uiribus uiderentur peragenda: addit, Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem sæculi. Proinde ne
Quomodo deus consolatur prædicatores uerbi sui.
angat uos ullus hominum quorumcunq; respectus, ne sitis soliciti coram quibus loquimini, quid sit quod loquimini, quomodo aut quibus circumstantiis sermonem uestrum moderemini. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in
Idem. 10.
illa hora quid loquamini. Quare facite ut totam fiduciam uestrā in me collocetis, ne dubitetis aut hæreatis quicq;: siquidem ego

uos

uos docebo omnem ſapientiam, ego dabo uobis ſermonem cui reſiſtere non poterũt, ego in uobis ero, ego loquar in uobis, denique ego ſemper ero uobiſcũ. Nec unq̃ uos uelut orphanos deſtituam, ſed animabo uos ſemper & fortes reddã, imò ego ipſe in uobis operabor. Mea ſane potentia, mea autoritate freti, perficietis hæc omnia. Porrò ego omnia uerba ueſtra coaptabo, ego in ueſtris uerbis excindã, ego quadrabo, tãtoq̃ artificio effingã, ut poſſitis uel ex quibuſlibet lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ: donec abſoluatur hoc incorruptibile opus meum & ædificium, nullo nec uento nec hymbre demoliendum. Ergo quum ita ſit q̃ ego perpetuo uſq̃ ad cõſummationem ſæculi uobiſcum futurus ſum: non eſt q̃ metuatis uobis, dum uelut oues in medio luporum uerſaturi ſitis, dum inter confertos perditiſſimorum hominum greges, gratia prædicandi euangelii ſitis ingreſſuri. Ne cogat uos ueſtra infirmitas trepidare quicq̃: ſed memẽtote quãta ſit potẽtia mea, q̃ non ſoleam deeſſe meis, quos per nulla unq̃ ſæcula deſeram: quos non derelinquam ſed ſemper protegam, ſemper defendam, ſemper patrocinabor: quos etiã confouebo, animabo, erudiam, ueram intelligentiam præſtans. Ero inſuper uobiſcum cum in uerbis ueſtris tum etiam in operibus, ita dicta & facta ueſtra confirmans: ut quicquid uel dicturi uel facturi ſitis, cedet & in uſum ueſtrum tum etiam euangelii mei. Non tamen ſic uobis adero ut nihil detrimẽti ab aduerſariis patiamini, nam ſic uobis inutilis eſſem futurus, meritisq̃ ueſtris derogarẽ: ſed quod multo præſtantius accummulabit meritum ueſtrum,
Y. prẽſtabo ne qua ſæuiẽtium hoſtium crudelitate ſuperemini. Vis
, & efficacia prædicationis ueſtræ è mea poteſtate pendebit: quia Ioan. 15.
, ſine me nihil poteſtis facere. Per me itaq̃ fiet, ut quantumuis cõtradixerint aduerſarii ueſtri & oſores ueritatis, quantumuis laborauerint pſeudapoſtoli ut obſcurẽt lucem euangelicã, quantumuis debacchentur furibundi tyranni ut eccleſiam meam ſuppullulantem peſſundent & extinguant: tamen filii Abrahæ ex omnigenis lapidibus excitabuntur. Ego per illuſtrantem ſpiritus ſancti ſuggeſtionẽ, uobis abſens inſinuabo quęcunq̃ prẽſens

uos

uos docueram: neq; prætermittetur uel minimũ è promiſſis meis, quod non ad ſummum uſq; adimplebo. Quodcunq; uobis deeſſe ſentietis, ego cum fœnore uobis apponendum curabo: nec ſinam ullam ineſſe uobis penuriam, quæ gloriæ meæ uel leuiter officiat. Imò ego ita per prædicatiõem ueſtram dolabo lapides iſtos adhuc rudes & informes: ego ſic eos diſcindam, ſic leuigatos & perpolitos reddam, ſic aptos & concinnos per uos efficiam: donec in hoc ædificium meum quadrauero & in ſuo quemq; loco ſtabiliero. Atq; his omnibus modis aliisq; quibuscunq; uobis opus fuerit, uobiſcum ero uſq; ad conſummationem ſæculi. Matth. 28.

Sed non eſt res parui ponderis aut momenti, neq; ſane exigui ſacramenti myſterium, q̃ nunc eiſdem prædicatoribus imperet præcipiens, Ite in uniuerſum mundum, prædicate euangelium omni creaturæ: quibus tamen antea dictum erat, In uiam gentiũ ne abieritis, & in ciuitate Samaritanorum ne introieritis: ſed potius ite ad oues, quæ perierunt, domus Iſrael. Quamuis enim ad omnium hominum uocationem ab æterno deſtinatum fuerit euangelium & directum, quamuis nullam uſq; gentem à gratia euangelica excludi uoluit dominus noſter, quippe qui nihil æque in uotis habuit q̃ ut omnes, qui uſq; fũt mortales, ſalui fierẽt atq; ad agnitionem ueritatis uenirent: non tamen ob id abſolutam illam diſpenſationum ſuarũ ſibiipſi ademerat, quo minus pro arbitrio ſuo conſilii ſui ordo decurreret, quemadmodũ ante omnia tempora futura conſtituerat. Nec ſane hic locus patet calumniis & obmurmurationibus uel hæreticorũ uel infideliũ hominum, impie arguentium ex his duobus locis in deo inconſtantiam cadere poſſe, nempe q̃ prius decretum ſuum poſteriori reſcindere uideret. Sed ignorant illi ignari etiam quauis talpa cæciores, aut certe ſcire nolunt: q̃ quæcunq; deus fieri uoluit, non aliter fieri debuiſſe, q̃ qua ratione deus ab initio decreuit ut fierent. Proinde dominus noſter IESVS CHRISTVS quum iã in augmentum paternæ gloriæ, apoſtolos ac prædicatores eſſet emiſſurus, ut omnibus patefacerent regnum dei, ut annunciarẽt iam uere adueniſſe tandiu à ſanctis patribus expectatum, ut peo-

Marc. 16.
Matth. 10.

Euangeliũ ab æterno deſtinatum ad uocationem omnium gentiũ, ſed tempore ſuo.

catores

catores ab errore ueteri ad scopum ueritatis dirigerent, quo è
puteri puluisculo efficerentur uiui lapides coaptandi in ædificium
corporis sui mystici, quod est ecclesia: hæc, inquam, omnia quã
inexhausta illa patris sapiẽtia cõstanter & infallibiliter fieri uolu-
isset, sic tamẽ fieri decreuit ut non oẽs uno tempore uocarentur, sed
sensim alii post alios, ut non simul omnibus prædicaretur euan-
gelica fides, ut à Iudæis exorsa pergeret, deinde ad gẽtes: idq;
Z. non alio tempore q̃ quo usum esset spiritus sancti. Ex hinc factũ
, est q̃ Apostoli uolentes uerbum dei euangelizare in Asia, pro- Actu. xvi.
, hibiti sunt à spiritu sancto, quemadmodum refert actorũ apos- Ibidem.
, tolicorum historia. Et alio loco parantibus ire in Bithiniam, sic
, militer obstat spiritus sanctus. Quæ prohibitiones non idcirco
factæ sunt, q̃ his gentibus excluderetur gratia euangelica: sed q̃
consilio spiritus sancti in aliud tempus differenda uideret, quan-
doquidem & etiam apud eas gentes postea prædicata fuit & re-
cepta item fides CHRISTI. Cæterum quæ causa fuerit, cur
aliorũ uocatio in aliud usq; tempus differretur: nobis non per-
inde liquet atq; pro compertissimo habemus, nihil unq̃ à spiritu
sancto geri quod non modo accommodatissimũ factum sit, ge-
neriq; humano maxime necessario. Cæterum hoc exemplo do-
cemur, q̃ inter generalia siue promissa, siue opera, siue præcepta
dei, quædam semper à communibus causis excepta uoluit deus:
quæ ipse occultiore ratione disponere & ordinare uoluerit, quẽ-
admodum incomparabili illius prouidentiæ ab æterno usum fue-
rat. Equidem credo nobis in hac re à diuina probitate consultũ
esse, ut interpositis uidelicet quibusdam adumbraculis, ea quæ
secretius latent & cõtinentur, postea admirabilius innotescant,
& cum maiore diuinitatis admiratione splendescant. Ne scilicet
ingenii humani acrimonia, nimia discernendi ac diiudicandi fa-
cilitate, fiat negligentior: quæ plerũq; nimium assuetis hebescit
ac uelut indormitat, quum contra, arduis & insolitis excitari soleat. Quapropter non est cur in hoc tam arduo negocio multum
frustra disputemus, quum nulli præterq̃ uni deo notum esse opi-
nor, cur inter uocandum ad euangelicam ueritatem hęc regio illi
prælata

De occultioribus dei consiliis, à nobis rato uideri non potest.

prælata fuerit, cur hic q̃ ille prior accersi meruerit, cur hęc gens illam fide præuerterit, cur huius familitium & domum prius q̃ illius tanta dore illustrari uoluerit. Nec dubito quin multi sint, etiam hodie, qui id tam summo odio habent, quod posthac omnibus uotis sint amplexaturi: quicp necdum id recepteare animũ inducere possunt, quod imposterum in summa ueneratione habituri sint. Verum quis mortalium omnium tantum sibi arrogare audet, ut huiusmodi & eã latentes causas se indicare posse confidat? Vt palam explicet, cur ne hactenus quidem clarissima fidei lux per omnes nationes non sit æquis animis recepta? Cur adhuc à deo differuntur quidam, qui aliquando ad societatem Christiani nominis aduocãdi sunt? Cur tandiu multorum errores & insanas opiniones incorrectas sinit? Cur multa adhuc occulta esse uoluit, quæ postea enucleaturus est? Quæ sit tam longæ moræ causa, quæ tam longæ dilationis occasio? Quid in causa sit, cur filio interdum ad fidem uocato, patrem tamen adhuc in altissimis tenebris errorum & incredulitatis cæcutire permittit? Quare è non paucis bonis uiris & probe Christianis, nascuntur tamen non raro filii à paterna probitate prorsus degeneres, scelesti, flagitiosi, ad omnia maleficia & detestanda facinora prodituissimi? Certe harum & similium rerum causæ, soli deo cognitæ sunt. Veruntamen inæstimabilis illa dei benignitas omnes gentes, populos, & nationes, uariis modis ad cognitionem sui allicit & accersit. Siquidem admirabile illud cœli spectaculum, orbes & sphæræ cœlestes, terra ipsa ac circumflua maria, denicp creaturæ omnes quæcunp oculis humanis cerni possunt: uelut manu ducunt homines ratione & intellectu præditos, ad agnitionem dei: adeo ut in hisce creaturis creatorem satis agnoscere possint, ut cernant gloriam & immensam dei omnipotentis potestatem. Ab hisce ergo creaturis rite cognitis & intellectis, ad altiora diuinitatis mysteria cognoscenda assurgendum est. Vtpote quæ satis aperte docẽt, quomodo deus ipse optimus ac maximus honorari pariter & amari debeat: quemadmodũ & in sequentibus, fusius & clarius explicare decreuimus. Proinde nõ est cur nos in

Creaturæ non in cognitionẽ creatoris ducunt.

A.

occultioribus

occultioribus difficultatibus diſtorqueamus: cur adhuc in infi-
delitate ſua manere permittantur quidam adhuc ſub diaboli ty-
rannide militantes, qui aliquando ſub CHRISTI uexillo ſunt
militaturi. Quomodo qui Chriſtianam fidem & pietatem nunc
maxime oppugnant, noſtræ religioni aduerſantes: poſthac illi
mordicuſtint adhæſuri. Nam non dubium eſt quin multi quod
multum oderunt, ſint amaturi: & quod nõdum recipiunt, poſtea
receptum prædicabũt. Quare ne laboret quiſq;, ut in huiuſmo-
di arduis & perplexis quæſtionibus, quærulis & impie curioſis,
ſatisfaciat. Nam tametſi ſatis conſtet populum Iſraëliticum dei,
ſingulari cura & indulgentia peculiariter electum eſſe, cæteras q;
gẽtes omnes & nationes ſuæ uoluntati relictas, ut ſinerent quas-
cunq; uellent uias ingredi, ut ſequerentur quodcunq; uellent uitæ
inſtitutum: nõ tamen ſumma illa & inconſumpta dei bonitas, ira
ſe ab illis auertit, ut non reliquerit illis omnes res uiſibiles à ſe ab
initio conditas, quibus ueluti ceruiſſimis ſignificationibus ad
cognoſcendum, metuendum atq; demum colendum & honorã-
dum deum ſedulo admonerentur. Siquidem, uel Paulo teſte, In-
uiſibilia dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta cõ-
ſpiciuntur, ipſaq; ſempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas. Por-
rò cœlum, ſydera, uariiq; ſtellarum curſus, tellus & omnia quæ
illi inſunt animantia: præterea mare, piſces, & aquatica, reliquiq;
omnes creaturæ quæcunq; uſq; locorum uel uideri uel intelligi
poſſunt: in hunc præcipue uſum & utilitatem condita, & in tam
mirabili uarietate & ordine diſpoſita ſũt: ut mortales omnes per
tot uariarum rerum & ſpecierum contemplationem, per tot bo-
nitatis diuinæ experimenta, per tot beneficiorum cumulos, per
tot denig egregia dona & munera à dei beneficentia gratis ac-
cepta, ad cognitionem, cultum, & dilectionem autoris & condi-
toris ſui prouocarentur, implente interim benignißimo dei ſpi-
ritu: In quo (ut Paulinis uerbis uti licet) uiuimus, mouemur & ſu-
mus. Et quantumuis longe abſit à peccatoribus ſalus: tamen nul-
lus uſq; locus reperitur, qui ipſius ſaluris præſentia, efficacia, ac
uirtute uacuus ſit. Præſertim quum miſericordia domini plena

*Ab intricatio-
ribus quæſti-
onibus ſuper-
ſedendum eſſe.*

Roma. 1.

Expo.

Act. 17.

Pſalm. 118.

*Miſericordia
dei nũquã de-
eſt nobis.*

Ibidem.

sit omnis terra: quæ ut hactenus per tot sæcula nullis unq̃ gene-
rationibus defuit, ita nec posteritati nostræ per omnia ævа de-
futura est. Nouit itaq̃ constantissima illa prouidentia diuina, qua
ipsam rerũ uniuersitatem administrat & continet, quãq̃ cunctis
rebus naturalibus regendis, alendis ac muniẽdis semper impar-
uit: nouit illa, inquam, prouidentia pro inaccessa incommutabilis
sui cõsilii æternitate singula sic disponere, ut res quæq̃ suo ordi-
ni & temporibus distribuantur, omnia iuxta inscrutabiles mul-
tiformis gratiæ mensuras mirificis donis & sacramentis inuisum
generis humani distinguens & euarians. Neq̃ profecto ipsa tã B.
ienarrabilis totius mundi huius pulchritudo, tã multipharia diui-
norum beneficiorum liberalitas, unde hominũ cordibus aliquot
æternę legis tabulæ traditæ sunt, ut in paginis literarum ac uolu-
minibus temporum communis ac publica diuinæ institutionis
doctrina legeretur: aliud quicq̃ crepant ac clare testãtur, q̃ bo-
nitatem, q̃ amorem, q̃ prouidentiam, gratiam ac summam be-
neuolẽtiam & charitatem dei erga homines. Cœlorum itaq; vo-
luciones & uertigines, quicquidq̃ intra cœlestiũ globorum am-
bitum continetur, terra, pontus, & omnia quæcunq̃ in eis sunt:
quid aliud quæso q̃ præcelsam illam & incomprehensibilẽ crea-
toris sui maiestatem testantur & prædicant? Maximus tamen
mortalium numerus, qui libero arbitrio præditi, per semitas vo-
luntatis suæ ingredi permissi sunt, ita ab hac naturæ luce deuia-
runt, ut hanc dei legem nec intellexit nec sequutus sit: unde factũ
2. Corin. 2. est, ut odor uitæ qui spirabat ad uitam, factus sit ei odor mortis
ad mortem. Imò & in illis ipsis uisibilibus diuinæ essentiæ testi-
2. Corin. 3. moniis discere potuerunt: q̃ litera occideret, spiritus autẽ uiuifi-
caret. Nam quod in populo Israelitico per legem Mosaicam &
prophetas gestum est: id apud alias nationes quascunq̃, cunctа-
rum dei creaturarum testimoniis & miraculis naturæ innouit,
aut saltem innotescere debuit. Quæ diuinæ benignitatis gratia,
licet ante aduentum CHRISTI incarnandi parcior fuerit &
occultior, ut est nunc choruscante per totum orbem lumine eui-
gelico: nullo tamen sæculo defuit, nullos unq̃ à se recipienda re-
pulit,

Prouidẽtia diuina oĩa suis locis & tẽporibus distribuuntur.

Multiformis grатiæ mẽsuræ.

Multiformia mũdi pulchritudo ac dei maiestatem prædicat.

Gratia dei copiosior per Christum nobis, quã antea.

pulit, offerebat se semper omnibus, una & eadem ubiq; uirtute licet quantitate diuersa, idq; incommutabili dei consilio, inscrutabili eius prouidentia & opere multiformi. Sed nec hodie quãdo tanta gratię largitas, quando tot ineffabilia & spiritualia dona totum mundum exuberantissimis fluctibus inundarunt, idem charismatum modus & mensura cõfertur omnibus: sed unicuiq; distribuũtur uel maiora uel minora dona, prout incomparabili dei sapientię uisum est singulis impertire. Et quamuis per prędicatores ac ministros uerbi & gratiæ dei una & eadẽ ueritas cũctis ex æquo diuulgetur, quamuis omnibus una exhibeatur exhortatio, Dei tamen agricultura est, dei ædificatio. Cuius uerbi uirtus per internos quosdam stimulos, intus inuisibiliter agit & operatur: ut nisi ipse incremẽtum det, frustra seritur, frustra colit, frustra ędificatur. Quare ministri suo officio satis perfuncti ui debunt, si syncerã ueritatẽ & legẽ euãgelicã gnauiter aliis prędicauerit: quo nihil ãplius elargiri queũt. Quod & ipse quoq; Paulus ita apud Corithios suos his uerbis attestat. Quid igit est Apollo? quid Paulus? Ministri eius cui credidistis: & unicuiq; sicut dñs dedit. Ego plãtaui, Apollo rigauit: sed deus incremẽtũ dat. Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat: sed deus qui incremẽtũ dat. Dei enĩ adiutores sumus, dei ędificatio estis. Cęterũ huius diuinæ agriculturæ, huius ædificationis hactenus quisq; adiutor esse potest, cooperarius atq; minister: quatenus unicuiq; à munificentissimo dño permittitur & cõcessum est. Et qui ministrorũ officio funguntur, qui prædicandi uerbi dei munus & labores suscipiunt, ad eum modum in suscepta prouincia proficiũt: prout uisum fuerit autori omnium deo negotium illorum promouere, & incrementum addere. Et quamuis totius templi Sion structura & compactio in unũ & eundem decorem & formam recte conueniat: non tamen omnia uno loco reponenda sunt, quemadmodum nec omnium lapidum idem est usus aut officium. Sicut & in uno corpore non omnia membra eundem actum habent, ut est apud apostolum Paulum: ita & diuersimoda membra diuersis locis & officiis assignauit, unumquodq; membrum prout

1. Corin. 3. Christus est qui in suo uerbo operatur.

Ibidem.

Ibidem. Expo.

1. Corin. 12.

uoluit disponens. Sed unde fit ut hæc membra recte quadrent, aptẽtur & utilia fiant, atq; huic structuræ per omnia pulchre cõ-
uenient: idem Apostolus ita clare explicat, aiens Ideo notum fa-
Idem. Dona spiritus sancti diuersis diuersimode conferuntur. cio uobis, q̃ nemo in spiritu dei dicit anathema IESV: & nemo
potest dicere dominum IESVM nisi in spiritu sancto. Diuisi-
ones gratiarum multæ sunt: scilicet sermo sapientiæ, sermo scien-
tiæ, alii fides, alii operatio uirtutum, alii prophetia, alii discretio
spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.
Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens
Expo. singulis prout uult. Aliõqui autem quis quæso huic homini pecu-
liarem quendam amorem dei infudit? Quis illi mutuam dilectio-
nem & charitatem elargitus est? Vnde euenit ut iste obedientiæ
dono præditus sit, ille corporis castimonia insigniatur? Cur acci-
dit interdum huic temperantiam dari, alio autem tempore iusti-
tiam? nunc autem deuotionem & feruentiam quandam erga de-
um, nunc uero sanctum quendam timorem ac metum dei? An nõ
hæc oĩa operatur unus & idem spiritus? Nunquid & idem huius
etiam timoris, quo & prophanas gentes corripiendas uaticinat
hic propheta noster, opifex est & elargitor? Itaq; postea q̃ hic
timor semel serio corripuisset prophetam hunc nostrum, do-
cuisset atq; quomodo uere pœnitentes atq; castigatores prioris
sceleratæ uitæ, qui uelut gemmæ quædam & pretiosi lapides ec-
clesiæ ædificio applicandi, qui iam diuinorum latomorum ope-
ra ab omni uitiorum asperitate politi sunt & leuigati, qui lumine
sanctæ uitæ bonorumq; exemplorum radiis splendescunt (quum
prius tamen peccatorũ tenebris obscuri erant) placuerũt sanctis
dei & angelis in cœlis de istorum conuersione gaudentibus mi-
rum in modum: tandem in hoc, quem aggressi sumus, uersiculo,
declarare occipit, quibus rebus indigeant ut imposterum sese à
peccato mortali immunes conseruent, & in gratia quam iam de-
nuo (deleto uidelicet per pœnitentiam peccato) à deo susce-
Littera. perunt, perseueret. Timebũt, inquit, gentes nomen tuum domine,
& omnes reges terræ gloriam tuam. Quasi diceret non esse ali-
ud quo potius pœnitentes & serui dei poterunt sese à peccato

protegere

protegere & in gratia dei retinere, q̃ ſanctũ illũ timorẽ dñi, qui permanet in ſæculum ſæculi, & inuocationem potentiſſimi nominis dei. De quo & ita in prouerbiis ſcriptum habetur. Per timorem domini declinat omnis à malo. Quid autẽ efficiat hic timor dei: & alio loco ſatis perſpicue enarrat, ubi ait Initium ſapientiæ timor dñi. Is profecto uere cautũ & circumſpectũ, uere magna ſapientia præditum, nec mediocri gratia imbutum declarabit ſeſe: qui ſemper meminerit præſentiam dei, qui ſemper uerebitur illius oculos offendere, qui etiam oculi intima mẽtis arcana rimãtur. Quòd ſi tanta peccati fœditas eſt, ut nemo tam impudẽs reperiatur, qui non erubeſcat coram & in conſpectu hominũ peccare: quanto magis in conſpectu dei erubeſcendum eſſet ſcelera & nequitias perpetrare, qui non ut homo opera tantum externa, ſed & occultos etiam cordiũ cogitatus ueſtigat & ad uiuũ uſq; examinat & perſcrutatur? Hoc igitur magis erubeſcẽdum eſſet quotieſcũq; peccaueris, q̃ nullo pacto à præſentia & aſpectu diuino tete ſubducas. Quod ſecum altius conſiderans hic propheta noſter, ita deum alloquitur Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero ad infernũ ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi, forſitan tenebræ conculcabunt me. Hæc ſecum multum diuq; penſitans ſanctiſſimus propheta, ubi nullũ prorſus ſubterfugium à diuino aſpectu patere uidet: nullas latebras tam tenebroſas inueniri, quæ peccatorem à facie dei abſcondant, ſubiungit Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Nec abhorret ab hoc quod iam diximus, id quod in alio etiam pſalmo ſcribitur. Quia neq; ab oriente, neq; ab occidente, neq; à deſertis montibus: quoniam deus iudex eſt. Quaſi plane diceret non eſſe ullum uſq; gentium locum, in quem te occultes ab oculis dei omnia inuentis: quum non ſit poſſibile ut quiſq; ſe ab illo abſcondat. Timor dei homines prudentes & circumſpectos reddit, ne committant ut quamlibet leui tentatiõe ſuperentur &

Timor dei ſeruat a peccato.

Prouer. 15.

Pſalm. 110. Oculi domini rimãtur etiam internas cogitationes.

Pſalm. 138.

Ibidem.

Pſalm. 74. Exp.

in peccata labascant. Quis hoc timore prędītus non erit semper anxius & solicitus, ne negligēs in dei obsequio, aut seruatori suo minus cȳ par erat obsecundans? Porrò quemadmodū terra ipsa nisi rite uertatur, colatur, stercoretur, aretur, ac semē sibi iniectū recipiat, nullum fructū producere potest: ita nec animus humanus nisi timore dei imbutus sit, nisi metu diuini numinis excolat, nullū uirtutis fœtum profert, nihil boni fructus gdit, nisi uepres, tribulos & labruscas. Vbicunq; igitur timor domini habitat, ibi quoq; & gratiam eiusdem habitare necesse est. Timor autē domini efficit, ut uitæ tuæ breuitatem memore mente consideres, ut consideres certissimū illud mortis decretum, æquitatē iudicis, ſqueritatē strictissimi eius iudicii & inferorū pœnas. Timor item E. domini totum præteritæ uitæ cursum ad memoriam reuocat, de perpetratis peccatis fideliter admonet: nec permittit ut prędītorum bonorum quæ efficere potuisset, immemor fiat. Et quisquis ad hunc modum, prędueniente timore dei, recordatur fragilitatis suę & sese explorat ad unguē: is certe proficiet in domino, is proficiet in uirtute, in anima, & in bonis operibus, is sentiet nō leue probitatis incrementum animo suo accessisse, nec cessabit unq; sanctissimæ pœnitentię studiis sese exercere. Siquidem quicunq; cogitat quomodo necessario semel moriēdum sit, quomodo ut morte ipsa nihil certius est, ita illius hora nihil incertius; si ipsum moriendi modum & formam perpendat, quo pacto uidelicet, ubi, quando, quo loco, quo tēpore: profecto quotidiēq; hæc facere non grauabitur, is non facile à timore dei recesserit, sed perpetuo in dei amore permanebit. Cui quisquis firmiter ac mordicus adhæserit, uix effici potest ut á recto uiuendi tramite exorbitet: Beatus enim homo, beatus qui semper pauidus est. Prouer. 28. Hæc inter uenandum recordare, hæc inter aucupandum & deliciandum: hęc ludis & iocis tuis misceantur, & coercebunt te ne facile in peccata præcipiteris. Memorare (inquit sapiens) memorare nouissima tua, & ineternum non peccabis. Porrò timor domini uelut sarculus quidam est, quo uitis animæ circumquaq; alte defodit; ut floreat, ut uigeat & uiuat, copiosumq; fructum afferat. Eccle. 7. Timor domini quasi sarculus uineæ.

Timor domini quàtum bonū operatur.

afferat. Ita enim alte penetrat hic timor domini, ut etiam profun-
dissimas ipsas intentionum, cogitationum & operationum late-
bras rimetur & excutiat: adeo ut nihil omittit non factum, nihil
negligit faciendū, quod ad ipsius animę salutem pertinet. Tamq;
sedulam operam circa hāc animæ uineam innauat hic timor do-
mini, ut nihil prorsus prætermitti sinit, quod ad uineæ culturam
pertinere uidebitur. Ita enim, ita undiq; circa uites defodit, ut &
uigor calorq; solis ad ipsas usq; radices penetret, uimq; suam in-
gerat: ut simul nociui humores inde attrahant & uermiculi quo-
q;, & si quid aliud illic lateat, quod uitibus nocere poterit, abiter-
reantur, ne uel nasci aut permanere illic queant. In summa timor
domini prohibebit ne quiecq; illorum contingat: quę in neglecta
uinea contingere solere scribit Esaias, ita inquiens Non putabi- Esai. 5.
tur, & nō fodietur, & ascendent super eam uepres. Etenim sicut Sine timore uirtus sterilesce.
terra quæ non studiose stercorat, colitur, ac subinde aratro uer-
titur, sterilescit nec profert nisi fruges uanas & inutiles: & quē-
admodum uinea quoq;, quæ non rite fodituꝛ, quę non putatur in
tempore, non aliud quam superflua gignit sarmenta: sic & ipsa
humana anima quę timore dei non coercetur, multiplicatis hinc
inde peccatis, exarescit, atq; ab omni gratiæ humiditate exiccat.
Caue igitur ne quiecq; aggrediaris, ne ullum consilium ineas, ne-
quid rerum agendarum geras, nisi pręuio dei timore. Q2 si fore-
te nescias, quomodo hic dei timor tibi conciliandus sit: certe id
partim ex illis quæ supra diximus, partim uero ex his quæ subi-
iungemus, disci potest. Qui autem secum crebrius cogitabit, q; Nō facile pec-
momentaneum sit huius uitæ curriculum, q; sit certa moriendi cat, cui adest timor domini.
conditio & ineuitabilis, quum tamen eius hora nihil sit incertius;
quanta futura sit pariter & iudicis æquitas & iudicii seueritas,
qui ponderabit uehementiam illam & acritudinem pœnę gehē-
nalis, qui perpendet quot mala nequiter perpetrauit, quantam
bonorū faciendorum opportunitatem prætermisit: qui (inquā)
hæc & similia cogitabit, certe certe is nunq; erit ab anxio timo-
re liber, quin de præsenti semper solicitus erit, de præterito ue-
ro, siquid gessit inique, sibi male conscius habebitur, de nulla re

Metus crescit ex memoria & incertitudine mortis.

minus q̃p de futuro ſecurus. An non incutietur illi uehementiſſimus metus, qui meminerit mortis certam & plane fatalem & ineuitabilem neceſſitatem, à qua nec ullubi refugiũ patet aut prouocatio? qui animo reuoluit, nec mortis locum, nec tempus, modũ, aut genus, ſciri poſſe? qui neſcit ubi animam exhalaturus ſit, domi ne an peregre, bello an pace, morbo an telo, gladio an naufragio, lenta morte an ſubitaria, iuuenis ne an ſenex è uita deceſſerit? Nunquid horrendum eſt audire corporis animiq̃ diuortium, quando caro quæ è terra aſſumpta eſt, in terram ſuam eſt reuerſura: ſpiritus autem quandoquidem immortalis nec mori nouit, neceſſe eſt, neceſſe profecto ut aut leuis & purus ad cœlos euolet, aut uiſat purgatorium, aut (quod abſit) ad ſupplicium illud nunq̃ finiendum ablegetur? Quis hæc cogitans tam ſecurus aut oſcitabundus eſſe poteſt, ut non horreat maxime, ut non ultra omnem modum timeat & excrucietur? Proinde nõ ſit ita mirum, ſi ſanctus iſte timor domini nos expergefaciat è ſomnolentia noſtra, ne amplius peccatis indormiamus, ſed ocyus excitemur non tantum ad deponenda mala quibus miſere intricamur, uerum ad bona quoq̃ gnauiter peragenda. Vſqueadeo uerum eſſe conſtat, quod de timore domini ſcriptum eſt in ſacris proProuerb. 28. uerbiis, ubi ait Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Quũ itaq̃ uir bonus & beatus pauore nũq̃ uacat, quanto iuſtius timere debet miſerrimus peccator, qui non ſolum gratiam illam quã à deo gratis acceperat infœliciter amiſit, ſed & æternam gloriã quoq̃ ad quam deſtinatus erat, ac demum ipſum etiam deum, quo carere, prorſus diſperire eſt. Quare qui grauibus peccatis oneratus eſt, cum Ruben clamare debet: qui ueſtimenta ſua lugubriter diſcidit, quando fratrem ſuum Ioſeph in ciſterna in quam inGenes. 37. Expo. iectus erat non inuenit, ita reliquos fratres ſuos alloquutus Puer non comparet, & ego quo ibo? Huius ergo exemplum imitatus peccator, amaris fletibus ſcindere debet ueſtimenta ſua, nõ corporis ſed illa uelamina & inuoluera peccatorum & ſcelerum: quę in cauſa ſunt q̃p in ciſterna ſua, id eſt in cõſcientia & anima, puer CHRISTVS nuſq̃ cõpareat: utpote qui uitiorũ præſentiam

F.

ferre

F.

ferre non poteſt, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. At quo iam ibit peccator ſine CHRISTO duce, qui eſt uera uia ſine omni reflexu deuio: niſi in certam ruinam & præcipitium? Aut quo ibit peccator ſine CHRISTO, qui eſt ueritas abſq; omni dubio: niſi in errores, niſi in ambages & caliginoſa ſcelerũ nubula? Deniq; quo ibit peccator relictus à CHRISTO, qui eſt uita abſq; termino: niſi in præſentem mortem & ſuppliciũ æ-

G. ternum? Oportet ita q; oportet erronem, falſariũ, ac plane morti obnoxium eſſe: qui à uia, ueritate, & uita relictus ſit. Si tantus ti-
, mor corripuit olim Balthaſarum, quando conſpexerat manum Daniel. 5. Timor Balthaſari uidentis manum in pariete ſcribentem.
, in pariete hanc ſententiam cõtra ſe ſcribentem, uidelicet Mane, Thethel, Phares, ut ſubito tremore omnes corporis illius cõpagines penè diſſoluerent: quanto magis miſero peccatori timendum foret, quum certo ſciat deum à quo nulla reſtat prouocatio, contra eum & ſui ſimiles, niſi citius reſipiſcant, damnationis ſententiam manu ſua ſcripſiſſe, ac in ſupremo illo iudicio etiam irreuocabiliter laturum eſſe? Quam quæſo rationem illi redditurus es, qui non ſolum annos tuos & ſingula ætatis tuæ tempora, ſed & dies etiã atq; horas ſingulas & momenta in numerato habet, & finiet breui? Adeo nihil prorſus illius oculos præterfugit, ut Deus omnia intuetur.
omnia quæcunq; unq; egeris ſiue bona ſiue mala, ſemper ad calculum reuocat: ubi uerendũ eſt ne inter pauciſſima bona, ingentem malorum aceruum reperiat. Qualis ſi tum inuentus fueris, quum ſubito animam tuam à corpore ſeparabit: certe non dabitur remedium, quo minus in ardentem gehennalis ignis caminũ præcipiteris. Quare ſi ſapis, arripe tempeſtiue hunc ſaluberrimum domini timorem: cuius ductu ad præſentiſſimum pœnitentiæ pharmacum recta dirigaris. Nullũ itaq; tempus tibi à timore uacuum ſit. Porrò ſi rex ille, cuius iamdudum mentionem fecimus, quum tamen manum ſcribentis minime agnoſceret, nec quod ſcriptũ erat aut legere, aut intelligere norat, tantopere pertimuit, cõſcius ſibiq; ea dei comminatio eſſet, ut laſſantibus poplitibus genua inter ſeſe colliderent, ut totius corporis cõpages item diſſoluerentur: quanto uehemẽtius debet peccator timere,

qui

qui nunq̃ ceſſat deum offendere, qui non ignorat manum dei comminantis, quam ſcit ſe euadere non poſſe: qui ſatis intelligit iſtam ſcripturam non eſſe aliud q̃ mortis ſententiam, omni ætati, omni ſexui, ordini, & conditioni, decreto diuino conſtitutam. An non hæc dei comminãtis manus cotidie in iuuenũ, ſenum, diuitum, pauperum, aliorumq̃ omnium parietibus, hanc ſentẽtiam deſcribit? Nonne id à deo manifeſte fit, quoties uariæ infirmitates, imbecillitates, languores, morbi, cæteræq̃ ærumnæ quæ nos indies comitantur, in parietes hos noſtros, hoc eſt corpora noſtra immittunt: unde & ſententiã futuri iudicii dilucide cognoſcere poteramus, quam etiam & fidei lumine cognoſcimus pariter & credimus. Sed ſunt nonnulli adeo huius mũdi uanitatibus obcęcati, adeo ab omni timore alieni: ut uidentes quidem non uideant, audientes non audiant, nec intelligentes intelligere queant.

Pſalm.13. De quibus & illud pſalmographi uerificari poterit Non eſt timor dei ante oculos eorũ. Nam ſi uel leuis timoris guſtus huiuſmodi improbos attigerit: non ſic proni eſſent in omne nephas, non tam propenſi ad peccandum, nõ ſic procliues in omne malum & uitam diabolicam. Iſte autem timor domini duas commoditates ſecum affert, duos trahit ſecum effectus: dum ſimul peccatum procul à ſe pellit & profligat, & ad ſtudium bonorũ quoq̃ inuitat & allicit. Prior commoditas ex eccleſiaſtico ſatis clara euadit, ita inquiente Timor domini expellit peccatũ. Secũda item ex eodem autore, cuius alibi hęc uerba ſunt Qui timet deum, faciet bona. Quod ſi uerum eſt, ut conſtat eſſe ueriſſimum: argumentũ eſt plerosq̃ mortalium omnem dei timorem penitus exuiſſe. Nam ſi timerent deum, nunq̃ ita facerent quemadmodum uidemus maiorem mortalium partem facere: nõ ſic continuo luſibus friuolis noctes dieſq̃ indulgerent, nõ ſic paſſim crapularẽtur, non ſic deliciarentur, non ſic in omne uitæ dedecus prolaberentur, exiſtimantes nullũ alibi aut cœlũ eſſe aut inferos q̃ in hac præſenti uita. Sed qualis quæſo uita eſt hæc appellanda? Beluina, certe beluina. Beluæ enim non alium appetitum habent, non aliud quo tempus terãt, q̃ ut edant, ut bibant, ludant & dormiãt:

Timor duas commoditates habet.

Eccle.1.

Idem.25.

Vita beluina hæc.

H.

pro

pro qua uita, diues ille epulo in inferno adhuc pœnas luit, luetq; semper. Vnde nec exitus unq; sperandus est: quemadmodū habet & parabola euāgelica. Sed eit ne hæc etiā uita nostra aulica? Annō & nos etiā omne tempus huiusmodi deliciis præterimus? Cauēamus ergo ne idem nobis contingat, quod eidem epuloni contigisse legimus. Sed timebunt gentes (inquit propheta) nomen tuū domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. Vbi obiter notandum est, non dixisse psalmographum, timebunt Iudæi nomen tuum domine, sed timebunt gentes. At cur non prædixit, ut timerent Iudæi? Certe q; illi quum electi dei populi essent, utpote quibus præcipue potentiam suam multis modis declaratam voluit: tamen adeo indurati & rebelles facti sunt, ut eum (ut par erat) minime pertimerent. Quam ob causam & deus ipse tantā ingratitudinem exosus, eam nationem quam ab initio fouerat, iusto iræ suæ telo ferire aggressus est: ad tantamq; confusionem redegit, ut iam omnium mortalium abiectissimi sint, ut iam profugi sint & per totū orbem dispersi, ut in captiuitate, inopia, miseria, ac omni seruitute degant, ut cunctis penè gentibus tributarii sint & uectigales. Subiungit propheta, Et omnes reges terræ gloriam tuam. Sed quare magis reges q; cætera hominum genera nominatim recensere uoluit? Reuera q; illis urgentior necessitas incumbit q; cæteris hominibus, ut deum metuant, inferiant & reuereantur. Siquidem illos præ cæteris diuino timore corripi par est, quibus maximum rerum gerendarum onus iniectum est: quiq; & curæ & officii ratione, longe antecedunt uulgus & promiscuam multitudinem. Nos autem qui prædicandi uerbi dei ministerium suscepimus, passim uoluntatem dei enunciamus ac docemus populum: de deo eiusq; opificio, de cœlo, de inferis sedulo admonemus, quantumq; pondus peccatum secum trahat, idemidem declaramus: cæterum tanta est crassi uulgi indocilitas, tanta oscitantia & supinitas, ut aut non intelligat quod docetur, aut si intelligat, negligat tamen opere præstare, interim pro arbitrio sensualitatis suæ uiciuitia. Nostri officii est prædicare atq; discrimen peccati declarare, periculum inferni demonstrare,

Vita aulica qualis sit.

Littera.

Expo.

Cur gentes et nō Iudæos deum timuisse prædixit propheta?

Littera.

Cur reges præ cæteris deum timere debēt?

ſtrare, nos aliud præſtare non poſſumus q̄ prædicare, q̄ malæ uitæ periculum patefacere: q̄ ſi populus ſequi recuſet & in omnẽ licentiam uitæ carnalis diffluxerit, tũc principis eſt manum ſuam potenter apponere, uerbum dei ſuo præſidio adiuuare, ac populum ſuum cogere, ut ſe diuinis legibus ſubdant, ut è ſacra ſcriptura docentur. Atq̄ hac de cauſa gladium ſibi traditum habet coram ſe deportãdum, ut populus dei gladium, hoc eſt uerbum ſuum uidelicet eccleſiæ excõmunicationem non metuens, timore huius temporalis gladii & uindictæ ad timorem dei & legis eius obſeruationem peruenire poſſit. Hinc igit̃ eſt q̄ reges obnixius timere oporteat, ne populus ſuę fidei commiſſus ſua culpa pereat: ſed potius partim ſuo regimine, partim eccleſiaſticorum exemplo ad probiorem uitam perducatur. Quod & Dauidem reſpexiſſe ueriſimile eſt, quam prædixit aliquando tempus affuturum: quando timerent gentes nomen domini, & omnes reges terræ gloriam eiuſdem. Timebunt, inquit, gentes nomen tuum domine, tum aliâs, tum uero potiſſimum, quando ad prædicationem apoſtolorum (ſpreta idolorum cultura) ad baptiſmum pœnitentiæ decurrẽt, Chriſtianæq̄ uitæ inſtituta auidiſſimis animis ſuſcepturi ſint. Atq̄ inde eſt q̄ ait, ꝓpheta hic noſter, timebũt gẽtes, nõ autẽ timebũt Iudæi. Quia, quemadmodũ paulo ante diximus, tametſi CHRISTVS peculiariter miſſus eſſet ad oues quæ perierant domus Iſraël: tamen quam primum illi Iudæi oblatum dei euangelium repuliſſent, Paulus & Barnabas (iubente domino) ad gentes conuerſi ſunt, quæ CHRISTI nomen & uerbum alacriter & cum gaudio ſuſceperunt. Verum licet Iudæi ipſi ſub hoc primo aduentu timorem domini induere recuſarũt: tamen tempus aliquando ueniet quando tam Iudæi q̄ gentes, hoc eſt omnes peccatores uidelicet uelut nondum exuta gentilitate prophane uictitantes, ad horribilẽ illam extremi iudicii ſententiam magno horrore contremiſcent, in eo die, quando uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos & ſæculum per ignem. Sed nũquid illi ſoli deum adeo pertimebunt? Non ſane. Sed & omnes reges terræ gloriam tuam reuerebuntur dñe. Tũ enim maximo

timore

Officiũ regis.

Act. 13.

Chriſtus cum regia poteſtate ad iudicium ueniet.

timore concutientur etiam maximi & potentissimi principes, tũ & metuendissimi olim reges non sine causa contremiscent ante
, conspectum omnipotentissimi domini: quũ uidebũt filiũ homi-
, nis longe aliter uenientem q̃ terreni principes uenire solent in
, nube uidelicet & cum potestate & maiestate magna. Hanc do-
mini gloriam tunc potissimũ timebunt illi reges terræ, qui rem-
publicam sibi commissam, parum diligenter administrarũt: qui
populum suum improbe & oscitanter rexerunt, qui legitimum
imperium in tyrannidem permutarũt, qui subditos suos & fami-
liares omni scelerum genere cõspurcatos, à blasphemiis & hor-
rendis iuramẽtis, ab usuris, à turpi otio, à lupanaribus & prosti-
bulis huiusmodiq̃ coinquinamentis, nõ fortiter & circumspecte
prohibuerũt. Nos enim, quibus à deo prædicãdi euangelii par-
tes delegatæ sunt, quod ad nos spectat fecisse uidemur, quoties
detestabilẽ peccati abhominationẽ declaramus: quoties mun-
di præstigias, peccati pericula, infestationem dæmonis, inferor-
pœnas & cœlestis mansionis gloriã patefacimus. Annunciamus
etiam nos quæ sint animæ saluti necessaria, quantus meritorum
cumulus sequatur bona opera, quantumq̃ malorum male facto-
res commeruẽre: at quotusquisq̃ quæso est qui nostris consiliis &
exhortationibus auscultat? quid emolumenti è tot concionibus
cuenit? Q̃ paucissimos inuenias meliores factos? q̃ paucissimos
qui se ad nostram prædicationem uelint emendare? qui corruptã
uitam corrigere sustineant? Ec in causa est q̃ non aliud q̃ homi-
nes sunt, hoc est carnales, uoluptarii, indociles, rebelles, durę &
intractabilis ceruicis, deũ nec timentes, nec illius uerbo morem
gerentes, sed seipsos ac curam animæ suæ prorsus negligentes.

K. Hic igitur regis ac principis uiri officiũ est huiusmodi peruer-
sos transgressores pro iure suo corrigere, punire, ac corporali
quidem pœna ab hisce & similibus maleficiis coercere: ut saltem
uel ui ad colendam probitatem cogantur, donec ultro ac sponte
sua, huc properare uelint. Atq̃ hoc negocii ad reges spectare,
auctor est & diuus Paulus, ita ad Romanos scribens de potestate
, regia Nõ sine causa gladiũ portat, dei enim minister est, uindex

Concutientur in iudicio potẽtissimi reges, timore maximo.

Luc. 22.

Reges debent corrigere populum suum a malo facinore.

Pauci per prædicationẽ meliores fiunt.

Regis officiũ.

Roma. 13.

iniram ei qui malum agit. Tales itaq; reges qui acriter & sæuere in male agentes animaduertūt, donec resipiscant & deserant nequitias suas: tales qui ita castigatiōes suas dirigere uelint, ut uitiis è pectoribus illorum profligatis, ipsos homines aliōquin periturros seruent: qui tales inquam reges fuerint, haud dubie ipsum omnium regum regem & dominum dominantium uidebunt uenientem cum tanta magnificentia, cū tanta potestate ac maiestate: cuius nec rex quispiam mundanus aut imperator quantumuis magnificus, uel umbram quidem obtinere potuit in hoc mundo. Tunc enim in summo timore & pauore constituentur, tunc summe pauebunt, tūc summe trepidabunt, & cū rubore maximo (ut
Luc. 14. euangelista ait) incipient tenere nouissimū locum: qui in hac uita
immodico fastu intumētes, in magnis (ut ille inquit) ambulabāt &
Iob. 1. in mirabilibus supra se. Iob autē quum esset uir simplex, rectus,
ac timens deum & recedens à malo, hanc domini gloriam, hunc
tam terribilem aduentum tum maxime timuit: quum in hūc modum loquutus est Verebar omnia opera mea sciens q̄ non par-
Iob. 9. cet delinquenti. Ecce quomodo & sancti etiam uiri in opere suo
Sancti etiā uiri opera sua bona pertimescunt. quod agunt, unbementer metuūt: dum altius considerant identidem apud sese recolentes, ante qualem iudicem sistentur aliquando: q̄ stricte de tota uitæ ratione homines examinaturus sit, q̄ sæuero iudicio sit usurus, q̄ subtili & infallibili inquisitiōe omnia rimabitur & pensitabit. Proinde quū sic timeant sanctissimi uiri, si sic uereantur & suspecta habent opera sua: quid nobis miseris peccatoribus relictum est? Certe equidem nihil aliud uideo præter illud terribile uę, nisi maturius, quod faxit deus, resipiscamus. Porrò si Iob similisq; sanctitatis uiri, exactissimum illud dei iudicium tantopere formidāt: qualem timorem par est ut habeamus nos deploratissimi peccatores? qui cotidie peccata peccatis accumulemus? qui uix semel in anno bene agere sustinemus? qui omnes carnis, mundi, & diaboli suasiones adimplemus? Quare, illud uæ nobis merito iterum atq; iterum inculcandum est, iterum
1. Petri. 4. atq; iterum ingeminandum. Nam si iustus uix multa utrunq; salua-
bitur, impius & peccator ubi apparebunt? aut quæ spes de

impio

impio peccatore effulgebit? Si arcta uia est quæ ducit ad salutē, si per angustam portam illuc intrādum sit: quid his futurę opinamini, qui per totam uitam suam per spatiosam uiam iter faciunt, quæ ducit in pernitiē? Certe, certe qui huiusmodi fuerint, maxima trepidatiōe afficient: quando ad formidabile dei tribunal sistendi sunt. Quando etiam adorabunt eum omnes reges, omnes gētes seruient ei. Quare necesse est ut timeant eum omnes quæ uicīq; locorum sunt gentes, hoc est quicunq; prophano & gentili ritu uitam agūt. Et quemadmodum gentibus nomen dei timendum est, ita & omnibus gloria eiusdem pertimescenda est. Nec mirum est si istis deus formidandus sit, quī nec sit ulla creatura, quæ non ueneratur, quæ non ueneretur, quæ non timeat atq; adoret deum. In quo numero sunt dæmones, peccata, tentationes, mortes, uitę, morbi, infirmitates: reges, principes, imperatores, pagani, ethnici, hæretici, fideles & infideles, serui, liberi, mares, fœminæ, iuuenes, senes: breuiter omnes creaturę sensibiles pariter & insensibiles. Malignos autem spiritus ac nepharios dęmones, gloriosissimum nomen domini IESV CHRISTI timere, & ad inuocationem illius tremere & perterrefieri, uel hinc satis liquēt, q; CHRISTVS ipse ita polliceatur discipulis suis, dicens Signa eos qui crediderint, hęc sequentur: in nomine meo dæmonia eicient, & quæ sequuntur. Hoc est in uirtute nominis mei, ad inuocationem nominis mei: quicunq; syncere credunt & orthodoxa fide prędit sunt, dęmonia ab obsessis corporibus expellēt. Id quod tum alibi tū uero ex actis apostolicis satis perspicuum esse potest: ubi legitur q; Paulo prædicante in partibus quibusdam Macedoniæ, esse puella quędam habens spiritum phytonicum: quæ magnum lucrum & quæstum præstabat his, qui eam circumducebant diuinando & prædicendo quæ futura essent. Paulus uero dolens uicem delusi populi, spiritum malignū qui in obsessa puella loquebatur, hunc in modum adiurauit dicens: præcipio tibi dæmon in noīe IESV exire ab illa, & exiit eadem hora. Quin & alibi quoq; in eisdem actis legitur, q; quidam ex Iudæis adhuc non credentes in CHRISTVM, quum

L. Littera.

Omnes creaturę gloriam dei timēt & nomē Christi.

Nois Christi inuocatione, maxime uirtutes fiūt & dæmones effugātur.

Matth. 16. Expo.

Act. 16.

uidissent Paulum uirtutes nõ modicas fecisse in nomine domini, passim languentes & dæmoniacos curantẽ: inuocauerint & ipsi nomen domini IESV super eos qui habebãt spiritus malignos, huiusmodi adiuratione eos singulatim adorientes, Adiuro uos per IESVM quem Paulus prædicat. Respondens autem spiritus neq; dixit eis, IESVM noui & Paulum scio: uos autem qui estis? Quod perinde erat acsi dixisset, uirtutem & potentiã istorum quos nominastis, satis agnosco: at uos quinam hoium estis? Quasi diceret, propter ipsum IESVM CHRISTVM quem dicitis Paulum prædicasse, recedimus è corporibus istis, nõ propter uos qui incredulí estis & ab omni uirtute alieni. Porrò ecclesia dei exorcismis utitur & adiurationibus contra impostores & apostaticos spiritus: sed nõ aliis q̃ quas ab ipso CHRISTO accepit, à quo omnis potestas hominibus concessa est, iuxta illud euangelii Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones: & contra omnem uirtutem inimici. Experientia docet, quomodo in arrepticiis & his qui à dæmõibus captí sunt, fit nõnunq; ut ipsi nepharii spiritus per uirtutem nominis IESV CHRISTI adiurati ita uincantur, ut uel inuiti uera respondeant: ut iussi è corporibus obsessis migrare statim obediant, ut hoc uel illud imò quicquid imperaueris facturi sint, modo sub uirtutem tanti nominis illis mandatum dederis. Videmus præterea & in istis uulgaribus inuocationibus quando ab audacibus quibusdam euocantur maligni spiritus ad prædicendum aliquid futurum, uel ad perditarum rerum indicium, tantam esse uirtutem diuinorum nominum, ut & ipsi inuocatores protegantur & innoxii fiant contra sæuitiam & iniuriam ipsorum dæmonum, ita ut ab ipsis nequaq; læsi queant, quamdiu ut aiunt intra circulum & loci coniurati circumferentiam sese continuerint: quin imò & ipsis etiam exorcistis & coniuratoribus cogũtur uelint nolint respondere, quicquid per uirtutem nominis IESV interrogant. Q̃ si ergo tanta uis est nominis huius, ut hæc improbis & maleficis præstet: quanto magis præsto erit his qui integri & iusti uiri sunt, quum humilí & simplice animo præsidium diuinũ contra

inimici

Act. 19.

Expo.

Exorcismis etiam ecclesia utitur.

Luc. 10.

Coniuratores etiã dei nomen in suis euocationibus implorant.

Minimici iacula petierint. Cæterum non ſolum maligni ſpiritus & peruerſi dæmonum greges, ſed & peecata etiam & tentationes ſuo quodam modo deū & metuendiſſimū dei nomen timent & perhorreſcunt. Nam quid omnium rerum certius eſſe poteſt, cū ad inuocationē ſanctiſſimi nominis IESV, uitia, ſcelera, peccata, & quicquid aliud ſiniſtri nominis eſt, protinus in fugā uerti? Nunquid quū primū in ſacro fontis lauacro ſacerdos infantulū immerſerit, ſic aiens Ego baptizo te in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti: ſtatim etiam ſi mille originalia peccata, ſi milleſies mille uenialia, ſi infinita mortalia nondū baptizato ineſſent: ſacramento & uirtute baptiſmatis ac inuocatione trinitatis aufugiūt? Idē quoq; idē & in pœnitēte accidere certū eſt, quū facta legitima cōfeſſione, dicat ſacerdos, Ego abſoluo te, in noīe patris & filii & ſpiritus ſancti: poſt quod dictum effugatur ueſtigio quicquid inerat peccati. Proinde quotieſcunq; grauior aliqua tentatio nos adoritur, ſiue id à carne noſtra, ſiue à mūdo, ſiue à diabolo ſit: ad præſidium nominis IESV ceu ad inuiolabile aſylū fugiendum eſt. Neq; dubium eſt quin continuo fugitura ſit omnis tentationis uis: ſi ut primum in periculo conſtituti fuerimus, potentiſſimum nomen domini noſtri IESV CHRISTI inuocauerimus. Non eſt enim (uel ſcriptura teſtante) aliud nomen ſub cœlo datū hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Quin & febres quoq;, omnesq; aliæ infirmitates, morbi, & languores: quodammodo & quemadmodū illis conceſſum eſt, deum ipſum & nomen dei timent & perhorreſcūt. Porrò quod ad fugam infirmitatum, ægrotationum & languorum attinet, etſi id innumeris propè exemplis clarum eſſe poteſt: nos tamen impræſentiarum paucioribus contenti eſſe uolumus, ex quibus id quod dicimus, ſatis liquere putamus. Principio legitur in uolumine actorū apoſtolicorū fuiſſe quendam Hieroſolymis claudum à die natiuitatis ſuæ, fuiſſeq; præterea, quam hoc quod narraturi ſumus acciderit, annorum pluſcq; quadraginta, quem & parentes eius quotidie ad portam templi apponebāt, ut ſtipem ac eleemoſynā ab introeuntibus & exeuntibus è templo peteret. Is quū à Petro

.2. Peccata & tentationes nomē domini fugūt.

Actu. 4.

.3. Infirmitates & langores per nomen dei inuocationē pelluntur.

Actu. 3.

& Ioanne templum ingressuris eleemosynam de more postula-
ret, statim à Petro audiuit, argentum & aurum nō est mihi, quod
autem habeo, hoc tibi do, In nomine IESV CHRISTI naza-
reni crucifixi, surge & ambula: & surgens stetit & ambulauit.
Sed quid aliud penè crepant tot miracula, quę refert codex euā-
gelicus, q̄s languores, ægritudines ac morbos, ad imperium
CHRISTI & sacratissimi nominis eius, ab ægrotis per san-
ctos uiros & seruos eius, effugatos esse? Quę autē alia uis fugauit
Matth. 8. paralysim à seruo Cēturionis, q̄s inuictissima glorioſissimi nomi-
nis huius potestas? Qui protinus à morbo aliōqui incurabili libe-
Ibidem. ratus est, postq̄s Cēturioni hero pro eo reganti respondisset IE-
SVS, uade & sicut credidisti, fiat tibi. Vel quis sanauit claudum
illum qui iacebat iuxta piscinā triginta octo annos habentem in
infirmitate sua: nisi ineffabilis uirtus & potentia nominis IESV?
Qui continuo sanis & integris pedibus, quo uellet incedere per-
Ioan. 5. missus est: ut à benignissimo CHRISTO audiuerit Surge,
tolle lectum tuum & ambula. Aut quis tam subito sanauit socrum
Simonis Petri magnis & sæuis febribus inæstuantem: q̄s incom-
parabilis diuini nominis efficacia? Nam ut euāgelista refert im-
Luc. 4. perauit febri, & continuo dimisit eam. Ad hęc quo alio pharma-
co q̄s potestate nominis IESV sanata est ea mulier, quæ ad duo-
decim annos sanguinis profluuio laborabat, nec ab ullo medico,
quum in hoc ipsum exhausisset totam substantiam suam, subla-
uari potuit? Cui quum clæmentissimus dominus semel dixis-
Matth. 9. set, Confide filia, fides tua te saluam fecit: mox reualuit & pri-
stinæ sanitati restituta est, & (quemadmodū ait euangelista) sa-
uata est mulier ex illa hora. Sed (ut in paucissima uerba multipli-
ces miraculorum species conferam) quis decem illos leprosos
emundauit? quis præterea tot cæcos, tot surdos, tot claudos, ari-
dos, mutos, paralyticos: tot lunaticos, dæmoniacos, hydropicos,
multosq̄s alios hisce infirmitatum generibus laborantes, sanos à
suo quemq̄s morbo effecit: nisi omnipotentia CHRISTI &
eminentissimū nomen IESV? An unq̄s per aliam quāpiam uir-
tutē mors à mortuis corporibus fugari potuit, & uita defunctis

cadaueribus

cadaueribus reſtitui: niſi ſancti uiri, qui hæc præſtitiſſe memorantur, auxiliũ diuini nominis inuocaſſent? Legitur & de Thabita uidua, quæ quum iam demortua eſſet, à Petro rurſus ad uitã reſuſcitata fuit ad preces pauperum & uiduarum: nimirum quod plena eſſet operibus & eleemoſynis, quas populo præſtabat. Quam Petrus quum ad uitam reuocaturus eſſet, poſitis genibus, & oratiõe facta, ita ait: Thabita, in nomine domini ſurge, & ſtatim aperiens oculos ſurrexit, uiſoq; Petro reſedit. Cæterum non opinor opus eſſe ut recenſendis huiuſmodi hiſtoriis longius immorer, præſertim quum iſtiuſmodi exemplis oĩa plena exiſtant: id quod ueriſſimũ eſſe comperies, ſi libeat ſcripturas & ſanctorum patrum uitas & catalogos perſcrutari. Cuius rei fidem præſtare poteſt Lazari quatriduani reſuſcitatio, puella mortua & denuo uitæ reſtituta: adoleſcentulus quoq; ille qui erat unicus uiduæ filius, qui quum mortuus eſſet & iam extra portam ciuitatis efferretur ad ſepulturam, à CHRISTO uitæ reſtitutus legitur. Quod & in aliis nonnullis contigiſſe conſtat: id quod perlegenti hiſtoriam euangelicã abunde innoteſcet. Hanc itaq; tam immenſam & inenarrabilem nominis huius uirtutem ſecum altius cõſiderans propheta, ita alibi loquutus inuenitur Sanctum & terribile nomen eius: ſiquidem hoc nomẽ magnum quidem eſſe, ſanctum & terribile eſſe nemo diffitebitur: niſi adeo demens & inſipiens ſit, ut etiam in corde ſuo neget deũ eſſe. Porrò niſi hoc nomen magnum foret, nunq; tam magna, tam ſtupẽda & mirabilia opera peregiſſet: & niſi inſuper ſanctum eſſet, neutiq; à tot malignorum ſpirituũ impulſibus ſuos defendere, munire, & tutos reddere potuiſſet: & niſi deniq; in primis terribile foret, nũq; tam facile uel ſola ſui mentione, tot rabioſos dæmones deterreret ſupra omnem modum, & à capta præda depelleret. Proinde ut quod quarto loco proponebamus, iam fuſius proſequamur: tã ultra q; dici poteſt terribile eſt hoc dei nomen, q; omnes creaturæ cœli, terræ, maris & inferni, ſiue illæ ſenſibiles ſint, ſiue omni ſenſu careant: eum (quatenus phas eſt) modis omnibus ueream & timeãt. Nam ſenſibiles quidẽ creaturas, licet brutas & rationis

AR. 9.

Pſalm. 110. Expo. Nomen domini ſanctum eſt & terribile.

4.

expertes, nimirũ feras, ſerpentes, cæteraq; bruta animantia, hoc nomen timere pariter & uenerari: uel ex eo manifeſtum opinor, quod Paulus ſcribit ad Hebræos, de hiſce rebus mentionem faciens, quæ ſancti uiri per uirtutem nominis huius perfecißent.

Hebræ. 11. Obturauerunt (inquit) ora leonum, & mitigauerunt naturalem ferocitatem immaniſſimarum beſtiarum. Quod ut in mille aliis, ita & in beatę Agathę martyrio ſatis inclaruit. Porrò quũ Quinti-O. anus tyrannus tetras bæluas ad deuorãdam ſanctiſſimã uirginẽ & martyrẽ Agatham immittere minitaretur: reſpondit illa cum ſumma inducia Si feras mihi promittis, audito CHRISTI nomine manſueſcũt. Beatus quoq; Syluester inuocato hoc nomine,

Sanctus Siluester. immanem quẽdam draconem, qui uenenoſo & letali afflatu totã urbem romanam inficiebat, collo ligauit: ligatumq; populo tradidit occidendum. Cæterum creaturas inſenſibiles hoc nomen uehementer metuere, illi facile & ſatis liquido clareſcet: quiſquis ſtupenda illa miracula & geſta CHRISTI è lectione euange-

Matth. 8. lica proſequetur. Illic enim legitur, quomodo uẽti & maria obediunt ei. Quin & Paulus de martyribus loquẽs, huiuſmodi teſti-

Hebræ. 11. monium perhibet Extinxerunt (inquit) impetum ignis, effugarunt aciem gladii, & cætera. Quare quum omnes res conditæ ſint, ſiue ſenſu prædituæ ſint, ſiue ſenſu careant, uſqueadeo hoc nomen metuant & reuereantur: non mirum eſt prophetam hunc noſtrũ ita ſubiunxiſſe: Timebũt omnes reges terræ gloriam tuam. Nec

Littera. expo. temere eſt, q; ait reges timere gloriam dei: quum ſolus ille quos dignos uiderit ad regiũ faſtigiũ erigat, ſolus deponat indignos,

Deus ſolus reges erigit & deponit. quum non ſit alius protector & patronus regię maieſtatis q; ille, quum non ſit alius regum corona & diadema, q; unus ille qui eſt rex regum & dominus dominantium. Nec mirum ſane, quum

Matth. 28. ipſe in ſuo euangelio ita de ſe aiat, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Sed quandoquidem Dauid futurum aſſerit, ut & omnes reges timeãt gloriam dei: operepretium fuerit cernere, quidnam rerum ſit hoc quod gloriam uocat. Eſt itaq;

Auguſt. Gloria quid? ria (diffinitore Auguſtino, cẽteſimo tractatu ſuper Ioanne) frequens de aliquo fama cum laude. Nonne impius ille facinoroſus

rex

rex Herodes, mirum in modum timuit insignem illam gloriam CHRISTI, quando famam illius dispergi audierat: quando natum esse audierat illum qui esset regnaturus in Israel, quando laudem eius per omnium ora uolutari? An nõ ingens timoris argumẽtum fuit, quum tres illos reges, qui Hierosolymas profecti sunt CHRISTVM adhuc infantem perquæsiturí, ad se accersi iussit, ut scisciteretur diligenter & disceret quo tempore stella illis apparere inceperat? Quod ut ex illorum relatiõe cognouisset, permisit illis ut pergerent ire Bethleẽ usq; hac tamen conditione ut per se reuerterentur indicaturi quid illic rei nouæ inueniissent, ita inquiens Ite & interrogate diligẽter de puero hoc: & quum inueneritis renunciate mihi, ut & ego ueniens adorem eum. Atq; hæc dixit magis illis Herodes dissimulans infestissimã suam iram quam aduersus CHRISTVM in animo gerebat: utpote quem aut aperta ui aut occulta fraude è medio tollere cogitabat, ne (quod tam anxie metuebat) regnũ suum occuparet, quod & prophetarum uaticinia minitabantur futurum. Et proinde ne hoc accideret, Occidit omnes pueros qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra: ratus fieri non posse ut omnibus infantibus interfectis, CHRISTVS infans euaderet. Præterea nunquid & Iudæi & quotquot tum cum illis erant, maximopere pertimuerũt gloriam eius & famam, quãdo sic certatim mutuo inter sese dixerũt: Si dimittimus eũ sic, omnes credent in eum: & uenient Romani & tollent locum nostrum & gentem? An nõ & Octauianus Augustus maximus ille totius orbis imperator, qui per duodecim annos tam ingens dominium continua pace rexit, idq; non alio nomine ẽ fœlicissimę CHRISTI natiuitatis beneficio: an non is inquam tam magnificus imperator uehemẽter pertimuit hũc potẽtissimũ CHRISTVM, quando à Sibylla quæsiuit, num ullus maior eo in toto mundo existeret? Quo tempore & illa signum admodum mirabile fertur illi in cœlo demonstrasse: nempe circulum aureum solem ipsum ambientem, in cuius medio centro uirgo quædam pulcherrima illi apparuisse uisa est, paruulũ infantem in gremio suo gestiẽs.

Herodis fraus & dissimulatio.

Idem.

Ibidem.

Ibidem.

Iudæi.

Ioan. 11.

Octauianus.

Quo

Sibylla.

Quo ad hunc modũ demõstrato, Sibylla Augusto dixisse memoratur: O imperator, hic puer, quem illic in uirgineo gremio reclinantẽ cernis, te multo maior est, ipsum adorato. Qui statim pronus cecidit in terram & adorauit eũ: succesſuq; temporis palatium suum in ædem sacram commutauit, quam & in honorem CHRISTI Mariæq; matris eiusdem ædificandam curauit.

Solus deus regit ac magistratus constituit, regit & defendit.

Quare uobis o imperatores & reges, qui terræ principatum tenetis, iterum atq; iterum in mentem reuocandum est, hunc puerum omnem uestram gloriam lõgissimo, imò incomparabili interuallo antecellere. Hic puer, o rex, omni maiestate tua longe maior existit, hic puer te condidit atq; è nihilo creauit, hic te creatum regio diademate & sceptro ornauit, hic te regem instituit, hoc puero duce & auspicatore feliciter cedunt quæcunq; gerẽda aggrederis, hic te conseruat in oĩbus, hic protegit, hic defendit, hic te ad summos honores uehit, effert & magnificat. Proinde omni conatu facito hunc puerum diligas, facito timeas, reuereari & adores: quia solus ille est per quem regibus sua regna contingunt & administrantur. Nam ut sacer ille prouerbiorum scriptor testatur, penes illum unum est, cuicunq; uoluerit, regna, magistratus & fasces, imperia, pontificatus, cardinalitias dignitates, episcopatus, & quicquid est aliud honorificum elargiri: apud quem & ipsum dominum ita loquentẽ audis. Per me, inquit, reges regnãt. Quare, nisi omnium mortalium longe ingratissimus fueris, oportet eum totis uiribus diligere, metuere, uenerari & adorare: cuius solius beneficentia regnum adeptus es, per quem rex factus sis, per quem ad regiam maiestatem subleuatus maximis tam animi q̃ corporis dotibus adornaris. Quod si pro uiribus tua præstiteris, illud pro parte tua adimplebis quod aliquãdo futurum prædixit psaltes propheticus Omnes reges terræ timebunt gloriam eius. Timebunt enim quidam uolentes, alii uero etiam uelint nolint pertimebunt nomen eius & uerebuntur illius gloriam & maiestatem. Quandoquidem hic ille est, qui superbis resistit, qui humilibus dat gratiã. Hic est qui de stercore erigit pauperem, suaq; mera bonitate facit, ut sedeat cum principibus,

Prouer. 8.

Littera.

Reges præ cæteris deum timere debent.

1. Petri. 5.

Psalm. 111.

, cipibus, & solium gloriæ teneat. Rursus hic est, qui fecit potentiam in brachio suo, qui dispersit superbos mente cordis sui, qui, depositi potentes de sede & exaltauit humiles. Quæ omnia ideireo facis o magnifice misericordissime deus, ut palam sit omnibus quoniam manus tua hæc est, quoniã tibi à patre tradita sunt omnia; & ut uelut certis indiciis docti præsentiant homines, qualis tu es, & cp metuendus iudex eris, quum appareuris in gloria cum maiestate magna & potestate. Cæterum inter omnia hominum genera, nulli iure penitus qui iustitiæ causa deum metuere & uenerari debent, cp regum nec sanctæ alii sunt qui æque teneãtur reuereri gloriosissimũ nomẽ dei & gloriam eius metuere, cp ipsi maximi reges & principes, utpote quos ipse dominus ultra alios honorificare & exaltare dignatus est in hoc mundo, quosq; & insignioribus etiam donis de copiosissimis gratiæ suæ thesauris locupletauit. De quibus sine donis & beneficiis à deo concessis, haud dubium quin exactissimam rationem deo reddituri sunt; quomodo tot & tam egregia talenta sibi credita administrauerint, quomodo pecuniam à domino suo acceptam sua industria auxerint, quid inde lucri ceperint, quomodo prouincias sibi commissas & subditum sibi populum rexerint, quomodo malos punierint, quomodo ecõuerso bonos sustinuerint, quomodo ecclesiã dei & fidem catholicam cõtra aduersarios suos, impugnatores & hæreticos defensauerint, quomodo uitia passim in populo suo suppullulantia oppresserint, consilioq; auctoritate & prudẽtia sempestiue extirpauerint, quomodo negotia & causas dei ubiq; tractauerint. Quapropter magnis uiris siue spiritualibus siue temporalibus qui in multos dominantur, identidem de hac ratione cogitandum est: quum non solum pro semetipsis, sed etiã pro toto grege sibi à domino concredito, respondendum est. Adeo ut qui minus uerũ esse sentiens, quod à beato Gregorio scriptum est, Cui multum datur, multum ab eo quæretur. Sed utinã, aliquando fiat, ut uterq; Christianorum siue is rex fuerit siue priuatus, siue episcopus siue populus, siue denique uir quispiã primarius siue plebeius, uelit dum adhuc uiuit & ualet, dum adhuc in salutis

Luc. 1.

Psalm. 108.

Collo. 3.

Luc. 21.

Omnes rationem reddẽt de rebus sibi commissis.

Greg.

Discutiat unusquisque temporibus suam conscientiam.

in salutis uia inambulat, in secretum conscientiæ suæ cubiculum descendere: illic ad uiuum usq; perscrutans & considerans, quoties, quot modis, q̃ grauiter & q̃ enormiter deũ optimũ maximumq; offenderit: quot sese spurcitiis & iniquitatibus polluerit, quomodoq; præterea clementissimus dominus tot alioqui flagitiis suis prouocatus, perpetuo hucusq; tolerauerit, tanta patientia, totq; occasionibus ad agendam pœnitentiam unumquemq; nostrum inuitans, tam benigne & misericorditer respiscentibus omnem priorem noxam remittens, atq; sine omni improperio condonans. Vtinam, utinam tam prudentes aut certe tam solliceres essemus omnes, ut unusquisq; secum altius in animo perpenderet, q̃ sit fallax hic mundus & q̃ omni impostura plenus, q̃ sit uita nostra breuis & momentanea, q̃ sit euanida & fugax rerum humanarum gloria, q̃ inceuitabiliter mors capitibus nostris semper immineat, q̃ sit dubius & anceps uitæ nostræ finis, q̃ formidandus & horribilis exitus, quantæ tentantis aduersarii instent insidiæ, quot undiq; emigraturis ab eodem parentur machinæ, q̃ postea formidandus & terribilis adeũdus sit iudex, deniq; q̃ atrox & nũq̃ finiendum maneat damnatos supplicium. Vtinam aliquando faxit deus omnipotens ut unusquisq; nostrũ cuiuscũq; fuerit cõditionis, diues uidelicet aut pauper, dominus aut seruus, locuples aut egenus, fortis aut ignauus, robustus aut debilis, iuuenis aut senex: utinam inquã mortales omnes qualescunq; fuerint, eam curam, eam uoluptatem & gaudia, quę hactenus in corpora & inanes delicias impenderũt, imposterum ad salutem animi conuerterent, has noxias corporis illecebras, cum armis CHRISTI, cum armis iusticiæ & pœnitentiæ commutarent. Id tum demum facilius fiet, si unusquisq; Christianorum, nõ plo- R.
bei tantum, sed & ipsi etiam potentissimi reges ac principes excellsam illam gloriam dei pertimuerint: id quod unicuiq; necessario faciendum est, qui aliquando ad eandem gloriam proficisci in animo habet. Verum quænam tandem est illa gloria quæ etiam summis regibus sit pertimescenda? Certe hæc gloria non est aliud q̃ eminentissima illa & incõparabilis potentia CHRISTI

Quæ sunt hominũ cogitãda.

Iesu

» IESV: qui & ita apud euangelistam de se testatur Data est (in- Matth. 28.
» quit) mihi oīs potestas in cœlo & in terra. Cæterū hic obiter no- Duplex gloria dei.
» tabis duplicem esse gloriā, eamq; in his duobus uersiculis sequē-
» tibus à propheta hoc, quem iam in manibus habemus, uelut di-
» gito assignari: Timebunt, inquit, gentes nomen tuum domine,
» & omnes reges terræ gloriam tuam. Et rursus. Quia ædificabit
» dominus Sion & uidebitur in gloria sua. Prior illa gloria, cuius
» mentio in priore uersu facta est, gloria quidem dei est, sed tamē
» ea quam in hoc mundo illi exhibent mortales: at secunda gloria,
» in qua post ædificatam Sion uidebitur glorioſissimus dominus:
» est ea quam angelici spiritus reliquusq; cœlestis exercitus, cōdi-
» tori suo in cœlis exhibituri sunt. At uero gloriam dei pro poten-
» tia eiusdem non raro in sacra scriptura poni, testis est sermo ille
» propheticus, ubi ait: Super omnem terram gloria tua, id est uis Psalm. 6.
» & potētia tua: quemadmodum inibi adnotauit glossa. Et alio lo-
» co Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat Psalm. 18.
» firmamentum: dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat sci-
» entiam. Non sunt loquelæ neq; sermones, quorum nō audientur
» uoces eorum. Sed quomodo fiet ut & cœli ipsi, dies, nox, firma- Quomodo creature tanquam te enarrāt gloriam dei?
» mentū, cæteraq; creaturæ enarrent gloriam dei: quū nec linguā
» habent nec os: quum & uoce reliquisq; omnibus loquendi orga-
» nis & instrumentis careant: Quo pacto ergo enarrabūt tam stu-
» penda & ineffabilia opera dei: Quibus signis aut indiciis id cla-
» re patefacient: quod nulla lingua fari potest: Quomodo igitur
» loquuntur hęc inanimata, opera dei: quomodo docent, quomo-
» do nobis declarant: Ipsa certe tam mirifica cœlorum facies, ipse Loquitur eiusmodi creature.
» tam multiformis firmamēti splendor, stellarum illa multitudo &
» diuersitas, multiplex ille sphærarum & globorum motus, ordo
» & situs, perpetuaq; illa & indefessa polorum ac cardinum uerti-
» go, satis clare loquitur: ōs sit immensus & præpotens tantarum
» rerum opifex. Porrò quoties ipsam cœlorum incredibilem mul-
» titudinem intueris, quoties tantam celsitudinem & cōcinnam ue-
» nustatem contemplaris, quoties ea tam immensa superiorū cor-
» porum moles & sublimitas tibi in mentē uenit, quoties succurrit

cœlestis plagæ latitudo, profunditas, circũferentia, situs, forma, motus, & operatio: quoties deniq; consideras continuam illã stabilitatem pariter & uarietatem uniuersi, diuersitatẽ item & uniformitatem cum perpetua permanentia & continuatione eiusdẽ à prima sui conditione ac creatione in hanc usq; horam: hæc (inquam) omnia & his similia si dũligenter perpendas atq; perscrutaris, nunquid euidentius q̃ si mille linguis loquerentur, illustrissimam gloriam dei demonstrabunt? Nunquid singularem illam potentiam & opera manuũ illius luce clarius declarabunt? Neq; enim minus miraris hæc tam mirabilia spectans, neq; minus deũ conditorem ac factorem istorum omnium uenearis & adoras: q̃ si infinitas uoces æderent, testantes inexhaustam potentiam creatoris sui. Tacet cœlum ipsum, at illius aspectus & cõtemplatio, uocem quauis tuba clariorem emittit: nõ per aurem, sed oculato (uti aiunt) testimonio, uirtutem & magnificentiam dei perdocẽs. Siquidem usus reliquis sensibus omnibus, sua natura certior est & ad docendum tum manifestior tum etiam efficatior: quo fit ut subinde propter suam certitudinem, pro quolibet sensu accipiatur. Quod & uulgaris loquendi mos ac popularis sermo, satis clare enucleat: si per singula huius uerbi uideo significata discurras. Nam quum dicimus uide q̃ uocaliter & canore cantat iste: quid aliud sentimus, q̃ audi uocem tam belle cantantis? Eodem modo ex usitato latini sermonis more loquimur, uide q̃ suauiter redolet ille: nihil aliud per hoc uolentes, q̃ odorandum esse & olfaciendum, quanta alicui adhæreat redolentia. Sic solemus etiam dicere, uide q̃ sit asper & durus lapis iste: innuentes lapidem tangendum esse, ut sentiatur illius uel asperitas uel duricies. Audis & passim ita homines loquentes inter sese, uide q̃ suaue sit hoc condimentum, uide q̃ sit hoc uinum dulce, q̃ amarum, aut aliquid tale: pro eo quod est gusta, & sic experieris huius cibi aut potus saporẽ. Vnde fit ut usus generali sua significatione, pro reliquis omnibus sensibus accipi soleat. Cuius rei testis est & diuus Augustinus, ita de hac re uerba faciens Nomine, inquit, usus, & alii quoq; sensus nominari consueuerũt. Huic

§.

Vsus propter suam certitudinẽ pro quouis sensu sumitur.

Augus.

astipulatur

Huic aſtipulatur & illud quoq; quod in exodo ſcribitur Cūctus populus uidebat uoces, id eſt audiebat. Tā certa enim eſt & infallibilis uidendi certitudo, ut & euangeliſta ita de illa ſcriptum reliquit Quod uidimus teſtamur, & quod audiuimus loquimur. Porrò tā neceſſarius eſt iſte ſēſus, ut uix fieri poteſt ut ſine huius adminiculo poterit quiſpiam recte de re controuerſa iudicare. Nam ſi hic ſenſus non defuiſſet olim patriarchæ Iſaac, nunc̄ꝫ euenisſet ut tactu deceptus, eum Eſau credidiſſet qui eſſet Iacob. Quin & diuus Thomas apoſtolus, quando à reliquis diſcipulis & coapoſtolis inaudiuiſſet Vidimus dominū: tantū auditui diffiſus eſt, ut mox ſubiungeret Niſi uidero fixuram clauorum & poſuero manus meas in locum clauorū, nō credam. Cui poſteaq̄ copia data eſt uidendi CHRISTI, audiſſetq̄ à præſente domino Thoma uide manus meas & pedes, & infer digitum tuum in latus meum, & noli eſſe incredulus ſed fidelis: ſtatim diffidentiæ ſuæ pigens pœnitensq̄, acclamauit Dominus meus & deus meus. Cui & CHRISTVS reſpōdet Quia uidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non uiderunt & crediderūt. Quod ſi de us diuinitatem ſuam & cognitionem deitatis ſcriptis libris tantum euulgaſſet, uſuueniſſet ut ſoli literati & docti hāc de deo intelligentiam adipiſcerent̄, excluſis rudibus & literarum ignaris, Imò nec tantæ rei cognitio ullis contingere potuit, niſi diuitibus tantum & opulentis, qui haberent unde libros ſibi compararēt. Nec ulli licuiſſet eam cognitionem attingere, niſi qui illarum linguarum gnarus eſſet, quibus libri illi conſcripti eſſent. At in iſto parētiſſimo libro, cœlo uidelicet & firmamento, nemo omnium eſt, qui nō omnibus conatibus eum ſuſpiciat, ueneretur, & adoret, qui tam pulchrum & mirabile corpus effinxerit. In hoc ergo communi libro omnium nationum & conditionum homines, ſiue Græci ſint ſeu Barbari, Turchæ uel Chriſtiani, fideles aut infideles, Scytha, Indus, Barbarus, Perſa, Aegyptus, Italus, Hiſpanus, Anglus, Germanus, Gallus, breuiter cuiuſcunq̄ fuerit gentis: præterea ſapientes ac ſimplices idiotæ, diuites, pauperes, denic̄ uniuerſus mundus hūc librum ob oculos poſitū habet: unde

Exodi. 20.

Ioan. 3.

Gene. 27.

Sanctus Thomas.

Ioan. 20.

Thomas non niſi uidit, credere noluit.

Ibidem.

Cœlum, liber cōmunis omnibus quo deum inſpicere licet.

& maximam illam dei gloriam, maximam illam uirtutem & po-
tentiam discere queunt sine omni discrimine quotquot usq; sunt
Psalm. 18. Expo. mortales. Atq; hinc est q; ita subinferat regius ille propheta Nō T.
sunt (inquiens) loquelæ neq; sermones: quorū non audiantur uo-
ces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis
terræ uerba eorum. Quasi diceret non esse usq; gentium ullam
linguam, ullum sermonem aut idioma: nō esse regionem sub cœ-
lo, nullum gentis aut populi genus: cui non concedatur huius li-
bri uidendi copia, è cuius diligente contemplatione abunde de-
prehendere posset immensam illam dei gloriam & potestatem.
Quin nec cœlum tantum & firmamentum hoc tam perspicuum
Idem. Expo. dei potestatis specimen præbet, sed & dies diei eructat uerbum,
& nox nocti indicat scientiam. Nam dies & nox nō uno tantum
modo sed multis modis potentiam & magnificentiam dei decla-
Temporū re- uolutiones, si- per eundē or- dinē seruant. rant. Siquidem quid aliud docēt per pulchritudinem suam, per
magnitudinē, per claritatem & obscuritatē, per calorem & fri-
gus, per motum & ordinem, per alternātes illas spacii sui uices,
longitudinem uidelicet & breuitatem: quæ tam certa uicissitudi-
ne totos annos tanta æqualitate alternaq; ac reciproca mora de-
scribunt, ita proprios semper terminos & confinia infallibiliter
seruantes, ut nec unq; alterā altera extra ordinē & cursum suū ui-
olenter impellat aut extrudat, ita sibi mutuo consentientes ac in-
uicem cedentes, ut nunq; hactenus per tot sæcula & annorū mi-
lia inuentus fuerit unus dies in aliqua hyeme qui longior aut con-
tractior fuerit, q; eadem in alia: nec per tot transactas hominum
ætates uisus fuit ullus æstiuus dies, qui in uno anno productior
au: breuior extiterit q; fuit idem in alio: sed semper in consimili
proportione, consimili interuallo, consimili lōgitudine & breui-
tate hucusq; permanserunt: tam modulato tenore & æquabilita-
te, ut ne momento quidem aut puncto temporis altera ab altera
superetur, aut plus habeat temporis q; ab æterno illi constitutum
fuit. Atq; hanc noctium & dierum æquabilitatem & perpetuum
quendam concentum admiratus propheta hic noster, ita subne-
ctit: & nox nocti indicat scientiam. Quis itaq; tam iners, tā mise-
rus

aut nullius cordis inueniri poteſt, qui cernẽs cœlum, terram, maria, & oĩa quæ in iſtis ſunt & inibi gignuntur: quis intuens ipſum æquabilem temporũ ſucceſſum, ipſam horarum ac momentorũ tam moderatam temperiem, ipſum perpetuum ac inconcuſſum noctis & diei ordinem: quis, inquam, ita dementatus reperiatur, qui iſta tam admirabilia & plena diuinitatis intuitus, non pronus adoret illum incomparabilem opificem, qui hæc omnia è nihilo finxit, atq; in hunc tam ſtupendum ordinem redegit tam ſapiẽter? Quis tam ſtupido & hebeti ingenio eſſe credendus eſt, ut ex iſtis tam mirificis dei creaturis, non facile deprehẽdat ipſam inæſtimabilem dei gloriam & potentiam inconſumptam? Quid enim auditu mirabilius, cũ ut terra ipſa quæ inter omnia elementa craſſiſſima eſt & grauiſſima, ſuper aquas ueheret. Quod quidem non dubito quin multi mirarentur, quo pacto fieri poſſet: præſertim quum & philoſophus aſſerat elementa ſingula ſuum proprium & natiuũ locum appetere iuxa proprietatem & propenſionem ſuam. Adeo ut quo quæq; elementorum minus terrenæ fecis habent, quo longius abſunt ab omni pondere & grauitate, eo ad altiora loca contendunt: & rurſus quo grauiora ſunt & craſſitudinis capaciora, hoc magis ad inferiora loca deprimũtur. Quemadmodum & ignis, quum nihil eo nec leuius nec purius eſſe poteſt, ſupremum & editiſſimum locum merito conſcendit. Cui aër, ſicuti leuitate, ita & loco quoq; proximus eſt. Ad hæc, ipſa aqua quia iſtis duobus craſſior eſt, ponderoſior & grauior: idcireo & iſtis quoq; loco ſubiecta eſt. Poſtremo terra, quandoquidem ipſa omnium elementorũ longe grauiſſima perhibetur, ad infima loca detruditur. Quod quum ita ſit, quid ad prophetam dicemus: quum cõtrarium ſentire uideatur, quum ait in hunc modũ de deo loquẽs Qui fundauit terram ſuper aquas?

Elementũ omne iuxta grauitatem & leuitatem ſuam loci ſuum uendicat.

Pſalm. 135. Fundauit terra ſuper aquas.

V. Vident itaq; diſſentire inter ſe propheta & philoſophus, uterq; homo erat, ſed alter natura tantum duce adiutus eſt, alter uero haud dubie ductu diuini ſpiritus. Vnde facile perſpicitur, utri magis credere par ſit. At tu fortaſſe inquies, id quod propheta affirmare uidetur, rationi cõtraire apparet. Idem & ego quoq;

penè astruere cogor: in hoc tamen à te dissentient, q̄ hæc non quasi directe contra naturam sed supra naturam geri fateatur, quemadmodum & pleraq̄ alia supernaturalia opera dei. Cæterum quia intra ipsam terræ molem, insunt maximæ & exuberantissimæ aquarum uenæ, per quas discurrunt largifluæ undarum copiæ: quando etiam in ipsis terræ uisceribus lateant capacissima aquarum receptacula: unde nō raro emanant & effluunt uastissima quædam & amplissima flumina. Adeoq̄ hæ uenæ & receptacula passim per totam terram diffundūtur, ut etiam subtus ipsum mare ebulliant nonnūq̄, scaturiant & erumpant maximæ aquarum scaturigines: usqueadeo ut & hę in causa esse putentur cur mare tantopere intumescat, cur ita ferueat, cur tam ubertim ebulliat & indeficienter continuo fluxu & refluxu scatescat, euageť, ac rursum reciprocet sese. Nec negari potest quin maxima quæq̄ flumina ab imis terrę uisceribus in lucem & super terras emergant: unde & flumina terræ appellantur. Quare quum intra terram ipsam tot sciuntur esse aquarum scaturigines, tot eruptiones, tot ebullitiones, fontes, riui, fluuii, torrētes, lacus, gurgites, lacunæ: tot sedes & receptacula fluctuum & undarum, tot ingentia flumina, stagna, paludes: deniq̄ quum tanta undarū uis, tā immēsa maria in uenis terræ occulta delitescant: non adeo mirandū uideri debet, si propheta dixerit terram super aquas fundari. Non secus q̄ quum in alio quoq̄ psalmo de terra loquens, ita aiat Quia ipse super maria fundauit eā & super flumina præparauit eam. Mira itaq̄ res est, terram omnium (haud dubie) rerum grauissimā super aquas ferri aut superfluitare: quando satis constet aquis nihil esse liquabilius, nihil q̄que lubricum, nihil magis fluxum, nihil mobilius aut inconstantius, nihil demum quod duris corporibus facilius cedat: in tantum ut ne minutissimū quidem lapillum, calculum, scrupum aut arenulam ferre posse cernatur. Quomodo igiť non debeat esse omni admiratiōe dignissimum, q̄ quum aqua ista tam pusilla corpora in fundum transmittat: tamen uniuersam terrę molē sustineat? Sed quid est quod dicis? Ais tu aquam ipsam ne minimum quidem lapillulum aut arenulam

Flumina maxima subtus terram.

Psalm. 23.

Fertur terra super aquas.

arenulam ferre posse, & tamen tam crassam & grauem terram, tam ponderosum mundum sustentare? tot magnos ferre montes, tot collibus subiectam esse? tot supra se gerere urbes, tot uicos, tot arces, castella & turres? Nunquid hoc tam inopinabile, tu uerum esse asseris? Vnde ergo fit, aut qua prouidentia consultum, ut hactenus per tot sæcula, per tam longũ tẽporis progressum, tota ipsa terra aquæ admixtura in lutum ac limum non sit cõuersa? Nam si uel durissima illa querna robora ac querci ligna ad pauculos tantũ annos perpetuo in aquis submersa iacuissent: haud dubie longe ante hac putridini concessissẽt. Imò si ferrum, quo nihil rigidius aut durius, tandiu aquis impositũ extitisset: nõ potuit euasisse, quin multo pridẽ ferrugine ac situ erosum esset & scabricie exesũ. Quin & asperę cautes ac duri silices si tãto tẽporis spacio in aquis fuissent, iam olim in nihilum redacti extitissent. Et tamen quũ hucusq; à condito mundo hæc tam fragilis terra aquarũ inũdationibus admixta fuerit, & rursus aqua terræ: in hunc usq; diem ab omni mergendi periculo manſit incolumis, manſit integra, indissoluta, incorrupta, inconsumpta, manſit & indistructa. Iam uero quis ista secum serio perpendens ac animo reuoluens, non supra omnem modũ admirabitur: ingenue confessus, hęc tam stupenda opera, omnes naturæ uires longissimo interuallo superare, nec alia prorsus ratione q̃ singulari X. & infinita omnipotentis dei potẽtia geri? Sed & aliud etiam hiis quoq; mirabilius, uidere terram nullo penitus fulcimento inniti, nulla basi sustentari sed omnino è nihilo pendere, non secus q̃ si quis pilam in aerem iaceret, quę ibi nullo tenente penderet, de qua re & Iob ita scribit Appendit terram super nihilum. Alii uero cum propheta consentientes hæc ad diuinam prouidẽtiam referunt, dicentes In manu eius sunt omnes fines terræ. Sunt & qui illud libenter in ore habent Ipse super maria fundauit eam & super flumina præparauit eam. Quæ propositiones ut uerbis discrepare non nihil uideantur: ita sententia parum admodum. Nam quid aliud est terram super aquas consistere, q̃ fateri eam uelut in æquilibrio suspensam, è nihilo suspensam iri? Cæterum

Terra aquis semper intermixta neq; sup ta tamẽ manet.

Terra e nihilo pendet, nec tamen cadit.

Iob. 26.

Psalm. 94.

Psalm. 23. Expo.

Pulchritudo & diuersitas rerũ elementarium pulchritudinem cœlestium demonstrat.

quum hæc ita ſeſe habeant, quis tantã molem cernens, tam concinnam & undiquaq; tam mirabili artificio compactam totius mundi machinam, tam incogitabilem omnium rerũ pulchritudinem, tam conuenientem totius uniuerſi compoſitionem, tam continuam elementorum pugnam & alterationem, continuam contrarietatem, & tamẽ indelinentem perſeuerantiam, & amicum ac cõſpirantem ad res gignendas cõſenſum: quis (inquam) hæc contemplatus, non ita intra ſe dicturus eſt, hæc tam mirabilia opera, & omnem humani ſenſus intelligentiam ſuperantia, aliunde certe fieri non poſſe, q̃ per immẽſam dei omnipotentiã & inſcrutabilem eiuſdem prouidentiam, infinitam q; uirtutẽ ac potẽtiam. Porrò ſi quiſpiam ipſas dei creaturas uelit penitus introſpicere: quid ubicunq; aliud deprehendat, q̃ ſingularẽ quandam pulchritudinem, uenuſtatem, concinnitatem, maieſtatem, ac plane (ut paucis abſoluam) diuinitatem quandam? Percurre quæſo totum naturæ curſum, percurre totas eiuſdem partes, quæ uel in terra ſunt uel in mari: percurre quæ ſunt in aere, in igne, in cœlo, in plantis, in animantibus, in quadrupedibus, in uolatilibus, in piſcibus, in ſerpentibus, in uermibus & in inſectis, uel quæ demum ſunt in genere hominũ: percurre præterea uirentia prata, irriguos hortos, ſyluas, ſaltus, nemora, lucos, arbuſta, argenteum undarum liquorem, lympidiſſimos fontes, uiuas aquarum ſcatebras: percurre ipſa tam multiplicia arborum genera, tam uarios & ſalubres fructus inde prouenientes, tam diuerſas herbarum propagines, earumq; fragrantiam pariter & medendi uim atq; efficaciã: aduerte figuras, colores, ſitus, nomina ac proprietates: ad hæc perſcrutare metallorũ & foſſilibilium naturam, aurum, argentum, oricalchum, cuprũ, ſtannum, æs, plumbum, calibem, ferrum, cæteraq; id genus mineralia: adde his precioſorum lapidum ac gemmarum tam mirabilem uenuſtatẽ, nitorem & pulchritudinem, tam mirificas uirtutes ac proprietates: percurre montes, colles, ualles, ac ipſas camporum planicies: nuſq; non inuenies omnia admirationis pleniſſima, nuſq; nõ agnoſces ipſam præcelſam dei omnipotentiam ac uirtutem: nuſq; non occurrent

Elemẽta.

Animantia.

Humi naſcentia.

Metalla.

Lapides.

Montes.

occurrent ſũma oblectamenta & uoluptates: inuenies ubiq; floſculos, inuenies ubiq; multicoloria prata ac uiridaria: inuenies hic inferius paſſim delicias, & uelut odorifera ac redolentia prata, inuenies item & ſuperius. Nam quemadmodum & terra habet prata, hortos & uiuaria ſua, ſiue ut græci uocant paradiſos: ſic nec ipſi cœlo deſunt ſua prata & uenuſtates. In terra enim prata dicuntur, quæ omnigenis herbis ſcatent, ubi uarii & fragrantiſſimi flores prouenium: cuiuſmodi ſunt uiolæ, roſæ, rores marini, lilia, liguſtra, iacinti, narciſſi, cæteriq; id genus innumeri, quorum floſculorũ pulchritudinem intuens olim CHRISTVS, dixit, Nec Solomon in tota gloria ſua coopertus eſt ſicut unũ ex iſtis. In cœlo uero ipſa Iris uarios (ut poeta inquit) induta colores, ipſa cœleſtia ſigna, ſydera, & multiplices ſtellarum ordines, ſpeciem quandam florentis prati præ ſe ferre uidentur. Poſtremo ſi in auibus prata deſideres, ſpecta in primis ſtellatã pauonis caudam, his colorum diſcriminibus diſtinctã ac ita naturæ ingenio uariegatam: ut omnem pingendi, fingendi, imò & inficiendi artem, infinitis partibus antecedat. Sed quid opus eſt ut alias complures commemorem, quarum alias totas purpureas, alias uirides, alias giluas, alias albas, alias nigras, alias tam uariis picturis atq; coloribus diſcriminatas: ut uel minima illarum, etiam ſi alia argumenta omnia deeſſent, ſatis eſſet ad declarandam incõprehenſibilem conditoris ſui gloriam, uirtutem & potentiam. Quare ſi ex rebus conditis ipſum cõditorem æſtimare libet, cogita tecum quanta ſit ipſius cœli pulchritudo: quãto iam tempore in eodem ſtatu perduraverit, quomodo per tot ſecula nihil labis aut fuſcedinis attraxit: ſed uſq; hodie non minore luce niteat, non minore luce ſplendeat atq; coruſcat, q̃ ſi iamdudum recens fabricatum eſſet. Subeant & fõtes animum tuum, qui ita perpetuo quodam fluore ab intimis terræ inteſtinis ſcaturientes ebulliunt die noctéq; : ut nec tamen per tot annorum curricula defecerint aut exiccati fuerint, ſed ita eodẽ perpetuo quodã tenore emanant, ut nec hodie auctiores aut cõtractiores eſſe uideantur, q̃ quo die primũ è terræ uiſceribus erumpere cœperãt. Cogita

Prata. Prata in terra ſunt, & etiam in cœlo. Matth. 6. Ouidius. Aues. Cœlum. Fontes.

prgterea,

Mare. præterea, cogita apud teipſum, quid pelago mirabilius inueniri poſſit: quod quũ à prima nũdi cõſtitutione in hunc uſq; diẽ tota terrarum flumina exceperit, tamen hactenus menſuram ſuam ac terminos ſibi à deo cõſtitutos, nunq; exceſſit: adeo ut per tot ad-
uenticias undas nec augeri nec minui ſentiri poterit. Quẽ admo-
Eccle. 1. dum ait & Eccleſiaſtes Omnia flumina intrant in mare, & mare
Aquæ calidæ Bathonæ. non redundat. Verum quandoquidem iam in aquarum mirabi-
lia incidimus, quid de aqua illa Bathonenſi dicemus? Quæ cõtra aſſuetam aquę naturam perpetuo calet, neq; aliter aſſur gentibus undis certatim ebullit: q; ſi in aheno aut cacabo poſita, maximam ignis uim ſubiectam ſentiret. Aut quæ ratio reddi poteſt de fon-
Fons Vuenefri de impoſita tingit. te illo ſanctæ Vuenefridę? Cuius aqua, quicquid impoſueris, ſan-
Aqua quædam mirabilis apud hybernos. guineis quibuſdam guttis purpureiſq; notis inficit atq; tinctum reddit. Memoratur & eſſe apud Hybernos aqua quædam tam mirandi effectus: ut ſi ligneum quippiam iniecceris, mox in lapi-
dem conuertet. Hic libet omnes iſtos, qui ſe philoſophos & cau-
ſarum naturalium indagatores iactitent, prouocare: ut ſi queant, nos doceant idoneam cauſam cur iſtis magis q; aliis quibuſlibet aquis hic effectus & proprietas inſit. Ad primum fortaſſe ita re-
ſponſuri eſſent, calorem illum ideirco illi aquæ perpetuo ineſſe: q; per meatus quoſdam ſulphureos ſubtus terram diſcurrat ali-
quandiu priuſq; in ſuperas auras emergat, quam eãdem cauſam & Etnęo incendio aſſignant quidam, addendo & uenas bitumi-
Cauſam omnium naturalũ, nullus unquã philoſophorũ reddere potuit. neas cum ſulphure ſubeſſe. Quod tamen ſi uerum eſſet, eueniret quoq; ut etiamnum ſulphur in aquam proiectum, aquam ad eam-
dem formam incenderet atq; calefaceret. Quod quia falſum eſſe experientia docet: non uideo quare nõ idem & de reliquo quoq; ſentiẽdum ſit. Quod de Vuenefridæ fonte prædictũ eſt, nullam habes cauſam naturalem quam pro te afferre potes, quo minus miraculũ eſſe fatearis: ac totam rem dei miraculo geri, naturæq; fines ac rationis diſcurſum longe prætergredi. Verum dicis, ibi quieſce ac firmum ſiſtito gradum: quum ipſa tam mirabilia dei opera oĩa, non ſint aliud q; miracula, q; prodigia atq; omni ſtupore refertiſſima, oẽs naturæ ac rationis limites q; longiſſime exuperantia.

exuperãtia. Sed quid opus eſt ut iſta pluribus uerbis laboremus uera eſſe declarare: quum & apoſtolus Paulus aſſerat deum condicorẽ ex rebus conditis ſatis cognoſci poſſe: & inuiſibilẽ æternæ diuinitatis maieſtatẽ, per uiſibiles creaturas intelligi potuiſſe: Ita enim ad Romanos ſcribit ille Inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt à creatura mũdi intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas. Nam uide quæſo cũcta quæ creata ſunt, quomodo uelut uno ore, unioq; conſenſu eloquuntur, clamitant, prædicant ac ſummis encomiis laudibusq; efferunt magnificentiſſimum conditorem ſuum: neq; tamen interim minus eum uerentur q; uenerantur. Vnde fit ut nemo non uideat quantopere nobis hominibus idem omnibus conatibus ſit amandus, timendus, atq; etiam omni laudum genere exaltandus: in quorum gratiam & uſum, cæteras creaturas omnes in lucem produci uoluit. Quod quidem officium noſtrum niſi pro uirili præſtiterimus, certe beneficia hęc omnia quæ in nos conferre paratus erat: mutatis rerũ uicibus, ilico in obprobriũ noſtrum, in cõdemnationẽ & perniciem conuertet: lenitatemq; illam ſuam, gloriam & miſericordiam, noſtra ingratitudine exacerbatus, in iudiciũ & iuſtitiam, in cruces & uerbera, in flagella & afflictiones intolerandas commutabit. Quia quemadmodũ ſingularis illius gloria in condendis, conſeruandis, protegendis ac tuendis creaturis declaratur: ita etiam & in exhibẽda iuſticia ſua, dum improbos, dũ rebelles ac obſtinatos digna animaduerſiõe excipit, plectit, punit, corripit, caſtigat & deprimit, illius illuſtriſſima gloria facile item appareat. Quin & has quoq; creaturas, quas ſupra memorauimus, in præcipuam hominum conſolationem cõſtituit benigniſſimus dominus, modo illius dictis ac præceptis (ut par eſt) parere ac morem gerere non grauabimur: quod ſi cõtra, parere recuſauerimus: profecto per eaſdẽ creaturas nos arguet & in maleficia noſtra ſæuiet, per eaſdẽ etiã ulciſcet cauſam ſuã aduerſus impios & flagitioſos hoſtes: quos nunc aliquãdo ignis incendio tradit, nũc uero aliquo aeris impetu, nunc turbine, tonitruo, nũc fulmine, aut ualidiore uento aliquo. Multos etiã aquarũ diluuio, inundationibus,

Roma. 1.

Niſi debitum deo honorẽ exhibeamus, beneficia ſua in plagas uertet.

inundationibus, naufragiis, aliisq; id genus impendiis mactat: multos terræ motibus, uoraginibus, hiatibus, ſpecubus peſſundat. Proinde libet hoc loco cũ Eſaia propheta exclamare Quis nouit ſenſum domini: aut quis conſiliarius eius eſt? Siquidem ille ut eſt (uel teſte pſalmographo) mirabilis in donis ſuis: ita eſt & in iudiciis ſuis admodum terribilis, in operibus magnificus, in maieſtate glorioſus, ac deniq; in conſiliis imperſcrutabilis ſuper filios hominum. Porrò quemadmodum & paulo ante prædictũ eſt à nobis, res cunctas à ſe creatas tanta prudentia & inueſtigabili cõſilio temperauit: ut quæ probis ac iuſtis uiris uſui maximo futuræ ſunt, eædem peruerſis & malicioſis hominibus erunt detrimento, diſpendio, & ſupplicio. Nam ut in rerum natura nihil eſt elementis ipſis utilius, nihil ad uitam hominum conſeruãdam magis neceſſariũ: ita econuerſo non ſunt aliæ creaturæ, unde cõtumacibus & ineffrœnatis animis atrociora infligunt ſupplicia. Perlongũ enim foret, ſi hoc loco immorarer recẽſendis his quos deus ignis obſequio ultus eſt. Quot enim ultus eſt exuſtionibus, exiccationibus, æſtu & feruoribus ſuffocatos & in nihilũ redactos? Quot hoĩm myriadas, quot millia abſorbuit & demerſit aquæ: uiolẽtia? Quot peſte, quot tabe, lue aut aliis letiferis morbis infecit ac corrupit uitioſus & peſtilens aër? Quot denique peredidit terra malignitate atq; ſterilitate ſua? Quot patentibus hiatibus abſorpſit? quot ſæuis faucibus & uoraginibus ſuis dehiſcẽs abſtulit è medio? Vides itaq; uides q̃ præſto ſint omnia elementa ut deo autori ſuo ſedulũ officium præſtẽ: q̃ ſint ſemper in parato ad exequendum cõditoris ſui mandatum, ſiue id ſit ut opem bonis afferant: ſiue contra, pro uoluntate ęterni numinis ad inſligendam malis uindictam. Siquidẽ hiſtoria geneſeos liquido declarat, quomodo olim criminoſæ illę & peccatrices ciuitates Sodoma & Gomorra, crebris ignibus, tonitruis, fulminibus, ſulphureisq; exuſtionibus abſumptæ & deletæ erant. Cæterum exempla eorum incommodorum atq; ultionũ dei, quæ per aëris miniſterium ſontibus inflicta fuere: non ſuppetet tempus ut recenſere pergam. Verum ut unum è multis interim oſtendam,

An non

Rom. 11. & Eſai. 40.

Elementa ut in uſum noſtrum fiunt, ſic interdum etiam in diſpendium.

Gene. 19.

Ignis.

Aër.

» An non uentus olim urens leuauit locustas quæ ascenderunt su- Exodi.10.
» per uniuersam terram Aegypti, uastãtes omnia, & deuorata est
» herba terræ & quicquid pomorum in arboribus fuit, quę gran-
» do dimiserat, nihil quoq; urens relictum est in lignis & in herbis
» terræ in cuncta Aegypto? Quis enim adeo humanarum rerum
imperitus existit: ut nesciat, quot homines, quot pecudes, quot
fruges & arborum fœtus, aër sua corruptione & contagio infe-
cit & perdidit: quantumq; preterea mali turbinibus, uentis, pro-
cellis, aliisq; huius generis, aeris infestatiõibus, mortalium rebus
inuectum est? Aquam sæpenumero immorigeros atq; transgres- Aqua.
sores præcepti diuini ultam fuisse, testis esse potest historia Ionæ
prophetæ: qui iussus adire Ninuitas & illis denunciare exitium
illud quod iam pro peccatis eorum imminebat, conscensa naue
parabat aliò ire. Mox suborta tempestate maxima, non dubita-
uit propheta dei inter medios nautas pronũciare id periculi, sui
» solius causa ingruere, ita aiẽs. Mittite me in mare & cessabit ma- Ionæ.1.
» re: scio enim quia propter me hæc tempestas grandis est super
» uos. Idem etiam & terra uindice factum est, quãdo ipsa, ut sacra Terra.
» scriptura meminit, Dathan, Abyron & Chore absorptu suo de- Numer.16.
» glutiuit. Vt taceam interim quot hactenus in hodiernum usq; diẽ
ciuitates, oppida, castella, uicos, domos, cæteraq; id genus tum
ędificia, tum agros: terra tremoribus suis ac motibus repentinis
funditus euerterit. Videtis itaq; quot & cuiusmodi instrumentis
ad malos puniẽdos utitur deus maximus & item optimus: utpo-
te qui non raro, uti ex prædictis satis liquere opinor, creaturas
ipsas quas ad usum bonorum condidit, uertit in improbor̃ per-
nitiem. Id quod cotidiana rerum experiẽtia nos satis superq; do- Principes ac magnates reddent rationem pro populo.
cet. Neq; arbitrandũ est plebis solummodo delicta in causa esse,
cur tot aliquoties malis affligatur populus & aduersitatibus op-
primatur: sed & principes uiros, ac magnates, quorum interera
prospicere nequid detrimenti caperet res publica, autoritateq;
coercere effrænes populi motus, horum malorũ materiam præ-
buisse scriptura testatur. Qui nisi uigilantissime gregi suo studi-
ose gubernando institerint: nunq; euadent, quo minus & sui & sũ &

populi ſcelus grauiter luant, pro quo & illis reddenda ratio fuerit. Et proinde omnes reges ac populi gubernatores regius propheta Dauid ita admonitos uoluit. Non ſaluatur rex per multam uirtutẽ, & gigas nõ ſaluabitur in multitudine uirtutis ſuę. Quapropter quiſquis (procurante diuina prouidentia) ad faſtigium regium & populi regimen accerſitus eſt, ad dominum atq; eius honorem & beneplacitum quicquid agat referẽdum curet: ſpes ſua tota in deo collocata ſit, ſit deus tota fortitudo ſua, ſit deus robur & potentia brachii, neq; aliam imperii ſui firmidinem cõſtituat q̃ ipſum deum, cũ quo omnia poteſt & ſine quo nihil, quantumuis alioqui ſibi ualens & præpotens uideatur. Hunc itaq; inſtantibus precationibus ſibi placabilem & propitium efficiat, in hunc uelut in unicum totius fœlicitatis ſcopum ac finem omnes actiões dirigat, hic ſolus ſibi ſumma & præcipua defenſio & patrociniũ eſto. Sémperq; mẽtem tuam ſubeat ſalubris illa & tempeſtiua pſalmographi admonitio, quam paulo pridem aſcripſimus, nempe iſtam Non ſaluatur rex per multam uirtutem: nec gigas ſaluabitur in multitudine uirtutis ſuę. Gigantes autem ſunt genus quoddam hominum immanis cuiuſdam proceritatis ac magnitudinis: quales ſacra hiſtoria olim ſub primis mundi primordiis ſuper faciem terræ fuiſſe commemorat, prę ferocęs, uiolentos, ac maximos diuini numinis contemptores: multum ſibi ac uiribus ſuis arrogantes, ac ſeſe impie aduerſus deum extollẽtes, quaſi ipſi per ſe & ſua potentia aliquid magnum & egregiũ forẽt. Hos & horum ſimiles, qui id quod à dei gratuita benignitate acceperũt non agnoſcẽtes, ſuis meritis aut uiribus aſcribũt: negat propheta multitudine uirtutis ac roboris ſui ſaluos futuros. Cęterę quo magis ſibi criſtas erigat & ſuæ temerarię fortitudini cõfidat, habet fortaſſe huiuſmodi uiriũ ſuarę iactator equũ aliquẽm grandiorem, ualidiorem ac uelociorẽ, qui robore corporis & pedum pernicitate cæteros omnes lõge antecellit: cuius præſidio frenus, arbitratẽ ſe tutum & incolumẽ futurum, ſi quod forte periculoſius diſcrimen aliquando ingruerit. Verum ſiue in curribus ſiue in equis, ferratis armorum telis, aliiſq; id genus bellicis

Pſalm. 32.

Principes in deũ ſpem ponant.

Expo.

Gigantum ſuperbia.

Neque ſalus neque uictoria ex homine aut equo ſperanda eſt.

B

bellicis instrumentis fiduciam suam atq; spem salutis suæ sine deo collocet: certe lõgissime fallitur, atq; tota (quod aiunt) uia à recto
» scopo aberrat. Quod, nisi audire grauabit, facile ab eodẽ pro-
pheta discere potest, ita inquiente Fallax equus ad salutẽ. Quan- Ibidem.
do quidem nisi aliud tutius adinuentum affuerit, nisi deus tutatri- Expo.
cem manum suam apposuerit, frustra ab equo speratur salus: ut-
pote qui salutem ac tutelam corporis tui ex se neutiq; promittere
ualebit, aut si promittere uidebit, certe quod promisit, minime
præstare potest: sed quum tibi maxime opus fuerit, tum tibi mẽ-
tietur maxime. Quia hęc res in dei manibus, non in equi uiribus
posita est; si deo uisum fuerit, facile ab omni periculo liberabe-
ris, etiam uel citra equum. Si uoluerit ipse facile præstabit, ut ca-
dente equo tuo, ipse minime ceciderís. Sed hoc loco forsitã que-
» ras quid hoc sibi uult, quod ait propheta Fallax equus ad salutẽ?
An unq; tibi equus tuus salutem pollicitus, mentitus est & fefellit
promissum suum? An unq; fando auditum est equum loquutum
» fuisse, ac sessori suo salutem promisisse? Asinum Balaam harioli Numer. 22.
» legimus aliquando uerba protulisse atq; cum hero suo de iniuria Asinus Balaam
» sibi illata expostulauisse: at equum sermone donatum nusq; nec loquutus olim.
audiuimus nec legimus. Non ergo ea de causa dicit fallax equus,
quasi uerbis aliquid magnũ pollicitus sit ac deceperit: sed quod
confidentia animi tui, quã de propriis uiribus, de armis & equis
bellicosis concepisti, plerumq; tibi imponit. Vides equum tuum
belle compactũ, uiribus ac robore corporis præsignem, magna
pernicitate prædium, currendo nulli secundũ: quæ omnia, quo-
ties aliquid periculi aut formidinis instat, forsitan tibi plus æquo
eblandiuntur, salutemq; quandam ac securitatem tibi ingerunt.
Tamẽ quum iam ad extremum peruentum est, fallit te equus tu-
us cæteraq; omnia machinamenta quæ tibi tutelam polliceri ui-
dentur: nisi tibi aliunde proficiscatur auxilium, nempe in nomi-
ne domini, qui fecit cœlũ & terram. Qui olim ut declararet in-
uincibilem gloriam suam, & simul ostenderet omnem potẽtiam
» humanam sine eo nihil penitus præualere posse: proiecit equum
» & sessorem in mare, Pharaonem cum toto exercitu aquis uindi- Exodi. 15.

catricibus ſubmerſit. Vnde ergo homini ſperanda eſt ſalus? In
multitudine uirtutis ſuæ? Non. Non in uirtute brachii ſui, non in
honoribus huius ſæculi, non in uana huius mundi gloria, non è
ſtrepitu diuitiarum aut ſplendida rei domeſticę ſuppellectile, nõ
in equis bellicoſis, non robore corporis aut membrorum firmi-
tate, aliiſq; hiſce ſimilibus, unde corpus ornatur uerius q̃ exco-
litur animus. Siquidem non iſtos, qui tantum ſibi & potentiæ ſuæ
tribuunt, ſed alios ſibi ipſi diffidentes ac ne deum offendant me-
tuentes, totoſq; diuinæ miſericordiæ ſeſe dedentes, deum reſpi-
cere: ſatis indicat locus ille qui mox in eodem pſalmo ſequitur,
Ecce oculi domini ſuper timentes eum: & in eis qui ſperant ſu-
per miſericordia eius. Legiſ ſubinde in ſacris literis, principes,
proceres atq; populi rectores, non ſemel luiſſe pœnas pro deli-
ctis & erroribus promiſcuę multitudinis: quemadmodum è con-
trario, & plebs etiam aliquando negligentiam ac peccatum ſuo-
rum principum luunt. Quod & propheta pulchra ſimilitudine C.
inſinuauit dicens Comedit princeps uuam acerbam: & dentes
populi obſtupuerunt. De rhamno ignis egreditur, & cedri liba-
ni deuorantur. Quod ut in aliis non paucis conſtat contigiſſe: ita
& in Dauide rege & propheta hoc noſtro potiſſimum cõtigiſſe,
regum hiſtoria commemorat. Nam quum ipſe multitudine po-
puli ſui ſuperbiens inſoleſceret, adeo ut gloriabundus populum
ſuum dinumerari faceret: qua iactantia ita deus offenſus eſt, ut
ob regis delirium ſeptuaginta millia è populo ſuo graui afflicti-
one percuſſit. Similiter & quũ peccaſſet Achor ac graui offenſa
deum à ſe alienauit: tamen à expiandum illius flagitium, nõ ipſe,
ſed populus anathemate percuſſus eſt. Eodẽ modo quo tempo-
re Gad & Ruben cum dimidia tribu Manaſſe in terra Chanaan
altare ſacrilegum ædificarunt: ipſis ſacrilegii autoribus impune
euadentibus, ira tamen & indignatio dei in immerentem popu-
lum ſæuiebat. At contra, quum Iſraël cum mulieribus Madia-
nitis ſcortationem ac fornicationẽ exercuit: nõ populus qui fa-
cinus cõmiſerat, ſed principes ac prȩfecti qui populo prȩerant,
mulctati ſunt, cõtra ſolẽ in patibulis ſuſpẽſi. Moſes itẽ & Aaron
qui in

Quis deus miſericordiæ re ipſa. & quis non?

Pſal. 32.

Aliquãdo peccata populi principes luut, & cõtra, principum populus.

Hoſee. 12.

Iudicum. 9.

Dauid.

2. Reg. 24.

Achor.

Gad.

Ruben.

Moſes.

qui in populo dei meritis & officiis præeminebāt ob multitudinis impetum apud aquas contradictionis, ab introitu terræ promissiōis prohibiti sunt. Sic & Heli quoq; propheta & sacerdos, pro filiorum suorū transgressione & uita dissolutissima quam emendare potuit & nō fecit, subito casu ad mortem usq; plectebatur. Heli.

Quare caueant principes & magni uiri, ne priuatis uiribus freti nimium cōtra deum insolescant: qui ut ubiq; humilibus dat gratiam, ita omnino superbis & fastuosis resistit. Nam hic solus ille est qui hactenus per tot annorum millia, semper deposuit potētes de sede & exaltauit humiles. 1. Petri. 5. Luc. 1.

Quot quæso rebelles reges & duces id sibi uelut suo iure uendicantes, quod ex mero & gratuito dei dono acceperunt: in libris bibliacis memorātur à summo rerum fastigio ad extremas ærumnas depositi à deo iusto uindice elatarum mentium. Nec alia de causa submersit olim & penitus extinxit pertinacissimum illum diuini numinis contemptorē Pharaonem. Sicut & superbissimum ducem Holefernem, post tot uictorias iam triumphum adornātem: per imbecillem & uiduam illam mulierculam Iudith capite obtruncari fecit, atq; sic misere à tanta pompa & ducatu misere deponi. Idem etiam exitus alios reges postea subsequutus est: nempe Senacherib, Nabuchodonosor & Balthasarum, qui quondam tyrannice sæuiebant in captiuum dei populum. Quin & Abraham quoq; dei fauore & auxilio fretus, quinq; reges captiuos cæpit, atq; sub ditione sua tenuit, ut in historia Geneseos fusius patet. Quod si nostræ ætatis exempla magis forte nos permouent, an non hisce superioribus annis potens ille Scotorum rex Iacobus, Angliam nostram hostiliter & uiolato fœdere & fide ingressus, cū magna parte procerum suorum & exercitus in bello interfectus: nec sine magna rerum suarum ac apparatus bellici iactura? An nō & ille alius Dacorum rex Cristiernus altero non paulo potentior à suis magnatibus è regni finibus penitus expulsus? An non modo superiori die etiam illustrissimum ac potentissimum illum Gallorum regem Franciscum passus est deus Veronæ in captiuitatē deuenire, atq; illius etiam populum multa strage & occidione Pharao. Holefernes. Senacherib. Nabucho donosor. Balthas. Gene. 14.

affligi? Neq; hæc ob aliud forsitan contingere q̄ſq; ſibi & potē-
tiæ ſuæ nimiū confidi ſunt, nec ſatis meminerūt q̄ uere dictum ſit
à duce Machabæo: uictoriam belli in multitudine populi mini-
me conſiſtere, ſed è ſupernis ſedibus ad nos proficiſci oportere.
Et quid hæc omnia niſi manus dei? & documenta quibus mundū
admonet, quo ſe agnoſcat & reuereatur? quo ſciatur q̄ Non ſal-
uatur rex per multam uirtutem: & gigas non ſaluabitur in mul-
titudine uirtutis ſuæ? Porrò deus quemadmodum interdum be-
ne fortunat bella principum, quoties uidelicet pro defendenda
patria & CHRISTI religione iuſtam bellandi anſam arripi-
Pſal 143. unt, quod & Dauid deū ſibi præſtitiſſe teſtatur dicens Qui do- »
cet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum: ita ali- »
quando, quoties iniquas pugnas excitant, quoties non conſulto
Pſal 75. deo omnes res ſuas ſuo arbitrio gerunt, Aufert deus (ut idem af- »
firmat) ſpiritum principum. Vnde fit ut non raro audiamus eos »
ueluti cęcos, pronos in ſuum præcipitium incurriſſe: adeo ut fre-
quenter innocēs populus, ſcelus ſuorum magiſtratuum & ſupe-
riorum non ſentiat tantum, ſed etiam grauiſſime interdum luat.
Quemadmodum & contrario modo ſæpenumero uſuuenire ui-
demus: ut hi qui populo præſunt, pro populi impietate pœnas
Moſes. dent, quod & paulo ſuperius à nobis explicatum eſt. Sic Moſes
Aaron. & Aaron (ut ſupradiximus) qui inter populum Iſraëliticum lon-
giſſime tum officio tum merito cæteris præeminebāt: propter
inſanam populi tumultuationem & impetum apud aquas cōtra-
dictiōis, fruſtrati ſunt ingreſſu in terram promiſſionis tandiu &
per tot rerum diſcrimina ſummis uotis expectato. Verum qua-
re hęc ita fiant, quare principes & primores uiri pro populi fla-
gitiis ſupplicia ferant & econuerſo: opinor potius id diuino cō-
ſilio relinquendū, q̄ ut hic anxie diſputemus de tantę rei magni-
tudine. Quanq̄ quod ad æternam damnationem uel ſalutem at-
tinet, haud dubie unuſquiſq; portabit iniquitatem ſuam & onus.
Quum & ipſe dominus per prophetam ſuum polliceatur futu-
Ezech. 18. rum: ut nec filius portet iniquitatem patris, nec pater filii. Hanc
Expo. itaq; temporalē oportet eſſe punitionem, quę alioꝝ uice ſubitur:

niſi

nisi forsitan tu in causa fueris cur ipsi peccauerint, uidelicet dissimulans peccata gregis tui, siue filiorum siue famulorum quæ per te correcta esse oportuit, aut, quod deterius est, eos ad peccandū instigas, pro quorum animabus tibi reddenda est ratio. Certe in tali casu scito animam pro anima reddendam: utpote quorum sanguinem deus è manibus tuis requiret. Sed utinam aliquando principes pariter & populus, ut episcopi cum toto clero uelint communi assensu peccata sua agnoscere, agnitaq; sic deplangere & lamentari ut misericordiam dei quam peccando exasperarunt, mereantur pœnitendo reuocare. Atq; hic est ille fletus ad quem nos prouocat dominus per prophetam Esaiam dicentem,

Vnusquisque portabit iniquitatem suam.

» Vocat nos deus ad fletum, ad planctum, ad caluitium, & ad cin- *Esai. 22.*
» gulum sacci. Vtinam utinam tum proceres tum plebei, omnesq; communiter homines summæ, mediæ, aut infimæ sortis in sese descenderent, & indicarent aut saltem anxie metuerent se tantarum afflictionum occasionem præbere: cuiusmodi cotidie apud nos regnare uidemus, & apud alios audimus quotidie increscere. Vtinam unusquisq; nostrum cum Dauide rege se humiliaret & agnosceret peccatū suum, deumq; precaretur ut in se conuerteret ictum uindictæ suæ, nec in reliquos qui neutiq; peccaue-

Agnoscat quisque peccatum proprium.

» runt sęuire uellet, ita cum eodem inquiens In me conuerte gladi- *2. Reg. 24.*
» um tuum: ego sum qui peccaui. O si uniuersus populus Christianus siue magistratus sint siue priuati, sese cum Niniuitis peccati & miseriæ accusarent: suam iniquitatem miserabili planctu, lamentis, ac tristi clamore testarentur: & sic sacco, cinere, ieiuniis, ac aliis pœnitentiæ operibus, à se utcūq; deflecterent ac declina-
» rent imminentem dei iram. Vtinam cum illis clamitarent Quis *Ioel. 2.*
» scit si cōuertatur & ignoscat deus. Porrò Esaias promittit fore, ut dominum clementissimum inueniamus: siquando peccata nostra ingemiscere incipiamus. Apud quē prophetam ita scriptū
» comperimus Conuertatur unusquisq; à uia sua mala, & pœnite- *Hierē. 26.*
» bit me mali quod cogitaui facere eis propter maliciam studiorū
» eorum. A quo non dissonat & illud Ezechielis Si impius egerit *Ezechi. 18.*
» pœnitentiam ab omnibus peccatis quæ operatus est, & fecerit

iudicium & iuſticiam: omnium iniquitatum eius quas operatus »
eſt, non recordabor. Atq; utinam ſacerdotes, quorum officium »
eſt pro peccatis populorum intercedere, uellent piis lachrymis
& interpellationibus dñm ad miſericordiam prouocare. Vtinã
nos ſacerdotes nouę legis cum ſacerdotibus ueteris legis plora- »
remus inter ueſtibulum & altare: hoc eſt, inter altare incenſi & »
thymiamatis, ubi auſpicabantur ſacrificium: & altare holocau-»
ſtorũ, ubi conſummabatur incœpta hoſtia. Hi inter hæc duo al-»
taria profuſis fletibus nunq; ceſſabant pro populo peccante ue-»
niam opplorare, ita perpetuo clamitantes Parce domine, parce »
populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in obprobrium ut do-»
minentur eis nationes. Atq; hæc præſtabant ſacerdotes ueteris
legis: qui non erant aliud q̃ umbra quædam & figura ſacerdotũ
illorum, qui iam in noua lege ſucceſſuri eſſent. Illi autem agnos,
uitulos atq; alia id genus animalia una cum ſanguine illorum, pro
ſuo & populi peccato offerebant: at nos libamen his omnibus
multo efficacius cotidie eadem de cauſa delibamus, nempe illud
unicum & uerum ſacrificium & holocauſtũ, quod per hæc præ-
dicta præfiguratum erat. Illi ſanguinem hircorum, taurorum &
uitulorum domino deo offerendum curabãt, umbram uidelicet
& typum illius ſacroſancti ſacrificii quod nos nunc pro peccatis
deo patri offerrimus: ipſum uidelicet uerum corpus & uerũ ſan-
guinem domini noſtri IESV CHRISTI. Cæterum quum E.
illa holocauſtomata & uictimæ illæ umbraticæ & figurales po-
pulum Iudaicũ ſanabant, & à uariis corporis atq; animę langue-
ribus percurabant: quanto uerius & efficacius idem facturũ eſt
hoc ſaluberrimum & ineffabile ſacrificiũ, quod CHRISTVS
ipſe in aliud non inſtituit, q̃ in ſalutẽ populi ſui & redemptionẽ
animarũ? Voluitq; hoc idẽ pro hoc fine quotidie immolari per
ſacerdotes nouæ legis qui curã animarũ in humeros ſuos ſuſcepe
runt. Illi ueteres ſacerdotes quando nullam prorſus animarũ cu-
ram gerebant, tamen omni ſtudio & diligentia enitebantur, ut
populum ſuis precationibus & ſacrificiis ab inſtante uindicta li-
berarent atq; diuinæ clæmentiæ reconciliarent: quanto igitur
acrius

Deuotio & diligẽtia priſcorum ſacerdotum.

Ioelis. 2.

Ibidem.

Officium & onus ſacerdotũ nouæ legis.

acrius nobis ad idem præstandum inuigilandum est, qui non solum curam animarum susscepimus, sed etiam pro illis strictissimã
, rationem reddituri sumus, utpote quorum anima pro anima re- Exodi. 21.
, ponenda est, non secus q̃ sanguis item pro sanguine. Quemadmodum & ipse dominus apud prophetam pastori cuilibet com-
, minatur, inquiens Erit anima tua pro anima illius: & sanguinem Ezechi. 3.
, eius de manu tua requiram. Vtinam & nos, qui sacerdotii ministerio & munere fũgimur, uelimus aliquando cum Mose montẽ conscendere, atq; erectis ad deum tam cordibus q̃ manibus, mi-
, sericordiã dei pro populi erratis efflagitare: ut deus ipse qui non Idem 33.
, uult mortem peccatoris, sed magis ut conuertat & uiuat, dignetur plebi suæ propitius esse quo possimus illius gratia adiuti, cõtra capitalem illum antiquum hostem nostrum Amelech prœualere qui diaboli typũ gerit: contraq; omnia mortalia uitia ab illo hoste nobis in hoc iniecta ut nos spiritualiter occidat. Tunc ma- Deus uictoriã dat & fugam.
gis propitius erit deus & dabit nobis superiorem manũ de hostibus nostris: quia ipse est qui & bellum dat & pacem, fugam & uictoriam, sanitatem & infirmitatem, diuitias & paupertates, a-
, bundantiam & penuriam: quia ipse est in cuius manu cũcta sunt
, posita, In cuius manu sunt oẽs fines terræ. Timeamus ergo hunc Psal. 94.
deum, quod nisi fecerimus, nisi acta pœnitentia improbatam uitam citius emendauerimus: nõ dubitandum est quin uindex illa gloria dei & manus ultrix breui in nos inerudescet. Nemo nãq; Vindex manus dei super peccata.
est qui nõ uideat quomodo deus cotidie mortalium flagitia multis modis affligit: nunc peste, nunc penuria rerum, aliquando fame, aliquando graui egestate & pauperie, sæpe bello & hostili gladio, sæpe sanguine & dira strage populi, sæpe denicq; omnifaria calamitate & miseria. Quare si meum consilium in hoc periculo sequi uelitis, hortarer in communi uos oẽs: ut unusquisq; timore domini corripiatur ac metuat, ne maius aliquod aut atrocius malum nos occupet q̃ unq̃ ante hac maiores nostros occupauerit. Præsertim quũ illos malignitate & iniquitate longe anteimus: quum scelera nostra tum abundantiora tum maiore horrore digna existimanda sunt, q̃ fuere unq̃ illorũ: adeo ut si illorũ Via nostra deterior quã fuerit uita maiorum nostrorũ.

flagitia,

flagitia, quæ illis maxima uisa sunt cum hisce nostris conferantur, certe uidebuntur leuicula. Ad quod malum tollendum, equidem non aliud remedium inuenio; q̄ ut sanctum illum dei timorem induamus qui permanet inæternum. Cuius unius adminiculo fieri posse facile contenderim: ut perspecta dei indignatione, aliquando resipiscamus ac uitam in melius emendemus. Hinc enim incipiendum est, ut facinorosa facta nostra agnoscamus: si-
Psalm. 110. quidem uel propheta teste Initium sapientiæ timor domini: Q̄ ,
si commoda illa, quæ hunc timorem comitantur, scire uelis: pro-
Psalm 24. phetam audi ita prædicantem Timentes autem dominū (inquit F.
Psalm. 33. ille) glorificat. Et alibi, Non est inopia timentibus eum. Quare ,
adigat nos huc aliquando saltem uel timor diuini numinis: ut nō sit nobis molestum flagitiosam uitā emendare, ut corruptos mores imposterum mutemus, ut à deo incessanter imploremus ueniam, ut nos immensæ dei misericordiæ submittamus, ut ad pœnitentiæ portum humiliter ac totis conatibus contendamus, ut rebellē carnem nostram omnigenis afflictiōibus perdomemus, ut peccatis nostris deum grauiter offendisse, non agnoscamus tantum, sed iudicemus etiam ex animo. Quoniam ut Apostolus
1. Corin. 11. ait, Si nosipsos iudicauerimus, non utiq̄ diiudicabimur. Si uero ,
Si nos non iudicauerimus, deus iudicabit. in hūc modum non fecerimus, si de nobisipsis pœnas nō sumpserimus: certe nusq̄ effugiemus quo minus nos puniat & afflictet deus. Neq̄ ulla ex parte iustam dei iram effugiemus, quin ipse atrociora, terribiliora & acerbiora in nos immissurus sit, quæ nos multo acrius flagellabunt magisq̄ importabilia erunt: nisi quod concedat ipse deus, citius culpas nostras & uitia corrigamus. Vsqueadeoq̄ nulli hominum conditioni parsurus est: nulli ætati, nulli sexui, nulli ordini aut dignitati ignoscet: ut sine omni controuersia tum sentient mortales omnes id multo uerius esse
Littera. q̄ uellent, atq̄ sic punientur, q̄ Timebūt nomen illius & gloriā, ,
Tūc enim tantus erit timor iste, tā longe lateq̄ per oēs natiōes & populos euagabit: ut nullus oīum futurus est, qui huius timoris expers sit futurus. Nā sic gētes oēs peruadet: ut ne sūmos quidem reges omittat intactos. Vnde & ,ppheta hic noster uelut causam

quandam

quãdã & rationẽ huius tãti timoris ĩdicaturus: ita ſtatĩ ſubinfert

QVIA AEDIFICAVIT DOMINVS SION ET VIDEBITVR IN GLORIA SVA. Porrò, dñs ipſe ſuperiorem Sion ex Iudæis pariter & gentibus ædificauit, quãdoquidem ſine omni diſcrimine uocati ſunt omnes ad communẽ fidei participationem & ſocietatem ſalutis æternæ: quamuis tamen non omnes qui uocantur, uenire uolunt. Veniẽtibus autem ad hanc fidei uocationem, uarias quidẽ, ſed tamen æternas manſiones in cœlis præparat atq; exſtruit pater ille cœleſtis in Sion illa ſublimi: iuxta modulũ dignationis ſuæ & merita uniuſcuiuſq; quibus deo commendantur. Nam de præparatione, ædificio, & conſtructione inferioris Sion, id eſt eccleſiæ militantis: aliâs nobis ſufficiẽter dixiſſe uiſi ſumus, in pſalmo uidelicet quinquageſimo ſuper eo uerſu Benigne fac domine in bona uoluntate tua Sion, ut ædificentur muri Hieruſalem. Quare de illa impræſentiarum plura dicere ſuperſedebimus: paucula de hac ſuperiori Sion, id eſt de eccleſia triumphante dicturi, & item de cœlo illo quod empyreum uocant. De hac itaq; Sion ita apud pſalmographum mentio fit, Videbitur, inquit, deus deorum in Sion. Hoc eſt dictu, deus ille qui nõ ſolum diis gentiũ ſed & omnibus omnino creaturis imperat, deus cui omne genu flectitur, cœleſtiũ, terreſtriũ & infernorum: deus ille deorum, hoc eſt Chriſtianorũ, qui utcunq; participatione diuinitatis dii appellantur, de quibus & in pſalmo ita ſcriptum habes, Ego dixi dii eſtis & filii excelſi omnes: ille, inquam, deus uidebitur in Sion, id eſt in inenarrabili gloria ſua, Nõ uelut per ſpeculũ in ænigmate, ſed plane facie ad faciem. Quod & hic facerrimus pſaltes animo ſuo reuoluens, ac ſpiritu prophetico preuidens futurũ: ita uaticinatus cecinit, Domine in lumine tuo uidebimus lumẽ. Sed o bone deus quodnam eſt hoc lumen tuum, cuius adminiculo lumen uidebimus? Certe ſi tuũ lumen ſit, oportet eſſe omnino immenſum quoddam lumen, oportet eſſe lumen incorporeum, incorruptibile, incõprehenſibile, immortale, inæſtimabile, inextinguibile, inacceſſibile, inenarrabile, indeficiens, increatum, diuinum: lumẽ denicp; quod & angelorum

Verſ. 17.

Sion ex iudæis & gẽtibus ædificatur.

Pſalm. 50.

Deus noſter deorum deus. Pſalm. 83. Expo. Philip. 2. Chriſtiani dii appellantur.

Pſalm. 81.

1. Corin. 13. Expo.

Pſalm. 35. Expo.

Lumen luminis dei quid?

angelorum oculos illuminat. Quod & nostris quoq; oculis, post exutas huius corporis tenebras, lumen uerum infundet: quo fiet ut in lumine tuo aliquãdo lumẽ uisuri simus. Etenim in CHRI- G.
ST O uidebimus admirandum deitatis lumẽ, in filio uidebimus patrem, in patre filium: atq; in utroq; spiritum sanctum. Quemadmodũ & CHRISTVS dominus in suo euangelio respõ-
Ioan 14. det Philippo postulãti, ut ostẽdatur sibi pater: Philippe, inquit, qui uidet me, uidet & patrem meum. Proinde facile fieri posset, ut tua gratia & misericordia freti, te qui es inexhaustũ & incorruptibile lumen, in lumine & splendore uultus tui uideamus: non cæcutienter & quodammodo caligantibus oculis, sed plane facie ad faciem, sicuti ipse iam es in gloria maiestatis tuæ resplendescens. Id quod etiam apostolus Paulus suo testimonio corro-
1. Corin. 13. Expo. borat, ita inquiens. Nunc autem cognosco ex parte: tunc uero cognoscam sicut & cognitus sum. Quod perinde uidetur, ac si diceret. Sicut nunc deus integre & absolute cognoscit essentiam
Cognoscere sicut cognitus sum, quid sit nostram & hanc fragilem humanitatem: sic & nos ipsi aliquando in gloria dei participes recepti, illius essentiam, hoc est inaccessibilem diuinitatis lucẽ, clare & illæsis oculis intuebimur. Attamen particula illa, sicut, apud Apostolũ non importat æqualitatem cognitionis: sed dũtaxat similitudinem quandam etiam lõgo interuallo distantem. Vt hic sit Paulini sermonis sensus, Nũc ex parte cognoscimus, id est obscure & imperfecte: tunc autem cognoscam sicut cognitus sum, hoc est absolute & præsentialiter, præsens apud præsentem. Nam cognoscere sicut cognitus
Videre ad faciẽ videre, quid sit sum, est iuxta ipsam ueritatem & gloriam dei, deum cognoscere: uidelicet cognoscere eum facie ad faciem, cognoscere potentiam patris, sapientiam filii, atq; incomparabilem bonitatem & clæmentiam spiritus sancti: cognoscere ipsam deitatis unitatem in trinitate & uicissim trinitatem in unitate, postremo & cognocere ipsam infinitam & ineffabilem deitatis subsistentiam, essentiam & substantiam. Quod tum fiet quando licebit nobis uidere glorioßissimam faciem dei & splendorem uultus illius: cuius fruendi facultas, haud dubie summum illud bonũ est & illustrissima

gloria

gloria dei, qua semel apparente satiabimur. Videre faciem dei, est illud summum bonum, illud incredibile gaudium angelorum & sanctorum uirorum desideratissimum prẽmiũ, gloria, decus, & ornamentum, cœlestium spirituum, summa omnium supernarum creaturarũ lætitia, & exultatio sempiterna: erit corona decoris & incorruptibilitatis, palma & brauium fœlicitatis nunq̃ finiendæ, pulchritudo pacis, interna quietudo & gaudium, erit & uita uera, uita beata, uita fœlix, uita æterna: atq; ut semel finiã, erit sane absolutissima illa beatitudinis plenitudo, ac consummatissima deniq; æternitatis possessio. De qua pacatissima tranquilitate Paulus ita mentionem facit, scribens ad Philippenses. Pax dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra & sensus uestros per CHRISTVM IESVM. Quid autem illic deesse potest aut desiderari, ubi hoc beatificũ lumen uisurus est? Quid bonæ rei abesse poterit, ubi est absolutissima fœlicitatis æterna gloria? Quid ibi deesse poterit, ubi uiget illa beatitudo ad quam summis uotis anhelamus omnes? Quorũ defectum sentiemus, quũ semel illuc uenerimus: ubi natura mortales immortalibus, angelis similes futuri sumus? Nõ autem q̃ illis similes erimus in substantia, sed q̃ eiusdem beatitudinis efficiemur consortes, eiusdem incorruptibilitatis & gloriæ participes futuri. Qz solidum gaudium, q̃ inæstimabilis iubilatio illic (ut opinaris) futura est: ubi fulgebũt iusti sicut sol in regno patris dei? Cuius lætitiæ illic erit inopia, ubi nulla prorsus erit tristitiæ admixtio? nullus doloris sensus, nullus sudor aut laboris molestia, nullus metus aut miseria, nulla inuidentiæ aut malitiæ tortura, nullum morbi genus, nullus languor aut ægrotatio, nulla ægestas aut penuria, nulla fames, sitis aut inedia, nihil deniq; inimicitiæ, hostilitatis, aut incõmoditatis? Vbi nullum est frigus, nullus æstus, nulla corporis lassitudo, nulla inimici tentatio, nulla peccandi uoluntas, sed nec delinquendi possibilitas? Quid tibi deerit ubi est iocunditas infinita, beatitudo sempiterna? nihil illo loco magnificentius, nihil gloriosius, nihil clarius, nihil pulchrius, nihil uerius, nihil syncerius, nihil gloria illa copiosius. Cuius enim rei defectus illic

Philipp. 4.

Nihil deerit in cœlo quod bonum est.

Matth. 22.

1. Cor. 13.

Deus est tibi omnia.

sentiri possibile est, ubi est gaudium infinitum: ubi est summa illa fœlicitas & beatitudo, ubi deus ipse, qui est absolutissima oim rerum plenitudo, tibi uice omnium futurus est: Porrò ille tibi cibus erit, quem ubi semel gustaueris non morieris in æternum: ille erit & potus, qui semel omnem penitus sitim è faucibus tuis exhimet: ille uestis erit, ille ædificiũ & domus, ille quoq; patris & matris locũ tibi supplebit: breuiter ille erit tibi uita, corona & gaudium inæstimabile: & siquod aliud est, quod desiderare poteris, hoc tibi erit ille. Sed quid tot uerbis opus est? Quid frustra eo- H.
nor hanc tam incomparabilem & immortalem gloriam mortali uoce declarare? Quid dicam de ista gloria? Quid de loco isto? Nescio, nescio, penitus nescio. Defecit in me spiritus meus quãdo de eo excogitauero. Nam de loco isto & ciuibus eiusdem, ita

Psalm. 35. Expo.

ait propheta Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Expone propheta, expone. Declara quid sentis per hæc uerba, loqueris enim in ænigmate, in nube, & in abscondito: loqueris uerba ignota, loqueris nescio quid, loqueris de ebrietate quadam, loqueris de temulẽtia domus cuiusdam, loqueris de torrente quodam & amne uoluptatis, de fonte uitæ: loqueris de lumine nescio quo, in quo asseris nos lumen aliud uisuros. Videris ut rem nobis enarres: quam tamen uerborũ inuolucris & uelamẽtis obscuras, ut quid sentias, comprehendere nequeamus. Sed facile excusari potes, q̃ id quod in animo uersaris, adeo arduum est & tam lõge supra omnem captum humanum: ut neq; ipse, qui tamen spiritus sancti ductu loqueris, potes ad unum explicare quod sentis: neq; nos ad tantum mysteriũ capescendum idonei simus. Quin & illud insuper audeo dicere & constanter affirmare, q̃ si ipsi sancti angeli & purissimi illi spiritus, qui ab omni corporea feculẽtia & corruptela alieni sunt, aggrederẽtur linguis suis hanc tantam rem nobis declarare, quam hoc uersiculo proposuit hic sacer psalmorum scriptor: audeo inquam, dicere nec ipsos satis idoneos futuros, ut nobis tam indissolubilem nodum extricarent: tantum abest ut nos, qui tãta corporis huius caligine obsecamur, tantæ difficultati intelligendæ

Quam ardua sit res declarare cœlestia.

pares

pares ſimus. Eſt enim res adeo ardua, ut non humanæ tantũ mẽtis uires ſuperet, ſed & perſpicaciſſimum etiam angelorum intuitũ: & uſqueadeo præterea ineffabilis & omnem humanæ æſtimationis coniecturã excedens, ut ſanctiſſimo prophetæ diuino haud dubie ſpiritu afflato, non niſi ex parte & uelut per tranſennam atq; ænigmate uiſa ſit. At, quę neceſſitas adegit prophetam
» ut hac oratione ad explicandam tantam arduitatem uſus ſit: Ine- Expo.
» briabunt ab ubertate domus tuæ: & torrente uoluptatis tuæ potabis eos? Videt enim tantæ rei difficultate obſtupefactus, quæ- *Cur his uerbis uſus eſt propheta, cum de cœleſti gloria loqueretur.*
ſiuiſſe uerba quibus quod animo conceperat, apte explicare potuit. Et quoniam experimento uiderat euenire, ut quoties homines ſeſe prolixius & immodico uino inuitaſſent, ſtatim uelut lymphati ac mente capti, omnium rerum imò & ſui ipſorum quoq; obliuiſcerentur ut ne ſeipſos interdum agnoſcerent: hęc & ſimi- *Similitudo.*
lia ſecum reputans propheta, continuo memor fieri cœpit, quibus potiſſimum uerbis rem ſuſceptam patefaceret. Quãdoquidem quum eò uentum fuerit, ut ad hoc gaudium & gloriam interminabilem nobis proficiſcendũ ſit, tunc quodammodo peribit ac plane ſtupeſcet mẽs humana: dum diuinitus afflatur, dum rapit ac in diuinam quandam naturam tranſmigrat. Quare Dauid hunc diuinum raptum mente prævidens, conſideranſq; qua- *Qualis ebrietas eſt in cœlo!*
les tum futuri ſumus quum diuini uultus contemplatione freti,
» deum facie ad faciem uidebimus: non potuit ad rem ipſam pro- 1. Corin. 13.
» pius exprimendam alio uocabulo uti, q̃ uinolentiæ aut ebrietatis uoce, Inebriabuntur inquiens ab ubertate domus tuæ: & tor- Pſalm. 35.
» rente uoluptatis tuæ potabis eos. Quum apud te eſt fons uitę &
» in lumine tuo uidebimus lumẽ. De hac eadem ebrietate & in alio
» quodam pſalmo loquutus idẽ propheta, ita ſubnectit Calix me- Pſalm. 22.
» us inebrians q̃ præclarus eſt: Certe iſtum inebriantem calicem Expo.
non arbitror aliud eſſe q̃ incredibile illud cœli gaudium, quo nõ *Calix inebrians quid?*
aliter rapiemur ſtupefacti, q̃ ſi largo mero uſq; ad mẽtis alienationem eſſemus epoti. Et ſane illud epitheton, illa uox, illud adiectiuum inebrians, appoſitiſſime adiectum eſt: quũ non raro contigiſſe audiuimus, ut multi pii homines, dum de hac futura gloria

(quam & in corpore adhuc, animo tamen utcunq; cernebant) cogitantes, subitaria extasi rapti sunt ac uelut diuino amore ebrii facti, omnium harum rerũ immemores facti, itaq; attoniti, ut protinus omnium terrenarum rerum, amicorum omnium, parentũ, imò & sui ipsorũ oblíti sint. Adeo ut etiã post raptũ quãdo uires ingenii sui collegissent, penitus recusarent uniuersa huius mundi lenocinia & blandimenta, propter deum: quem solum deinceps assidua contemplatione præmeditari cogitabant. Vnde sæpenumero factum uidemus, ut pater quispiam huc properans, extato prorsus omni affectu humano, filium suum reliquerit: ut filius item patrem, ut mater filiolam, ac illa uicissim matrem. Nec semel usum fuit, ut maritus uxorem suam penitus desereret à CHRISTI gloria auocantem, & similiter illa uirum: ut & nurus etiam socrum suam, & ecõuerso. Et qui ita affecti sunt, poterunt uere cũ Paulo dicere Nostra cõuersatio in cœlis est. Et rursum cum eodem, Cupimus dissolui & esse cum CHRISTO. Nõnulli uero sic prolixe & affatim hoc calice sebrianť, ut seipsos pro contemptis & spretis habeant: ut uitam suam omnino negligant, ut ad mortem q̃p possint maxime festinent, ut oia tormentorum genera quantumuis atrocia aspernentur. Quo olim affectu prędíti erant & apostoli ipsi, quando ut in illorum actis legitur, Ibant gaudentes à conspectu concilii, q̃ digni habiti essent pro nomine IESV contumeliã pati. Passim legere est in historiis illis quæ martyrum supplicia complectuntur, quas & græca uoce martyrologias dicimus: innumeros penè illustrissimos atq; magnæ autoritatis uiros, multos grauissimos pariter & doctissimos senes iuuenes, adolescentulos, pueros, matronas ac delicatissimas uirgines, sic diuinæ gloriæ dulcedine inebriatos fuisse: ut pro ea obtinenda ac quo CHRISTO coniungerentur, nõ formidarint flagella, ignes, gladios, bestias, furcas, patibula, molesq; id genus tormentorum & netis instrumenta perpulisse. De quo hominum genere, & Paulus ad Hebræos huiusmodi testimoniũ perhibet, Alii uero ludibria & uerbera experti, insuper, & uincula & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tenti sunt, in occi-

Multi hoc calice inebriati, mundũ, parentes & seipsos deseruerunt.

Philipp. 3.

Ibidem 1.

Actu 5.

Hebre. 11.

K

sione

sione gladii mortui sunt. Circũierũt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti. Errantes in montibus, in speluncis & in cauernis terræ. Quibus dignus non erat mundus. Quos omnes hoc futuræ gloriæ poculum adeo inebriauerat: ut nõ sine ueriti hæc & mille huius generis supplicia, æquo & impauido animo perferre. Per calicem itaq; mensura quædam intelligitur, propterea q; deus ipse iuxta cuiusq; meritum, uel iuxta id quod capere potest, dona suæ gratiæ hic diuidit ac distribuit, ita ut alius alio dono locupletatus sit. At ibi cuilibet mensuram huius calicis distribuet iuxta merita illa, quę in hac uita exhibuit. Torrens autem impetuosior quædam aqua est ex hymbribus pluuialibus collecta, præcipitiq; cursu irruens: cuius nomine & infinita illa cœlestium gaudiorum abundantia recte & apposite significari poterit. Fons autem uitæ quid aliud q; æternitatem illius gaudii repræsentat, ita continuo quodam fluxu scaturientem: ut nunq; exiccetur sed semper recens ac de nouo semper ebulliat. Denicq; lumen notat incomprehensibilem quandam gaudii superni eminentiam: quam suis daturus est omnipotens dominus & summi rector olympi. Hic quandiu in hoc miseriq; salo fluctuamus, aliud est calix, aliud torrens, alia res fons, alia res lumen: cæterum quũ illò uenerint, eadem erunt hæc omnia. Adeo ut quod illic calix fuerit, idem erit & torrens: quodq; fons apud superos exiſtit, idẽ & lumen futurum est. Sic enim omnia illic ineffabilia extant, ut quocunq; nomine aliquid nominaueris: non erit tamen idipsum quod uocaueris. Atq; id in causa est quo minus istud præstare poteris! q; quandiu hic hoc mortali corpore grauaris, non licet ulli rei cœlesti uocabulum congruum inuenire, nec sane remanet semper sub eodem nomine. Q; si diceres q; gaudium illud cœleste, lumen solum sit: obiiceret facile aliquis ita inquiens. Quamuis lumen mihi sit, tamẽ grauiter esurire possum & sitire, possum algere & eniã nimio calore incẽstuare. Et si dixeris, si non est aliud hoc cœleste gaudiũ præter splendorem & lumen: nõ est q; aliud parem q; oculos quibus lumẽ illud beatificum cõtemplari queã. Ac ego dico ubi rursum, para fauces, para gulã, para quicquid

Calix.

Torrens quid.

Fons quid significat.

Lumen quid.

Gaudium cœleste nullo uno nomine exprimi potest.

expleri & satiari cupias: quia lumẽ illud quod tibi dico, calix est,
Calix. torrens est, puteus est, fons est, & fons uitæ æternæ. Et calix quo-
Torrens. dem est, quia inebriat, replet, satiat. Torrẽs est, quia semper un-
dis abundat, semper recens & recens ac de nouo semper scatet:
Fons. nec unq̃ exiccatur aut deficit. Præterea nomen fontis habet, q̃
in morem irrigui fontis refrigeret & confortet inde exhauriens-
Lumen. tes. Postremo & idem quoq; lumen dicitur, uel hoc nomine, q̃ o-
mnia illuminet, illustret atq; exhilaret, atq; id aspicienti ministrat,
quod ipsa maxime cupit. Vnde satis periculũ esse potest, per
hæc uaria & diuersa uocabula, multiplicia & innumera gaudia
regni cœlestis designari. Neq; hæc quę iam diximus gaudia, his
tantum nominibus quæ iamdudum memorauimus annotantur
exprimi in sacris uoluminibus: sed & aliis multis ac prope infini-
Diuitiæ. tis, quæ passim in sacra scriptura legentibus occurrũt. Interdum
enim diuitiarum nomine intelliguntur: quod & psalmographus
Psalm. 111. clare testatur quum inquit, Gloria & diuitiæ in domo eius. Non
Cibus. nunq̃ etiam & cibum dici comperio, aliquãdo quoq; & potum:
Potus. quod innuit & locus ille euangelicus, Sedebitis ad mensam meã,
Luc. 22. ut edatis & bibatis in regno patris mei. Quare quũ hæc tã ine-
narrabilia gaudia bonos uiros in futuro expectabunt: an non ter
fœlices & beatissimi putandi sunt, quos ad tantorum gaudiorũ so
cietatem intromittere dignabitur deus ipse optimus maximus?
Quapropter saluberrimum sane consilium crediderim, ut dum
adhuc in hoc uitæ stadio currimus, studeamus obnixe atq; gnaui-
ter operã demus: ut tandẽ cœlestem illum, cuius aspectus intuẽ-
tes omnino beat, in decore suo cernere ualeamus, & in illa ingesti-
mabili gloria, quæ superius est uidelicet in Sion. Si enim (ut in re-
3. Regũ. 10. gum historiis legitur) omnis terra desiderabat uidere uultũ So-
lomonis, & audire sapientiam eius: quanto impensiori studio de-
bemus nos, qui futuram beatitudinẽ adire speramus, desiderare,
Psalm. 44. inspicere & contemplari serenissimum illius uultum, qui est spe-
Expo. ciosus præ filiis hominum? Quem uultum & pur issimi illi ange-
lici spiritus uidere semper cupiunt: utpote in cuius iugi contem-
platione, absolutissima cõsistit fœlicitas. Tanti omnino momẽti

est,

est,tantæ & tam consummatę fœlicitatis est uidere deum ipsum, uidere dominum dominantium, uidere denique deum deorum in Sion. Cæterũ media & compendiaria uia unde huc proficiscendũ est, non in alia re consistit q̃ in deuota & humili oratione, q̃ in assidua & iugi diuini præsidii imploratione. De qua & statim in hoc eodem psalmo mentionem fieri uides: nimirum hoc proximo uersiculo, ubi ita scribit sanctissimus psalmographus,

L. RESPEXIT IN ORATIONEM HVMILIVM, Vers. 18.
, ET NON SPREVIT PRECES EORVM. Licet enim probi homines qui hanc uitã bene beateq̃ transigunt, præcipui huius ædificii opifices sunt & operarii: tamẽ non est quisq̃ cuiuscunq; fuerit sortis, qui ab hac ędificatiõe alienus esse debet. Quãdoquidem in magno aliquo ædificio erigendo consummãdoq̃, oportet multas quoq; adiutorum manus adesse: inter quos necessariũ est alios fossores esse, alios uectores, alios sculptores, alios latomos, alios qui quadrẽt, qui excidant, qui poliant & affabre fingant: alios præterea qui iam paratos & politos lapides rediment atq; in locos suos apte collocent. Quin adhuc quoq; opus est & aliis quibusdam, qui appositis lapidibus cementũ admisceant, omnesq; murorum rimulas liquamine aliquo oppleant, ut nihilusq̃ hiulcũ aut inane reperiatur. Et quemadmodũ nõ est unius hominis opus sed multorum, ingentem aliquam ciuitatem cõdere: sic & in hoc dei ædificio q̃uis boni & iusti uiri præcipuas partes occupent, tamẽ nihilo minus oportet unumquemuis manus suas adiutrices admouere. Quoniam si omnes sancti & integri uiri, qui uel iamnunc in cœlis cum deo degunt, uel adhuc in terris apud homines uersantur, te deo sua opera lucrandum conarentur: certe nihil quicq̃ in hoc negocio promouerint, ni ipse una cum illis manus tuas applicandas curaueris, ni ipse, quẽmadmodum Paulus monet, operaris salutem tuam. Quia ut idẽ Paulus autor est, Dei adiutores sumus. Idcirco opus est ut unusquisq; pro se operam det, ut unusquisq; pro seipso in hoc ædificio laborem strenuam nauet. Id tamen in primis curandum est, ut adsit operi uestro summus ille architectus deus: sine cuius auxilio nihil

Opus est plurimis operarijs in ædificãda Sion.

Dei adiutores sumus.

Philipp. 2.

2. Corin. 3.

Deus summus est operarius in ædificanda Sion.

prorſus ualet humana induſtria, nec ullum opus abſolui poterit.
Ioan 15. Cuius rei & ipſe in euangelio teſtis eſt, ubi ait Sine me nihil poteſtis facere. Vt itaq; oĩa recte fiant, opus eſt ut apponatur ſummi magiſtri manus, qua duce diſcamus quomodo quiduis faciẽdum ſit: quomodo ipſi lapides rudes & illaborati aut ſcindẽdi ſint aut huic fabricæ effingendi. Per illũ enim erudiendi ſumus, quo pacto & qua diligentia huic ſtructuræ inſiſtẽdum ſit. Ille eſt nec alius quiſpiam, qui bonam cogitatiõem noſtram mouere debet, qui bonum animi noſtri propoſitum, qui uoluntatem noſtram diriget, qui perficiet, quicquid nos pro uiriculis noſtris attentabimus. Illum autem architectum nos docere oportet, qua ratiõe uniuerſa fabrica delineanda ſit: quæue proportio ſingulis partibus ſit inducenda, quibus denique modis totum opus abſoluẽdum ſit. Atq; ut principalem hunc magiſtrum ac incomparabilẽ hunc fabrum tibi cõcilies: duabus potiſſimum rationibus curandũ eſt, oratione uidelicet & humilitate. Quibus uelut duobus talẽtis facile conduci poteſt, ut promptus ac paratus ſit ad ferendã opem in hoc ędificio laborãtibus, adeo ut nihil magis iuuat in hoc opere, cũ deuota oratio, & ima mentis humilitas: nihil adeo deum allicit ad miſericordiam & compaſſionem cũ oratio & humilitas. Nam precatiõis beneficio præcipue fiet, ut opifices ipſi & ſimul ſtrenue laborent, & tamẽ inde uoluptatem potius cũ moleſtiam ſentiãt. Cæterum ſi uelis certior fieri quibus modis operãtur, qui ad hanc dei fabricam concinnandam adhibentur: audi paucula, è quibus ſingulorum artificũ officia minimo negocio deprehendes. Ex ædificantibus iſtis, alii quidem ſedulo manibus ſuis enituntur, ut inde quærant non ſolum quæ ſibi ac ſuis neceſſaria futura ſunt: ſed etiam quæ in egenos ac miſeros ſubleuandos, quoties uidebitur opus, elargiantur. Alii uero ſeſe ad ſtudia ſpiritualia & pœnitẽtię opera adimplenda, totos applicãt & affingunt. Ex hoc numero alii gemunt ac lamentantur commiſſa facinora, alii nullum tempus omittunt quo non orant atq; aſſiduæ precationi inuigilant: alii cilicium & ſaccum induunt, continuo ieiunio macerant corpus ſuum, humi ſe proſternunt, lachrymis & largo fletu

Duo ſunt quæ conciliant dei fauorem.

Opera ædificantiũ in Sion.

fletu deteſtantes peccata ſua, imò, ut eſt apud hunc eundem pro-
, phetam, Cinerem tanq̃ panem manducant, & potum ſuum cum Pſalm. 101.
, fletu miſcent. Quæ omnia ut alia multa huiuſcemodi in hac præ-
ſenti uita, dum pœnitentiæ locus datur, curandá cogitant: ne ni-
mis ſerum ſit id in futuro ſæculo quærere atq; inueſtigare, quod
hic prius quæſitum atq; inueſtigatum oportuit: ne tunc ſi prius
nihil olei tibi paraueris, extincta lampade, fruſtra cum fatuis illis
uirginibus fores pulſites, nec inuenias qui te fruſtratum lumine
bonæ uitæ ad cœleſtes nuptias intromittat. Quamobrem conſi- Hic dum tuni-
lium eſt, ut dum adhuc in uia es, uiaticum tibi pares, cuius admi- mus, operandũ
niculo tam longum iter conficias. Nam dum adhuc uiuimus, dũ & edificãdũ.
adhuc in huius mundi curriculo uerſamur, quum necdum nobis
dominus in gloria ſua apparuerit: precationibus locus eſt, pœni-
, tentiæ: ac bonis operibus, dum adhuc deus reſpicit in orationem Littera.
, humilium & non ſpreuit preces eorum. Vbi & hoc potiſſimum
piis precibus efflagitandum opinor, ut quum ex nobis minime
ſufficientes ſumus nec digni, qui ſimus lapides in hoc tam inæſti-
mabili ædificio: ſaltem benigniſſimi CHRISTI beneficio,
hiſce (quos prædiximus) modis poliamur, æquemur atq; coapte-
mur tam beato ædificio ſtructuręq;. Nunc itaq; ora, nunc pulſa,
nũc terge, nunc dola, nũc feſtina, nunc curre, nunc ędifica. Quia
, nunc, dum adhuc ſuperſtites ſunt homines, Reſpicit dominus in
, orationem humilium nec ſpernit preces eorum. Nec ſine cauſa
ſane uidetur propheta hæc duo coniunxiſſe: deprecationem ui-
M delicet & humilitatem. Siquidem ad hoc opus conſummandum
nihil perinde adiuuare arbitror, atq; deuotam deprecatiõem &
mentis noſtræ humiliationem. Neq; ſane alia ſunt prouocamenta
ad eliciendum eblandiendumq; diuinum fauorem, q̃ concinua
precandi aſſiduitas, & ſubmiſſa animi modeſtia. Quam precan- Propheta non
di efficaciam ſimul & neceſſitatem perpendẽs hic propheta no- pro ſe tantum,
ſter, tametſi rex quidem erat magnificus, & proinde innumeris ſed & pro re-
negociorum fluctibus obrutus: tamen ſepties in die precibus ac gno, & ſubdito
diuinæ laudi ſe operam impendere fatetur, non tam pro ſe & populo orabat.
regno quod ſuſceperat gubernandũ, q̃ etiam pro populo, quẽ
ſuis

psalm 118.

Quomodo sit orandum?

Chryso. homelia 79.

Circumstãtiæ debitæ orãti. Persius.

Multi perperã & incongrue orant.

Esai. 29.

suis auspiciis regendum cognouerat, Septies enim, inquit, in die, laudem dixi tibi. Inter precandũ autẽ is potissimũ exaudietur, qui id petit à deo quod rite petẽdum est, appositis etiam debitis circumstantiis, quid, quantũ scilicet, quando, quomodo, & pro quibus personis aut rebus petere debeat. Quia, ut autor est diuus Chrysostomus, Impossibile est hominẽ congruo studio precantem, deoq; continuo supplicantem, unq; peccare. Atq; ego sane illum has circumstantias recte obseruare arbitror, qui in primis seipsum scire laborat, qui (ut Persianis uerbis utar) in sese descendit, ut cernat q; sit sibi curta supellex, qui se rimatur ad unguẽ, qui feruet in deo, qui se in cœlum per internam mẽtem traducit, qui uitæ peractæ lugubriter recordatur, qui deuote pro misericordia & remissione deum precatur, qui orat ut deus sibi propicius ac misericors esse uelit, qui pro tempore omnia negocia secularia deponit, & seipsum totum figit in deo, firmat & consolidat, remotus omnino ab extremis causis & rebus mundanis: qui malit ad diuinam misericordiam appellare, q; fiducia sui & meritorum suorum in iudicium cum deo proficisci. Qui huiusmodi est, nũq; cessat remissionem peccatis suis à deo flagitare, semper & omni studio cum deo ágit, ut ipse uelit sibi propitius fieri & clæmens: iste haud dubie qui ita fecerit, non tantum exaudietur à deo, sed etiam id quod postulat assequetur & obtentum feret. Verum qui secus precatur, etiam si se in humũ prosternat, si cætera faciat quæ deuotionem utcunq; præ se ferant, tamen si ore tãtum & labiis oret, dum animus interim circa domestica deuagetur, dũ mẽs quam præcipue precari oporteat, in foro & mercatu uersetur, dum erret in campis, in agris cũ ouibus, in stabulo cum equis, dum circa seculária negocia perpetuo tumultuetur: quomodo, qui talis est, dicetur in conspectu domini deprecatus? De quibus ipse dominus apud prophetam suum conqueritur, dicens. Hic populus me labiis honorat: cor autem eorum longe à me est. Neq; sane sine emphasi dictum est, Cor eorum longe à me est. Quasi diceret, quum id quod ego potissimum mihi dari exopto, cor illud uidelicet, à me alienum faciunt: quo pacto fieri postulant,

postulant, ut tam frigidæ & excordes preculæ à me exaudiantur
» aut gratæ fiant? Idcirco ait in priori litera, In uanum me colunt. Matth. 15.
Quare nisi cordis intentionem precibus tuis applicueris, frustra
expectas ut diuinas aures penetrēt. Et hinc est quod unumquēq;
» suorum moneat, ut suum cor sibi tradendum curet Fili (inquiēs) Prouerb. 23.
» præbe mihi cor tuū. Et quomodo, obsecro te, fieri potest ut cor
tuum & animus in deo figatur: quum inter orandum non circa
deum & diuina, sed potius in stabulo inter equos uersetur, aut in
horreo cum frumento & granis? Nunquid deus stabulum est aut
N. equi? nunquid horreum aut segetes? Proinde dum tu precaris,
fac diligenter precibus tuis operam des, ut merearis precari in
conspectu dñi. Atq; ut scias quisnam uere precatur in conspectu
domini, ita ut ab eo exaudiri mereat: audi, & q̄ paucissimis po-
tero, id tibi declaratum dabo. Is reuera qui in conspectu domini Quis est qui recte orat.
precatur ut audiatur, animum suum & omnem cogitandi uim in
unum colligit, mentem suam ab huius mundi negociis secludit &
separat, per sancta studia & contemplatiōem deo se agglutinat:
per ardentem deuotionem cœlos ingreditur, in corde tuo & to-
to animi conatu ad deum continuo acclamitat, id tantum à deo
postulat quod saluti animæ suæ credit profuturum, id tantū po-
stulat, quod omnipotenti deo placiturum credit, quod in hono-
rem dei & gloriam speret futurum. Quisquis igitur est, qui his
modis precatur: certe is rite & recte precatur, nec fieri potest,
quin à deo benignissimo exaudiatur. Neq; profecto qui talis fu-
erit, in multa uerba precationem suam extendet, credens se mo-
re pharisaïco in multiloquio suo exaudiri: sed oratiōem suam in
uerba pauca contrahet, sed efficacia, sed simplicia, syncera, de-
uota, atq; è penitissimis animi adytis deprompta: qualem orandi
modum, & CHRISTVS dominus maxime & expectare & exaudire solet. Quod & sanctissimus uir Ioannes Chrysostomus
» etiam suo testimonio affirmat, ita inquiens, Nō in uerborū mul- Chrysost. ome lia. 79.
» titudine, sed in mentis solertia positum est: ut exaudiatur quispi-
» am. Quod q̄ sit uerum, facile ex precibus illis Annæ matris Sa- Annæ oratio brosa & efficax.
muelis intelligi & inclarescere potest: quemadmodū & in sacra

regum

regum hiſtoria ſcriptum uidemus. Vbi illa ſobolem à deo effla-
1 Regum.1. gitans, ita precationem ſuam auſpicatur: Domine exercituum ſi
reſpiciens uideris afflictionem famulæ tuæ, & mei recordatus
fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq; famulæ tuæ ſexum uiri-
lem, dabo eum domino omnibus diebus uitæ eius, & nouacula nõ
aſcendet ſuper caput eius. Qualis quæſo eſt hæc uerborum mul-
titudo? Quis potuit maiorem efficaciã aut plures petitiones po-
nere in tam paucis uerbis? Veruntamen quandoquidem cũ fer-
uidiſſima intentione & ſolertia fiebat hæc oratio: quæcunq; im-
petrata uoluit, cito & expedite aſſequuta eſt: adeo, ut ex ſterili
ſemine fœcũdam ſegetem meſſuerit. Quare ſi cum Anna exau-
diri uis, oportet ut cum eadem mentem tuam precibus tuis intẽ-
tam habeas. Sed multum uereor ne tu quũ oraueris, animum in
mundum uagantem habeas: ne in ædibus circa res familiares a-
nimum habeas occupatum, ne nimium de uxore aut liberis inte-
rim ſolicitus ſis, ne te uaria mundi negocia aliorſum trahant, nec
ſinant ut recorderis illorum in corde tuo, quæ labiis & uerborũ
ſtrepitu expetere uideris. Quapropter non eſt q̃ cauſeris te in-
negligentem interdum à deo non exaudiri. Nam recte orantem
oportet mentem ſuam in deo penitus infixam habere, feruidam
circa id quod obtentum cupit, deuotam erga deum: & tum pro-
fecto maximam quandam uirtutem in oratione ſitam deprehen-
det. Itaq; ſi uigilantiam, ſi ſolertiam, ſi denicq; precandi aſſiduitatẽ
diſcere uelis: fac ſanctam illam Annam, cuius modo meminimus,
celeriter adeas, aduerteq; diligenter quid ipſa in hoc eodẽ ora-
di negocio præſtiterit. Siquidem illa, ubi primũ cæteri omnes (ut O.
ſcriptura ait) ſurrexerunt à menſa: non ad conclaue aut thalamũ
ſecretiorẽ ſe contulit, non capiebatur ſomni illecebris, non quie-
ti corporis ſe dedit, nõ ſomnolentiq; & inerti ſopori: neq; ſane cũ
cæteris in frequentiori cubiculo remanſit, ut cum aliis in propa-
tulo choreas duceret, ut deliciis indulgeret, ut uariis ludendi ge-
neribus operam daret, ut inanibus uoluptanulis occupata tẽpus
(quo nihil precioſius eſſe poteſt) nequiter inſumeret & bonas
horas male collocaret: uerum his omnibus prorſus omiſſis, ſe

protinus

protinus à ſublata menſa in ſemotiorem locum ad orandū recepit. Nā ſacratū tēplū, quod domus dei & itē domus oratiōis uocatur, ſtatim ingreſſa, obortis lachrymis deū ab intimis precordiorum penetralibus pia deprecatiōe interpellabat. Præcipuaq; precandi materia hæc fuit, ut propitium numen ſibi filium uellet impartire, ut ſibi hæredem concederet: non q; hunc tanta ſolicitudine petitum, mundo datum uoluit, ſed deo. Vis ne iam etiam modum & circumſtantiam illius deprecationis perſpectam habere? Primo omnium quum eo loci uentum erat, ubi iam orandum eſſet, prætermiſſis ceremoniis omnibus, rem ſerio aggreſſa eſt: feruente deſiderio & ſtudio maximo ad deū in animo aſcendebat & ſui ipſius penitus oblita eſt, uſqueadeo cum animi quodā ardore deprecationi uacabat, adeo tectim & intra pectoris claſtra orabat, q; uox eius (ut in eadē hiſtoria refertur) nō audiebatur, labia tantum mouebantur. Cæterum Heli ſacerdos, qui per id temporis templo illi præſidebat, uidens labia illius tantopere agitari, quum tamen interim nihil audiebat uerborum: uidens præterea lachrymas per genas illius tam largiter diffluere, idq; tempore pomeridiano, quando iam crederetur pranſa ac largius forſan ſeſe poculis inuitaſſe: ilico opinatus eſt eam ebriam eſſe & temulentia laborare. Ille tamen, more hominum, longe haud dubie falſus eſt, quandoquidē pia mulier ab omni uiolentia longiſſime aberat, in deo occupatiſſima erat: ob quod pium opus, illius miſertus eſt deus ille optimus, eāq; ita clæmenter exaudiuit, ut uoti ſui compos fieret, idq; conceſſo tanto filio, quantus fuerat ſanctiſſimus propheta Samuel. At hic forſitan obiicis, hanc Annam (quam dico) nobilem fœminam fuiſſe nec habuiſſe multum quod ageret, niſi uellet templum dei adire & deo precum libamina offerre: quum tu contra, plebeius ſis & homo opifex, qui non aliunde q; ab opificio & opere manuario uictum quæritas: & cui non ſolum tuiipſius cura, ſed etiam uxoris, liberorum, domus, ac totius familiæ incumbit, unde ſit, ut nequeas quoties forte uolebas, templum petere: propterea q; quum ipſum templum peteres, tu cogaris negociis alijs atq; artificio pro uictu inſiſtere.

Ibidem.

Non uerba in oratione, sed pia mētis exauditur.

Huic autem obiectioni tuæ equidem sic respondēdum crediderim, ꝙ licet quotiescūq; uelles, ꝙdem sacram adire, non sit otium; licet dum orandum foret, tu in aula illa Vuestmonasteriali circa causas forenses coram iudicibus sistaris: quid uetat quo minus illic etiam precationi operam loces? quid prohibet uel in media frequentia, animo & mente precari? Neq; sane pauci fuerunt (si uera memorent monumenta priorū) qui non in dissimili loco & casu constituti, per internas & archanas preces, sæpenumero iudicis iram deflexerunt: sicq; id quod quærebant expeditius consequuti sunt, ꝙ si litibus & lege, uerbis & contentione suam causam egissent. Quando non raro accidit ut qui iuris peritia præditus est, aliorum suggestionibus deceptus, arbitratur se rectum tulisse iudicium: quum tamen materiam ignorans ab ipso ueritatis scopo longe aberrauerit. Ex quibus facile liquet, neq; locum P.
esse, neq; tempus, neq; strepitum, clamorem ue aut uociferationem esse: quæ uel ratas faciat preces nostras uel irritas. Sed hoc precaturo magis necessarium est, ut mentem á rebus prophanis interim seclusam seruet, ꝙ ut pluribus utatur uerbis: magis necessarium ut animum ab externis negociis seponas, ꝙ ut ꝙ plurimum multiloquiorum inconsiderate perfundas, magis ualere cor deuotum ꝙ ut crebro applausu erigantur in cœlum manus, magisq; necessaria est interna animi intentio & ardor pectoris ꝙ omnes aliôqui prostrationes in nudam humum, ꝙ cæteræ ceremoniæ qualeunq; exhibere poteris. Ista sancta mulier precās non est loquuta quicq;, quod humanis auribus percipi potuerat: intus tantū & in corde à deo uehemēter clamare uisa est. Id quod euentus huius precationis facile docet, quum certum sit illam ita exauditam esse, ut id etiam quod optauerat, obtineret. Nam licet motis labiis eius, uox nulla hominibus audiebat: tamen, qui scrutatur corda deus, eam facile inaudiuit. Idem etiam oranti Mosi cōtigisse scriptura testatur. Is enim quum aliquando pro populo suo preces ardētiori studio effudisset, ne uerbū quidē ore tenus loquutus perhibet: & tamē audiuit à dño, Quid clamas ad me? Quare si aīm recte ad p̄candū disposueris, nō refert de loco, nō refert

Mosi oratio breuis & efficax.

Exod. 14.

refert de tẽpore, nõ refert de modo, de ritu, aut de geſtu precãdi: quãdoquidẽ licet ĩ genua nõ procũbas, licet totũ corpus in terrã nõ deuoluas, licet ſupinas manus in cœlũ non attollas, licet pectus palmis non pertundas, licet oculos non eleues: tamen ſi non deſit animus deuotione imbutus, certe probe & ſalubriter oras, quia ſi Auguſtino finitori credimus, Oratio eſt eleuatio mentis in deum. Quod ſi uerum eſt, ut conſtat eſſe uerißimum: ſimul fieri poteſt ut in publico mercatu uerſeris, ut ambules, eas, ſtes, uẽdas, emas, cæteraq; quæ uelis peracta abſoluas: & tamen nihilominus interim precationi uacare nihil obſtat. Eodem modo ſi in officina tua occupatus fueris, aut fortaſſe conſuens, diſcindẽs aut adaptans ueſtes: quid quæſo tibi impedimento fuerit, cur non licitum ſit etiam & illic deum precibus interpellare? Imò ſi ſors tua ſit ut inter coquos in coquina locum habeas: nonne dum coquis, dum elixas, dum ad ignẽ torres, dum euiſceras aut detrahis exta & inteſtina, dum uerubus infigis, aut (ut paucis expediam) dum obſonia coquenda aut aſſanda cures, nonne inquam inter hæc negocia orationibus locum reperire potes? Poſtremo dum in mediis campis modo uenationi, modo aucupio ſtudiũ applicas: an non credis fieri poſſe, ut ſi precatio tua rite exhibeat, deo grata & acceptabilis fiat? Paulus ille apoſtolus quo tẽpore uinctus in carcere tenebatur, atq; ſupinus in humum trudebatur, nõ habuit oratorium ullum aut templum ubi orandũ foret, nec potuit ſtare aut erigere ſeſe ad precandũ, non potuit cadere in genua (nimirũ q; non ſinerent id facere ligneę illæ ſoleę quibus pedes obligati premebantur) & tamen quum ſolerti intentione deum precatus eſt, carcer continuo effractus eſt, compedes ultro patuere, omnia ferri retinacula ſunt ſoluta, cuſtos carceris colliganus eſt, & Paulus ſuæ libertati permiſſus. Ezechias quoq; neq; ſtans, neq; corpore ſurſum erecto, neq; genibus flexis, ſed ſane ſupino ore & in lectulo propter ægritudinem recũbens, atq; facie ad deum uerſa, orauit: & quia deum feruenti deſiderio inuocauerat, animumq; ab aliis rebus omnibus ſemouerat, factum eſt ut deus prolatam ſententiam reuocauerit, adeo ut bonus rex nõ

Omnis locus aptus eſt oranti.

Non refert quo geſtu corporis quis oret, modo oret. Auguſt Orationis definitio.

Paulus in carcere oratio.

Ezechias in lecto orat.

solum dei benevolentiam & pristinam sanitatem adeptus sit, sed etiam præter prioris uitæ spacium, quindecim annos additos habere meruit. Latro quoq; ille fœlix qui una cum CHRISTO in crucis patibulo distentus est: paucissimis uerbis sed tamen miræ uirtutis, societatem paradisi consequutus legitur. Hieremias propheta è turpi cœno & lacu ad deum piam & penetrabilem orationẽ obtulit: & euestigio exaudius est. Nunquid & sanctus uir Daniel à crudeli tyranno in cauteam sæuorum leonũ iniectus, orationis uirtute liberatus est? Ad hæc Ionas iã triduo intra uentris cęci latebras inclusus, cũ primum ad deũ ipsum precatus est: ita statim propitiũ inuenit, ut & tanta mala clæmens dissoluerit, & etiam è cæco ferinæ alui ergastulo ereptum seruauerit incolumem, & tutũ à marinis periculis eripuerit. Quanta præterea pię orationis uis sit, uel hinc perspicuum esse existimo, q̃ tres illi pueri hebręi sanguinis olim Babylone in ardente fornace positi: nõ alio præsidio cũ deprecationis uirtute à tam æstuante ignis incendio, liberati sunt. Sed uis ne paucis audire quomodo apud CHRISTVM nullus locus à precãdo alienus sit: modo adsit bona uoluntas & orandi alacritas? Audi quæso unum atq; alterũ uerbum quod hoc eodem die legitur in euangelio apud beatum Ioannẽ. Mulier illa Samaritana cũ qua tam multa CHRISTVS familiariter cõfabulatus est, hæc inter cętera CHRISTO obiectabat Dñe patres nostri adorauerũt in mõte hoc: & uos dicitis q̃ Hierosolymis locus est, ubi oportet adorare. Cui CHRISTVS ita respondet, mulier uenit hora & nũc est: quando ueri adoratores adorabunt in spiritu & ueritate. Imò nec sterquilinium illud, unde sanctus Iob orasse legitur, illum indignum reddidit: quo minus deum propitiũ haberet atq; exaudire mereret. Moses dux populi Israelitici in edito monte orans, uictoriam ab hoste Amelech adeptus est. Mulier item Chananæa in uico post CHRISTVM clamitans: deuotę orationis merito, filiam à dæmonio liberatam recepit. Petrus quoq; ille apostolorũ princeps, per ecclesiæ orationem è carcere liber euasit. Magdalena prius tot peccatorum maculis deformata, dum in conuiuio orat:

Latro pendens orabat.

Hieremias in carcere orauit.

Daniel in lacu orauit.

Ionas in uentre cęti orat.

Tres hebræi in fornace orãt.

Mulier Samaritana ad orã fontis orabat. Ioan. 4.

Iob in sterquilinio orauit.

Moses in mõte orat.

Chananæa mulier in uico orauit.

Petrus in carcere orat.

Magdalena in conuiuio orat.

omnium

omnium delictorum ueniam nanciſci meruit. Sed quid huiuſmodi exemplis longius immorer? quum tota ſcriptura iſtis & ſimilibus nuſq; non perſcateat & repleta ſit. Quin & pauper opilio & quiũ cuſtos qui in agro oues paſcit, ſub arbore aliqua aut rubo recubãs, campanam audit dum ad ſacrum pulſatur: moxq; in genua concidit, manus ambas in cœlum reſupinat, oculos in altũ erigit, cor ſurſum eleuat & attollit, deumq; quanto poteſt animi conamine deprecatur, nec dubiũ eſt quin auditus ſit. Quare hoc pro compertiſſimo habe, nullum locum ad orandum ineptũ eſſe aut inidoneum: modo anima & mens orantis probe ſit diſpoſita. Præterea ut certe ſcias quanta ſit orandi neceſſitas, uel inde colligere licet: q CHRISTVS ipſe, tametſi non erat illi opus precatione ulla, tamen non ſemel in ſacris oraſſe legitur, & alicubi etiam in oratione pernoctaſſe. Quin etiam ut Lucas quoq; teſtatur, Factus in agone IESVS: prolixius orabat. Super quo loco Auguſtinus ita ait. Orat miſericordia, ut oraret miſeria: orat medicus ut oraret ægrotus: orat iudex & parcere deſiderat, ut reus indulgentiam quærat. Eodem modo & ſancti etiam oraſſe perhibentur: partim ut officio ſuo fungerentur, partim quoq; ut nobis ſegnibus exemplo eſſent. Quemadmodum & de hac eadem Anna, de qua ſuperius mẽtio facta eſt: liber regum clarum teſtimonium perhibet. Nimirum q non deſcenderet à templo, perpetuo ieiuniis & obſecrationibus inſiſtens. Nec q ullum pene genus hominum inuenies, qui aut ſæpius aut uehementius orauerint, q̃ fecerint ſanctiſſimi apoſtoli. De quorum perſeuerãtia in oratione, ita in actis apoſtolicis ſcriptum habemus, Erant unanimiter perſeuerantes in oratione. Et rurſus alio loco, Petrus & Ioannes aſcenderunt in templum ad horam orationis nonam, ut orarent. Legitur quoq; in hiſtoriis eccleſiaſticis de diuo Iacobo minore: q contraxerit duriciam & callum in genubus, dũ ſubinde inter orandum genua flecteret, quale uides in hominũ calcibus nimium eundo obduci. Referunt item & ſanctum Bartholomæum in precibus ſuis tam aſſiduum extitiſſe: ut centies interdiu atq; toties in nocte genua flecteret. Quid diuum Martinum

Paſtor ſub rubo orans.

Chriſtus orat.

Luc. 22.

Auguſt.

Luc. 2.

Apoſtoli

Act. 1.

Act. 3.

Petrus.

Ioannes.

Iacobus minor quomodo orauit.

Bartholomei oratio.

Martini quomodo orabat.

recenſere opus eſt? De quo in illius uita tale teſtimonium repe-
rias, Inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat. Sed iam de-
inceps qualis debeat eſſe oratio, dicẽdum eſt. Oratio itaq; ſi ex- R.
audiri uelis, has quinq; conditiones habere debet: nempe ut ſit
fidelis, congrua, ſapiens, deuota, & humilis. Fidelis quidem, ut in
perfecta fide & ſine omni hæſitatione exhibeatur: ut non expe-
ctes ea omnia ſtatim tibi concedi, quæcunq; expetis, ſed id ubi
firma fide tenendum eſt, deum ipſum prorſus potentem eſſe qui
tibi citra ullam difficultatem ſuppeditet, quicquid ſaluti animæ
neceſſarium uidebitur: at hoc nomine multo citius, ſi rite &
deuote illud poſtulaueris. Qua de cauſa oportet & precatio-
onem noſtram congruam eſſe, ut recte uidelicet & ſine omni de-
uio errore & nobis congruentia, & quæ etiã à deo petenda ſunt,
expetamus. Vbi turbulentus corruptæ uoluntatis noſtræ affectus
& appetitus neutiq; ſequendus eſt: ſed cogitandũ potius id præ
cæteris petendum eſſe, quod & ad illius gloriam propagandam
pertinet, & interim etiam animabus noſtris fuerit ſaluti ferum.
Quicquid (ait CHRISTVS) petieritis patrem in noĩe meo,
credite quia accipietis. Sed quid aliud (obſecro) eſt petere in no-
mine CHRISTI, cũ ea poſcere quę & conuenientia ſunt & itẽ
ſaluraria, & quæ ad ſaluandas animas præcipue ſpectãt? Filii qui-
dem Zebedæi, quum illorum mater peteret ut unus à dextris, al-
ter à ſiniſtris CHRISTO in regno ſuo aſſideret, protinus à
domino audierunt, Neſcitis quid petatis. Medicus quiſpiam qui
corporis ualetudini proſpicit, non ſemper ægrotanti ſuppeditat
quicquid illius appetitus concupiuerit: quandoquidem uidet eũ
præ languore ſtomachi id plerunq; appetiturum quod illi maxi-
me noxium foret. Tu ægrotaris, uinum poſtulas: at hoc nocebit,
incendet corpus, & te tabefaciet: quod uidens medicus, recuſat
dare. Lactuariam petis, at eam nimis frigidam cernẽs, penitus
tibi negat. Conſimili modo & tu qui circa ſecularia deſideria e-
langueſcis, opes & honores auide ſectari aues & deſideras, qui-
bus etiam cum prodigo illo filio abuti forſan uelles: ſed quia deus
(qui hic tibi medicus eſt) intelligit te hæc in perniciem & con-
demnationem

Oratio ut exaudiatur, quinque requiruntur.

Oratio fidelis.

2. Cõgrua.

Ioan. 14. Petere in nomine Christi quid ſit

Matth 20. Medicus nõ ſemper miniſtrat ægroto quod appetit.

demnatiõem animæ tuæ uersurum, renuit ista tibi pro libito tuo
subministrare, ne uota tua tibi ęternã mortem parerent. Quam-
obrem uidendũ ut non tam quæ uident commoda, uerũ etiã quę
sunt congrua à deo poposceris: præterea ut solida & syncera fi-
de corroborata sit tua deprecatio. Ad quod præstandum & Ia-
, cobus apostolus unumquemq; nostrum ita exhortatur, Postulet Iaco.1.
, unusquisq; à deo in fide nihil hæsitans. Quod qui non fecerit, sci-
at certo se sua petitiõe frustrandũ. Petrus petiit à CHRISTO, Petrus.
ut iuberet eũ uenire ad se super aquas: sed quia hæsitauit nec fir-
mam fiduciam habuit, statim mergi cœpit. Quare ilico à domi-
, no increpante illius diffidentiam, audiuit, O modicæ fidei quare Matth.14.
, dubitasti? Erit insuper etiam cõgrua oratio, si abnegata penitus
uoluntate nostra, omnia absolute diuinæ uoluntati & illius bene-
placito commiserimus. Porrò quæcunq; petieritis deum secun-
dum uoluntatem eius, audiet uos. Atq; huius rei exemplũ à nullo
usq; euidentius disci potest, q̃ ab ipso CHRISTO: qui se to-
, tum ac uoluntatẽ suam patris arbitrio, omnino submisit. Nõ (in- Matth.26.
§. quit) sicut ego uolo pater, sed sicut tu uis, fiat uoluntas tua. Quam-
doquidẽ ut antea admonuimus, CHRISTVS subinde me-
dici uice & officio fungitur qui nõ iuxta ægrotantium appetitũ,
sed iuxta quod saluti nostræ conferre nouerit, pharmaca admi-
nistrat. Quia sępenumero deus petentes se exaudit, at non ad uo
, luntatem sed ad utilitatem. Datus erat Paulo apostolo stimulus 2.Corin.12.
, carnis suæ angelus sathanæ qui eum colaphizaret: propter quod
, se ter dominum rogasse, ipse autor est, ut à se discederet: & tamẽ
, minime exauditus est. Quando & illa sathanæ tentatio illi ad ani-
mæ salutem maxime necessaria fuit: ne de donis dei nimiũ super-
biret atq; extolleretur. Id quod & ipse Paulus minime diffitetur,
, ita de se scribẽs, Ne magnitudo reuelationum extollat me: datus
, est stimulus carnis angelus Saranę, qui me colaphizet. Propter
, quod ter rogaui dominum ut discederet à me. At quid tandem
, responsi recepit à domino? Certe hoc, Sufficit tibi gratia mea. Ibidem.
Vnde facile appareat, tentationem, morbos, aduersitates, corpo-
ris imbecilitatẽ, inopiam, aliaq; huius generis q̃ plurima, magis

aliquando hominibus neceſſaria eſſe, q̃ ſunt ea quæ iſtis oppo-
nuntur: qualia ſunt proſperitas, recta ualetudo, omnium rerũ co-
Ibidem. pia, & quæ iſtis ſimilia ſunt. Quia in infirmitate (ut inquit idem
Paulus) uirtus perficitur. Tunc enim quum in tali ſtatu uerſantur
3. homines, gratia potiſſimũ ſuæ operationis effectum ſentit. Ter-
Sapiens. tio autem in loco oportet orationem ſapientem eſſe: ut ſapiat tũ
delicet conſcientiam puram & ab omnibus peccatorum maculis
alienam, ut ſapiat ea quæ dei ſunt, & quæ animæ ſaluti ſunt con-
ducibilia, ut nihil prorſus ſapiat quod cũ terrena fece commer-
4. cium habeat, ut horreat quæcunq; fœda ſunt aut iniqua. Sit ora-
Deuota. tio etiam deuota, ut mens tota orationi incumbat, ut rebus exter-
nis ſit ſeparata, ut in deo ſit integra & interna: nec interim ullo
carnali aut ſeculari deſiderio implicata, ſed tota ſurſum, tota in
5. alto, tota in ipſum deum eleuata. Denicq; etiam humilem & mo-
Humilis. deſtam conuenit eſſe orationem, ut ſit citra omnem animi elatio-
nem, citra faſtum, ut non arroget ſibi plus q̃ meretur, ut fiat ſine
pompa, ſine iactantia, ſine oſtentatione. Abſit omnis fucus, abſit
fallax illa hypocriſis, procul ſit illa uitiorum mater inanis gloria,
non uenditet ſe oculis populi, nõ fiat in uiarum diuerticulis ut ui-
dearis ab hominibus, id quod phariſæi hypocritæ præcipue
quærebant: ſed ſit, ſed ſit, ut iã admonui, humilis, proficiſcaturq;
à miti & humili ſpiritu, ac tum facile & indubie à deo exaudiet.
Prodeant tibi hoc loco in exemplũ phariſæus ille & publicanus,
Phariſæi ora- qui ad templum aſcenderunt ut orarent. Quorum alter phariſæ-
tio qualis erat. us ſua iactans bona opera, ſe non accuſauit primo, quemadmodũ
faciunt iuſti homines: ſed omnes alios præ ſe fortiter contempſit,
Luc. 18. ſe bis in ſabbato ieiunare acclamitans, decimasq; perſoluere oĩa
quæ haberet, nec eſſe ſicut cæteri homines eſſent, raptores, in-
iuſti, adulteri, qualiſue eſſet ille publicanus, qui ut ille æſtimabat,
Publicani ora- totus erat peccatis inuolutus. Oratio autẽ publicani utpote ple-
tio qualis. niſſima humilitatis, nihil tale ſpirabat, ſed ſui ſolius accuſator, ſe
longe uiliſſimum arbitratus eſt: nõ auſus ad altare accedere, nec
ad ſecretiora templi adyta: ſed longe ſtans in extremo angulo ſe
indignum iudicauit qui oculos in cœlũ leuaret, ut qui ſe grauiter

aduerſus

aduersus deum peccasse fateretur, & proinde non alios (quod prius fecerat pharisęus) sed seipsum tantum accusauit: seipsum humiliare cogitabat, deūq; cui peccauerat, precatur ut ignosceret, pro qua precandi humilitate, ueniam etiam merito assequutus est & obtinuit. Atq; ut sciatis qualis fuerit hęc oratio, quę deum tantopere mouisse creditur: eam hic coràm subscribam. Deus (inquit iste publicanus) propitius esto mihi peccatori. Et quid tandem hanc orationem sequutū est? Audi, Abiit hic (ait euangelista) iustificatus in domum suam. Atq; ad hunc modū fit semper, ut scilicet humilis iustificetur ubiq;, & iustificatus exaltetur: quum contra, superbi & elato animo semper uel inuiti humilientur & deponuntur. Ad quod probandum non uideo opus fore aliis argumentis, q̄z ipsius CHRISTI sententia: cuius hęc sunt uerba, Omnis qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Verum si iam libeat hanc rem altius perscrutari, si uelimus ipsas uoces ad examen reuocare: nonne humiliari idem hoc loco significabit, quod uituperari? quod accusari? quod uitio uerti atq; pro iactantia sua castigari? Et contra, exaltari, nūquid idē ualebit quod honorari? quod laudari? quod glorificari? At hoc, quod dicimus, exemplis forsan dilucidius perdocebitur. Lucifer qui nunc satanas effectus est atq; apud infima inferorum loca manet depressus, quondam fuit lucidissimus dei angelus: cæterum quia sua sorte contentus non fuit, sed exaltari uoluit & fieri similis altissimo, quid tandem quæso sequutū est? An non plus q̄z cæteri omnes iam humiliatus iacet? An non pro cœlo (quam sedem prius gratis acceperat) infimum baratri locum sibi conciliauit? Nonne ab omnibus creaturis accusatur & arguitur tanq̄z omnis mali fons, tanq̄z autor & parens totius peccati? Contra, CHRISTVS dominus, propterea q̄ patri factus est obediens atq; humiliauit semetipsum usq; ad mortem, mortem autem crucis: nunquid ea de causa deus exaltauit illum & donauit illi nomen quod est supra omne nomen? Vt uidelicet in nomine IESV flectatur omne genu cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua cōfiteatur, quia dominus noster CHRISTVS in gloria

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Humiliari quid est?

Exaltari quid?

Lucifer quam ine tacet ob superbiam.

Christus quā alte extollatur ob humilitatē. Philipp. 2.

est

Paulus quã ab omnibus extollitur, & quã in terra fecit

est dei patris? Paulus quoq; apostolus, quum homo esset, se multis modis deo humiliatsse reperitur: & quis tandem tantæ humiliationis exitus fuit? Nonne nunc, cũ longe patet orbis Christianus admirabilis habetur? nonne à CHRISTO inter præcipuos commendatur? nonne optimo iure ab omnibus hominibus maxima atq; dignissima uenerationeacceptus existit? nunquid inter primarios CHRISTI amicos est habitus? Q; si acta hominis respicias, nunquid maiora cæteris fecit? An alii ipsi cõparari possunt? Quoties (obsecro) imperauit callido humani generis hosti diabolo? quem nonnunq; etiam tanq; uilem lictorem & seruum, quo lubitum est, uelut funecircũductabat: neq; semel illius caput sub pedibus suis contritum, pro arbitrio cõculcabat, imò nonne pro ludibrio sæpe habuit eundem? nonne illudebat illi & deridebat quando uoluit? An non sua prædicatione & miraculis, maiorem partem orbis à diaboli seruitute & iugo subtraxit atq; ad fidem CHRISTI adduxit? & adhuc suis epistolis quotidie facit, facietq; usq; ad mũdi finem? Extulerat se nimis insolenter ferox ille iuuenis Absolon contra Dauidem regem & patrem suum: Dauid cõtra, in omnibus se mire humiliauit, multa patienter & æquo aõ perpessus, à tanto uiro minime perferẽda: at uter quæso exaltatus est? Nunquid Dauid? Nabuchodonosor tantus & tam magnificus alioqui rex, nõne per extremam superbiam in bæluam uersus legitur, turpiter à tanto fastu deiectus?

Absolon superbia humiliatur.

Dauid humiliatus exaltatur.

Nabuchodonosor ob superbia a regali solio deponitur.

Quare si uis esse gloriosus, noli gloriam concupiscere: si uis esse sublimis, noli quærere sublimitatem. Siquidem honores nõ quærentem, omnes communiter honorare solent: ambientem uero, omnes iure aspernantur. Noli ergo teipsum extollere, & sic fiet ut ab omnibus nõ sine causa extollaris. Quippe honores & gloria huius naturæ sunt: ut affectantes aufugiant, fugiẽtes uero ultro comitantur. Vnde satis perspicuum esse opinor, quot commoditates nobis pariat humilitas: & quot etiam damna sequatur arrogantiam. Porrò humilitatis perpetuæ comites sunt, tolerantia, lenitas, tractabilitas, affabilitas, ira uacuitas, modestia, mãsuetudo, uigilantia, solertia similesq; id genus uirtutes cũ plurimæ:

Qui capit honorari, se primo humiliet.

V.

quum

quum contra, omnia uitia illa quę istis contraria sunt, superbiam sequi necesse sit. Superbiæ autem natura est efficere, ut qui se illi mancipant, contumelioſi sint, ut sint percussores, iracundi, uiolẽti, homicidæ, auari, tristes, derisores aliorum, sui admiratores, ut magis bæluam præ se ferant q̃ hominem, ut sint inanis gloriolæ & pomparũ sectatores, ut sua nimis petulanter iactitent, alienaq̃ omnia penitus cõtemnant & aspernentur. Verum ut iam tecum pauliſper agam o superbe: Quid (oro te) est unde sic altum sapias? Quid in temetipso reperisti, quod tibi supercilium addat? Quod tibi cristas sic erigat, quod te ad cæteros contẽnendos sic animet & adigat? Hic forsan dicturus es, nõ esse temere q̃ sic tibi placeas, q̃ tantũ tibi arroges: nã fortis sum (inquis) & corpore multo (q̃ cęteri mortales sunt) robustiori. Sed nõne ea de causa longe magis humiliari debes: q̃ robur sit scilicet res uilissima & oĩ contẽptu digna, de qua sic insolescis? Quid enim dementius est, q̃ in robore aut mole corporis, in firmitudine & uiribus laterum tuorũ, in audacia, in scientia, pulchritudine aut diuitiis, reliquisq̃ huius notæ fortunæ ludibriis, spem aut confidentiam ponere? Nunquid leo tanto te animosior est, tantoq̃ aper de sylua robore membrorum te superat: ut quantumuis animosus fueris magnisq̃ uiribus insignitus, tamen si ad hæc animalia conferaris, uix herele uel culicis nomine dignus uidearis? Imò quantũlibet tibi places ac de uiribus corporis tui præsumis: fieri tamen potest, ut latrones, fures, gladiatores, serui, aliiq̃ nõnulli quos tu ceu uiles homunciones despectos habes, te & robustiores & itẽ fortiores inueniant. Hoc ne ergo tantopere tibi laude dignũ uisum est, ut inde uelut de re quapiam preciosa omnino tibi superbiendum sit? Sed sapientia tua tibi fortassis animum effert, uideris tibi cæteris anteponendus q̃ sapientius q̃ reliquũ uulgus res magnas gerere potes, q̃ consilio plus cæteris ualeas, q̃ in rebus arduis præsentiori ingenio tibi uideris præditus. Hic paterer te tuo ingenio frui, tuaq̃ hac opinione gaudere: nisi essent te etiam multi sapientiores. Quid de sapientia tua & cognitione iactitas, cum diabolus te longius sapientior sit & maiori cognitione

Nemo de fortitudine iactet.

Leo fortior bestiis.

Nemo de sapientia insolescat.

X

prędituſ?

De pulchritudine nõ est curandum exultat.

prędituſ? Q. ſi quis ſit qui de forma, ſpecie & pulchritudine ſua tibi plus æquo arrideat: cogitet mihi ille iterum atq; iterum num cygno aut lilio candidior exiſtat, num pſitaco aut pauone pictu-ratior? Quas aues ut demus in ſuo genere pulcherrimas eſſe, ſũt tamen & aliæ alites q̃ plurimæ tantę profecto pulchritudinis, ut tua ſpecies, quæ tibi uſqueadeo adblanditur, ad illarum uenuſtatem & decorẽ collata, deformitatis potius q̃ pulchritudinis nomen merebitur. Sunt etiam qui capillitio ſuo & comptæ cæſarieí tantum elegantiæ ineſſe exiſtimant: ut è nulla re magis pendeant, ut nihil ſe æque decere arbitrentur. Sed eum grauem uirum quis putare dignabitur, qui totus è leuitate crinium ſuorum dependet? qui de re leuicula & plane nugaciſſima ſtulte ſuperbit? Cur non potius reminiſcit frequenter uſuuenire, ut laſciui pueri atq; innupęæ uirgines, ut ſcorta & meritoriæ mulieres, quæ turpi quæſtu uictũ ſibi comparant, ut denique uiri effœminati & molliculi, uix alia re q̃ huiuſmodi molliciis gloriam ſibi affectãt. Sed an hæc res ſatis idonea ſit, de qua ullus homo quem rationis participem eſſe par eſt, ſuperbiat? ipſi uiderint qui hęc ſibi laudi ducunt, nam equidem (ut uere dicam) nihil ſtultius aut ineptius eſſe duxerim. At locuples es, diuitiiſq; ac rerum copia abundare tibi ipſi uiſus es. Sed in quibus quæſo rebus conſiſtit hæc beatitudo tua, hæc tam ſplendida rerum ſupellex? In auro ne & argento? in pretioſis ne lapidibus? in pecore? aliiſq; hiſce ſimilibus, quæ fortuna pro arbitrio ſuo aut ſuggerere poteſt aut auferre? Iſtã, quę enumeras, cũ latronibus & homicidis cõmunia habes: atq; metalla quæ è terræ uenis effodiuntur, ſi cui laudem afferunt, certe id maxime ſcrutatoribus, qui ea è ſubterraneis cauernis eruunt, aſcribendũ foret. At belle ornatus es, totus elegans & compti incedis: nuſq; prodis niſi aureis & holoſericis ueſtibus amictus: digiti & collum tuum auro, gemmis, uariiſq; & magni pretii lapillis onerantur. Hæc ne quæſo tanti putas ut tibi animum efferant aut addant ſuperbiæ ſupercilium? Hic appello conſcientiã tuam ut uere & ex animo reſpondeas, an non aliquando uideris equos aliquos te non paulo comptiores? an non audieris camelos

Coma nõ eſſet prudẽs cauſa ſuperbiæ.

Diues non ſuperbiat de diuitijs.

Nullus de ornatu ſuperbiat.

apud

apud Persas elegantiores & ornatiores ac longe superantes hãc picturatam munditiẽ tuam? Ergo in istis tibi alte sapiendũ duxeris, in quibus bruta etiam animantia tibi ita ex æquo certant, ut te sæpius superare, potius q̃ æquare uideantur? Imò in quibus etiã tibi pares esse contendunt uel infimi serui, homicidæ, molles, & effœminati uiri, piratæ, sicarii, latrones & fures? Verũ fieri potest ut non tam precium & materia uestis tuę tibi tantopere arrideat, q̃ ipsa formæ subtilitas, q̃ elegans compositio, q̃ uariegatio, incisio, & colorum uarietas. At hic profecto nihil est de quo adeo multum tibi aut applaudas aut placeas, si in mentem ueniat q̃ multa sint genera & auium & animalium, quibus in hac parte longe sis inferior. Nimirum quorum pennis & crinibus, nihil picturatius aut comptius excogitare quiueris: in quo albo, paui, psitaci, aliæq̃ non paucæ uolucres recensẽri poterant: ut ex animalibus pardi, pantherę, lynces, feles mõtanæ, ac his similia. Imò quam uestem adeo splendidam & uariis coloribus uernantẽ mihi demonstrabis: quæ non infinitis nominibus à floribus ipsis ac pratorum deliciis uicta abibit? Atq̃ hac de causa CHRISTVS ipse discipulos suos admonet, ne unq̃ de indumentis aut uestium apparatu anxii sint. De uestimento (inquit) quid soliciti estis? Videte lilia agri quomodo crescant: non laborant neq̃ nent. Attamen dico uobis, q̃ neq̃ Solomon in tota gloria sua sic uestitus fuit, ut unum ex istis. Forsitan perpulchrũ tibi uidetur, q̃ in pulchra domo habitare fortuna tibi cõcesserit: q̃ ædes habeas magno sumptu & arte fabricatas. At memento uicissim q̃ sit stultũ inde animum attollere, quando uideas non raro euenire, ut uolucres cœli haud quaq̃ uereantur ad tam magnificas & splẽdidas ædes certatim aduolare, neq̃ solum nidulos suos passim affigere, sed etiam fœdo stercore suo turpiter coinquinare. Nunquid & domus Iob quantumuis magna, quantumuis ampla & fortis fuerat, uehementiore tamen uentorum turbine funditus & subito prostrata est? Liberosq̃ suos casu suo oppressit? Et quid quæso uetat, cur tibi & tuis non consimiliter eueniat? Quare quis eum pro prudente aut sanæ mentis hoĩe habebit, qui de illisce ędibus

Ne superbias de uestiũ uariegatione.

Matth. 6.

Domus tua nõ fu tibi causa superbiæ.

superbus uel fastuosus sit: quas, uelit nolit, cum columbis, cornicibus, monedulis, hirundinibus, habiturus est communes? Neq; enim locus hominem meliorem reddit, sed homo locũ. Sunt etiã non pauci mortales, præsertim inter eos qui cantãdi artem profitentur: qui de uocis suæ modulatione sibi aliquid esse uidentur. Quod opinor minime facerent, si auiculas quasdam auribus suis proponerent: cum quibus si uel uocalitatem, uel suauitatem, uel denique claritatem uocis respicias, minime profecto conferendi sunt. Neq; sane, si uel sola ars spectetur, cum pleris̃q; illarũ comparari poteris: quę te tam longo interuallo canendi peritia antecellunt, ut illas ne una quidem notula æquare quęas. Nam quisnã ex his tot insignibus cantoribus, qui hoc sacellum regium cotidie frequentant, reperiri potest: qui uel ulla ex parte lusciniarũ concentum imitari nouerit? qui cum minimo illo merulo, turdo, aliisue innumeris cantu contendere ausus sit? siue artẽ ipsam spectes, siue modulamen, siue denique suauitatis aut claritatis uocis ulla habeatur ratio aut respectus. Sũt adhuc alii qui sibi hoc noĩe blandiuntur, q̃ sint polytechni ac uariarum artium peritiam calleant: q̃ in non nullis rebus aliquid aptius, concinnius aut maiori artificio conficere didicerunt q̃ cæteri. Sed quæso te quid magis friuolum esse potest, q̃ in ea re teipsum efferre & iactitare: in qua non tantũ à brutis penè quibuslibet, sed etiam ab insectis & animalculis minutissimis sine omni cõtrouersia longe uinceris? Nã si artificium spectare uelis, quid apicula solertius aut maioris ingenii effingere ualuit omniparens natura? Quis talem ceram aut tauos mellis, ac formam & dependentiam cellularum effingere potuit præter illam unam apem? Quis unq̃ pictor, fictor, statuarius aut geometra, huius industriam aut multiplicia inuenta imitari potuit? Aut si mirificam texturam aut filorũ tenuitatem admiraris, si in telarum conficiendarum arte, aliquid præ cæteris tibi præstare uideris: succurrat quæso araneæ sedulitas & calliditas: quam si queas in hac exercitatione ulla ex parte æquiparare, facile concesserim ut inde superbias: si non poteris, cogita mihi num de ea re tibi superbiendũ sit, in qua uel à minima araneola longe

Vox non esset tibi causa superbiendi.

Quidam arte superbiunt.

longe sis inferior? Q2 si pedum uelocitate, agilitate corporis, aut currendi pernicitate quispiam contenderit animum sumendum aut erigendas cristas: meminerit has dotes nõ hominũ esse
Z. proprias, sed ferarum, sed & brutorum animantium. Propone oculis tuis lepusculum, propone dorcadem, propone ceruos, damas, equos, canes, & fugaces capreas: propone innumera alia animalia quæ currendi munere ualent, quibus si in cursu par esse potuisses, id quod scio te asserere non audere, an ideo tibi insolescendũ duceres q3 facultatem quandam nactus esses cum feris ac bꝙuis cõmunem? Nunc uero quũ (quod negare non poteris) non solum à plerisq3 quadrupedibus, sed ab omnibus uolucribus in hac dote inferiorem te uel nolens fateberis: nõ uideo quomodo in hac re quicq3 tibi ascribere potes, unde uel minima ex parte tibi foret superbiendũ. Gloriaris fortasse contigisse tibi oculos claros & uisum perspicacem ac minime caligantem: quo dei dono ita tibi places, ut homines hebetiorum luminũ merito, uti credis, contemnere potes. Sed hic, ne de tam leuicula re arrogãtior fias, ad innumeras item bestias mihi mittendus uideris: ut discas q3 in hoc munere nihil ualeas: si cũ plerisq3 illatq; collatus sis. Si ergo (ut alias interim silentio supprimam) cum aquila, cũ lynce, cum dorcade, uel minimam cernendi uim æqualem habeas, permitto ut in hoc negocio primatum tibi tribuas. Si auditũ iactitas, quo cæteris præcellere te existimas: certe pertrãseo aprũ, & non aliud animal tibi obiiciam q3 inertem & tardum asellum, qui in audiendi aut auscultãdi facultate te multis partibus anteit. Neq3 enim est (si Ciceroni credimus) hebetior in nobis sensus, q3 est ipsa audiendi facultas. In olfactu uero non est opus ut recẽseam, à q3 multis animantibus superamur. Porrò ut alias eõplures taceam: quis unq3 mortalium canis sagacitatem & odorandi uim ulla ex parte assequi potuit? Sed sunt multi forsitan qui gaudẽt se doctos esse artifices, qui sibi placent q3 in opere manuario præstrenui existant: quibus satis esse opinor ad deponendũ hũc inanẽ animi tumorẽ, q3 in huius rei gloria, uelint nolint, minutulis apibus & formicis cedere cogantur. At hic dixerit mihi aliquis,

Qui tam uelocitate se efferunt.

Visus acumen non præstaret tibi causam superbiendi.

Auditu animalia te superant & olfactu.

Olfactus.

Ab apibus & formicis sedulitate uincimur.

quid iſtis tot exemplis & argumentis concludere moliris: num ut brutæ pecudes nobis hominibus præferantur? Abſit. Sed tantũ eos homines redarguendos demonſtro, qui ſubinde de ea proprietate ſeſe oſtentant, in qua ab infimis beſtiolis non parum ſuperantur: non aduertentes interim ſe multum de dignitate ſua amittere, dum rationis (qua nihil præſtantius eſſe poteſt) obliti, ad brutas cupiditates degenerant. Sed in ratione, omnes mundi creaturas ſuperas & longe excellis: una ratio eſt, quæ te cæterorum animalium dominum conſtituit, qua omnium creaturarum imperium & dominium obtines. In ratione ita cæteris præcellis, ut angelicis ſpiritibus plane ſimilis efficiaris. In ratione, regnum excelſe datum tibi habes, & illius regni particeps ac ciuis accenſeris. In ratione, teipſum in omnibus moderaris, hæc corpus tuũ regit atq; gubernat, hæc rebelles cupiditates tuas refrænat, hæc illicitis ac brutis animi tui motibus certam legem & modum imponit, hæc facit ut in cũctis ſtatibus deo tenaciter adhærere uelis, ut temet in deo dirigere atq; moderari ſcias: ut ſemper promptus ac paratus ſis pro augenda dei gloria, uel aſperrima quæq; fortiter pati, ut nihil metuas ab his qui nihil præter corpus occidere queunt. Cæterum ſi ratio tibi abeſſet, quauis beſtia multo contemptior es & deſpicabilior. Quia ſi ratio abeſſet, quid potes? Certe nihil honeſte, nihil utile, nihil in ordine. Qui ratione caret, ignorat prorſus quomodo ſeſe gerat: ſiue erga deum, ſiue erga mundum, ſiue denique erga ſemetipſum. Q; ſi itaq; recta ratio adfuerit (quæ uirtutũ parens eſt) non fieri poteſt quin & humilitas quoq; adfuerit, quæ etiã ſuperbiæ aduerſatur maxime: ſine qua uirtute, nihil deo gratũ aut acceptabile eſſe poteſt. Adeo ut etiam ipſa opera quę ſua natura, bona ſunt, ſine humilitate nullius momenti putanda ſunt. Imò nec ipſa precatio, nec eleemoſynarũ elargitio, deuotio, ieiunium, aliaq; huius generis pietatis opera: ſine humilitatis condimento nec quicq; placere poſſunt deo, cui abſq; hac uirtute ſordeſcunt omnia, quæcunq; præſtare poterit quiſpiam. Nec mirum eſt deum humilitatem adeo reſpicere, quando etiam & nos homines, qui ſeruos habemus nobis

Rationis dignitas.

Humilitas alias uirtutes omnes dignificat.

A

inſeruientes

inſeruientes, eos ſemper in primo pretio habemus, qui ad miniſtrandum maxime fuerint ſeduli, beneuoli, modeſti: & qui quũ egregie officio ſuo perfuncti ſint, nihil magni ſibi feciſſe uident, nec exprobrant diligentiam aut ſedulitatem ſuam. Proinde ſi uis ut merita tua magna ſint & gratiam haud exiguam mereantur: facito ut ne ipſe ea pro magnis habeas, & ſine dubio magna erunt. Sic etiam & Dauid tantus propheta ob maximam humilitatem ſuam, tantam gratiam apud deũ iniiſſe legitur: ut affirmaret ſe hominem iuxta cor ſuũ inueniſſe. Quanta enim humilitate dicitur perpeſſus inſolentiſſimum Abſolonem filium ſuũ, iuuenem plane nepharium & tyrannico animo præditum: parricidã ac fratricidam, contumelioſum, furentem, ſuperbum atq; optimi patris ſui regnum hoſtiliter & cum armis inuadentem: tamẽ ille pro innata animi modeſtia, hæc omnia æquo & patienti animo ſuſtinuit, ratus ſe hæc & his multo etiam atrociora pro dei nomine humiliter pati debere. Ob quod humillimũ obſequium, quid quæſo à deo ipſo audire meruit? An non hoc ſuauiſſimum elogium, Inueni Dauid uirum ſecundum cor meum? Et alio item in loco, Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo unxi eum? Sic etiam & Centurio, quum ita ſe humiliauerit ut diceret: Non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, quia ſibiipſi, quæ erat hominis humilitas, ex animo indignus uidebatur: ita dignus factus eſt ut longe ultra omnes Iudæos admirationi habitus ſit. Nec minori præmio digna uiſa eſt illa Ioannis Baptiſtæ humilitas, quando dixit: Non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamenti eius. Propter quam deiectionem ſuam & ſubmiſſionem, ita exaltatus eſt & tam charus CHRISTO amicus effectus: ut illam eandem manum quam pauloante indignam duxerat, ut uel calciamentũ illius tangeret: CHRISTVS ad tangendum caput ſuum attraxit, du illius miniſterio baptizari uoluit atq; attrectari. Neq; aliter remuneratus eſt & diuus Paulus, qui propterea q̃ dixerit, Non ſum dignus uocari apoſtolus: ita à deo propter hanc humilitatem acceptus eſt, ut inter præcipuos apoſtolos locari meruit. Petrus item quia ſe ſubmittens dixerit, Exi à me domine quia

Humilitas quã accepta deo?

Dauid humilitatis quanta.

Act. 13.

Pſalm. 88.

Luc. 7.

Centurionis humilitas exaltatur.

Ioan. 1.

Ioannis baptiſtæ humilitas.

Paulus humilis.

1 Corin. 15.

Luc. 5.

Petrus humilis.

peccator ſum: continuo poſt CHRISTI deceſſum, factus eſt primarium eccleſiæ caput, & præcipuum poſt CHRISTVM fundamentum. Atq; hoc perpendens beatus Chryſoſtomus, ita B.

Chryſoſt. 38.

de hac uirtute loquens uerba facit. Nihil enim (inquit) deo tam gratum eſt: q̃ ut teipſum cũ extremis peccatoribus connumeres. An non & beatiſſima uirgo & deipara Maria ob hanc potiſſimum uirtutem electa eſt ex omnibus mulieribus ut mater dei fieret, ut creatorem ſuum in utero geſtaret & maturo tempore pareret, & interim in uirginitate ſua nihil detrimenti ſentiens? Nam quum poſt ſalutationem angelicam nunciatũ illi eſſet, quid pater ille cœleſtis deſt inaſſet, nihil ambigens de diuinis promiſſis, ſed tantum euidens ſpecimen ſuæ humilitatis declararet, ita

Beata uirgo humilis.

Luc. 1.

modeſtiſſime reſpõdebat, Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Quam inſignem humilitatem ſuam, & ipſamet uirgo in cantico ſuo, deo mire acceptam fuiſſe, teſtat̃ ita dicens, Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc

Ibidem.

beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens eſt: & ſanctum nomen eius. Hic fortaſſe quæres, cur non dixit deum caſtitatem ancillę ſuę potius reſpexiſſe, q̃ humilitatem? Certe q̃ nulla uirtus aptior ſit ad placandum iratum numen: q̃ illa quæ cum eo uitio ex diametro pugnat, per quod deus in initio tantopere offenſus eſt. Vnde factũ eſt ut ſanctiſſima uirgo per hanc tam ſingularem humilitatem & obedientiam recuperauit eum fauorem & miſericordiam à domino, quam protoplaſtus ille Adã per ſuperbiam & inobedientiã amiſit. Quare

Quam magna fecit deus beata Maria.

Ibidem.

merito canit illa beatiſſima dei genitrix, Beatã me dicent omnes

Expo.

generationes. Et ſubiungens cauſas tantæ beatitudinis, ait. Quia fecit mihi magna. Atq; hæc tam magna & magnifica fecit illi deus, neq; ſane propter formam, neq; ob decorem uultus (quem tamen præſtabilem fuiſſe putandum eſt) neq; denicq; ob præclarũ genus, ob ſanguinem atq; ſtirpis propaginem (ut quæ ex familia Dauid exorta ſit): ſed profecto humilitatis cauſa potiſſimum illi tam magna fecerat. Quid enim maius aut magnificentius potuit illi conferre deus, q̃ eam ex cuncto formineo ſexu deligere, quæ

ſibi

ſibi ſelectiſſima mater foret? Hoc præ cæteris omnibus priuilegio illam donans, ut una eſſet & mater & uirgo: nupta, & tamen prorſus intacta: marita, & nihilominus maſculi operis omnino
, inexperta. Nam ut Bernardus autor eſt Caſtitate placuit, humi- Bernardus.
, litate concepit. Quare optimo iure fatetur ipſa ſanctiſſima uirgo, deũ illi magna & egregia præſtitiſſe: ſic in melliſluo illo cantico ſuo illi aceinẽs. Quia fecit mihi magna, qui potẽs eſt: & ſanctum nomen eius. An non uere magna illi feciſſe credendus eſt, Expo.
quando ab æterno prædeſtinauit illam futuram ſibiipſi genitricem? An nõ deus illi magna fecit, quando ſolam illam ſibi in matrem elegit? Quando CHRISTVM concepit prꝑter naturꝫ curſum? Quando CHRISTVS tam diu in beato illius utero iaceret, & ex carne eius carnem ſuſcepit? Quando elegit eam tam pauperem ancillam in matrem, & imperatricem cœli & angelorum conſtituit? Magna quidem hæc. Illa ergo recte & me-
, rito dicere potuit Quia fecit mihi magna qui potẽs eſt: & idcir-
, co ſanctum nomẽ eius. Sed quid, quæſo te, eſt illud in deo, quod Sanctum nomẽ eius, quid?
uocas nomen eius? Reuera arbitror nomen eius per celebratiſſimam illius famam intelligi poſſe: uel ſi mauis per nomen eius, illius cognitionem, fidem, & potentiam intelligito. Hoc itaq; nomẽ non ſine cauſa ſanctũ dicitur: quia apud ſanctos & bonos omnes, glorioſum eſt & omni ueneratione digniſſimum: à ſanctis, integris, & ſanꝫ mentis hominibus, inceſſanter benedicitur, licet interim à peruerſis & impiis in æternum exitiũ ſuum blaſphemaꝫ
, tur. Nam dum uerbũ dei in terris in carne naſcitur & homo fit, ineffabilis illa dei gloria hominibus ſatis perſpicue declaratur: ab angelis è cœlorũ cardine decantatur, deniq; ab uniuerſis creaturis agnoſcitur ſimul & celebratur. Verum hæc omnia & his etiam multo plura, per modeſtiſſimam humilitatẽ glorioſæ uirginis Mariæ huic mundo collata ſunt. Quare non abs re clamat ipſa ad deum, tanta beneficia libenter agnoſcens & prædicans.
, Reſpexit, inquit, humilitatem ancillæ ſuæ. Cæterum hæc humilitatis uirtus, ut omnibus Chriſtianis ſemper adeſſe debet: ita prꝫcipue abeſſe illis minime debet, qui ſe religioſos eſſe profitẽtur.

Siquidem, ante alios omnes homines, ipsi hanc uirtutem uidelicet humilitatem, uita sua declarare tenent: quemadmodũ & obedientiam, mansuetudinem, benignitatem, affabilitatem, paupertatem: aliasq; non nullas uirtutum species, quę humilitati comites & pedisequæ esse cognoscunt. Verũ si hypocrisis in eis regnauerit, in quibus sanctimonia? Si rigor uitæ, in quibus esset mansuetudo? Si inuidia illis inesset, in quibus esset charitas & fraterna dilectio? Si religiosi, qui se, mundum, & mundana omnia deseruisse professi sunt, diuitiis & quęstui studerent, quis ipsam ueram paupertatem in pretio haberet? Si illi furioli essent, quis mãsuetus aut modestus esset? Si illi gulones fiant, qui se parsimoniæ & abstinentiæ dedicarunt: ubi reperietur sobrius uictus & antiqua illa uiuendi frugalitas & temperantia? Si superbia pedẽ suum in illorum corda ingerat, ubi inueniretur ipsa humilitas de qua tanta bona diximus? Deniq; si apud religiosos humilitati, obedientiæ, mansuetudini, modestiæ, temperantiæ, cæterisq; id genus uirtutibus locus non sit: ubi quæso quærendæ sunt? Siquidem ex omni grege Christiano, religiosi aut sunt aut certe debẽt ipsius CHRISTI imitatores esse. At CHRISTVM constat hic æquo animo sustinuisse omnia illa, quæ ab hominibus grauia & ærumnosa æstimantur: nempe paupertatem, iniurias, obprobria, contemptus, famem, sitim, frigus, diras plagas, uulnera ac mortem ut acerbissimam ita & probrosissimam. Ille enim ut suis omnibus euidentissimum obedientiæ exemplum exhiberet: patri factus est obediens usq; ad mortem. De qua CHRISTI obedientia & diuus Bernardus sic eleganter ait. CHRISTVS ne perderet obedientiam, perdidit uitam. Quod & apostolus Paulus ita prius expresserat, CHRISTVS factus est obediens usq; ad mortem, mortem autẽ crucis. CHRISTVS erat pro te occisus, crucifixus, immolatus: & tu teipsum crucifige, teipsum immola, occide in te uitia regnantia. At hic obiectioni locus est, diceret forsitan aliquis mihi. Quid ais? iubes ne ut egomemet occidam? ut me crucifigam? ut meipsum cœlesti patri immolem? ut hoc modo CHRISTVM imiter, qui pro peccatis nostris

Religiosi maxime uirtutibus pollent.

Philipp. 2.

Bernardus.

Ibidem.

noſtris occiſus, crucifixus, ac patri immolatus eſt? Abſit, abſit ut ego te iubeam ut tibi mortem aſciſcas, abſit ut ego tibi cõſulam, ut uitam tuam abbreuies. Sed ut uitia in te regnantia mactes penitus & interficias, te uehementer exhortatus ſim & pro uiribus perſuaſerim. Non te ergo, ſed uitia pectoris occidenda memento. Crucifige peccatum in te regnans, abdicato uoluntatem tuã, repurga omnes rebelles affectus, ut queas teipſum purum & elimatum ſacrificiũ deo immolare in odorẽ ſuauitatis. Macta temetipſum, hoc eſt, macta corpus illud peccati (ut Paulus uocat) quod in te inhabitat. Macta ſuperbiam, macta rebellionem, macta peruerſam uoluntatem tuam, macta brutas illas carnis illecebras, illicitas affectiones, ac ſordeſcentes illas bæluinasq; concupiſcentias. Atq; quum hæc omnia rite mactaueris, immola deo macilentum corpus, pinguem animam, animam omni uirtutum genere refertam. Offer animum pietatis memorem, qui clæmẽtia, facilitate, lenitate, miſericordia atq; ignoſcentia prædita ſit. Offer cor manſuetum, offer & uitam humilem. Quæ humilitas niſi affuerit, ne pili quidem aut ſtraminis facio preculas tuas, ieiunia tua, ſine hac, non huius reputanda ſunt: uigilias tuas, proſtrationes, tunſiones pectoris, præſcriptum ueſtimentorũ tuorũ modum & definitum colorem ne flocci quidem facio: cæterasq; omnes ceremonias, ac totum illum religioſorum habitũ, niſi acceſſerit iſtis illius uirtutis cõdimentum. Siquidem ut alia omnia, quæ religionem commendare poſſunt: ſatis abũde affuerint: tamen ſi uel una hæc humilitatis uirtus abfuerit, certe reliqua omnia nihil profuerint: quia ſine mente humili, impoſſibile eſt ut deo placere poſſis. Habitu religioſo indutus es, intra monaſteriũ inclufus detineris, in ceremoniis religionis, à prima puericia educatus es & recte inſtitutus: quid hæc omnia credis tibi prodeſſe, ſi mundum ſapias, ſi ad carnis illecebras rapiaris, atq; illic uolutaris ceu ſus immũda in uolutabro cœni. Hanc ne religionem quis uir probus uel pili fecerit? Foris enim & in oculis hominum ueſtitus religioſus appares: interim tamen & in occulto apud deũ & ſanctam tuã conſcientiam, quouis Ethnico deterior, pagano peior

D.

Corpus quomodo ſit macſtandum, crucifigendum & immolandum.

Humilitas niſi affuerit, cætera opera pereunt.

peior ex iſtis, & contaminatior infideli: quum ſolum corpus tecũ circumfers, cui nec quicq̃ ſpiritus adeſt aut bonæ mentis. Sunt autem quidam adeo indocti uel ſuperſtitioſi potius, ut ueram religionẽ non alia in re cõſiſtere exiſtimant, q̃ in obſeruantiis quibuſdam ceremonialibus, q̃ in hoc aut illo cultu, in amplitudine coronæ raſæ, in abſtinendo à carnibus, in induendo cotidie cilicio, ut habitũ ſerues qui profeſſioni tuæ præſcriptus eſt, ut perpetuo clauſtro tuo adhæreas, ut nunq̃ à monaſterio recedas, ut ſemper temetipſum à frequentia populi cohibeas: at ego tibi dico, hæc omnia q̃uis religioſo neceſſaria ſint, ſyncera tamen & germana religio in humilitate præcipue conſiſtit, unde totius religionis fons perſcatet, fluit & demanat. Nã ſine humilitate hæc omnia deo non placent. Sine humilitate nec cœlum rapitur nec intratur. Quia ſola humilitas mater eſt, cuſtos, decus & ornamẽtum omnium uirtutum & religionis: cum ut ſæpius iam diximus, ſine humilitate uirtus non eſt uirtus, nec religio religio. Nam ante alia omnia, humilitas religionẽ adornat, decorat & coronat. O religioſe, ſi uere is es quem te ueſtis & raſus uertex indicant, fac in primis ut pro CHRISTO pugnes, fac pugnes proſalute animæ tuæ: fac paratus ſis pro CHRISTI gloria & rei & uitæ diſpendium ſubire. Nec ulla amicorum affectio te ab offi- E
cio tuo retardet: nec ulla ſæculi huius blandimenta te à propoſito tuo reuocet, nec auocẽt aut remorentur ullæ domeſticæ curæ aut ſolicitudines. Scinde negotiorum ſæcularium catenam: quæ niſi prius diligenter rupta fuerit nunq̃ fas erit libere & expedite ad deſtinatum ſcopum pertingere. Fuge & deſere Aegyptum, ſed ita fuge, ut nunq̃ poſtea ad ollas illas carnium redire uelis. Fuge Sodomam, fuge Gomorram: ſed ita fugias ut nec uel ſemel poſt terga reſpicias: quod quia non perfecit miſera illa mulier uxor Loth, in ſtatuam ſalis cõuerſa legitur. Siquidem Loth marito illius præceptum erat à domino, ut à tam corrupta ciuitate fugeret in montem: in quo, modo non retroſpiceret, à tanto exitio ſaluus fieret. Tu ergo ſi ſaluari cupis, fuge Sodomam & Gomorram, ne retroſpicias. Fuge in montem ne pereas. Fuge de medio

Religio nõ ſolo habitu cõſiſtit.

Vera religio in quibus cõſiſtat.

Gene. 19.

medio Babylonis, adhæreas CHRISTO, te CHRISTO toto pectore credas, pone curam tuam in illo, & ipse tibi erit omnia. Ad quod faciendum & cytherædus ille propheticus unũquemq; nostrum in hunc modum exhortatur, dicens Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. In hunc solum omnia otia tua & negotia transferẽda sunt: semper in memoria habendum, nõ phas esse ut duobus simuldñis obsequiũ impertias, mũdo uidelicet & CHRISTO. Hinc est q; in euangelio dictũ audias, non licitum esse ut duobus dominis simul inseruias: nempe deo & mammonæ. Nam inter huiusmodi tã diuersos dominos, nulla unq; societas coalescere potest: nõ magis q; inter lucem & tenebras, noctem & diem. Quia ut Paulus ait, Quæ conuentio CHRISTI ad Belial? Quare illud quod Lucas euangelista admonet, tibi memori menti reponendum est. Nemo mittens manum suam ad aratrum & aspiciẽs retro, aptus est regno dei. Nõ fert eos ullo modo, qui utroq; genu claudicant. Euomit eos è cõspectu suo, quemadmodum in apocalypsi refert beatus Ioannes, qui neq; frigidi sunt neq; calidi, sed uelut elangueſcẽtes tepescũt. At deus ipse zelotypus animarum amator est: non patitur riualem aut socium amoris. Solus enim id totum possidere uult, quod non alio precio q; charissimo sanguine suo redemptum uoluit. Neq; in hac tam preciosa possessione, diaboli consortiũ ullo modo ferre potest: præsertim quem semel sanguinis sui dispendio, tam ualide superauit. O Christiane ad te toto hoc tempore loquor. Tu ille religiosus es de quo tanta fatus sum, ad te spectant hæ præfatæ uirtutes, ad te spectat fides, charitas, castitas & alia id genus. Ad te spectat hæc alta & ima humilitas, quam iam tantopere laudauimus. Cæterum hic fortasse dicturus es, te sacro baptismatis lauacro ablutũ esse. At quid quæso tua refert, si corpus sacra lympha ablutum sit, cum adhuc nihilominus animus uitiis fuerit cõspurcatus? Sed sale (inquis) contacta est caro: quid tũ si insulsus manet animus? unctum est corpus, quid tum si inuncta sit anima? Aqua consecrata rite & de more cutis aspergitur: at quorsum id attinet, quũ tu internas maculas & inueteratas sordes

Psalm. 54. Expo.

Duobus dominis simul inseruire nõ potest. Matth. 6.

2. Corin. 6.

Luc. 9.

Apoc. 3.

Deus zelotypus amator animarum.

Quæ spectant ad uerum Christianum.

ab

ab animo tuo minime abſtergas? Veneraris, & recte quidē, di- F.
uos ipſos, & illorum reliquias gaudes uenerabunde oſculari: ſed
interim ſi quæ ipſi reliquerunt optima purioris uitæ exempla cō-
temnis & non ſequeris, quid tibi proderunt reliquæ? Certe nulla
religio CHRISTO gratior & acceptior eſſe poteſt: q̄m ut pro
uirili tua CHRISTVM in omnibus imiteris. Nec̄ ſane ul-
lus cultus beatæ uirgini magis placere poteſt: atq̄ ſiquis illius hu-
militatem, illius modeſtiam, illius caſtitatem, reliquas q̄ innume-
ras illius uirtutes, quibus illam præditam fuiſſe teſtantur ſacræ li-
teræ, per omnia imitet̄ & uita ſua exprimat. Nec eſt reuera ob-
ſequium ullum aut officium ſanctis amabilius aut magis plauſibi-
le: q̄m ſi quis uelit illorum veſtigiis inſiſtere, uitam q̄ eorum quate-
nus poteſt, ductare. Quapropter o uir uere Chriſtiane, ſi cupi-
as tibi demereri Petrum, Paulum, Georgiū aut Katerinam: pro-
fecto hoc non alia ratione expeditius feceris, q̄m ſi Petri fidem,
Pauli charitatem, Georgii conſtantiā, Katarinæ caſtitatē, ſedulo
imitatus fueris & uita declaraueris. Atq̄ ſi hæc illorum uitæ ſtu-
dia uiuendo diligenter expreſſeris, plus (auſim affirmare) hono-
ris illis impēſurus es: q̄m ſi ſexies, nondum correcta mala uita tua,
illorum ſepulchra & reliquias uiſitaueris: multum tamen mere-
beris ſi talia ſancta loca uiſeris, diuorum q̄ reliquias pie & deuo-
te uiſitaueris & oſculatus fueris. Vis ne o Franciſcanę qui Fran-
ciſci regulam profeſſus es, Franciſcum patronum tuum digno
magnoq̄ honore afficere? Elatus es fortaſſe & nimium tibi tri-
buis, paupertatem ultroneam profeſſus, & admiraris pecuniam,
contentioſus es, mundanus, & totus quantuſquantus exiſtis, ca-
nalis & carnis appetitibus inſeruis. Tu qui taliter uiuis, Franciſci
inhonoras. Iraſcitur tibi Franciſcus, religionem ſuam ſcandali-
zas. Ingrata quodammodo eſt laus tua, quæ è uitioſo & ſordido
pectore proficiſcitur: cupit ſuos ſui ſimillimos eſſe ſanctus uir, &
proinde neceſſe eſt ut diſſimilibus iraſcatur, uelut uitam illam re-
gularem quam ipſe pie inſtituit, ſuis flagitiis ſcandalizantibus.
Tu ergo qui gaudes Franciſcanus haberi, fac more Franciſci
corrigas uitam, fac compeſcas effrænem animum tuum: fac illius

Religioſa uita in quibus conſtitut Fráciſcani quo modo Fráciſco placeant.

exemplo

exemplo fias indies modeſtior, contemne turpe lucrum & quæ
ſtuoſum uiuendi genus, & mũdo penitus relicto uirtutibus acri
ter inhiato, remitte omnem cõtentionem & litigandi libidinem,
uince in bono malum, reſiſte diabolo, reluctare mũdo, carniq; ac
omnibus eius titilationibus fortiter repugnato, ſpiritui q; adhæ
reto. Quibus capitalibus hoſtibus facile imperabis, ſi in hoc pul
cherrimo conflictu, ſemper ſpiritum habeas tuæ pugnæ ducem,
cuius auſpiciis & ductui ſi paſſim obtẽperaueris, non poteſt fie
G. ri quin lęta ſequat victoria. Atq; hũc haud dubie honorem, plu
ris facturus eſt diuus Frãciſcus: cũ ſi irreligioſe uiuens, mille illi ce
reos accẽdas, tamẽ laudabile eſt ut cereos accenſos diuis appo
as nec minus meritorium. Magnũ ne & honorificũ putas, ſi Fran
ciſci cuculło inuolutus, ſepulchro inferaris? Certe nihil proderit
ueſtis ſimilis mortuo: ſi mores tui fuerint diſſimiles uiuo. Nã non
eſt dubium quin uita Franciſci potius cũ ueſtis, eum ad ſanctorũ
ſocietatem perduxit. Religioſe quidem & ſumma ueneratione
complecteris & deoſcularis oſſa & reliquias ſancti Pauli: id equi
dem laudo plurimũ, præſertim ſi ſibi hæc tua conſtiterit religio.
Verum ſi ueneraris reliquias eius, & interim ſaluberrimum illud
conſilium illius quod tradit in epiſtolis negligis, atq; utiliſſimam
doctrinam: nonne uana eſt religio tua? Adoras oſſa eius in locu
lis condita aut repoſita in capſulis, & cur quæſo non eadem indu
ſtria doctrinam in ſacris illius eloquiis latitantem perſcrutaris?
Quum illa ſtudioſe eruta atq; intellecta nihilo minus grauibus a
nimi tui morbis mederi poſſunt, cũ tacta aut uiſa illius corporis
membra. Eſt tamen cũ meritorium eaſdem reliquias & ſanctorũ
oſſa, religioſe & uiſitare & uenerari: idq; plus uel minus pro de
uotione facientis. Nam quemadmodum per oſſa & alias ſancto
rum uirorum reliquias, ſit plærumq; ut corporis morbi tollant:
ita & per ſanctiſſimos illorũ labores & relictas literas, ſi diligen
ter in his uerſemur, tolluntur & ſanantur uitia & animarum mor
bi. Studioſe etiam & attento animo inſpectas portiunculam ali
quam & fruſtũ ſanctæ crucis, in qua dira paſſus eſt ſeruator no
ſter CHRISTVS IESVS: equidem ut hanc animi tui

Cucullus Prædicatores minime adiuuat ſinẽ adhuc uita.

Reliquiarum ſanctarum deoſculatio non ſæpe prodeſt niſi uitæ mutatio ſequatur.

Crux Chriſti quomodo homini prodeſt.

uu, pietatem

pietatem & deuotionem uehementer approbo, ita te admonitũ uelim, hęc quæ feciſti, non admodum magni momenti uideri, ſi crucis myſterium in pectore cõditum non geſtes. Nam interna illa deuotio, memoria illa & compaſſio illius diræ paſſionis quam in cruce paſſus eſt, ſunt quæ deus maxime reſpicit & corona remunerat. Siquidem, ſi tantũ in his exterioribus religio conſtet: quid ipſis Iudæis religioſius eſſe poteſt? Qui CHRISTVM ipſum adhuc in carne uiuentem, oculis ſuis cotidie uiderunt, qui auribus ſuis eum ſubinde concionantem audierunt, qui denique & manibus ſuis contrectauerũt? Quis proditore Iuda fœlicior tũc æſtimandus eſt, qui dominum oſculo tradens, beatiſſimum illud os ore ſuo preſſerat? Cæterum ne eſſemus ignari hæc exteriora non multum prodeſſe, niſi & interiora iſtis accedant: in hũc modum nos admonendos CHRISTVS duxerat. Caro, ſcilicet, Ioan. 6. ſine ſpiritu, non prodeſt quicquã: quia ſpiritus eſt qui uiuificat. Adeoq; hoc uerum eſt, ut ne uirgini matri quidem profuturum fuerit, q̃ purißimam CHRISTI carnem de carne ſua genuiſſet: niſi & ſpiritu etiam illius ſpiritum fide & mente concepiſſet.

Apoſtolorũ incredulitas, cur a Chriſto exprobratur.

Apoſtoli, quãdiu præſentiam CHRISTI corporalem habuere, imbecilles erant in lege & in fide: neq; id ſolum ſub initiũ uocationis ſuę, ſed etiam poſt edita miracula, poſt tot annis exhibitam diuini oris doctrinã, imò & poſt tam certa diuinitatis argumenta in reſuſcitato Lazaro. Nonne iã CHRISTVS alcẽ- Marc. 16. dens in cœlum, exprobrat illorũ incredulitatem & duritiam cordis? Et quæ tandẽ huius exprobrationis cauſa putanda eſt? Certe non alia, q̃ q̃ craſſa CHRISTI caro illorum mentibus obſtiterat, quo minus poterant adhuc aſpirare ad ſpiritus efficaciam. Et hoc eſt quod CHRISTVS dixit. Niſi ego abiero, para- Ioan. 16. cletus non ueniet ad uos: expedit enim uobis ut ego uadam. CHRISTI corporea præſentia, non ſemper adeo utilis eſt ad ſalutẽ: niſi adſit itidẽ ſpiritus & fidei uigor. Paulus uidit CHRISTVM in carne. Quid hoc magis eſſe potuit? At hoc ille non tam magni putandum æſtimat, ſi non perpetuo noſcere pergat. Nam ita ad Corinthios ſcripſiſſe uidemus. Et ſi cognouimus ſe-

Non ſatis eſt Chriſtũ in carne cognoſcere.

cundum

cundum carnem CHRISTVM: sed iam nunc non nouimus. 2. Corin. 5.
Paulus neminem tamen iuxta carnem, id est, iuxta carnalem af- Expo.
fectionem, cognitum habuit: nec cum quoq; societatem carnalē
contraxit, ita in carnis habitaculo uiuēs, ut spiritus uigore omnia
carnis opera mortificaret. Sed quia apostolus nō ignorabat fu-
turos, qui dicerent apostolos CHRISTVM etiam secūdum
corpoream præsentiam plurimum dilexisse: ideirco sub perso-
na apostolorum qui cum CHRISTO corporaliter fuere, ita
subnectit. Et si cognouimus CHRISTVM secundum carnem, 2. Corin. 5.
iam non cognouimus: subaudiendum eo modo quo tum á nobis
cognitus erat, sed plane modo longe meliore. Et ea de causa di-
xit illis IESVS Expedit uobis ut ego uadam, id est ut subtrahā Ioan. 16.
à uestro conspectu hanc corporis mei præsentiam. Et quare id?
Nimirum q; apostoli adhuc carnales, ita carnaliter præsentis
CHRISTI corpore & conspectu afficiebantur, quemadmo-
dū & homo aliquis carnalis amicissimi sodalis sui præsentia gau-
det & exhilaratur. Apostoli enim quia adhuc crassi erant & ad-
huc nihil aliud q; homines, corporalem CHRISTI præsen-
tiam mire exoptabant secum perpetuo fore, & quam spirituali
illius præsentiæ præferendam censebant: & proinde dum sic af-
fecti essent, impediebant ne assurgerent ad spiritualem & subli-
miorem modum diligendi CHRISTVM, adhuc carnalem
tantum illius præsentiam auide amplectentes. Quapropter Pau-
lus iam spiritualibus donis subleuatus, ut declararet illam carna-
lem dilectionem in spiritualem uersam esse: sic sub omnium apo-
stolorū nomine ait. Iam non nouimus CHRISTVM secun-
dum carnem. Et quamobrem quæso non nouerant? Profecto q;
iam ad meliora spiritus charismata profecerant. Porrò iam ad
fidei syncéritatem profecerunt, iam deuenerunt in cognitionem
non tantum humanitatis CHRISTI, sed etiam ineffabilis illi-
us diuinitatis. Quare recte dixit Paulus, Si enim cognoui-
mus CHRISTVM secundum carnem (quam cognitionem &
pessimi item Iudæi habuerūt) iā non nouimus: nos qui Christia-
ni sumus, qui & diuini spiritus dono locupletamur, quo duce ad

sublimiora quædam assurgamus. Quia nos iã CHRISTVM
Hebræ. 10. per fidem cognoscimus, ex qua iustus uiuit: fides est quę nos du-
cit in ueram dei cognitionem, in ueram CHRISTI contempla-
1. Ioan. 3. tionem, quando uidebimus ipsum sicuti est: neq; uidebimus tan-
Humilitas du- cit in cognitionem Christi. tum, sed cognoscemus etiam. Quare si rectum consiliũ sequi non
grauabimini, accedamus ad certam illam & absoluram CHRI-
STI notitiã: quam multo citius consequemur, si ut in cæteris uir-
tutibus omnibus, ita etiam & in humilitate eum ueluti ducem atq;
antesignanum nostrum imitemur. Namut aliæ uirtutes omnes
nobis abunde adfuerint: si una humilitate careamus, reuera nihil
Bernardus. prorsus nobis profuturæ sunt reliquæ. Quia (ut Bernardus ait)
Tollit humilita- Tolle humilitatem: & omnis uirtus uitium erit. Tolle humilitatẽ,
tẽ, & nulla uir- & ubi est uirtus? Tolle humilitatem, & quę uirtus est uirtus? tol-
tus remanet. le humilitatem, & ulla uirtus est uirtus: tolle humilitatẽ, & omnis
uirtus uitium erit. Humilia ergo temetipsum in omnibus, de no- L
bilitate generis ne superbias, ne sustollaris de diuitiis, de hono-
ribus & magistratu ne siselatus: de donis gratiæ, de donis natu-
ræ & fortunę ut merito habes cur deo gratias agas, ita de his in-
tumescere aut altum sapere extremæ dementiæ foret, quũ omni-
no à largitate diuina pendeãt. Quare cogita te esse (qualis reue-
ra es) humilem, uilem, totumq; ex alieno præsidio pendentem:
teq; (quod aiũt) tuo metire pede, in teipsum descendas, ut disca
cp̃ sit tibi curta supellex. Sicq; fiat ut erga omnes hominum status
recte te geras, ut superioribus debitam reuerentiam & amorem
præstes, ut æqualibus comiter & amanter utaris, denicq; ut infe-
Honor fugien- riores æquo animo feras & minime contemnas. Honorem fugi-
tem sequitur. to, & fugientem te haud dubie insequetur: atq; honorem omnẽ
quem tibi fortasse ab hominibus delatum senties, fac deo totum
impendas. Qđ si contemnaris ab his quibus soles aut debes ue-
nerationi esse, memento aio æquissimo perferendum: sicq; pro
babis teipsum uera uenerationedignum, etiam si nemo tam gra-
tus inueniatur, qui eam tibi referat. Aduersa etiam quoties con-
tingunt, non fortiter tantum, sed & gaudenter etiam sustinenda
sunt. Et si uerum humilitatis specimen præbere cogitas, semper

temetipsum

temetipsum omnium peccatorum infimum & abiectissimum reputato. Tibiipsi contemnendus es, si à deo in precio haberi uelis. Porrò si uere humilis es, tete plane despectum, contemptibilem, nihili homuntionem, morti ac mille ærumnis obnoxium, identidem reputabis. Et sane quo abiectior, quo humilior ac contẽptibilior tibi in oculis tuis uideris: certe hoc altior & sublimior in oculis dei uideberis, tantoq; probis etiã hominibus charior, gratior, & uenerabilior. Si hac itaq; humilitate præditus fueris, potes fiducialiter deũ piis precibus tuis interpellare: & procul dubio exaudieris ab eo. Quia, ut cœperamus dicere. Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorũ. Quid est illud, non spreuit? Nõ aliud opinor, q̃ misericorditer hactenus exaudiit preces humiliantium se: perpetuoq; exauditurus est illorum precationes qui in hac Sion ædificatione sedulo occupati sunt. Sicq; efficietur ut inchoatum hoc opus, uidelicet inferioris Sion, quod ex duobus parietibus seu basibus fundatum fuit, Iudæorũ uidelicet & gentiliũ, tandem absolute & plene consummabitur: tunc, quando post hanc tam magnificam structuram uidebit deus deorum in Sion, ubi uidebitur dominus in gloria sua, ubi erũt omnia perfecta, omnia consona, omnia gloriosa & beatitudinis plenissima. Cæterum quum tanta & talia sint, ut illorum cognitio & obseruatio summum illud bonum & eternam fœlicitatem parare possunt: conuenit ut non solum memoriæ commendentur ad tempus, sed ut literis etiam ac uoluminibus cõmissa omni posteritati, omni diligentia consecrẽtur. Nam si historias prophanas, si poemata Ethnicorum, si philosophorum placita & decreta non indigna iudicamus, quæ librorũ fidei committantur: quãto magis decet ea fidelissimis codicibus inscribi, quæ ad summũ dei honorem & sanam hominum ædificationem, maxime spectant. Quare ne tantus diuinæ bonitatis thesaurus hoĩum negligẽtia in obliuiõem deueniret, sed ad posteros oẽs ac filios filiorũ scriptis libris deriuaretur: statim subinfert propheta hic noster mandatũ oĩbus Christianis nõ tã utile q̃ necessariũ, ita inquiens.

Litera: Expo.

Psalm. 85.

K. SCRIBANTVR HAEC IN GENERATIONE ALTERA: Vers. 19.

TERA: ET POPVLVS QVI CREABITVR LAVDABIT DOMINVM. In uersiculo hoc quem iam proxime declarauimus, propheta hic noſter ſatis aperuiſſe uidetur, quomodo ſeruator noſter CHRISTVS dominus nullũ unq; peccatorem contemnit, modo ſeſe humiliare atq; ad paratiſſimam dei gratiam appellare non dedignabitur: quin libens miſericordiæ ſuæ & gratiæ iterum receptet, ueniamq; petentibus gratis peccata condonet. Quare ſpiritus ille ſanctus, qui non pſalmos modo ſed & totius ſcripturæ autor eſt, ad perpetuam tantæ rei memoriam, hanc dei miſericordiam, hanc dei pietatem, hanc dei benignitatem & clæmentiam toties erga nos miſerrimos peccatores declaratam, uehementer cõmendat: tamq; firmiter pectoribus noſtris ſemper inhærere uult, ut nulla unq; hominum ætate è memoria noſtra excidere permittat. Atq; ea de cauſa mãdat ut hæc tã excellentia dei beneficia literarũ monumẽtis tradãtur, ut uoluminibus uiuacibus exacte inſcribant: quo longe poſt nos in generatione altera narrari queant, in ſummã omnium peccatorum conſolationem, qui humiliter pœnitentiam agere non recuſauerint uſq; ad extremum mundi exitum. E quibus literarum monumẽtis, illi fiduciã & ſpem certam concipiant: qua freti, audeant quoties conſcientiam ſuam peccatorum oneribus grauatã ſenſerint, ad immenſam dei miſericordiam recurrere. At ſi tanta dei miſericordiæ opera, ſcriptis tradita non eſſent: fieri potuit, ut peccator modum reſurgendi à lapſu ſuo prorſus ignoraret, & quo itinere ad dei gratiam proficiſcendum foret. Præterea ſi hæc tam inſignia diuinæ benignitatis beneficia miſericordiæq; immenſitas, librorum ope ad poſteros nõ deriuaretur: uſuueniret forſitan, ut pariter hæ tantę bonitatis diuinæ dotes, impie obſcurarentur, & malefactores etiam in profundum deſperationis detruderentur. Sicq; maxima dei opera in tenebris ſub alto ſilẽtio iacerent, miſerrimiq; peccatores prorſus ſine omni remedio deſtituerentur. Hac ergo de cauſa ſanctiſſimus ille dei ſpiritus, mandat per prophetam hũc noſtrum, ut tam infinita diuinę clementiæ opera, ſcriptis uoluminibus fideliter commendentur: ut

Beneficia dei literis commendanda ne obliuiſcantur.

dum

dum passim per omnes ætates leguntur simul & audiuntur, homines ad diuinã opem in omnibus necessitatibus recurrere ualeant & debeant. Proinde ait prophera, Scribantur hęc in gene- Litera.
ratiõe altera. Scribanť hęc inquit. Quid sibi uult per ly hęc? Per Expo.
hanc particulam, hæc, omnia dei opera, omnia dei beneficia intelligi uult: quę perpetuę memorię dare iubet, quę non sine summa misericordia & bonitate sua, hominibus hactenus perpetuo declarauit. Scribantur hæc, hęc omnia dei opera, omnes hæ misericordiæ & benignitates dei. Scribanť & memorię conseerẽtur, q̃s magnifica deus humano generi operatus sit: quomodo in hac inferiore Sion, ecclesia uidelicet militante multis modis ędificauit, nempe per assiduam suam prędicationẽ, per ædita miracula, deniq; per amarissimam passionis suæ tolerãtiam. Quamq; etiam mirabiliter, q̃s misericorditer operatus est in interiori tẽplo dei, scilicet anima humana: primo in creãdo eam, in reparando ipsam per baptismum & lauacrũ regenerationis, in purgando per pœnitentiam, in condonandis peccatis illius per internũ contritionis dolorem, in conseruando atq; defendendo illam ab omnibus hostium insidiis: ac deniq; in efferendo atq; exaltando illam per multiplicia diuinæ gratiæ charismata. Demõstratur etiam per prædictam uocem ly hæc, quomodo dominus noster IESVS CHRISTVS tandem etiam in gloria sua uidebitur: quomodo & humilis pœnitens misericorditer & obuio animo à deo exaudiendus est, quomodoq; indulgente diuina clæmentia ueniam consequetur delictorum suorum. Cuius rei nõ pauca experimenta habemus in sacris literis, ut de Dauide hoc nostro manifestum est, de Manasse, de Ezechia, de Petro, de Paulo, aliisq; permultis. Declarat item & perspicuam facit illam singularẽ dei lenitatem, quæ neminem quantumuis miserum, abiectum & humilem aspernatur, qui nullũ pœnitentem peccatorem abhorret, detestatur aut odit, modo resipiscere uelit odiumq; prioris uitæ concipere. De qua re si exempla tibi exhiberi uis, considera q̃s non contempsit Magdalenam sua flagitia amaris lachrymis deplorantẽ, quamq; ęquo & benigno animo mulieris Chananæę causam

Quam magna deus humano generi operatus sit? & quotidie operatur?

Quã obuia sit misericordia dei.

Nullum reijcit deus peccatorẽ pœnitentem.

Magdalena.

Mulier Chananæa.

Dauid. Manasses Ezechias

Psalm. 144.

causam audiuit, fidemq; illius remunerauit? Nec alius sane repertus est deus in illis quos supra memorauí, Dauidem, Manassem & Ezechiam q̃ miserator, multæq; misericordię & uerax: nimirum in quos gratiæ & misericordiæ suæ multitudinem ita manifestauit, ut peccantes, iuxta commerita sua, non perdidit, nõ execratus est, sed pœnitentes in sinum clæmentiæ suæ libẽs recepit.

Mulier in adulterio deprehẽsa.

An reiecit quæso mulierem illam in adulterio deprehensam, quã in hoc ipsum adduxerunt ad eum pharisæi, ut illius iudicio condemnaretur? Eadem lenitate erga Matthæum prius telonæi custodem, mox apostolum, usus est: ut & erga publicanum quoq; peccatorem quidem, sed peccata sua humili mente agnoscentẽ.

Matthæus.

Petrus.

Imò nec Petrum post trinam abnegationem repellere uoluit, postq̃ uiderit pœnitentem & peccatum linguæ amaris fletibus diluentẽ. Sed neq; Paulum tam infestũ ecclesiæ suæ persequutorem, misericordiæ suæ exortem dimisit. Nepharium quoq; Latronem qui iam moriturus pœnitentiæ tandem meminit, eumq; in cruce cõfessus est: secum eodem die in paradisum rapuit. Postremo nec Iudæos ipsos, qui eum tot uulneribus afflictum cruci insuper affixerũt, suæ gratiæ & ueniæ expertes abire passus est: quin iam sub ipsa mortis hora, patrem suum pro illis instanter orauit: qua oratione, & non paucos illorum misericordiæ suæ lucratus est. Quare non sine iusta & magna causa iubet propheta hic noster, ut hæc tanta diuinæ misericordię momenta, fidelibus chartis omni cura & diligentia mandentur: quo uindicentur & liberentur non tam ab obliuione q̃ etiam posterorum memorię per manus tradantur. Scribantur, inquit, hæc in generatione altera. Scribantur, inquam, ad usum, augmentum atq; profectum omnium eorum qui Christianam religionem profitẽtur: qui generatio altera, & noua generatio aut progenies dici solẽt. Nam in generatione antiqua, per quam Iudæi intelliguntur, istiusmodi exempla huiusmodi scripturæ non adeo multum profuerũt: quibus tamen mittebantur prophetæ, mittebantur concionatores, mittebatur deniq; specialiter & ipse CHRISTVS. Nunquid ipse apud suum euangelistam de missione ac legatione sua

M

Iudæi.

Littera. Expo.

Generatio altera quæ sit. Generatio noua & antiqua.

huc in

huc in terras non ita mentionem facit, Non sum missus, inquit, Matth.15.
nisi ad oues quæ perierunt domus israël: Quapropter Iudæi re- Expo.
cte & apposite dicuntur antiqua & uetus generatio, quũ ipsi pri- Iudei olim fi-
or dei proles extiterunt, habebanturq; prius tanq; electi filii dei, lij, cur spurij
adeoq; peculiariter CHRISTVS istis promissus erat, ut di- facti sint.
ceret se (sicut modo audiuistis) non ad alios missum, nisi ad oues
perditas domus Israëliticæ. Inter quos & ex quibus iuxta carnẽ
CHRISTVS nasci uoluit, inter quos & per omnem uitam cõ-
uersatus est. Istis solis cotidie de regno dei & iusticia eiusdẽ uer-
ba fecit, istis uidentibus maxima illa miracula edidit: uerum quia
CHRISTVM & eius doctrinam ultro respuerũt, ita certatim
clamitantes Nolumus hunc regnare super nos: quia hæc inquam Luc.19.
& his absurdiora perpetrarũt, effecti sunt ex electis dei filiis, re-
probi & degeneres spurii: ex genuinis, nothi: adeo ut & regnũ
dei quod prius fuerat illis uelut hæreditarium, ablatum est ab illis
& datum est gẽti facienti fructum eius. Quia quum credere no- Matth. 21.
luerunt ei quem uniuersa illorum scriptura depinxit, fieri nõ po- Per scripturã
tuit ut scriptura illis prodesset. Nobis tamen Christianis qui in filij dei gene-
CHRISTO & eius scripturæ fiduciam ponimus, multum iuuãt rantur.
sacrosanctæ scripturæ mysteria. Quandoquidem ut Paulus in-
quit, Nos prædicamus CHRISTVM crucifixum, Iudæis qui- 1. Corin.1.
dem scandalum, gentibus stulticiam: his autem qui salui fiunt, id
est nobis Christianis, dei uirtus & sapientia. Atq; in hunc modũ
per fidẽ filii dei gignimur: quod & Apostolus aperte ait, ita scri-
bẽs ad Corinthios. In CHRISTO IESV per euangelium ego 1.Corin.4.
uos genui, ut essetis filii eius per fidem. Neq; huic retragatur id
quod ab eodem Paulo ad Galatas scriptum inuenimus, Filioli Gal.4.
mei quos iterum parturio, donec iterum reformetur in uobis
CHRISTVS. His locis astipulat & illud Iacobi ex capite pri- N.
mo. Voluntarie uos genuit uerbo ueritatis. Qũ ingentem credi- Iacob.1.
tis illorum numerum esse, qui è sacra scriptura nati sunt filii dei:
qui per sanctam prædicationem & declarationem uerbi dei, per
multa abhinc sæcula & adhuc indies gignuntur atq; accumulant
filiis dei: Quos fuerũt imò & adhuc sunt uiuentes, qui deũ nunq;

cognitum

cognitũ habuissent: si non per diuinam scripturam & eius sacro-
sanctam interpretatiõem adiuti extitissent? aliõqui adhucusq; in
Scriptura quã tum operatur in nobis. tenebris & perfidiæ caligine uersaturi. Quanta hominum turba
æternæ damnationi tradita fuisset, si scripturæ enarratio non fu-
isset in causa cur id minus contingeret? Quæ primo omnium sa-
lubri persuasione homines ad deum rapit, quæ spiritum penitus
è corporeis uisceribus extrahit & auellit: imò & animam ipsam
prorsus ab omni carnalitate seiungit, mentem à mundo separat.
Quæ hominem autem ita rerum diuinarum desiderio afficit &
accendit, ut planè in cœlos usq; rapiat, ut uelut exemptum à cor-
pore totum in spiritum transferat & reddat totum spiritualem,
totum uelut è cœlo pendentem, totum angelicũ, nec humana am-
plius sed sola diuina meditantem. Atq; huius potissimum rei gra-
tia, misit deus prædicatores ac seminatores uerbi sui in mundũ.
Ephe. 4. Expo. Porrò ut apostolus Paulus autor est, Dedit quosdam apostolos,
quosdam uero prophetas, alios euangelistas, alios pastores &
doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii: in
ædificationem corporis CHRISTI, donec occurramus omnes
in unitatem fidei, & agnitionem filii dei. Ad consummationẽ in-
quit sanctorum subaudi operum, quæ perficiuntur in ministerii
dei, aut ut Paulus uocat, opus ministerii. In ædificationem corpo-
ris CHRISTI, subintelligas mystici, hoc est Christianorum o-
um, qui in fide IESV CHRISTI & charitate, ueluti in unum
corpus coaluerũt, alter alterius corporis membrum. Sicq; sacra
doctrina ac diuini uerbi ministerio erudiendi sumus & edocẽdi,
Ibidem. donec occurramus oẽs in unitatem fidei, & agnitionem filii dei.
Quatuor præcipui effectus sacræ scripturæ. Cæterum ut alia penè infinita, ita etiam quatuor præcipuos effe-
ctus & uirtutes habet hæc mystica scriptura & uerbi dei dilucidatio: uirtutem uidelicet mũdificatiuam, illuminatiuam, attracti-
uam & sanatiuam. In primis mũdificat, ut tibi uides apud Ioannẽ
Ioan 15. Vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis.
Secundo in loco illuminat: ut in psalmis uidere licet, ubi ita scri-
Psalm 118. ptum habemus Declaratio sermonum tuorum illuminat, & in-
tellectum dat paruulis. Præterea ægrotos & male habentes curat
sanitatiq

, ſanitatiq́ reſtituit, iuxta illud ſcripturę Miſit dominus uerbū ſuum, & ſanauit me. Poſtremo autem miris quibuſdā perſuadendi uiribus allicit & attrahit uacillantia corda uirorum: quemadmodum & ipſe in ſuo euāgelio teſtatur. Nemo uenit ad me, niſi pater meus traxerit eū. Quod ut etiam facilis expoſitiōis luce, paulo fiat clarius: unum aut alterum uerbum exempli cauſa ſuperaddamus. Subeat animum ueſtrum, quot hominū millia audiendo uerbum dei, ſtatim, ceu uiquadam diuina attracti, mūdum prorſus reliquerunt: patrem inſuper & matrem, uxores, paruos liberos, amicos, cognatos, affines: aliaq́ omnia quæcunq́ poſſiderūt pro regno dei ſponte abdixerunt: Nunquid Niniuitę ad prędicationem Ionæ relicta priore uita ad pœnitentiam ſtatim deuenerunt, in ieiunio, ſacco & cinere commiſſa ſcelera expiantes: Nunquid Petrus & Andreas, Ioannes & Iacobus, deſertis parētibus ac neceſſariis ſuis, relicta familia rebusq́ omnibus, ad unā illam CHRISTI uocem (Venite poſt me) uelut ſubitario diuinæ manus raptu, eum comitati ſunt: An nō & acta apoſtolica ſatis teſtimoniorū perhibent, quomodo poſt prædicatum CHRISTI regnum per apoſtolos: multi bona ſua quęcunq́ habuerūt, tuliſſe leguntur & ad pedes diſcipulorum proiecíſſe: Sed quid opus eſt ut in iſtis antiquioribus recenſendis longiorem moram faciamus: preſertim quū & plura ſint q̄ ut paucis repeti poſſint, & notiora q̄ ut cōmemoratione egeant: Ad propinquiora ergo exempla deueniamus. Qua ui putatis factū, ut nos Britanni prius ſub infidelitatis caligine detenti, tam cito prædicāte diuo Auguſtino ad orthodoxam fidem cōuerſi fuimus: An non per trahentem diuini ſermonis uigorē: Sed ut paucis multa dicā, an nō huius uerbi uirtute ab orbe condito ad hunc uſq́ diem rapiūtur infinita hominum millia: dum olim per prophetas, mox per apoſtolos & euāgeliſtas, ac demum per paſtores, doctores, aliosq́ prædicatores, per totum orbem terrarum defertur ac denunciatur efficaciſſimum dei uerbum: Nam cuiuſmodi quæſo cognitionem dei aut fidei illius habuiſſent homines: ſi nō diuinitus tradita fuiſſet iſta ſcripturæ lux: Fides enim (ut Apoſtolus ait) ex auditu

Pſalm. 106.

Ioan. 6.

Verbi dei efficacia & uirtus.

Matth. 4.

Roma. 10.

auditu est. Quanta uero dulcedo & uis ad sese alliciendi lateat in hoc uerbo, uel hinc facile perspicuum esse opinor: q̃ sub initio prædicationis suæ tot millia hominum CHRISTVM etiam in deserta, aspera & inuia loca, certatim sequebantur ad audiendũ uerbum illius: interim domus suæ, ædium, cibi ac potus prorsus obliti & immemores? Vsqueadeo ut ipse uidens tantum populi laborem pariter & studium sui uerbi audiendi, dixerit circumstantibus discipulis, Misereor super turbam hanc, quia non habent unde manducent. Et ne deficerent in uia, pauit eos subinde, sed non aliũde q̃ è paucis panibus & piscículis aliquot: uno quidem die quatuor millia, alio uero quinq̃ millia. Proinde quũ alias quando Iudæi audirent CHRISTVM prædicantem, fastidientes retro abierunt, discipulos autem adhuc permanentes percontatus est, num & ipsi abire parabant? Qui tamẽ quia uerum gustũ huius dulcissimi uerbi cæperant, ita interroganti CHRISTO respondebant Domine ad quem ibimus, tu uerba æternæ uitæ habes. Quia, ut alio etiam loco dicitur, Viuus est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio anc̃ipiti: pertingẽs usq̃ ad diuisionem animi & spiritus, compagum quoq̃ ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, hoc est ut animum & spiritum hominis, à carne & mũdo atq̃ adeo ab omni re terrestri & corporea separet & seiungat, tãtæq̃ efficaciæ est & uigoris, ut cor ipsum atq̃ intima pectoris penetralia inuestiget, penetret & perscrutet. Cõcedat atq̃ faxit propitius deus, ut ita inuadat, itaq̃ feriat & uulneret cor tuũ, animam tuã, ut dolore commissæ nequitiæ compuncta, intus fleat & sanguinem effundere studeat. Præsta tu omnipotẽs & misericors deus ut euangelium tuum & sacræ scripturæ mysteria, ita aperiantur & reuelentur in cordibus omniũ: ut gratia tua prgueniente & persuadente scriptura, te, qui uia, ueritas & uita es, in cordibus firmiter & fideliter receptẽt. Hoc enim illud uerbum est, quod mortalibus salutem confert: iuxta illum psalmographi uersiculum, Misit dominus uerbũ suum & sanauit me. Quid enim aliud nisi huius uerbi efficacia, sanauit Mariã magdalenam: tot peccatorũ lethiferis uulneribus

Matt. 8.

P.

Ioan. 6.

Hebræ. 4. Expo.

Ioan. 14.

Psalm. 106.

, uulneribus ſauciatam? Tum demum ſanari contigit, quum ſedēs Luc. 10.
, ſecus pedes domini, audiebat uerbum illius. Iudæi uero quando-
quidem hoc uerbum accipere recuſarunt, perierunt penitus: &
ſalutē promiſſā malicia & diffidentia miſere amiſerunt. Quare
CHRISTVS obſtinatos Iudæos nec ſcripturę ſuę obedientes,
, ita in euangelio ſuo alloquitur. Nolite putare q̄ ego accuſaturus Ioan. 5.
, ſum uos: eſt qui accuſat uos Moſes, in quē ſperatis. Si enim cre- Expo.
, deretis Moſi, crederetis forſitā & mihi: de me enim ille ſcripſit. Moſes, prophe
, Si autem illius ſcriptis nō creditis: quomodo uerbis meis crede- te, & ſacra
, tis? Ne, inquit dominus, ſitis hoc animo ut putetis me ueſtrū iu- ſcriptura acer
dicem ſub extremi iudicii diem uos accuſaturū: quia num (uel me ſabunt peccato
tacente) nō deerit accuſator uobis, nimirum Moſes ueſter. Neq̄ res in iudicio.
tamen ſolus Moſes tunc uos perfidiæ & pertinaciæ inculabit, ſed
& prophetæ etiam omnes, omnes apoſtoli & euāgeliſtæ, & prę-
dicatores uerbi: hii omnes una cum Moſe uos acriter accuſabūt.
Qui omnia opera mea, leges & inſtituta diligenter ad memoriā
poſterorum literis mandauerunt: non in alium uſum q̄ ut leges
meas & dicta primum cognoſceretis, ac deinde ita in illis ope-
raremini exercitatiq̄ eſſetis, ut diſceretis primo omniū deū pa-
trem ac creatorem ueſtrum ex toto corde, tota mente & animo
diligere, tum uero non metuere tantum ſed & uenerari, colere,
Q, atq̄ adorare. Præterea, ut omnem peccandi occaſionem fugien-
tes, uirtuti tenaciter adhęreamus: ut ſtudia noſtra non in alium
ſcopū dirigeremus, q̄ in deū atq̄ in eius leges pro uirili cogno-
ſcendas. Ethnicus autem & paganus aduentante illo iudicii die Ethnicus facili-
ita ſe utcūq̄ excuſare poterit, domine nō noui te, non habui ſcri- us ſe excuſabit in iudicio,
pturam tuam, nunq̄ audiui leges tuas, nihil certi de te audiui, nec quam fidelis
unq̄ miracula illa quę edidiſti, uidere licuit. Si certo te cognouiſ- Chriſtianus.
ſem, ſi tua uerba audiuiſſem, ſi tua uidiſſem miracula, certam fidē
in te collocaſſem, & libens legis tuę iugo collum meum ſubmiſiſ-
ſem. Sed ſi tu Chriſtiane hæc aut conſimilia excuſationum ſub-
terfugia pro te in medium afferre uelles: reuera non dubiū quin
Moſes contra te dicturus aſſurget, ueteres prophetæ te grauiter Omnes ætatis
accuſabunt: poſt quos aderunt & apoſtoli, aderunt euangeliſtæ, te accuſabunt
peccatorem.

aderūt doctores ac cōtionatores uerbi diuini: aderit deniq; & totus ille contextus scripturæ, utrunq; uidelicet instrumentum, utraq; item lex, noua scilicet & uetus, quibus omnibus accusatio bus, non euades miser quo minus cōuincaris ac mortis æternæ pœnas luas. Quin & hic ipse suggestus, hoc pulpitum, in de ego nunc uobis uerba facio: in te ferio uociferabitur dicetq;, tu miser scripturam dei audiuisti, tu leges & mandata eius declaratas habuisti, tu splendida illa uirtutis encomia & laudes, tu diuerso multiplicia uitiorum pericula ad unguem declarata habuiras callebasq; egregie: uerū quia cognitæ scripturæ non obtemperabas, dignus es qui ea supplicia feras, quæ scripura transgressoribus assignauit. O miserande peccator, quod eursum aut quam excusationem pro te afferes, cum scripura sacra dicat: Omnis creatura cœli & terræ cōsurget aduersus peccatorem in die iudicii? Obsecro te ò Christiane, obsecro, quo tum fugies, quam tum tergiuersationem inuenies, qua te apud deū excuses? Tu forsan dicturus es te nunq; Mosen uidisse, neq; cognouisse unq; Esaiā, Hieremiam aut aliū quempiam ex prophetis nunq; cognouisse, nunq; audiuisse Petrum, nunq; Paulū, nūq; aliquem alium è discipulorū contubernio. Hæc ne satis tibi pro impunitate, & excusatione tua illo die arbitraris? Minime profecto, minime. Quum in arcanis illis sacræ scripturæ literis neq; Moses tibi deest, neq; Esaias, Hieremias, ut nec reliqua illa prophetarum turba: adsunt & tibi ex altera parte euangelici codices, quadriga illa euangelistarū, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes: adsunt & illic Petrus, Paulus, Iacobus & Iudas & quēcunq; alium uelis discipulorum. Nec dubito quin audieris non semel illorum scripta tibi per sacras conciones aliasq; huius generis interpretationes, sufficienter declarata, patefacta, atq; expressa. In quibus deus ipse in primis abunde declaratur, legesq; eiusdem & mandata, uel luce clarius enucleantur: ut penitus nihil deesse causeris quod saluti animæ necessariū aut conducibile sit, nisi ipse tibi infœliciter defueris. Cæterum hæc omnia ut & aliæ creaturæ uniuersæ consurgent aduersum te, ubi primum aderit illud iudicii tremendum

Sapient. 5. Iob. 2.

Excusationes friuole peccatoris in iudicio.

R.

tremendum & irreuocabile: quando palam traducentur omnia
» facta hominũ & in claram lucem prodibunt. Porrò & Niniuitæ Matth. 12.
» consurgent in iudicio cum generatione ista mala & peruersa & Niniuitæ condemnabũt eam: quia ipsi egerunt pœnitentiam ad prædica-
» tionem Ionæ prophetæ. Imò & Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia uenit è finibus
» terræ audire sapientiam Solomonis: & ecce plusq̃ Solomon hic. Ibidem.
» Sed quid hic o miserrime & sceleratissime Christiane peccator pro te afferre uales? quid tot accusatoribus respondebis? quam adornabis excusationem? Præsertim quum minime iam te late-at CHRISTVM ipsum ita discipulis suis in mandatis dedisse,
» Euntes (inquit) in uniuersum mundũ, prædicate euangeliũ omni Marc. 16.
» creaturæ, & cætera. Et sequit. Quicunq; non audierit sermones Matth. 10.
» uestros, amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum &
» Gomorræorum in die iudicii q̃ ciuitati illi. At quare id quæso? Certe q̃ Sodomitæ nihil aliud tot sceleribus suis uiolabant, præ-ter legem naturę: at isti nihil penitus reliquerunt inuiolatũ. Nam præter ruptam naturæ legem, pręter Mosaicam quę lex scripta dicitur, præter etiam tot saluberrima sanctorum prophetarum monita: etiam præscripsiões euangelicas, apostolorum decreta, integerrimas ecclesiæ sanctiones, tot sanctorũ patrum concilia, denique tot proborũ uirorum atq; prædicatorum utilissimas mo-nitiones & hortamina prorsus contempserunt. Tum profecto non uideo quid aliud audire expectent, q̃ id quod crimino-sis & contemptricibus ludææ ciuitatibus olim à domino pronun-
» ciatũ est. Vę, inquit ipse, tibi Bethsaida, uę tibi Corozaym: quia Luc. 10.
» si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes, quæ in uobis factæ
» fuerũt, olim pœnitentiam egissent in cinere & cilicio. Quapro-pter memineris oportet, te nullam iustam excusationem afferre posse, qua declarare queas defuisse tibi quo ponueras uitiosum pectus & depranatos affectus corrigere: quum sacra scriptura, unicum uidelicet sauciati cordis pharmacum, semper tibi ad ma-nus præsto affuisset. In qua quoniam quæcunq; ad animę sanita-tẽ abunde suppeditant: monuit ut eã diligẽter perscrutaremur, Flores paradi-si in scriptura sanctis.

Ioan. 5. Expo. ita phariſæis loquens. Scrutamini ſcripturas, in quibus uitam æ- S.
ternam putatis habere. Siquidē, ſcriptura de Chriſto ſatis lucu- ,
lentū teſtimoniū ꝓhibebat partim quidē per umbras illas ueteris inſtrumenti & multiplicia figurarum inuolucra, partim per pro- pheticas prædictiones, per uaria angelorum miniſteria: partim etiam per ipſa opera quæ ipſemet CHRISTVS geſſit, per miracula ædita, ac demum per clariſſimum patris teſtimonium non ſemel mūdo inauditum. Scrutamini ſcripturas, illic inuentu- ri quæcunq; eſſent uitæ noſtrę neceſſaria. Scrutamini ergo ſcri- , pturas, & in illis uelut in amæniſſimo prato omnigenos lectionis , flores & mirificas delicias haud dubie inuenietis: illic uidebitis amplum roſarium, ingentem fragrantium uiolarum copiam, lili- orum quantum libebit inſpicere: imò & quod iſtis deliciis etiam deliciolius eſt, illic reuera uberrimum ſpiritus fructum, locuple- temq; odoris ſuauitatem ubiq; ſummis naribus olfacietis. Quia
Omnia bona perſcrutari licet in ſacra ſcriptura. in hoc ueruantiſſimo ſcripturarum campo, nō modo florentiſſi- mum pratum reperietis: uerum etiam beatiſſimam omnium bo- narum rerū paradiſum. Neq; iſtiuſmodi flores eius naturæ ſunt ut præter ſuauiſſimum ſuffitū & gratos odores nihil aliud præ- ſtent, imò præter hæc omnia habent & fructum, quo nihil nec utilius nec humanæ naturæ commodius eſſe poteſt: fructum qui animas deguſtantes ꝓiuificat, alit, nutrit, ac in deo uegetas efficit. Porrò in ea facile deprehēditur totius creationis ratio, narratio, & hiſtoria: illic contemplari licet totius mundanę machinæ com- pagem & ornatum, illic facile conſpicias æquabilem illam cœlo- rum uertiginem, ſtellarum & planetarū continuum & mirabilem motum & curſum: terrarum, marium, aëris, aquarum, planetarū, quadrupedum, natatilium, uolatilium & omnium quæ uidentur & non uidentur, ſitum: naturam, ordinem & effectum. Et hæc ſane quæcunq; à deo optimo, maximo, condita ſunt: in tuum uſum o homo creata extitere, in tuam conſolationem, in tuum honorem fuerunt conſtituta. Hanc tantam totius mundi pulchritudinem, tam ingentem totius uniuerſi molem, tam ſtupendis miraculorū prodigiis ornatam, propter te puſillum homuntionem in mediū protulit deus: ut agnoſceres beneficia cōditoris tui, & quantum illi debeas.

illi debeas. Scrutamini ſcripturas, & incidetis paſſim in eas pœnas & afflictiones, quas contra malefactores & tranſgreſſores uoluntatis ſuæ pro ſua æquitate conſtituit. Quot minas & terriculamenta, quot ſæuorum bellorum tumultus, quot diras plagas, quot mortium genera: nempe ignes, aquas, terræ motus, terræque hiatus & aperturas, deſtructiones uarias, depopulationes agrorum, uaſtitates uillarum, ciuitatum & regnorũ olim egregie florentium patitur hæc uita noſtra? Adde huc tot acerbos caſus, infortunia & calamitates, depoſitiones regum, imperatorum & magnatum ac principum uirorum, magiſtratus indies in ordinẽ redactos, tot immites morbos ac ſtrages hominum, tot penurias, fames, frigora, aduſtiões, ſiccitates, diluuia, dimerſiones, incẽdia, milleq; id genus afflictionum genera, quæ omnia ad puniendos peccatores ordinauit clæmentiſſima dei iuſticia: ut qui per tot & tam inſignia beneficia deum amare recuſarunt, ſaltem per T. iuſta ſupplicia diſcant meuere. Quod ſi per has caſtigatiões & diuinæ benignitatis reuocamina reſipiſcere neglexerint: ultra hæc prędicta etiam gehennales cruciatus minitatus eſt, ad quem pœnarũ locum conſtat eum antehac innumeros penè obſtinatos peccatores pręmiſiſſe. Quemadmodum in ſacræ paginæ lectione patet de Sodomitis & Gomorræis igne & ſulphure è cœlo combuſtis: de Pharaone & Aegyptiis in mari rubro ſubmerſis: de Dathon, Abiron & Chore, quos uiuos terra dehiſcens abſorpſit. Atq; de hac ſupplicii ratione, ita loquitur ſanctus pater Ioannes Chryſoſtomus, Niſi (inquit) gehennam minatus eſſet deus, niſi pœnam præparaſſet: pauci regnũ dei poſſediſſent. Neq; tot promiſſio bonorum ad uirtutem euocat, quot pœnarum minatio timore cõpeſcat, & ad animæ curam excitet. At hæc utraq; in diuinis literis promiſſa habes: & intolerabiles gehennę torturas, & interminabilem cœli gloriam. Quæ duo licet inter ſe longe diuerſiſſima ſint, tamen ambo ad unum finem reſpiciunt, nẽpe ad ſalutem hominum & futuram animarum gloriam: hoc ad ſeſe alliciens & attrahens, illud alterum à ſe abigẽs & expellens, timore uidelicet colligens ad ſeſe qui alioqui negligẽtius uiuerẽt.

Quanta pœnas minetur ac ſupplicia pro peccatis in ſcripturis uidebitis, ſi perſcrutemini.

Chryſoſt. Omelia 8.

Vnusquisque pro statu suo in scriptura discet officium suum.

Scrutamini itaq; scripturas, in quibus & paruus infans habet, quod lacteat, puer quod laudet & admiretur, adolescens quod corrigat, iuuenis quod sequatur, senior quod precetur & petat à deo, omnes quod credant. In inexhausto illo scripturarum thesauro, uiri inuenient pietatem, fœminę addiscēt pudicitiā, uiduę deuotionē, diuites liberalitatē, pauperes uero inopiæ suæ solatium. In scriptura, inuenięt reges quid in administranda re publica facere debeant, sacerdotes quomodo uiuant, & iudices quam iudicandi normam teneant & sectentur. Præterea in sacris literis ubiq; præsto adest, quod mœstum cōsoletur, quod hilarem moderetur & temperet, ut in lætitia modū seruet: quod mitiget iratum, quod pauperem recreet, quod opulentum humiliet ac sui memorē reddat, deniq; quod omni generi hominū optima medicamenta largiatur. Nam ea est scripturæ lenitas, ut facile appareat à quo autore proficiscatur: siquidem nullum unq; peccatorem reiicit, & omnes ad pœnitētiam prouocat & allectat. Ad hæc, in scriptura, fidem ubiq; prædicatā habes & assertam, perfidiam uero penitus repudiatā: ibi docet iusticia, iniquitas prohibetur, laudatur misericordia, crudelitas damnatur: ibi acquirit ueritas, abdicatur mendaciū, dolus, fraus, & impostura damnatur: pœnitentia laudem fert & commendatur, pax promittitur, spes alitur & confouetur: deniq; interna hilaritas & spirituale gaudium cōfirmatur & perficitur. Itaut ex his & similibus scripturæ proprietatibus, satis liquere opinor, q; uere dictum sit à beato Paulo: Quæcunq;, uidelicet in sacris uoluminibus scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam & cōsolationem scripturarum spem habeamus: ut per integerrima probitatis exempla, ita in hoc huius uitæ stadio curramus, ut æternæ gloriæ brauium tandem consequamur. Q; si in uetere testamento uersari libet, occurret statim tibi deuotissimus ille sacrificādi ritus, quo usus est protomartyr ille Abel: occurret contemplatio sancti Enoch, equissima illa iusticia Noę, uera sanctimonia Loth, synceriſſima Abrahę fides, patientia Isaac, prudentia & solertia Iacob, cōstantissima Ioleph castitas & sancta uerecūdia, ardentissima charitas Moseos, sancta illa Phinees æmulatio, oblatio deuota

Rom. 15.

Vetus testamentum exempla sanctorum nobis proponit.

V.

X.

deuota Aaronis, incredibile Sāsonis robur & fortitudo inuicta, patientia Iob, manſuetudo & mititas Dauidis, ſapiētia Solomonis, aliaq; innumerabilia uirtutis ac probitatis exempla: quibus recēſendis huius tēporis & loci ratio nō ſatis erit. Qualia ſunt, ut è multis pauca referā, Iudę Machabęi ſtrenuitas & in aggrediēdis periculis animus uere fortis, Ioſue ducis ſpes & fiducia minime uacillans, Samuelis integritas, ſalubris Thobię admonitio, pietas Helię, Heliſæi æquitas, Eſaię ſtabilitas, Hieremię magnanimitas, Danielis feruor: ſed nō eſt (ut dixi) cur iſtis lōgius immoremur, quum plura ſint huius generis exempla, q̄ ut in hac tanta temporis penuria abſolui queant. Proinde omiſſis iſtis, ad nouū teſtamentum accedendū eſt. Vbi in primis offeret ſe nobis integerrima CHRISTI uita, incomparabilia eiuſdē opera, miracula ſolo CHRISTO digna: Marię item matris & uirginis innocentia, caſtitas, puritas animi & corporis, ſumma deuotio & humilitas, compaſſio & ſanctitas. Ibi perſpicies Petri fidem & abſolutiſſimam CHRISTI deitatis confeſſionem, præterea inuenies & lapſum eiuſdem ac trinam abnegationem, ac tandem acerbiſſimas contritionis lachrymas. Ibi uidere licet Pauli inopinatam uocationem, quomodo ſubitario diuinę gratię attractu, è lupo paſtor conſtitutus ſit: & in quanta poſtea ſublimitate locatus fuerit, ut & tuba euangelii uocitatus eſſet. Ibi uide ſingularem Ioannis Baptiſtæ ſanctimoniam & auſteram primæuæ ætatis ſeueritatem, Andreæ fortitudinem & animum præſentem dū pro CHRISTI nomine cruci affixus eſt, diuiniloquam illam beati Ioannis apocalypſim ac reuelatiōem, Thomæ ſcientiā & cognitionem, Simonis conſtantiam, Matthię humilitatem, Marci ſynceritatem, Lucę uigilantiam, Barnabæ eminentiam: deniq; nihil reperiri poteſt quod ad animæ ſalutē attinet, quod non illic abūde ſuggeratur. Hic igitur hiſtoriarum liber eſt, in quem præ cęteris omnibus, perpetuo inſpiciendum eſt tanq̄ in uiuificū ęternæ ſalutis ſpeculum. Cæterum quum omnes hiſtoriæ admodum utiles ſint ad parandam multarum rerum cognitionem, maxime profecto & ante alios omnes hiſtoriarū libros, hic unicus ſacræ

Nouum teſtamentum quale exempla ſanctorum nobis proponit.

X,

scripturæ codex, qui & liber uitæ merito dicitur, semper non in manibus tantum, sed & in corde altaq; memoria habendus est: huicq; uni totum studium nostrum & industriam applicandam censeo. Quia nusq; alibi q̃ in hoc uolumine affatim habetur aut abunde, quod animarũ nostrarum saluti consulat, prospiciat, & sufficiat: & sine cuius præsidio fieri non potest, quin plebs miserè pereat. Quod respiciẽs deus ipse, apud Hieremiam prophetam ita de populi sui erroribus conqueritur, Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ: & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non ualent continere aquas. Dereliquerunt, inquit, me fontem aquæ uiuæ. Hæc nimirũ est illa aqua, de qua & in euangelio ita ait, Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: perinde acsi diceret, ita illius desiderio fiet satis, ut non sit in rebus mortalibus quicq; quod amplius ambiat aut concupiscat. Neq; sane hæc aqua uiua aliud est q̃ sacrarum literarum intelligentia & cognitio, quæ sitientes omnes ad sacros cœlestis aquæ riuulos recta perducit, panditq; cunctis ineffabilis diuinitatis mysteria & inaccessam maiestatẽ. Nec satis uidebat ingrato & impio populo, q̃ æternæ uitæ fontem reliquissent: nisi insuper fodissent sibi cisternas dissipatas, hoc est fœtidas & male olentes lacunas, & stagnantes hæresium & falsarum doctrinarum paludes: è quibus mortiferas & fœculentas errorum aquas sibi exitialiter exhauriũt. Verum ut in primordio historiæ geneseos scriptũ habemus, Diuisit deus aquas ab aquis: diuisit enim aquas quæ sub firmamento sunt, ab his quæ sunt super firmamentum. Iam aquæ quæ supra cœlos esse dicũtur, sunt arcana illa mysteria & diuina noui & ueteris testamenti oracula: quæ quidem aquæ diuisæ sunt & longo interstitio separantur ab turbidis illis & contagiosis mũdanarum doctrinarum lacunis: quæ ut è limosa terra plerũq; ebulliunt, ita perpetuo in terra pestifera immorantes, potantes facile toxicant & interficiũt. Quũ modo plane diuerso, aquæ illæ superiores, nempe sacræ scripturæ, omnino lympidissimæ sunt, purissimę, & item dulcissimę solidissimęq;. Istę autem aquę quę super cœlos sunt, non solum illę

Hier. 2. Expo. *Aqua uiua sacræ scripturæ.*

Ioan. 4. Expo.

Gene. 1. Expo. *Duplex aqua.*

ipsę

ipſę perhibentur eſſe, quę ſurſum gloriam dei enarrant, immen-
ſamq; illius magnitudinem inſinuant, eũdemq; colunt, laudant, &
ueneranť: ſed etiam cœleſtis doctrina & ſpiritualis myſticę ſcri-
pturę intelligentia, quę ut lympidiſſima eſt, ita etiam & bibenti-
Y. bus longe ſuauiſſima & ſolatii pleniſſima. At aquę illę inferiores,
id eſt doctrina Ethnicorum, ludęrũ ceremonię, & uanę umbrę
legis, perfidorum & hæreticorum peruerſa dogmata, nimis ob-
ſcurę ſunt, nimis lutulentę, nimis turbidę & errorum pleniſſimę:
nec habent ſtabilitatem ullam, ſed fluctuant atq; huc illuc quouis
leuitatis uento impelluntur, ab unitate & certitudine fidei longe
lateq; exorbitantes, potantesq; ſua contagione inuoxiant. Quas
aquas, ſi forte offerantur, dimittatis uelim: ad priores illas totis ui
ribus exhauriendas properantes. Quod ſi ſordidas illas ultro fu-
gere & aſpernari nõ grauabimini, Haurietis haud dubie lym- Eſai. 12.
pidiſſimas illas aquas de fontibus ſaluatoris. At hoc ſane idẽ eſt
cũ illo, quod iam ſępe è ſcriptura citauimus. Scrutamini ſcriptu-
ras. Et quare id quęſo? Profecto q illę pleniſſimum teſtimoniũ
perhibent de CHRISTO IESV, illę ad uiuum deſcribũt o-
pera eiuſdem, miracula & res geſtas ab eo, ut hiſce incitamẽtis
permoti fideles populi, paulatim ad eum digne laudãdum aſſur-
gant, tot beneficia eius agnoſcentes cum gratiarũ actione. Ve- *Tria præcipua in ſcriptura memorantur pro generatione altera.*
rũ ut alia multa in hoc ſcripturę libro memoratu digniſſima, ita
tria præcipua inuenio aptiſſima, quę ad poſteritatis memoriam
atq; in generatione altera ſcribantur. Hęc ſunt antiquorũ geſta, *Antiquorũ geſta ad quid ſint ſcribuntur?*
malorum ſupplicia, ac demum iuſtorum præmia. Egregia autem
facinora & res præclare geſtę ab antiquis tam bonę q malę, lite-
ris commendantur, ut qui cũq; acta bonorum lecturi aut audituri
ſimus, ea occaſione ad probitatẽ prouocemur: & contra, perpẽ-
dentes infortunia & calamitates quę improborum geſta ſequutę
ſunt, & quomodo ſemper hactenus omnia tandem malis male
ſucceſſerint, facilius à malo retrahamur. Proinde deus tantam
huius rei utilitatem ſecum ponderans & peruoluens, ita monet
Moſen, Scribe hęc ob monimentũ in libro, & trade auribus Io-
ſue. Et appoſite ſane addidit ob monimẽtum, quandoquidem id Exod. 17.
Expo.
proprie

proprie monimentū dicitur, quod mentem moneat atq; rei prę-
teritę memoriā refricet. Prędicta ergo duo opera uidelicet fœ-
lices bonorum euentus atq; asperos malorum casus, ante omnia
in memoria habere debemus scriptisq; mandare: ut & nobis qui
nunc sumus, & etiam his qui aliis ętatibus uenturi sunt, certa mo-
nimenta sint, quę nos admoneant & memores faciant quid sectā-
dum aut declinandum sit. Et primo in loco proponamus prę-
ra sanctorum patrū gesta, quę si cordibus & mentibus firmiter
adhęreant affixa, haud dubie dabūt ualida ad uirtutem incitamē-
ta, uelut calcaribus quibusdam ad id quod bonum est prouocan-
tia. Succurrat ergo in primis inuictissimi Iudę Machabęi exem-
plum, qui commilitones suos animans & exhortans aduersus in-
festam Gorgię hostilitatem, ad hunc modū admonebat, Memē-
tote, inquit, quomodo salui facti sunt patres nostri in mari ru-
bro, quum sequeretur eos Pharao: & nunc clamemus nos in cœ-
lum, & miserebit nostri deus. Abraham quoq; per fidei synceri-
tatem saluatus est & iustus reputatus, nihil addubitās de promis-
sis diuinis, quibus acceperat se futurum patrem multarum gen-
um: interim iubente deo, paratus unicum filiū suum interimere,
in quo omnis posteritatis spes penitus recubuerat. Nā hic unus
erat semen illud de quo dixerat deus Abrahę In semine tuo be-
nedicentur omnes gentes. Quin ipse Isaac utilissimum obedien-
tię exemplum omnibus nobis prębere potest, qui non solum ul-
tro sed etiam alacriter permisit se à patre obligari, & super ap-
positam lignorum structem imponi, ut omnipotenti immolaretur.
Iacob quoq; huius filius & tantus patriarcha, per industriam suā
multosq; sudores, salutis uiam inuenit: dum per multos annos in
peregrina regione non sine periculo, laboribus & asperis itine-
ribus in custodiendo alieno pecore exercitus fuerat. Idq; memo-
riæ uestræ non semel etiam committendū est, quomodo sanctis-
simus uir Iob patientiæ dono ad æternæ uitæ hæreditatem per-
uenit. Tobias autem per insignem uitę pietatem & misericordi-
am, qua memorabili exemplo in demortuis sepeliendis usus est,
ad idē prędmii accessisse cōstat. Quid memorem inauditam illam

Gesta sanctorum patrū præclara, i nostrū exemplū scripta.

Iudas Machabeus.

1. Macha. 4.

Abrahā.

Gene. 22.

Isaac.

Iacob.

Iob.

Thobias.

Z.

Dauidis

Dauidis mãsuetudinem? Quid illae Petri erumpentes lachrymae, quas post negatũ dñm legit exuberantissime profudisse? Quid Pauli tot continuos labores & mille discrimina, quae pro euangelio CHRISTI promouendo per totum pene terrarũ orbem non equo tantum sed forti etiam & intrepido animo perpessus est. Zacheus etiam per iustam illam compensationem factaque iniuriarum, & distributionem bonorum suorum in usus pauperũ consequutus est ut coelestis patrimonii fieret particeps & hæres. Maria magdalena antea famosissima peccatrix, per poenitentiã & lachrymas, per dilectionẽ uehemẽtissimã qua CHRISTVM prosequuta est, eo felicitatis progressa est, ut non solum à septẽ nepharijs spiritibus liberari meruit, sed etiam ad collegiũ apostolorum accersi. Ad quantum quaeso beatitudinis perduxit Latronem, qui inter patiendum CHRISTO à dextris appendebat, uel suprema illa confessio & felix agnitio CHRISTI IESV? Nõ immerito ergo ita admonuit hos milites magnus ille Machabeus: Mementote, inquiens, quomodo patres nostri salui facti sunt. Quod exemplum nobis satis esse deberet, quo admoneremur, quomodo sanctorum patrum gesta, non modo memoriae nostrae arcte infigenda sint, sed & ob oculos perpetuo proponenda. Atq; hac de causa utriusq; testamenti historiae frequenter in ecclesia leguntur: ut audientes Christiani, secum iterum atq; iterum perpendant, quid sancti illi uiri per omnem uitam egerint, ẽq; sancte uixerint, ẽq; angelice, ẽq; deifice, & quomodo tandem ad coeleste regnum peruenerint. Neq; tamen id satis est audire aut intelligere, nisi insuper studeamus eos pro uirili imitari: ut & nos aliquando ad illorũ societatem peruenire ualeamus, simulq; cum illis in coelo coregnare. Atq; hic fructus est, quem ex obseruatis bonorum gestis capere possumus: at nunc ad improborũ facinora detegenda, uerrat se uicissim stili cursus. Scribantur itaq; & malorum maleficia, primum ut uideamus ẽq; infeliciter tandem omnia illis successerint propter peccatum; deinde ut illorũ periculis & infortunijs admoniti, diligenter caueamus, ne nos aliquando illorũ similes efficiamur. Eterim prophe-

Dauid. Petrus. Paulus. Zacheus. Magdalena. Latro. 2. Machab. 4. Quare legãtur historiae utriusque testamenti in ecclesia. Gesta malorũ in nostrũ exẽplũ inscripturã scribuntur.

Hiere. 17. pheta Hieremias de simili re loquens, ita ait Peccatum Iudæ scri-
Expo. ptum est stilo ferreo in ungue adamantino. Nam peccatum Iu-
da id est Iudæorũ propter induratam obstinatiam indelibile est
& insanabile propter grauitatem, quandoquidem illi soli erant,
qui innocentissimi sanguinis CHRISTI uindictã in se & filios
Matth. 27. suos imprecabant, ita uno ore clamãtes Sãguis eius super nos &
sup filios nostros. Q2 si de sãguine illo semel ad fidẽ CHRISTI
cõuersi bibissent: hausissent inde haud dubie immortalis uitæ &
salutis pocula. At illi miseri hunc preciosissimum cruorem effun-
di fecerunt, effusum impie contempserunt: nec hoc contenti, ul-
tionem tam nephandæ effusionis in caput suum imprecati sunt.
Tu tamen Christiane, tu quicũq; es qui CHRISTVM pro-
fiteris, fac, fac, fac q̃ lõgissime ab hac Iudaica iniquitate discedas:
& quem illi impie effunderunt sanguinem, tu pie & cum fiducia
bibas, fac tu ex hoc fonte æternę uitę pocula spiritualiter adhau-
rias. Atq; ut scias, hic ex hoc cruoris poculo spiritualiter bibit,
quisquis cum CHRISTO per dilectionem internam uelut cõ-
patit ac commiserescit. De hoc autem tam salutifero hausto aut
1. Corin. 11. calice, ita loquitur & ipse saluator apud euangelistam suum Hic
est calix noui testamenti in meo sanguine, & sequitur paulo infra
Matth. 26. Bibite ex eo omnes, hoc est, ita alte infigat in animo uestro me-
Expo. moria passionis meæ & huius sanguinis effusi, ut perpetuã huius
compassionem, memoriam, ac recordationem habeatis. Deter-
reatq; uos semper hoc infaustum Iudæorum exemplum: qui usq;
in sempiternũ huius sanguinis effusionem luent. Et proinde pro-
pheta Hieremias, quem supra citauimus, spiritu prospiciens nũ-
q̃ fore ut Iudęis remitteretur hoc tantum sceleris, iussit ut pecca-
tum Iudæorum stilo ferreo describeretur, idq; non in fragili aut
fluxili materia, sed in ungue adamãtino: bella & elegante inte-
Ad mollis quã rim metaphora usus ad rem expressius declarandam. Nam quũ
tu duricei adamas adeo durus sit ut omnem ferri aciem facile respuat, nec
alia re perdomari possit q̃ hircino sanguine: fieri non potest ut
id quod illi incisum est, facile inde deleat. Quare propheta signi
ficans hoc Iudæorum scelus & peruersissimam obstinaciam ita

ob oculos

ob oculos dei uersari, ut nunq; è memoria eius auelli possit, asse-
rit illud in adamante scriptum esse: innuens per id, hoc tam im-ne-
B. piabile nephas, indelibile esse & irremissibile. Mementote sub- *Angelus p̃ pec cato damnatus.*
inde qua seueritate in angelũ prauaricatorem usus est deus ipse,
q̃ subitaneo lapsu ab alto cœlorum fastigio, ad ima tartara de-
trusus est: usqueadeo, ut ne spem quidem inde exeũdi misero re-
liquerit. Quapropter (ut autor est diuus Petrus) Si deus angelis pec- 2. Petri. 2.
cantibus non pepercit, quomodo hominibus parcet? Nec com- *Quam seuiter deus peccata punit.*
mittatis ut è mente uestra excidat, quo pacto protoplastũ ipsum
& communem omnium nostrum parentem, non ob aliud crimẽ
q̃ quòd contempto præcepto dei, uetitum pomum degustare ausus Adam.
sit; ob quod delictum è paradiso pulsus, ad labores & ærumnas
intolerabiles detruditur. Mementote etiam & seueriſſimam illã Diluuiũ.
dei animaduersionem quam non multum à primordio mundi
in omnes uiuentes exercuit: quos præter paucos propter immo-
dicam luxuriam ad unum diluuio extinxit. Quomodo Pharaonẽ Pharaõ.
tot diuinæ reuocationis plagas pertinaciter contemnentem, ob-
durauit: & tandem cum suis omnibus insnari rubro submersit?
Quomodo ultus est incredibilem illam Nabuchodonosoris su- Nabucho-
perbiam? Q̃ exacte & iuste ultus est detestandum Balthasaris odono.
sacrilegium: quãdo thesauros & sacra templi uasa asportata, re- Balthasar
stituere negligebat? Antiochi arrogantiam tam iusto supplicio Antio-
mulctauit; ut aliis omnibus optimo iure exemplo esse potuit, ne chus.
ipsi simile quippiam committant unq̃. Iudæorum autem quanta Iudæi.
fuerit malignitas in CHRISTVM saluatorem, magnitudo
pœnæ à diuina iustitia illis impensa facile perdocet: dum in hũc
usq; diem per totum orbem uagabundi, incertis sedibus perer-
rant: captiui, miseri, & uilissimis Turchis inseruientes. Porrò de Tyranni.
tyrannis illis mementote, qui ecclesiam CHRISTI & sanctos
martyres ab initio fidei nostræ persequuti sunt, & hodie alicubi
etiam persequi pergunt, quid euenerit & actum sit: non opinor
opus esse ut longiore oratione enarrem. Quum nemo fermè sit
qui ignoret, quinam illorum exitus fuerit: dũ alii illorũ uiui à ca-
codæmone aliquo erepti fuerint & discerpti, alii ab igne cœlitus

immisso in uindictam illorum absorpti sunt & consumpti: alii se in ardentem rogum, alii in aquam præcipitantes, alii ferro, alii laqueo, alii alio miserabilis necis genere sibi mortem accersentes. Sed non est cur his & huiusce modi enumerandis longius immoremur, quum sacram historiam uoluentibus occurrent ubiq; exempla his aut similia, aut atrociora. Quòd si istis sacrarũ rerum monumentis contentus esse nequeas, saltem lege uel Græcorũ, Romanorũ aut Barbararũ gentium historias, uel si his legendis non supperat satis ocii, lege uel Chronica Anglorum uel Gallorũ annales: in quibus satis ubiq; pœnarum & cruciatus inuenies, quod improborum flagitiis & audaciæ inflictum fuerit. Si quæras cur ista & huiusmodi literarum monumentis commissa sunt: equidẽ certe facile contenderim, in posterorum commodum scripta fuisse, ut memoriæ tradita, suo exemplo, nos uel amore ad honesta studia rapiant, uel metu à uitiis deterreãt. Et (ut satyricus poëta inquit) ut metuãt peccare mali formidine pœnæ: & metuant peccare boni uirtutis amore. Nam his duobus potissimum stimulis, uel amantes ad bonum accendimur: uel contra, mulctam pertimescẽtes, à malo retrahimur. Quis enim mortalium sic infœliciter oscitans reperietur, qui non omnibus conatibus superbiam fugerit & exosam habebit: si alte oculos ponat ẽp atrocia supplicia pro hoc peccato diluendo, ualerint olim Nabuchodonosor, Balthasar, aut etiam ipse Dauid? Quis non oderit maxime contumaciæ & obstinaciæ uitium, si non inuigilanter audiat, legat, & perpendat, demersi Pharaonis historiam? Quis execrabilem inuidentiã non statim missam faciet, ne e intra pectoris sui domicilium residere permittet: si ex geneseos diligente lectione peruideat, ad quod exitium id uitii perduxerit infœlicem Cain? Cui non inuisa erit gula & lautiora cõuiuia, si meminerit ex lecto euangelio, quantus damnationis cumulus hinc acciderit diuiti epulonis? Cuius animum non auerteret penitus ab auaritia, cognitũ & animaduersum ludę supplicium? Quis non prorsus ex animo suo depellet omnem libidinis pruriginem, & damnosas sordidarum uoluptatum illecebras: si uel semel cogitet ẽp dira ultio diuinitus

Sodomitis

Gesta.

Horatius.

Supplicũ superbiæ.

Nabucho.

Balthasar.

Dauid.

Obstinaciæ punitio.

Pharao.

Inuidiæ pœna.

Cain.

Gulæ punitio.

Diues epulo.

Auaritiæ pœna.

Iudas.

Luxuriæ afflictio.

Sodoma.

Sodomitis & Gomorrgeis olim ob hoc peccatum inflicta fuerat: Hæc quidem omnia & multo plura similis punitionis exempla, non sine iusta causa sacris bibliis cõmendantur: ut illorũ periculo admoniti, discamus quę nobis etiam uitanda sint, ne una cum illis diuinam iram in nos ipsos concitemus. Quare quisquis es cuiuscunq; status, cuiuscũq; conditionis, sexus aut ætatis: hæc legas has & alias huius generis historias, nec dubium quin sapiens eris & timebis deum, quo fiet ut in spiritu & uitæ probitate plurimum proficias, paulatimq; à uirtute in uirtutem progrediaris, donec detur uidere deum deorum in Sion. Atq; in hunc effectum iussit sacer psalmographus, ut quæ supra commemorauimus, ad alterius generationis memoriam perscribantur, Scribantur, inquiens, hæc in generatione altera: quandoquidem ad alteram generationem multum haud dubie utilitatis adferent. Vnde annotare poterimus duplicem esse omnino generationem, unam quidẽ bonam, alteram uero malam: unam uirtuosam, alteram uitiosam: unam denicq; laudabilem, alteram uero damnabilem. Siquidem progenitoris nostri Adæ & primi hominis, generatio plane uitiosa fuit & damnatiõi obnoxia: utpote qui erat homo terrenus, peccator, deo inobediens, & diuinæ legis transgressor. Et quẽadmodum in fructibus arboreis euenire solet, ut fœtus quisq; suã arborem sapore referat: ita hic factum est quoq; ut dũ ex peccatore parẽte similes omnino gignunt liberi, fiãt morti & peccato obnoxii. At altera illa generatio, quam diximus omni bonitate, uirtute & laude insignitam esse, est ipsa incorruptissima generatio secundi hominis, uidelicet IESV CHRISTI: quæ generatio è cœlis est. Atq; hic, qualis ipse est, tales omnino liberos gignit, uidelicet omni gratia plenissimos. Neq; iste pater gignit tãtum, sed & à peccati maculis mundat & purificat, & rursum per suum spiritum & aquam regenerat. De his duabus generationibus & hominibus, in hunc modum scribit apostolus Paulus, Primus homo de terra terrenus: secundus uero de cœlo cœlestis. Primus homo Adam filios suos in peccato genitos, secum tanq; comites, ad inferos detraxit: at secundus contra, filios à peccati

Gomorra.

Littera.

Generatio duplex.

Generatio mala.

Generatio bona.

1. Corinth. 15. Expo.

Primus homo liberos suos ad inferos detraxit, secũdus ad superos.

iugo ereptos, secum uexit ad superos. Primus homo à paradiso terrestri miserabiliter exulauit & extorris factus est, ita ut cum feris bæluis in agrum mundi deputaretur: secundus uero, hæres & dominus cœlestis paradisi semper permanet & benedictus in æuum. Primus etiam homo quum ab initio immortalis creatus esset, per suam inobedientiam mortalis effectus est: atqui secundus quum mortalis homo natus fuisset, per memorabilem illam obedientiam, quã iubenti patri usq; ad mortem præstitit, à morte ad immortalitatem translatus est. Primus item homo filios suos genuit, primum culpæ, ac deinceps etiam gehennæ: secundus uero liberos suos non gratiæ tantum, sed etiam gloriæ procreãdos curat. Primus itidem homo, ut erat ipse morti obnoxius, ita erat & omnium morientium pater: at secundus ut est nõ tam uiuens q̃ etiam ipsa uita, ita est & omnium uiuẽtium pater. Primus ille uelut uitricus suos natos toxico inficiens interemit: secundus uero ut uerus & naturalis pater suos uitæ restituit. Primus homo solius corporis pater est, secundus autem non tam corporis q̃ animæ. Primus non aliam matrem habuit q̃ lutulentam & limosam terram, secundus uero uirginem intactam & prorsus omni labe carentem. Primus præuaricator fuit præcepti diuini, secundus ipsos præuaricatores reparauit lapsusq; condonauit priores. Primus fuerat maledictus, secũdus autem benedictus. Postremo primus ille homo tandem in iudiciũ proditurus est, de factis suis rationem redditurus atq; ad tribunal dei iudicandus: secundus autem iudicaturus & omnes præuaricatores condemnaturus. Ex istis utriusq; hominis collationibus, primam illam generationem satis noscere potes, nec secundam ignorare. Nam prima illa generatio, ut uides, tota corrupta fuit, tota carnalis, tota ad fœdas uoluptates & carnis illecebras deuoluta, undiq; sceleribus & miseriis obruta, tota non aliũde q̃ è crasso corpore & carnis massa cõsistẽs: quũ interim nihil adsit uirtutis, nihil spiritus, nihil deniq; diuinitatis aut quod deũ autorem referat. Vnde facile liquet q̃ sit uerum illud euangelii dictum. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est è spiritu, spiritus est. Secunda uero gene-

Ioan. 3.

ratio

ratio quia cœlestis est & exempta è carnis tyrannide, tota è cœlo & spiritu dependet. Prima quemadmodū & ipsa periculosa cōtagione uitiata est, ita ex natura sua uitiat & cōtaminat quicquid attingit: quæcūq; uidet, legit aut audit, quasi omnia uertit in sensum reprobum. Literam ubiq; mordicus arripit, at uim spiritus nec scitā habet nec sane scire laborat: in his quæ legit auditúe carnalia demetit, nihil minus attendens cui in quem finem exarata erant: nec mirum sane quū spiritus in ipsis nec uiget nec operat quicq̄, sed tantum bruta caro. Nec qui ad hunc modum afficiūtur, sapere possunt ea quæ sursum sunt, sed tantum quæ deorsum sunt & reptantia super terram: itaq; fit ut CHRISTVM penitus repellant, carnem suam immodice & plus æquo enutrientes. Atq; hanc eandem generationem hic idem propheta alibi paucissimis uerbis ad uiuū usq; depingit. Generatio, inquit, prana & exasperās. Generatio prana, id est peruersa, rebellis, incredula, carnalis, omni proteruitate & malicia redundans, & (ut semel dicam) diabolicat exasperans præterea dicitur, q̄ deum natura clementissimum suis sceleribus ad iram prouocet, & ex misericorde quantum in se est, asperum reddit & iracundum. At illa generatio altera, generatio secunda est, generatio uidelicet Christianorum, qui fide, qui spe & charitate, cæterisq; spiritus donis imbuti sunt: quam progeniē & CHRISTVS ipse uirtute euangelii sui peperit. De quo gignendi modo & Paulus ad Corinthios ita scribit, Per euangeliū ego uos genui. Iuxta quem modū & cotidie recentes & subinde nouos filios sibi gignit atq; agglutinat deus: & eos potissimum qui CHRISTVM imitātur, qui CHRISTI legem adimplēt, qui sacris scripturis synecere credunt, & inde disciplinam accipiunt: qui indies de uirtute in uirtutem promouentes, in CHRISTO & illius fide crescūt atq; augentur, qui non aliūde q̄ è scripturis canonicis uiuendi instituta & disciplinam petunt & accipiunt. De qua generatione ita scripū habes apud psalmographū. Hæc est generatio quærentium dominum, quærentium faciem dei Iacob. Quę (ut Paulus uerbis utar) Non quærit quæ sua sunt, sed quæ sunt IESV

Pronitas primi hominis ad mala.

Psalm. 77. Expo. Generatio prana & exasperans quid

1. Corin. 4. Expo.

Generatio quærentium dominum quæ sit

Psalm. 23. Expo.

Philipp. 2.

CHRISTI. Hæc generatio nunq̃ potest esse otiosa, quin semper aliquid boni operetur: nam studet, uigilat, omnibusq; modis elaborat, quomodo inseruiat deo: quomodo quod illi placitũ fuerit, præstet & efficiat: quomodo prioribus uirtutibus adhuc plures accumulet, quomodo econuerso suppullulantes uitiorum fomites extinguat & eradicet, alios q̃ infirmiores uirtutũ exemplis & probitate plantet, formet & ædificet. De qua generatiõe, F.

Psalm. III. Expo. Generatio recta quæ?

& illud etiam à psalmista adiectum est Generatio rectorum benedicetur: hoc est abundabit & multiplicabitur omni gratia & operibus meritoriis, adeo ut non solum coram deo, sed etiam coram hominibus benedicendi sunt, & merito omni laude efferendi. Et qui hisce spiritualibus dotibus præditi sunt, haud dubie ita semper conabũtur uitam suam uirtutibus adornare, ut quicquid acturi sint, cedat ad laudẽ & gloriam dei. Quod etiã per id quod in proximo literali cõtextu sequit, satis euidens sit & explanatũ,

Littera. Populus qui creabitur, laudabit dominũ. Quod perinde sonat, ac si dixisset, ea erit huius sanctæ generationis uita, ut huius luce & probis exemplis, merito deũ sic uiuendo laudare ualeant. Nã non opinor quẽq; posse deum optimum maximum maiore laude consequi, quam ut in hac uita ita uirtutem amplexetur, ut suo exemplo alios CHRISTO lucrifaciat, ut alios uitæ probitate iuuet & ædificet. Quod qui faciunt, argumentum est eos recta conscientia præditos esse. Nec mirum est tales esse, quĩ per gratiam generati, non cessant deũ pro innumeris beneficiis laudibus efferre: q̃ pro immensa misericordia sua eos ad gratiam, ad pœnitentiam, ac demum ad numerum familiæ accersiuit. Hi sunt qui semper alacres spiritu inueniuntur, qui solido quodam & interno gaudio præsultant in cordibus suis, qui de sua conuersatione & uiuendi instituto lætitiam incredibilem concipiunt & sentiunt, adeo ut de se uere dicere possint Nostra conuersatio in

Philipp. 3. Expo. Quãta lætitia de generatione bona & cõscientia sua.

cœlis est. Ita enim de sua conuersatione gestiunt & oblectantur, ut pœnitentiam suam non pro pœna habeant, sed in gaudium & iubilationẽ conuertũt: ut luerũ existimẽt, ut pro profectu habeãt & promotiõe. O Christiane Christiane, si quidem ipse scires q̃

syncera

ſyncera eſſet uoluptas, q̄ ingens gaudiū & uera lætitia, quantū ſolacii & conſortationis in ſe habet, habere cor mundum & cō-ſcientiam perpurgatam: non dubito quin totum ſtudium tuū & conatum huc applicandū exiſtimares, ut animam tuam ab omni macula puram cuſtodires, quo hoc tantum ſolamen, nempe trā-quillitatem conſcientiæ, perpetuum ſeruares. Porrò qui uitæ in-tegritate prædíti ſunt: habent ſemper intra pectus ſuum de quo ſolide gaudeant. Quia lætitia, unde naſcitur uerum ſolatium: in-diuidua comes eſt uirtutis. Vnde fit ut uiri probi, quoties tēpus præteritum ad memoriam ſuam reuocant, toties maxima lætitia præcordia ſibi ſubſultare perſentiunt: perſentiunt uero q̄ extē-ta diaboli retia effugerint, q̄ tam rapaces & aculeatas manus in-columes euaſerint. De præſenti item tempore cogitant, non me-diocrem exultandi occaſionem habent, q̄ ſentiant ſe prævenīē-te gratia dei, fauorem & benignitatē dei aſſequutos. Poſtremo de futuro ſi cogitent, habent de quo potiſſimum gaudeant: nimi-rum q̄ ſperent ſe de larga dei manu copioſum præmium repor-taturos. Et ſub huiuſmodi uirorum perſona, quorum conſcientia ad hunc modum perpurgata eſt, loquitur apoſtolus Paulus, ita
» aiens Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ: 2. Corin. 1.
» quaſi diceret hinc ſcimus nos recta ſequutos & in ſtatu gratiæ eſſe, q̄ conſcientia noſtra non remordeat, q̄ tanq̄ uermis nō ar-rodat, q̄ deniq̄ de peccato non arguat, nec ſcrupulū intus mu-rmurantem præſentiat. Ceterum neq̄ uir bonus de tranquilla cō-ſcientia tantam lætandi cauſam habet, q̄ habeat ediuerſo pecca-tor de iniquitate, quod omnibus modis perdoleat. Quantū gra-uedinis ac mœſticiæ oportet peccatorē neceſſario habere intra penetralia pectoris ſui: quoties illi de peccato ſuo & ingratitudi-ne erga deum in mentem uenerit? Quippe quam de præteritis cogitat, non poteſt fieri quin totus cōfuſione aſpergatur & erū-beſcentia: ita intra ſeſe ingemiſcens, o me infeliciſſimum, o me miſerrimum, quid feci miſellus homuncio? cur magis carnis illi-citam appetentiam q̄ deum meum amplexatus ſum? cur impro-bum appetitum meū ſequutus ſum? cur uitam uoluptuoſam? cur

Expo. Quāta mœſtitudinis eſt peccatori de turbatione conſcientiæ

mundana gaudia? O me miserum, cur malum peccatorum consilium sectatus sum? cur deum meū deserui? me merito pudet pigetq;. De qua confusione & apostolus ita ad Romanos loquitur

Roma. 6. Quem fructum habuistis in quibus nūc erubescitis? Si uero de præsenti statu suo meminerit, quid quæso habet præter remurmurantes conscientiæ stimulos? quid præter præsentaneum dolorem & corrodentium uermium copiam? De quibus scriptura ait, Vermis eorum non morietur. Et illud item Augustini lusisti domine & ita est, ut omnis inordinatus animus sit sibiipsi pœna. Cui astipulatur & mellifluus ille Bernardus. Nō est pœna supra pœnam morsus conscientiæ. Siquidem is morsus nunq; desinit peccatum aculeo pungere & perfodere, animum sibi male conscium dente transligit, cor diuerberat & uulnerat, ita ut nunq; quiescere permittatur. Postremo si cogitet de futuro, statim occurrit metus intolerabilis gehennalis incendii: semper ueretur ne in æternam illam damnationem incidat, nisi succurrat tēpestiue expolitissima illa dei misericordia. In mentē reuocet q; graiter peccatis suis deum offenderit, quanta sit uitæ suæ abhominatio, quamdiu in eadem stertens dormitauerit: ex altera parte subit animū eius iustitia dei & postremi iudicii seueritas, quomodo nulli prorsus parsurus sit, quomodo nullius peccatum remittet impunitum. Nec potest reuera quin misere semper sibi metuat, quum cogitet q; seueriter iustus deus angelū suum grauissimo supplicio affecerit, quādo ille sola cogitatione lapsus est: quī propter unū pomum adgustatum, totū humanū genus è paradiso expulsum est, atq; ad labores sudoriferos, & ad inferos tandē detrusum. Hæc & similia, suggerente conscientia, perpendens infœlix peccator, in mœsticiam quandam & grauedinem spiritus corruit, adeo ut tandem de uenia desperans dicat cū Cayno

Esai. 66. Expo. Augustin. Bernardus. Morsus cōscientiæ qui grauis

Gene. 4. Desperatio peccatoris unde uenial? Maius est peccatum meum q; ut ueniam merear, sicq; in infimum desperationis baratrum pronus labitur, non appellans amplius ad diuinam misericordiam. Hinc incipit mundum contemnere, seipsum despicere, sibiipsi displicere, hinc corpus suum despectū habet, hinc animam suā (qua nihil charius esse debet) negligit & aspernatur,

aſpernat, hinc eos cũ quibus peccauerat exoſos habet, hinc uitã penitus abhorret, hinc cœli faſtidiũ uenit, hinc dei contẽptus & blaſphemię, atq; hinc in extremam damnationẽ deuenitur, luxta illud ſcripturæ Peccator quum in profundum malorũ peruene- Prouer. 18.
H. rit, contemnit. Quare quiſquis es qui te peccatorũ oneribus grauatum cenſes, fac q̃ primum potes, te hac ſarcina leues, quæ tam grauis & onerosa eſt, ut nec terra, nec paradiſus, nec cœlũ, imò ne deus quidem ipſe ferre poteſt, tantũ abeſt ut tu miſer ſub eo ſubſiſtere ualeas, nec quieſcit unq̃ donec ad inferos penetret, ubi peccati locus proprius eſt. Cęterum ut ſe & fragilitatem ſuam facilius agnoſcat peccator, debet in primis quatuor quędam cõſiderare, nimirũ ubi fuerit quondam, ubi nunc ſit, ubi non ſit, ubi ſit aliquando futurus. Principio ſi in animo ſuo peruoluat ubi fuerit olim, inueniet ſe ueluti immundum ſuem in turpi cœni uolutabro miſere iacuiſſe. De qua lutulenta quiete, ita ſcribit prophe- Quatuor in primis peccatori conſiderãda. .1.
, ta Hieremias Requieuit in fecibus ſuis. Et rurſus Ioel Cõputrue- Hier. 48.
, erunt iumenta in ſtercore ſuo. Rurſum ſi circumſpiciat ubinam locorũ iam conſiſtat, reperiet ſe in manu & poteſtate diaboli poſitũ, eiuſdemq; tyrannidi miſere inſeruire. De quo & Hieremias Ioel 1. .2.
, ita habet Seruietis diis alienis, qui non dabũt uobis requiem. Q̃ Hier. 16.
ſi præterea ſecum perpendat, ubi nõ ſit, certe quandiu iniquitati ſubiectus eſt, ſciat pro certo ſe in libro uitæ ſcriptum non eſſe. .3.
, luxta illud ſcripturæ Deleantur de libro uiuentium, & cum iuſtis Pſal. 68.
, non ſcribant. Poſtremo ſi perpendat ubi tandem futurus ſit, non dubiũ eſt quin ſi non, dum adhuc in uia ſit, reſipiſcat: niſi à ſceleribus ſuis recedat, niſi dũ tempus permittit, ſua flagitia pœnitentia corrigenda curet, præceps ad inferos detrudetur. Quando illi & illius ſimilibus hanc iuſtam & metuendam ſententiam è tribunali ſuo detonabit deus. Ite maledicti in ignem æternum, qui Math. 25.
diabolo paratur & angelis eius. Verum ne hæc horrida & atrocia perueniant ad effectum, maxime cuilibet peccatori præcauẽdum eſt: quod ſane minori negocio perficietur, ſi pœnitente animo memor ſit malefactorum ſuorũ, ita cum pſalmographo ex
, animo clamitans Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco: & Pſal. 50.

Gloriatur quidam, cum pessime egerint.

peccatum meum contra me est semper. Non mediocre momentum habet ad placandum deum, ut quis suum erratum agnoscat, humilique animo se fateatur deliquisse. Porrò interdum labi, infirmitatis est humanæ: at lapsum agnoscere id plane diuinæ gratiæ est, liberam hominis uoluntatem permouentis. A qua quidē gratia quis ignorat, cum longe absunt nonnulli, qui non alio noīe peccata sua agnoscūt, cum ut inde damnabiliter glorientur: ea sibi laudi esse reputātes, quæ criminosissima sunt & maxime detestabilia. Ex hoc perditissimo grege audies aliquem iactitantem sese, quoties ad alienas penetrauerit uxores, quoties cubile proximi commaculauerit: alium homicidio ita oblectatum ut nequeat sibiipsi temperare, quo minus de nece hominum glorietur, alius se latrociniis & clandestinis insidiis: alius rapto splendidum sibi uictum parasse gloriabundus asseret, adeo ut non aliam iurabit esse uirtutis uiam. Et sunt quoq; non pauci qui callide circumuenire aliquem, astute fallere & uelut præstigiis quibusdam quibuslibet imponere posse, pro magna sapientia ducūt: alii ita erroribus suis & maleficiis gaudent & oblectantur, ut sedulo studeāt uetera flagitia nouis quibusdam & maioribus obscurare, sibi hoc maiori lucro ducentes, quo maiora facinora designarent atq; cōmitterent. In quod hominum genus, illud scripturæ aptissime quadrabit. Lętantur quū male fecerint, & exultant in rebus

Prouer. 2.

pessimis. At qui ita detestabiliter affecti sunt, ad priorem illam & necp generationem pertinent: nec cum propheta dicere possunt, Iniquitatem meam ego agnosco, & peccatum meū contra me est semper. Cęterum quicunq; est de generatione altera, is si quando humanitus in peccatū aliquod inciderit, statim seipsum corrigit, id summo dolore delere elaborans quod cum uoluptate commissum est: damnat delictum suum, & uitia quæ prius delectationem parere uidebantur, nunc contra, compunctionē cordis & amaras lachrymas pariunt, indicāt, ac palam protestātur, suū delictū cōtra se esse semp. Quicquid uscp personuerit, quicquid increpuerit aut strepitū mouerit: arbitratur id suā culpā redarguere, sine cuius memoria nihil illi occurrere potest. Adeoq;

Generatio altera quantam pœnam sustineat in animo de peccato.

Generatio altera nunquam quiescit, donec peccata sua deleuerit.

solicite

solicite circa commissas nequitias animus illius occupat, ut quicquid ab ullo dictum aut lectum audierit: statim de se dictum aut lectũ existimabit. Nam (ut autor est Cato) Conscius ipse sibi, de se putat omnia dici. Et usqueadeo timidus est sanctoq; timore imbutus, ut nihil agere possit: quin se omnium oculis & nutu assignari arbitratur. Si inter epulas & cõuiuia uersetur, si secũ solus cogitet aut contempletur, si oret aut de precationi operã det, semper ante oculos suos proprius oberrat error: semper culpa oblatrans conscientiam pulsat, conscientiam inquietat: nec ullam concedit requiem, nec obliuisci patit, sed terrore continuo, horrore interno huc illuc uersat & exagitat. Ipsemet sibi in primis displicet, peccatũ suũ impense odit: & (uti iustũ decet) sui in primis accusator existit, aduersus semetipsum testimonium perhibet: ipse se ad mœstitiam perurget & stimulat, sese iudicat & cõdemnat, deq; seipso denicp supplicium sumit, nec cessat uncp illud propheticum identidem inculcare Peccatũ meum contra me est semper. Et idcireo ut se è peccati captiuitate redimat, duram disciplinam subit, uitã suam prius omni licentia & luxu diffluẽtem, seueritate quadã restringit & coartat: ducitur pœnitudine prioris lapsus, horroreq; totus concutitur quoties recordatio sceleris sui animum subit: erroris commissi uehementer pudet pigetq;: neq; est alia res ulla quam magis pauet, quam magis metuit aut formidat, cp ut prioris nequitiæ memoriam refricet, nihil magis exosum habet cp suum ipsius scelus, se sibi molestum esse sentit, seq; sibi arbitrum aut auscultatorem refugit quum seipsum nullo modo aufugere queat, nec seipsum tamen impune euadere sinit, sed cruciat, torquet, & sine omni uenia aut indulgentia punit & afflictat: dolet, lachrymatur, atq; quanta potest contritione compungitur. O magna uis conscientiæ sibiipsi male conscię & peccato obnoxiæ. Quid non horret, quid non pertimescit animus sibi male conscius? Q magna creditis supplicia sibi imminere? timebat Adam ille primus parens noster, quando una cum Eua uxore sua audiret uocem domini deambulantis in paradiso, atq; ita ad eum dicentis, Adam ubi es? Vsqueadeo ut statim post transgressionem,

Cato. Conscientia mala quãtum stimulatur & cõpungitur.

Psal. 50.

Gene. 3.

Adam quanto timore peccati percussus. Gene. 4.

Cain quam anxie metuebat conscientiã suam malam.

Dauids pœna conscientiæ pro peccato.

transgressionem, conscientia delicti, exagitati sunt & perterriti: ut
ipsos abscondere parabant, quũ nemo eos perquirebat.
Eisdẽ stimulis actus est & infœlix ille Cain: qui anxie metuebat,
ne omnis qui eum inueniret, occideret eum. Atq; sic ui conscien-
tiæ uictus, ultro de seipso sententiam ferebat, nimirũ q̃ indignus
esset cui quisq̃ ignosceret. Dauid quoq; quum rex esset, & pro-
inde nullis legibus teneretur (quandoquidem reges liberi & im-
munes sunt ab his pœnis quas leges delictis infligere solẽt, pro-
pterea q̃ nec ullis legibus ad pœnas uocantur, quum sint imperii
sui potestate ab hisce rebus exempti) tamen is (inq̃) Dauid licet
regni priuilegio tutus esset: animi tamẽ deuotione & fide nihilo-
minus deo subiectus mansit, utpote á cuius oculis nec peccatum
suum cælare potuit. Vnde factũ est, ut timore domini correptus,
seq̃ ipsum coram deo reum statuens: in summa animæ suæ ama-
ritudine commissum scelus humiliter & dolenter confessus est,
maximoq̃ cum fletu & lachrymis, se quod perpetratum erat ma-
le, abluturum promisit, ita inquiens Lauabo per singulas noctes
lectum meum, lachrymis stratũ meum rigabo, turbatus est à fu-
rore oculus meus. Atq; istiusmodi omnes qui sic dolent & tristã-
tur q̃ male egerint, qui se de delictis suis arguũt & condemnant,
quos sua uitia tristes & compunctos reddunt, isti inquam omnes
& istorum similes ad alteram generationem spectant: qui & cõ-
cipiuntur & nascuntur filii dei, in quibus & spiritus item dei ui-
uifice & efficaciter operatur, eosq; sacrosãcto chrismate inũgit,
fortificat, & intus in deo robustos reddit. Cæterum tantũ abest,
ut hic internus dolor & pœnitentia illis molesta fiant, ut de nullo
huius mũdi negotio magis pergaudere soleant: in hac una re to-
tam consolationem suam & gaudiũ cõstituentes, in hoc uno do-
lore totam suam lætitiam collocantes: deumq; maximopere col-
laudantes, q̃ illis & animum & tempus pœnitendi largitus sit. Et
hoc idem innuit locus supra prælegatus. Populus qui creabi-
tur, laudabit dominum: id est omnes illi qui per gratiam renouã-
tur, gratuito dei beneficio efficiuntur filii dei, illi præ cæteris de-
um laudibus omnigenis efferent. Quare, quisquis es quem uere

Psal. 6.

Pœnitẽs uerus quanto magis q̃ peccato dolet, tanto magis intus gaudet.

Littera.

Expo.

pœnitet

pœnitet uitæ perperam priùs actæ, ne existimes ullam pœnitẽtiam tibi nimis austeram & asperam esse posse, nullam quamuis magnam, aut acerbam esse aut intolerabilem. Nam si pœnitius eam mentis oculis introspicias, uidebis eam solã esse CHRISTI uiam: qua quidẽ uia, præterq; q; sola illa ad fœlicitatem recta ducit, etiam omisso prgmii respectu, nullam nec cõmodiorem, nec iucundiorem, nec denicq; leuiorem inuenire poteris. Quod ut q̃ uerum sit facilius intelligas, proponam tibi alia nonnulla uiuendi instituta è quibus sumpta collatiõe, facile perdiscas, quæ cui prgferenda sit uita. Porrò si aulicam uitam inueri libet, continuo uel primo aspectu uidebitur omnium ærumnarum plenissima: quod sane negabit nemo, nisi qui aut inexpertus est tantarum pœnarum, aut adeo hebes & stupidus, ut eas non sentiat. Præterea nõ opinor opus esse ut tot mercatorũ calamitates traducam aut exaggerem: quũ ex sese adeo clare pateant, ut nemo non uideat nisi qui aut cæcus est aut oculos de industria cõtra solẽ (quod aiũt) occluserit. Siquidem illi nullis periculis aut cœli minis deterriti, ad extremos usq; Indos fragili naui curritãt: idq; per Syrtes, per Scyllam & Charibdim, per scopulos, per saxa & latẽtes æquore rupes: per frigora, per soles, milleq; id genus siue monstrorũ siue discriminum. Sed quid moror exemplis, quorum me turba fatigat: ut dixit elegãter poëta Naso. Quoquouersum oculos deflectis, certe ingens incommodorum turba occurrit. Ipsa per se uita mortalium plusq; mille ærumnis obnoxia est, undiq; miseriis & calamitatibus scatet & redundat: quæ & probis pariter cũ improbis communes existunt. Verum, hæ omnes tribulationes in cumulum meritorũ cedent & facilia erunt, si ea pro CHRISTI amore sustinueris: sin minus ita feceris, cũ summa certe molestia & cruciatu, at nullo cum fructu te miserum exercitabunt, quĩdo uelis nolis omnino ferendæ sunt. Qui mundo huic & rebus sæcularibus militant atq; inuigilant, q̃ multos quæso annos interdum misere uiuũt: q̃ acriter pro alenda uita student: quantis in sudoribus laborant: q̃ denicq; ultra omnem fidem tumultuantur: Prætera q̃ caducis rebus inhiant: pro q̃ exiguo militant stipendio:

Nihil breuius uero pœnitentia quam omnes pœnitent.

L.

Vita aulica quantis ærũnis conspersa

Mercatores quot periculis aleant.

Ouidius.

Militantes mundo, quibus de seruientibus agitur?

è cꝫ ancipiti ſpe pendent toti? Præſertim cum in his rebus nullus ſit prorſus miſeriarum finis, quando de hac huius uitę momentanea miſeria, non raro itur in æternos cruciatus damnationemq; æternam. Contra autem, qui deo militant, uirtutibus toto conamine ſtudent, ſanctimoniæq; uitæ ſedulo operam inſtauant: quũcq; iam uia uirtutis quæ ab initio utcunq; ſpinoſa apparet, deſinit eſſe aſpera, fit indies progreſſus mollior & ea de cauſa etiam iucundior, dum uidelicet per certiſſimam ſpem recta in ſummum bonum proficiſcatur. Quare uelim iterum atq; iterũ ſecum perpendant mortales omnes, an non extremæ dementiæ ſit cupere pari labore mortem æternam parare, atq; uitam illam immortalem? Quid enim ſtultius eſſe poteſt, cꝫ maximis ſudoribus tẽdere ad perennes labores & pœnas, quando mediocribus ad immortale otium & tranquillitatem nũcꝫ finiendam ire licet? Nam illic cura curam trahit, dolor è dolore naſcitur: ubi nec mora nec quies datur ulla, ubi foris continuus labor & afflictio, intus ſemper grauior quidã morbus, nempe rodens ille conſcientiæ uermis, qui nuncꝫ extingui poteſt aut quieſcere. Tales miſeri ſecum illam lamentabilem ſcripturæ querelam uere dicere queũt Laſſati ſumus in uia iniquitatis & perditionis, ambulauimus uias difficiles, uiam autem domini ignoratuimus. Quid enim fœdius ac maioris dedecoris, aut quid laborioſius inueniri poteſt ſeruitute illa Aegyptiaca? Quid triſtius captiuitate Babylonica? Quid iugo Pharaonis turpius aut intolerabilius? Quid denicꝫ Nabuchodonoſoris tyrannide indignius aut calamitoſius? Et quæ tandem inſania eſt hæc tam aſpera iuga ferre malle cum æternæ uitæ diſpẽdio, cꝫ ſubire mite iugũ CHRISTI, addito etiam immortalitatis prȩmio? Audi ipſam ueritatem de commoditate ſui iugi mentionem facientem, omnesq; homines ad id ferendum diligẽter adhortantem. Tollite (inquit) iugum meũ ſuper uos, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue. Nec mirum profecto, quando non fieri poteſt ut illic deſit ulla uoluptas, ubi conſcientia tranquilla & ab omni perturbatione pacata. Quemadmodum e contrario, nulla uncꝫ miſeria

Militantes deo quã ſecure inter pcula ambulent.

Sapien. 5.

Laſſari peccato quid dementius?

Math. 11.

Conſtantia trãquilla nihil iucundius.

miseria illic defutura est, ubi mentem perpetuo carnifex arrodit conscientia, stimulis quibusdam ceu furiis uexans & exagitans. Q; si forte de his quæ dico quicq; addubitans adhæres & ambigis, cõsule quæso aliquando eos qui de medio Babylonis ad dominum conuersi sunt, illorumq; experimento fidem habe. Quod si facere non grauaberis, inuenies haud dubie uitiis nihil esse turbulentius, nihil omnium rerum tristius, nihil ponderosius, nihil maioris oneris aut quod ferentem animũ magis aggrauet: quod q; uerum sit, tum demum perdisces euidẽtius, si ex aduerso uirtutem uitio opposueris. Namuel teste philosopho, Oppositа iuxta se posita, magis eluescunt. Quare quemadmodũ uitio nihil molestius aut importunius esse potest: ita uirtute nihil usq; expeditius, nihil hilarius, alacrius, aut iucundius reperietur. At fieri potest, ut quum ipse pœnitentia tua cõtentus sis, tamen amici tui ea offendantur: hortantes fortasse ut remittas aliquid illius seueritatis, quam uita tua exprimis. Tu tamen caue, ne nimiũ properanter huiusmodi amicis in hac re acquiescas: ne forte te à tranquillissimo statu ad priores calamitates detrudant, pœnitẽtiæq; pœnitentiam agglutinent. Q; si adhuc ita offendi tua uita pergant, ut etiam consuetudinem & consortium deserant, ne id quidem te præsertim in hoc negocio usqueadeo anxium reddere debet: inuenies enim iucundiores amicos si illi te despectum habeant. At carebis uoluptatibus, si perpetuo pœnitentiæ operam dederis: Sed frueris internis illis, nempe cõscientiæ tranquillitate & sedatione omnium affectuum: quæ prioribus illis & externis corporis illecebris, multo & suauiores, synceriores, & item certiores existunt. Minuis forsitan res tuas, dũ eas ad subleuandos pauperes & proximos effundis, dum in pios usus & opera elargiris.

Philosophus.

Quidam pœnitentia amicos sũ offenditur.

Perfistat pœnitens in sua pœnitentia.

N. Sed quid hoc tantilli dispẽdii te mouere debet, quũ interim creſcãt tibi ueri illi thesauri & cœlestes opes, quas neq; tinea demoliuntur, neq; fures effodiũt aut furantur? Desinis haberi in precio apud mundum hunc. Quid hoc tantopere refert, si autore deo comprobaris? At iam pauciorĩbus places q; antehac solitus es? Verũ hoc facile uel hac una re compensatur, q; iam melioribus

placeas q̄ hactenus feciſti. Macreſcit corpus, ieiuniis & uigiliis dies & noctes iugiter mancipatum. Sed interim tamen uirtutum pabulo ſaginatur animus. Macreſcit nitor cutis: at non pariter nitеſcit decus animi. Atq; ut ſemel dicam, quicquid pœnitētibus deoq; uere inſeruientibus acciderit, non poteſt non eſſe proſperum & iucundum: utpote quibus omnia diſpendia in compendium uertuntur, flagella in ſolatium, obprobria in gloriam, cruciatus in uoluptatem, triſtia in iucunda, amara in dulcia, ac denique omnia mala in omnia bona commutant. Quando nec eis deeſt unq̄ diuina illa unctio, quę efficit ut fel in mel uertatur. Iſtiuſmodi etiam de generatione illa altera extant: qui ut creātur filii dei, ita perpetuo deum laudant, nunc quidem rerum ſupernarū contemplatione, nunc deuotione, nunc ſtudio & ſacra lectione, aliquando precatione, aliquando piarum rerū meditatione, ac ſanctitate & iuſticia coram ipſo omnibus diebus uitæ ſuę. Imò ſi ipſi tacerent, certe illorum uita talis eſt, talis morū probitas, talis uiuendi ritus & ſanctimonia, ut uel ex ſeſe deū ſatis laudet & concelebret. Neq; profecto maiorem honorem deo impendere uelet quiſq; q̄ ut ſancte & religioſe uiuat, eadem opera & ſibi ſaluti fer & proximo etiam exemplo utilis. Taleſq; ita in libro illo uitæ deſcribentur, ut ſimul hic & alibi deū dignis laudibus efferāt: cum uero ob alia beneficia q̄ plurima, tum autem q̄ (donante illius benignitate) conſequuti ſunt eam dei miſericordiam, quam è cœlo proſpiciens orbi toto copioſiſſime oſtenderat. Quam incōparabilem dei liberalitatem & munificentiā propheta hic noſter in ſequenti uerſiculo ad uiuum uſq; depingit, ita inquiens

Luc. 1.

Verſ. 10. QVIA PROSPEXIT DE EXCELSO SANCTO SVO: DOMINVS DE COELO IN TERRAM ASPEXIT. Inter omnia illa quæ Chronicis ac futurorū memoriæ committenda forent, primum ad ſūmam dei laudem atq; deinde ad ſolatium hominum in hoc potiſſimū conſiſtit, ut memores ſimus in primis duarum magnarum miſericordiarum dei, quarū utrāq; pſalmographus in hoc præguſtato uerſiculo haud obſcure tangit. Nam prioris miſericordiæ meminit quum ait,

Duo genera magnarum dei miſericordiarum.

Proſpexit

, Prospexit de excelso sancto suo. Alterius autem quum addit Do
0. minus de cœlo in terrã aspexit. Primo enim in loco declarat quo
modo misericordissimus dominus nostram hanc miseriam be-
nignis oculis intuetur & respicit, non ob aliud q̃ ut nobis miseris
& egenis succurrat & subueniat. Secundo uero misericordiæ a-
spectũ ad miserabilem uitam nostram deflectit, ut remittat pœ-
nitentibus ea, quibus illius maiestatẽ nõ semel offendimus. Por- *Acutus aquilæ usus.*
rò quemadmodum aquila obtutum suum à longinquo in prædã
suam dirigit, adeo ut interdũ paruos pisciculos è profundo ma-
ris quideat: ita & dominus noster de excelso cœli fastigio in ter
ram demittit aciem oculorũ suorum, ut suam sibi prædam com-
prehendat, nempe animas hominum, quam unam prædam præ
cæteris rebus omnibus sibi dari præoptat. Cæterum dum ocu- *Duo genera miseriarum hu manarum.*
los clæmentię sic intentos habet erga homines, uidet eos duabus
præcipue miseriis circumuolutos: miseria uidelicet tribulationũ,
& miseria peccatorum. Ad priorem quidem deus prospectũ di-
rectũ habet, ut suppressis nobis subueniat atq; à miseria liberet:
secundam insuper ob oculos suos sitam habet, ut propitiatus re-
mittat quod nequiter perpetratum est. Deus (inquit) de cœlo in
terram aspexit. Vltima hæc pars huius uersiculi exponit primã.
Dominus deorsum in mundũ aspicit, ut nos à captiuitate diaboli
redimat, ut nos à peccatis saluet, ut nos in tribulatione adiuuet, ut
nos ab inimicis protegat, ut nos ad æterna tabernacula suscipiat,
illicq; nos remuneret. Principio contemplatur penitius necessi-
tatem atq; urgentem hominum miseriam, ut eisdem sub tali con-
ditione constitutis opituletur atq; opem ferat. Atq; ista eadẽ ne-
cessitas, quam in hac præsenti uita sustinemus nos miserrimi: a-
liquando aduersitas dicitur, aliquando infirmitas, nunc infortu-
nii nomen habet, nunc paupertatis, nunc miseriæ, & quæ sunt
huius generis. Et quoties aliquid prædictorum aduersorum in
nos immittitur, iusto dei iudicio irrogatũ esse omnino existimã-
dum est: ut nulli aliõqui rei q̃ flagitiis nostris imputandum arbi-
, tremur. Quandoquidẽ (ut Paulus inquit) Nõ est iniquus deus, *Roma. 3.*
, qui infert iram. Porrò mũdus iste innumeris tumultibus & atro-

cibus tragediis undiq; exagitatur & refertus est. Quis enim mũdi angulus à tribulatiõe, aduersitate, incõmodis, penuria, inopia, ægritudine, amicorum & rerum iactura, pestilentia, fame, aliisq; id genus plagarum incursibus non undequaq; scaturit & redundat etiam? Quis locus à bellis, pugnis, & diris litibus tutus & immunis? Vbi non seminatur passim discordia? Vbi non effunditur plurimum humani sanguinis? Istæ igitur & hisce similes sunt illæ miseriæ, quibus mundus iste instar pilæ palmaris huc atq; illuc continuo impellitur: istis tumultuariis procellis, haç illac, sursum deorsum, misere agitatur. Quæ tamen ola bonis æque atq; P. malis ueniunt obeunda: probis & improbis cõmuniter plerũq; & sine discrimine obiiciũtur perferenda. In quo euentu non abs re neq; absurde (si non fallar) isti duo uidelicet uir bonus & malus, duobus diuersis uasculis assimulari possunt. Quorum unum horrido cadauere, sordibus, fœtore, & tabo oppletum sit: alterũ uero miris fragrantiis, balsamo, aromatibus, omnigenisq; odoramentis ad summũ usq; ebulliat. Iam fit ut calidior uentus utrũq; perflet, & aromaticum illud uas statim fragrantissimum odorem & suauitatem in aerem uicinum & circumpositum diffundat & exhalet, suaq; redolentia & gratissimo suffitu circumstantium omnium nares demulceat, odoris suauitate olfactui mire applaudens & adblandiens: at alterum contra, ita auram & cœlum propinquum fœtore, pedore, ac sapore quodam cadaueroso inficit, ut nemo sustinere queat, sed fy fy clamitent atq; nares obturent: quia contagio huiusmodi facile quemuis interficere potest. Ad eundem modum ambo illa animata uascula, de quibus cœperam dicere, nimirũ probus & improbus, iustus & iniustus, satis ubiq; ærumnarum & aduersitatũ, citra discrimen aliquod, sortiuntur.

Bonus & malus duobus uasculis assimulantur.

Boni de aduersitate gratias deo agunt.

Cæterum in hoc longissime discrepant, q uir bonus & integer quoties quicquam aduersæ fortunæ degustauerit, quoties se in aliquam tribulationis procellã prolapsum senserit: protinus diuinç bonitati q̃ maximas potest gratias agit, seq; eo supplicio ac longe grauiori, pro erratis uitæ suæ dignum censet: & non solũ æquo iucundoq; animo, sed etiam gratanter accipit, arbitratus

se iam

se iam demum gratiam iniisse apud deum, quũ uidet misericordiæ diuinæ flagellum in se detortum, ad castigandas offensas uitæ, & ad inueteratas peccati radices extirpandas. Ecce odor ille bonus & suauissimus, qui ex hoc dolio patefacto expirat ad astantium nares. Contra uero, peccator peruersus, fastuosus, insolens superbiæ satelles, scortator, aliusue nepharius malefactor, quando calamitate aliqua & afflictione se tenet attactũ, statim blasphemat, statim aduersus deum remurmurat, atq; ita interdum intra se loqui non formidat, O bone deus quid mecum agis? cur sic me miserum afflictas? quid ego commiserim? cur me hoc tanto supplicio dignum duxeris? Alii q̃ plurimi, quos nisi ipse scires, tibi nominare possem, sunt me multo deteriores: quos tamen impunitos sinis, nec pro factis digna rependis. Hic indurati peccatoris fœtidissimas blasphemias audisti, qui plusq̃ infœlix ita in deum remurmurat, quoties uel paupertate, infirmitate, aut aliqua alia miseria pro peccatis meritissime affligit: imò & hodie multi & nimioq̃ multi tales passim inueniri possent. Quidam enim erga deum murmur & querelam adornant, illum de immodica afflictione sua acerrime accusantes: alii rursum de nimia benignitate, alii de uitio aeris ac intẽperie cœli, alii denique de re alia: adeo ut nunq̃ eo contenti sint, quod illis deus optimus maximus largius sit. Ex hoc furfure sunt detestandi illi, qui deum natura clementissimum, crudelem esse clamitant & iniustũ: ut qui illis plus aduersitatis & miseriæ imposuerit, q̃ cui portando uidentur sibi idonei esse, seq; tanq̃ derelictos & abiectos à deo autumant. Sed o falsam impiorum hominum opinionẽ, o cæcum peccati iudicium, o infandos blasphematores: qui id per quod à deo ab iniquitate sua uocabant, in condemnationem suam uertũt, benignitatem dei crudelitatem interpretantes, in hoc etiã ipsis prophanissimis gentibus longe prophaniores. Præsertim quũ nulla hactenus gens tam Barbara inueniri potuit, nulla gentilũ natio tã effera, breuiter quum nulla Ethnicorum hominum doctrina tam inclamens aut insana audita est: quæ non agnouerit deũ semper clementissimum esse, nec unq̃ suæ misericordiæ immemorem,

Mali semper contra deum murmurant.

etiam tum uel maxime quando uarias afflictiones in suos immitti sinit, quando ad probandum electos suos omnigenis aduersitatũ flagellis eos castigari permittit. Neq enim eum magis unq̃ adesse propitium q̃ tieri iudicant: q̃ quum in peccata suorũ sic misericorditer animaduertit. An non reus ille optimo iure inculpãdus esset, qui de illo iudice querimoniam proferret: qui illum nõ atrociori supplicio q̃ leni flagro cædi uoluit, quando iam aut capite plecti aut agi in crucem cõmeruisset? Iam uelim ut quisq̃ nostrum in suam ipsius uitam examinandam serio & sedulo descenderet, ut suam rimaretur quisq̃ conscientiam: ut à prima infantia omnem ætatem exacto examine discuteret, ut simul benefacta & malefacta in unum collecta iusta trutina appenderet, ac deinde facta exquisite collatione, quid tandem inuenturum ereditis unumquemq̃? Profecto ausim affirmare uitiorum ingentem cumulum singulis inuentum iri: at uirtutũ perexiguam portiunculam. Adeo ut ad hanc tam inequalẽ proportionem illud Iob non
Iob. 6. immerito adhiberi facile contenderim. Quasi arena maris hæc, sed hæc grauior. Nec dubium quin si temet sic perscrutatus fueris, deprehẽdes te eò reatus accessisse: ut uel teipso iudice dignus esses, qui non tam morte temporali afficiendus fores, q̃ sempiternis etiam cruciatibus damnandus: nisi hic benignissima dei misericordia tantis malis tempestiue succurreret, æternam illam mortem momentanea pœna commutans, atq̃ incendium gehẽnale in facile flagellum conuertens. Eit adhuc, deposito omni pudore, tam ingrati, imò impii & blasphemi esse non uerebimur: ut uel semel rictus oris nostri & extima labra aperire sinamus, ut indulgentissimo deo eiusue incomparabili misericordiæ obmurmuremus? Sed sunt alii quidã, sicuti & superius uos admonui, qui R.
Iudæi ingrate contra deũ ob murmurant. de nimia & immensa dei benignitate non sine dãnabili murmure conquerunur: quales sunt uel in primis ingratissimi illi Iudæi, qui duplici de causa contra deum obmurmurare uidentur: uel quia nimis facilis uideatur ad recipiendos maximos quosq̃ peccatores ad pœnitentiam, quibus & magna etiam bona, possessiones, diuitias, cæterosq̃ fortunæ successus impartit: uel q̃ nimis

indulgenter

indulgenter toleret & nec cruciatu aliquo affligat tandiu in peccatis suis demorantes. Ex hoc murmurantium numero erant superciliosi illi pharisæi, qui CHRISTO passim obloquebantur, illiq; pro grandi piaculo impingebant, q; ad peccatores frequenter accedere non grauaretur, ita inter se de illo obgrunnientes, Quia hic homo recipit peccatores & manducat cũ illis. At quid dicitis o sceleratissimi Iudæi, o peruersa & incredula natio, o detestandi blasphematores, ideirco ne deum reprehendendum iudicatis, q; diu sustineat peccatores: q; non statim post perpetratum scelus flagello sæuiat: q; patientia & lõganimitate sua differat ictum uindictæ suæ & lentam temperet iram? Certe hoc nomine (nisi uos ueltra malicia penitus obcæcasset) maiore amore amplexandus foret, digniore cultu uenerandus, & habendus in lum.no precio. Porrò quis omniũ mortalium in hac uita tã innocenter uiuere reperietur, ut æquo animo ferret deũ ipsum q; primum & quoties deliquerit, punientem & ulciscentem continuo iniurias suas? Nã (ut ait Ouidius ethnicus poeta) Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inanis erit. Si quotiescunq; eum offendimus ac in uitia prolabimur, toties nobis ferẽda essent horrenda tonitrua, uibrantia fulgura, aspersq; aëris procellæ, plagæ, iacturæ bonorum, aliaq; id genus infinita damna & incommoda: quot quæso hodie superstites uiuerent, à iusto dei telo immunes & securi? Si q; primũ tu tua superbia deum ad iram prouocas, tam cito ille peste percussurus esset, quemadmodum olim pro superbia Dauidis percussit populum Israëliticum: quid de te credis futurũ? quid de toto reliquo mundo actum erit? Si quandocunq; homines inuidentia, contumacia, ac inobedientia laborant & attacti sunt, tam sæpe diris & dignis afflictionibus & plagis mundum contunderet, quales aliquando obstinatis Aegyptiis contigere: quotumquemq; mortaliũ omnium putas ab internitione saluum fore? Rursum si ubi primũ fœda libidinie deum iratum feceris, mox per totum orbem terrarũ ardẽs sulphur & sæua incendia dispergeret ipse, ut fecerat quondoq; in Sodomitas & Gomorræos; quot urbes, quot oppida, quot

Iudei murmurantes quod Christus reciperat peccatores. Luc. 15.

Si ob quodus peccatum ferret deus, quis hodie uiueret? Ouidius.

quot domicilia hominũ ab igne tuta euaderẽt? Postremo si quo- 8.
ties nos ipsos multis & magnis sceleribus polluimus, toties coru-
scationes, deflagrationes fulminum, inundationes, diluuia ac sæ-
uientes tempestates immitteret & inclementissimã auram: quot
tandem in uiuis haberet hic latus terrarum orbis? Cæterũ ea est
Matth. 5. benignissima dei misericordia, ut faciat solem suum oriri super
bonos & malos, & pluat super iustos & iniustos. Expectat enim
diu ut eius benignitate deuicti, ad relictã salutẽ reuertantur ho-
Esai. 30. mines. Quod & Esaias prædixit futurum ita inquiens Expectat
uos deus, ut misereatur uestri. Huc etiã alluſit & sapiens ille He-
Sapien. 2. Expo. Cur deus tam diu retardet supplicii sui. bræus, ubi ait Dissimulat peccata hominum propter pœnitentia-
am. Conniuet enim deus plerumq; ad sceleratam uitam hominũ:
& quodammodo simulat se non uidere quæ uidet, sic sua patien-
tia & longanimitate nos ad pœnitentiam uocans. Tu peccatum
& abominationem perpetras, ille tamen (ut solet) misericorditer
parcit ad ignoscendũ paratissimus, siquando tu peruersum ani-
mum mutare possis. Sed cur tandiu indulget obstinato & pœni-
tere nolenti? Certe id facit propter magnam suam misericordiã,
ut te ad pœnitendum inuitet. Imò tu sæpenumero peccas, & ali-
us flagello dei percutitur. Quid ita? Reuera ut ad hũc modũ alie-
no periculo admonitus, simul agnoscas & quid tibi delinquenti
debeatur, & q̃ immensa sit dei bonitas, qui te alterius exemplo
præmonens, docet quid tibi expectandum sit, nisi citius & te &
culpam tuam agnoscas. Nam alios nonnunq̃ pro aliorum pec-
catis puniri (ut prętermittam exemplum Dauidis regis, cuius fa-
cinora subiectus populus luebat) & illud Ezechielis satis indicat.
Ezech. 18. Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupu-
erunt. Et illud item Reddet deus peccata patrum super filios in
Exodi. 20. tertiam & quartam generationem. Et Exodi uigesimo Visitãs
iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationẽ.
Quo lentior est uindicta dei, eo grauior quãdo ulciscitur. Verum si hac tanta dei clæmentia & lenitate abusi fuerimus, nec
tot reuocamentis conuerti uelimus, sed obdurata ceruice in finẽ
usq; solitis nequitiis immorati fuerimus: haud dubie non deerit
deo uindicta sua, sed puniet deus, nec parcet neq; miserebitur
quicq̃.

quicq̃. Et tũ certe tanto grauiores luet pœnas afflictissimus pec-
cator, quanto longiori temporis spacio expectabatur, nec ad e-
mendandam nephandam uitam reuersus est. Nam (ut autor est
, Valerius maximus) Lento quidẽ gradu ad uindictã diuina pro-
T. cedit ira: sed tarditatẽ eam supplicii grauitate compensat. Necq̃
desunt alii nonnulli, qui conqueruntur & quodammodo deũ ac-
cusant de aëris intemperie: nunc nimiã siccitatem causantes, nũc
immodicam humoris uim. Quibus nec intensus calor, nec pro-
lixius frigus cordi esse potest: quibusq̃, iuxta uetus prouerbiũ,
, Iupiter nunq̃ satisfacere potest, neq̃ pluens neq̃ serenãs. Quid
, autem facias cum tam impia istorum morositate, quorum teme-
rario iudicio nec deus ipse omnipotens hæc inferiora satis recte
disposuisse uidetur. At hoc ausim intrepide affirmare, stulticiam
talium nunq̃ ullo modo euidentius inclarescere posse, q̃ si ad tẽ-
pus deus permitteret his omnia ex uoto suo fieri. Porro si pro
cuiusq̃ arbitrio auram unicuiq̃ concederet, si eum uentum emit-
tere uellet, quem postularet sibi tam diuersus diuersorũ animus:
q̃ mutabilem auram & quot repugnantium uentorum flamina
simul ac semel cerneretis? Sed o stultas hominũ mẽtes & pecto-
ra cæca, quid ita errabundi ceu talpæ cęcutientes in altissimis te-
nebris obambulatis? An nescitis miseri omnia longe sapientius
ab ipsa sapientia tum disponi tum gubernari, q̃ uos aut scitis aut
scire digni estis? Audite in hac re testimonium sapiẽtis illius So-
, lomonis, cuius uerba hic subscripsimus Sapientiam, inquit, non
, uincit malicia. Attingit ergo à fine usq̃ ad finẽ fortiter: & dispo-
, nit omnia suauiter. Sed tu quoniam pro uoto dementis animi, ti-
bi nõ omnia statim suppeditat, illi ingrato ore remurmuras: qua-
si uero tu sapientissimo deo sapientior esses, aut quasi illũ docere
arrogares, qua ratione tam admirabilem huius mundi fabricam
administrare & gubernare debeat. Sed o nimis deplorandã hu-
mani generis infœlicitatem, o lamentabilem hominum conditio-
nem. Istæ omnes calamitates & hisce etiã multo plures, è nostris
iniquitatibus, è nostris oriunt. Hæ transgressiones uariq̃ enor-
mitates in quas (prohibẽte diuino prȩcepto) cotidie incurrimus,

Valerius maximus.

Quidam obmurmurãt propter intemperiem aeris.

Hesiodus.

Sapil. 7. & 8.

Ex inordinato huius mundi amore, innumera cuenire mala.

hæc

hæc tot murmura, tot querimoniæ & insanæ blasphemiæ, quas passim sceleratis linguis effudimus: unde quæso proficiscuntur, nisi ex cæco quodam & inordinato amore quem stulte damnosoq; erga huius mundi delicias ac nosmetipsos immoderate gerimus? & præterea ob inuincibilem quãdam incredulitatẽ, ob diffidẽtiã aduersus inaccessam dei maiestatẽ? Nos enim huiusmodi amorem erga hunc stultum mundum habemus, ut omnia pro uotis nostris cuperemus contingere ac fieri: alioqui murmuramus ac moleste ferimus. At hic adhortarer oẽs istos huius fallacis mundi amatores, ut secum iterũ atq; iterum reputent, quid de illis actũ sit, aut quid de illis tandem euenerit: qui hactenus tam immoderate hunc mundũ amplexati sint, atq; totam fœlicitatem suam in eundem sitam habent. An non omnes pro magna parte in eodẽ funditus perierunt? an non aliquo aduersitatis casu & infortunio tandem perculsi sunt, ita ut ad nihilum sint redacti? Sumus tamẽ pleriq; adeo inopes consilii, tam pertinacis dementiæ: ut nullum aliorum exemplum nos deterrere à stulto proposito queat, quin semper sine omni fine quæ mũdi sunt ambiamus, ingrate contra deũ mussitãtes intra nosmetipsos, nisi quę uolumus, ex uoto succedant omnia. Cæterũ ob hæc tam inordinata ac immodica desideria nostra, propter hunc immoderatũ amorem quem indesinenter erga hunc mundum fallacem gerimus, erga omnigenas facultates, latifundia, possessiones & ridiculos honores: nos oẽs imò totum mundum sępenumero, neq; uno flagellorum genere, iustissime quidem castigat deus, homines uel hoc remedio emẽdare cupiens. Quot obsecro letifera & exitialia bella hoc sęculo nostro & memoria etiam patrũ gesta extitere: partim ĩter Christianos & Ethnicos, partim item inter Christianum & Christianum? Et quis non nouit multas pulcherrimas & florentissimas Christianorum ciuitates Barbarorũ incursu à uilissimis Turchis derutas esse & deuastatas etiam nostra ętate? Quis ignorat quot hominum millia ab eisdem trucidata fuerint, quorũ cadauera in uacuis agris insepulta relicta sunt, feris & uolucribus deuorãda? Nec interim ab ulla ætate, ab ullo sexu aut conditione temperatum est,

V.

Crudelia incõmoda belli.

X.

tum est, æque in religiosos atq; prophanos sæuitum: mulieres (ut nihil atrocius passæ sint) certe ab ædibus suis uiolenta militū manu extractæ sunt. Parui liberi è maternis mamillis miserabiliter auulsi: res familiares quas ad se suosq; alendos multis sudoribus per multos annos parauerant, dispoliantur atq; dispergunt passim, ac nephariis satellitibus in prædam uenerunt. Ac tandem, ut tam atroci tragœdiæ finis atrocior fiat, incenduntur ædes aut solo æquantur: ut ne uel tantillū spei afflictissimis incolis relinquat. Neq; sane hæc quæ modo recensuimus à Turchis tantū & Barbaris nationibus perpessi sunt Christiani homines: sed etiam à Christianis contra Christianos & plura & penè immaniora bella gesta sunt, & cotidie ferme geruntur ut aliquot ex uobis hoc quod dico, experimento satis noscitis. Nonne sparsim uidemus Christianorū regna, urbes & oppida à Christianis hostiliter inuadi: multos populos duci in captiuitatem: pecora & armenta in prædam abigi: subuerti regiones & florētissimas ciuitates, & ædificia passim exuri? Quot quæso nobiles matronæ & matres familias abducūtur, crudelibus & impiis tyrannis seruituræ? Quot prægnantes una cum tenello illo fœtu quem in aluo gestitant, misere interimuntur? Quot nutrices à paruulis suis & lactentibus alumnis, uelint nolint, auellūtur? Quin & ipsi infantuli (quo spectaculo nihil tristius inueniri potest) è matrum manibus rapiuntur, distrahūtur uiolento raptu ab ipsis matrum mammillis, proiiciuntur in medias plateas: adeo ut nec miseris parentibus pharsit aut suos infantulos apud se uiuos retinere, aut saltem iam tristi morte trucidatos sepelire. Q̄ ingentem cruciatum obsecro, q̄ magnum dolorem, timorem atq; horrorem illic esse necesse est, ubi & à Christianis quandoq; & item à sceleratissimis ac Barbaris tyrannis ita atrociter in omnes pergrassatum est: ut nec matronæ illæ uenerabiles quæ iamdudum tot mancipiorum dominę fuere, à miserrima seruitute immunes esse possunt, quo minus mutato rerū statu se sine precio uendi cernant lugeantq; se Barbarorū fieri ancillas. Sicq; adimpleri uideri posset illud prophetæ nostri uaticinium. Vendidisti populum tuum sine precio, & nō Psalm. 43.

Sit aliorum afflictio nobis exemplum.

fuit multitudo in commutationibus eorũ. Nam quis grauior aut triſtior caſus cõtingere poteſt, q̃ ut à nobilibus & delicate educatis fœminis dura & ſine omni miſeratione & humanitate, ſeruitus à Barbaris exigatur. Nec ſolum corporũ mortem pati coguntur plerumq́, ſed & animarum etiam: quæ iactura priore illa, multis imò infinitis nominibus lamẽtabilior exiſtit. Quin nũc nuperrime intra paucißimos dies uix integro adhuc menſe exacto, q̃ immania bella, quantam crudelitatem apud Pauiam cæteraſq́ Italiæ partes exarſiſſe audiuimus? Quot hominũ cumulos dira ſtrage peremptos referunt? q̃ inclæmenter ſæuiebat hoſtilis gladius? ubi nõ debacchata eſt cruenta manus belli, non ſolum ad mortem uſq́ corporum, ſed & animarum quoq́? Atq́ hic memineritis oportet me non de Turchis & deterrima Barbarorum proluuie loqui: ſed de ipſis Chriſtianis, quod & ingemiſco referens. Nã quæ loco iam proximo recitaui, inter noſtræ religionis hoſtes fieri contigere. Inter quos præſertim tam multos, non mediocriter uerendũ eſt, ne bona pars ſine contritione, ſine confeſſione, ſine ſatisfactione, ſine aliisq́ eccleſiæ ſacramentis interierit: imò & quo animo mortẽ obiẽre, an in charitate ſiue abſq́ charitate, opinor neminẽ præter ſolum deũ ſcire poſſe. Timeamus ergo nos, quibus miſericordiſſima dei clemẽtia hactenus pepercit atq́ ad agendam pœnitentiam reſeruauit: timeamus ipſum metuendum deum ac reuereamur & ſapiamus aliquando nos illorum periculo moniti: prebeat illorum mors noſtræ uitæ exemplum, quo ſcire liceat quid ſequi aut euitare oporteat. Sit illorum tribulatio, uitæ noſtræ correctio. Sint illorũ uulnera, nobis non tam malorũ pharmaca, q̃ etiam ſalutis cauſa. Sit illorum exitiale bellum nobis pacis occaſio. Fiat nobis illorum calamitas exemplo, ut nosmet ac conditionem noſtram cognitã habeamus. Metuamus itaq́ ſedulo iuſtam dei iram, & ubi hactenus uaſa iræ dei extiterimus: demus operam ut q̃ breuiſſime ita prioris uitæ lapſus emendemus, ne iuſte ea patiamur, quæ alios ſubinde paſſos uidimus ipſi. Id quod facilius perficiemus ſi conſiderauerimus nos non minus deum offendiſſe: q̃ illos quos tot miſeriis

miseriis afflictos contemplati sumus. Cuius rei & ipse dominus in suo euangelio suos apostolos admonitos uoluit, quum ipsi retulissent crudelissimum illud supplicium quod Pilatus de quibusdã Galilæis sumpsisset. Putatis (inquit) q̃ hii Galilæi præ omnibus peccatores fuerint, quoniam talia passi sunt? Non, dico uobis. Sed nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis: sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Syloe & occidit eos. Putatis quia ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non, dico uobis. Sed si pœnitentiã non habueritis, similiter peribitis. Nec huic dissimilis est ea parabola, quam & ipse CHRISTVS de ficulnea narrauit: de qua quũ iam per tres annos fructũ quæsiuisset nec inuenire poteras, dixit cultori uineæ suæ, Ecce tres anni sunt ex quo ueni quærens fructum in ficulnea hac & non inuenio: succide ergo illam, ut quid terram occupat? Si igitur ista de ficulnea dixerit ipse clarissimus dominus, si etiam alio loco maledixerit ficui non ferenti fructum: quid tandem cum arbore illa facturus est, quæ aut pro uuis labruscas profert, aut omnino malos fructus gignit? Profecto, profecto de hoc arborum genere non aliud dicturum opinor, q̃ illud ex euangelio: ad nihil aliud utiles uidentur huiusmodi arbores, q̃ ut succidantur & in ignem mittantur. Curemus itaq; quãta possumus celeritate, sceleratam hanc uitam nostram emendãdam: quandoquidẽ hæc mala quæ passi sumus & indies patimur, non ex alio fonte promanãt, q̃ è flagitijs nostris & defectu fidei. Subeatq; semper animũ nostrum q̃ dexere & tempestiue nos omnes admonuit ipse CHRISTVS: ut aliorum supplicijs edocti, discamus agnoscere peccata nostra, & quamus afflictiões pro eisdem tolerare commeruimus. Putatis (inquit) uos, q̃ soli illi Galilæi quos trucidauit Pilatus ac sanguinem illorum sacrificiis permiscuit, quo esset illorum mors multo dedecorosior: putatis ne q̃ illi soli totius orbis maximi transgressores essent: q̃ illi præ reliquis omnibus tam horrendam necẽ cõmeruissent? Minime, inquam uobis. Adeo ut uos ipsi qui hanc crudelitatem admiramini, nõ minus q̃ illi perire digni estis, nisi pœnitẽtiã egeritis. Præterea putatis ne q̃ soli illi octodecim Hierosolymitani,

Luc. 13. Expo. Esa. 8.

Quos oppressit turris syloe, non maxime erant mundi peccatores.

Y.

Ibidem.

Ibidem.

in quos cecidit turris illa in Siloe atq; oppressit: q̄ idcirco illi ultra alios omnes peccassent: Nequaq̄, dico uobis. Sed reuera nisi pœnitentiam habueritis, ad eundem modum peribitis omnes. Quasi diceret, nostra peccata multo fœdiora esse & abhominabiliora grauiusq̄ diuinis naribus perolentia: usqueadeo ut nisi illorum supplicia nos ad corrigendam uitam nostram cogant, nō minus de nobis q̄ de illis actum sit. Et si non hic sanguinem nostrum effundi faciat, tamen apud inferos sanguinem nostrū requisiturus est. Licet hic neq; turres neq; arces aut editiores ædiū munitiones in nos ceciderint, tamē haud dubie nisi citius depraua-tam uitam in melius mutauerimus, futurū est ut apud inferos: colles, montes, ac turres damnationis in nos ruant. Quæ res grauius in nos decumbet & maiori onere degrauabit, q̄ potest ulla lapidea turris in hoc sæculo. Quare iterum atq; iterum nobis cauendum est, ne benignissimum dominum ita sceleribus nostris ad iram prouocemus, ut iustum uindictæ suæ spiculum in nos deiorqueat, licet fortasse non in hoc sæculo, tamen (quod grauius erit) in futuro, nisi maturius inueterata uitia correxerimus. Cæterum hæc & his similia illis euenie bant non ob aliam causam, q̄ q̄ & scelerate uixerint & etiam in fide defecerint. Legitur in euangelio q̄ quandiu CHRISTVS in naui dormiebat, discipuli eius maximo timore concutiebantur ac summo in periculo uersabantur, sæuiebant uenti, fluctus excitabantur, ac nauicula naufragio proxima erat. Et quare hoc contigit? Certe non aliunde nisi q̄ CHRISTVS dormiisset. Eodem modo & tu quisquis es qui Christianam religionē profiteris, quoties tribulationū procellis & tempestatibus agitaris, quoties uehementiores aduersitatum uenti tibi assurgunt, quoties toto animo perturbaris: nauigia cordis tui penitus huc atq; illuc quassantur, præcordia mœrore opplentur, omni dolore, omni angore atq; inquietudine misere iactitantur. Q̄ si quare id contingat, pereonteris? Profecto non ob aliam causam q̄ q̄ CHRISTVS qui naufragii tui gubernator esse debeat, intus in naui obdormitat: id est in corde & animo tuo, ubi per fidem & charitatem eū potissimum habitare

Nisi correxerimus uitam nostrā, turres & montes cadent in nos apud inferos.

Matth. 8. Expo. Quid sit Christum dormire in naui?

Non dormiat in se fides.

Z.

A.

habitare oportuit. Sed cur CHRISTVS in animo tuo dormit, nisi q̃ fides tua adeo torpet & sopore compressa est, adeo friget atq; tupet: ut admodũ exiguam cõfidentiam in CHRISTVM ipsum colloces? Proinde tacito ut dormituriẽtem CHRISTVM excites, excita sopitam fidem, expergiscere à solita diffidentia, resumito relictã fidem, fiduciam tuam totam in deo stabilito: hunc solum super omnia quę uspiam locorum sunt feruidissimo studio adamato, & profecto nihil erit in hoc mundo quod tibi noxium aut molestum esse possit. Fidem itaq; tibi asciscendã cura, quæ CHRISTVM dormientem intra præcordia pectoris tui excitet & expergisci faciat: quia, ut Paulus inquit, Habitat CHRISTVS per fidem in cordibus uestris. Excita ergo CHRISTVM ut uigilet in corde, uigilet fides tua. Nam si uera fides in corde tuo uigilet atq; resideat, conscientia tua tranquilla erit & quieta, & animę tuę nauis tuta erit, & in portu nauigabit. Q̃ si fides tua fluctuet aut uacillet, procul dubio cũ Petro demergi incipiens, audies à domino Modicæ fidei quare dubitasti? Verum nõ decidat unq̃ è memoria tua, q̃ sit uerax deus in omnibus promissionibus suis. Nondũ enim nobis ea omnia declarauit quæ promisit ipse, quoniam adhuc non aduenit tempus oportunum quo suas pollicitationes ratas faceret. Nihil tamen è promissis hactenus prætermisit inostensum, cui adfuerit idoneũ ostendendi tempus. Porrò CHRISTVM suũ multo antea tot prophetarum oraculis promissum habuimus: suoq; tempore uere exhibuit. Pollicitus est insuper ut idẽ CHRISTVS iam incarnatus pro redimendo genere humano, probrosam passionẽ sustineret: quod & per omnia consummatũ est. Resurrectio itẽ promissa est, & eadẽ absolute est exhibita. Promisit quoq; postq̃ resurrexerit, in cœlos ascensurum, quod & ad unguem præstitum erat. Euangelium se suis daturum pollicebatur, & dedit. Ad hæc ecclesiam illam suam catholicam per totum orbem diffundendam promisit, quod quam ad plenum perfectũ sit, nemo non uidet. Conflictationes maximas in rebus humanis prędixit futuras, atq; illæ etiam egregie consequutæ sunt. Surget (inquit) gẽs

Ephe. 3.

Matth. 14.

Quam uerus sit deus in promissionibus suis.

Luc. 21.

aduersus gentem,& regnũ aduersus regnũ, terræ motus magni
erunt per loca,pestilentiæ,fames,prælia,seditiones,terrores de
cœlo & signa magna erunt. Initium malorũ, hæc. Atq; ut huius
modi mala futura prædixit & pollicitus est euentura, ita nõ pau
ca ex eisdem iampridem contigisse satis experti sumus. Verum
quot & quanta ex illis adhuc superstint, soli diuino cõsilio & pro
uidentiæ cognitum arbitror. Cæterum quũ iam ad unguem im
pleta esse cernis, quæ hactenus ex dei promissis contingere po
tuerunt, quumq; quæ à deo prædicta sunt,hucusq; certo euentu
acciderunt omnia: dubitas miser ne non omnia similiter euenia̅t,
quæ adhuc de dei promissis restant adimplenda? Imò id multo
maxime timere debes, si quid minarum adhuc perimpletum nõ
uideris,quod tamen ab eo prædictum est fore, qui unus nec falli
nec fallere potest. An nõ iam tetra bella passim per totum terra
rũ orbẽ inciudescũt? Quanta his superioribus diebus fames per
omnes pene nationes pergrassata est? Quis locus à dira pestilẽ
tia tutus relinquitur? Vbi nõ uiget q̃ plurimum tristitiæ, calami
tatis & miseriæ? Regnum super regnũ uiolenter irruit, gens gẽ
tem depopulatur, regiones mutuis incursibus deuastantur, mul
tis in locis narrantur esse terribiles terræ motus, nusq̃ non abun
dat ingens scandalorum uis, neq; locus ullus reperiri potest à ca
lumnia & detractione immunis: quantum ubiq; sentitur charita
tis frigus, q̃ ingens iniquitatis copia? Et sane hæc omnia atq; alia
huius notæ q̃ plurima, in sacris literis prædicta sunt, in quibus si
studiosius uersatus fueris aliquandiu, inuenies omnia quæ iam e
ueniunt prius præmonita extitisse. Quare quum iam præterito
rum fidem certissimis argumentis expertus es, stultum imò im
piũ est non credere reliqua promissa dei non eadem certitudine
euentura. Quapropter, ut prius dicere exorsus sum, fac inprimis
ut deum reuerearis, neq; murmures quicq̃ contra eũ quoties ad
aliquẽ aduersitatis gustũ, te pro commodo tuo adegerit. Quia,
quemadmodum ait Apostolus, Non est iniquus deus qui infert
iram. Imò ita ille omnia pro singulari lenitate sua temperat, ut irã
suam in misericordiam uertat: si libeat aliquando pessimam uitã
nostram

Mine ille quas deus mũdo intentauit, impie buntur omnes.

Quantum miseriarum iam in mundo regnat.

Roma.5.

noſtram in melius commutare. Nam, ut uere ait Ambroſius, Si tu mutaueris uitam, ipſe mutabit decretum. Idcirco qui ante hac libidini deditus extitit, iam deinceps caſtus fiat: qui pridem elato & ſuperbo animo fuerit, iam diſcat eſſe humilis: qui aliquando inuidiæ morbo laborauerit, impoſterũ cito clæmentior ac lenitatis maioris: qui fraudes fecerit, elargiatur deinceps eleemoſynas: & qui ingrate & impie aduerſus deum murmurauerit, iam diuinam miſericordiam appellet & agat pœnitentiã. Neq; adeo magna ſunt quæ à nobis exigit clæmentiſſimus dominus. Non enim imperat ipſe ut plus ieiunio indulgeamus, q̃ ipſe ſpiritus ferre poſſet. Neq; maiorem curam uigiliis & contemplationi ſacrarum rerũ impendendam mandat, q̃ oculorũ ingenita imbecillitas ſuſtinere ualeat. Sed nec corpus grauiori ieiunandi onere nec ulteriori abſtinentia aggrauari iubet q̃ cui ferendæ par eſſe poſſet. Non interdicit carnis eſum, nec iubet in totum à uino tẽperandũ eſſe: nõ urget ut cilicium induamus, aut aquæ potũ perpetuo admittamus. Nihil horum, nihil horũ, à ſuis exigit dominus noſter: uerum iſta ſi feceris bene facis, facisq; magno merito tuo. Sed quid tum eſt quod à nobis neceſſario requirit CHRISTVS? Haud dubie ut uitioſam uitam noſtram corrigamus, ac de commiſſis delictis pœnitentiam actitemus. Neq; enim ulla uox crebrius à diuino ore prodit, q̃ illa ſubinde repetita Pœnitentiam agite, pœnitentiã agite. Quod & ille ſyncere facere credendus eſt, quem & erroris uere pœnitet, & quoties aduerſa inferuntur, quotiesq; ſupplicia ueniunt ſubeunda, nõ ſolum æquo animo, ſed etiam cum gratiarum actione quæcunq; obiiciuntur, accipit. Deoq; humiliter gratias agit q̃ pro immenſa miſericordia ſua hic per uarias afflictiones caſtiget, quo tandem ab æternis cruciatibus eripiatur. Itaq; fit ut quoties fortuna, quę in caducis rebus tantummodo dominatur, faciem ſuam auerterit, anxietatemq; & miſerias ingeſſerit: uiri boni uelut aurum in fornace approbati, fragrantiſſimum præſtent ſuauitatis odorem, nõ ſecus q̃ uas ſanctum & omni aromatũ genere referti ſſimũ. Et quo maiore aduerſitate præmunt, hoc domino deo ſuo profuſiores

Ambroſ.

Deus non magna exigit a nobis.

Matth. 3.

Boni, bonũ odorẽ in aduerſis præſtãt.

gratias reddunt: censentes peccata sua tantorum malorum cau-
tam esse, animoq; gratissimo & minime oblatrante aut blasphe-
mo, omnia suscipiunt. In hoc, sanctissimi Iob exemplū fœliciter
insectantes: qui quū tot & tam subitariis aduersitatis casibus ob-
rueretur, nūq; tamen ab assidua dei laude abduci potuit, quo mi-
Iob 1. nus illud non semel repetitū perpetuo occineret. Dñs dedit, dñs ,
abstulit, sicut domino placuit, ita factū est: sit nomē domini be- ,
nedictum. Neq; reuera molestum esse debeat has leuiculas tri- ,
bulationes perpeti, si cogitemus quanta præmiorum magnitu-
do pro his temporariis malis in cœlo nobis reposita sit. Præser- C.
tim quum uideamus nō paucos mortales etiam pro his momen-
taneis rebus, quas uitiose & præpostere diligunt, plerumq; gra-
uiora sustinere. Quot (quæso) & quanta pericula per omnia ma-
ria & terras subeūtur ab hominibus, ut fallaces & cito fugituras
diuitias acquiramus, ut fucatos titulos aut uanos honores aucupe
mur, ut stultis ac ludicris affectionibus atq; animi nostri libidini
Mercatores quos labores pro rebus ca-ducis sustinēt. indulgeamus? Quid mercatorum ærumnas recensere opus est,
quas pro augendis transitoriis opibus cotidie incurrunt? quos tā
insatiabilis pecuniæ sitis tenet, ut nullos penitus soles, nulla rigen-
tia frigora, nullos imbres, glacies nullas, fluctus nullos, nullas quā
libet periculosas tempestates, nulla aspera aut incerta bellorū di-
scrimina, non morbos aut dira contagia, non plagarum ictus &
horrenda uulnera, non sponte sua aggrediūtur: quo uoti sui cō-
potes euadant, idq; tandem assequantur, cuius habendi deside-
Milites quot pericula sustinent pro inani gloria. rio sic ultra omnem modum deflagrant. Quin & milites quoq;
ad eandem insaniam compellit inanis gloriæ cupiditas & belli-
cæ laudis affectatio: quos nullæ minæ, nulla arma, nulla telorū ge-
nera aut instantia mortis discrimina, ab incœpto deterrere pos-
Venatores, aucupes, quanta patiātur incōmoda pro parua præda. sunt. Imò quanta incommoda, quantum inediæ & sitis, quantum
pluuiarum impetum, quot aquarum inundationes, quas uigilias
aliaq; huiusmodi patiunt uenatores & aucupes, ut friuola illa uo-
luptatula sua potiantur? Ad hæc quot excarnificationes patiūt
Infirmus pro sanitate acqui rēda intolera-bilia sustinet. uulnerati & qui sunt obleſis membris, sub sæuientibus chirurgo-
rum manibus? Illi urunt & secant, alteri uelit nolit, necessario pa-

tiendum

tiendum est: illi fricant, radunt & pungunt, hii æquanimiter ferunt quicquid chirurgis uisum est ad patientis sanitatem conferre posse. Verum si hæc tam aspera & iniqua pro mundana gloria, pro friuolis honoribus, pro uoluptate aut sanitate corporis ferre nõ formidamus: quanta maiori patientia tolerare decet omnia aduersa huius mũdi, ut regnũ cœleste introire liceat? Quia (ut diuus Augustinus autor est) Vis desiderior̃, tolerantiam facit laborum & dolorum. Quocirca si egregium Christianæ patientiæ exemplum nobis proponere uelimus, sit in primis ille sanctissimus Iob omnis patientiæ & tolerantiæ unica & singularis norma. Qui uir, quo magis ad unguẽ usq; probaretur, omnia quæcunq; possidebat, quum esset locupletissimus, amisit, cũ malint homines pene uitã amittere q̃ diuitias quas nimis magni pẽdere solent, nec sic contractus est. Tũ percussus est & omnium liberorum suorum subita orbitate & una clade, quo tanta calamitas non parum augeretur & tamẽ nec sic mouebatur. Tandem, quũ prioribus calamitatibus superari non potuit, aggressus est eum inimicus ille homo, qui corpus illius omni ex parte lancinauit. Nam à capite eius usq; ad pedes (quemadmodum scriptura ait) ardebant dolores, scatebant uermes, sanies defluebat: adhuc tamen animus in putrido corpore manebat integer, nec inuicta illa patientia ullis cruciatibus uinci potuit. Inter hæc tanta mala, aderat etiã & iurgiosa uxor, nec opem aliquam secũ adferebat, sed magis incitabat tot malis diuexatum, ut aliquid conuitii in diuinum numen iaceret, sed ipsam increpauit. Aderant etiam & amici, nec tamen illi inter tam immanes corporis illius cruciatus quicq̃ solaminis afferebant, quorum præsentia magis doloris occasio fuit q̃ cõsolationis. Quæcunq; merorem aut tristiciã augere potuerunt, huic uiro contigerunt, integer tamen permansit. Et licet inter tot immanes corporis cruciatus computrescebat, uxoris tamen suæ insipientiam ualidis argumentis corripiebat, amicos uero ueram sapientiam perdocuit, nec unq̃ ab inicta patientia deflecti potuit, illud crebro in ore habens Si bona suscepimus de manu domini: mala autem quare non sustineamus? Talis autem

Augustí ser. mo. 113.

Iob norma patientiæ.

Iob. 1.

Iob. 2.

autem & non ſine cauſa uas ſanctum & odoriferum dici poteſt, uas plenum aromatibus, plenũ balſamis, plenum odoramentis, quod & ſuauiſſimum odorem præſtat, ac deo longe gratiſſimũ. Ecce quæſo ꝙ nihil in toto corpore fuit, quod non extremo afficeretur cruciatu, quod nõ maxima affligeretur pœna: ubi uidelicet omnia, præter unum ſpiritum, à tam infeſto hoſte occupata ſunt. Tantum tamen abfuit ut ille tot uexamẽtis quicq̃ è loco ſuo dimoueretur, ut dum maxime torquebatur, ille nihilominus cõſtantiſſime deum orat: dũ in mediis angoribus torquebatur, deũ ſummis laudibus effert: dum torquebatur & uidebatur ab hoſte maxime premi, ipſe præcipua uictoria potitur. Nam tũ maxime ad uictoriam tendit, dum ita ſe patientiꝫ uirtute munitum oſtendit: ut qualibet iniuria ſe longe ſuperiorem omnibus manifeſte declaret, dum ſeſe cunctis uelut unicum tolerantiæ & æquanimitatis exemplum & ſpectaculum præbuit. De quo hominum genere & Paulus ad Corinthios ita ſcribit. Spectaculum deo & angelis & hominibus facti ſumus. Hunc uirum uidemus non ſolum contra huius mundi beatitudinem, non ſolum contra opes & ingentes diuitias, quæ etiam ſapientum animos non parum defatigant, fortiter dimicaſſe: ſed etiam aduerſus extremam paupertatem & miſeriam, aduerſus etiam aſperrimos dolores & inauditas caſuum acerbitates cõtendebat, ut de his quoq̃ triumphare meruerit. Nam ita inter ipſas diuitias ſe ubiq̃ geſſit, ut harum acceſſione nihilo inſolentior factus ſit, nec quemq̃ ideirco contemſerit. Contra, penuriam & omnem aduerſitatem tanta animi æquitudine pertulit, ut inde non ſit coactus ullum mortalẽ aut deum blaſphemare: ut contra dei uoluntatem non ſit auditus uel uerbulũ unum admurmuraſſe. Quin & diabolus ipſe quum tot machinis probatiſſimum uirum adortus, quum tanta cum eo uafricie ſit colluctatus: nunq̃ tamẽ fortiſſimũ dei pugilem & athletam expugnare potuit. Et quo præcipitatiores calamitatum fluctus in eum concitabat, hoc firmius ille, uelut petra immobilis, ſolito ueſtigio inhærebat. Non ceſſauit callidus Dæmõ omnes apparatus ſuos & belli machinas huic turri admouere, at ea tamen

longe

1. Corin. 4. Iob non ſolum cõtra diuitias, ſed & contra paupertatẽ cõtendebat.

Diabolus quomodo Iob omnibus modis tẽptauit ut eũ ſuperaret.

longe ualidior erat, q̃ ut ullo hostili impetu prosterni ualuerit. Et licet hostis iste cruentus foramen in corpore illius perforare permissus sit, tamẽ thesaurũ illũ qui intus inest ipsa præcordia deliuit, nẽpe fidẽ & patientiã, neutiq̃ auferre potuit. Neq; tame hic thesaurus quem sanctissimus Iob tãta uigilantia seruauit, aut corruptibilis auri erat aut argenti: sed erat (ut iã dixi) preciosissima fidei possessio & patientiæ uirtus. Habes ergo iã præ oculis eũ uirum, qui uelut solidissima petra eo constantiq; euasit: ut nullis afflictionum turbulentiis, nullis aduersantis fortunæ fluctibus, è uestigio suo posset dimoueri. Vsqueadeo hæc turris prorsus inexpugnabilis erat, & omni armorũ ui inaccessibilis. Sed quo tandem nomine hunc tantum uirum nobilitabo? Athletam ne aut pugilem appellitabo? Certe illud uocabulum utcunq; huic applicari potuit, nisi hic uir alios omnes in uincendo antecederet. Vocabo ne eum firmam petrã? Certe ille quouis lapide firmior & constantior est. Vocabo ne eum turrim aut munitã aream? Imò quauis turre fortior est. Vocabo ne eum arborem? Pulchrior enim est & formosior omni arbore, etiam fructibus onusta. Vocabo ne eum ipsum arboris fructũ? at est ipso fructu multo dulcior & suauior. Vocabo ne eum thesaurum & diuitias? Neq; sane hoc ad dignitatem hominis assurgere ualebit, quando omni auro, omni argento, alioue quouis thesauro sit infinitis partibus F. & præstãtior & preciosior. Quid igitur nominis superest, quod tanto uiro pro dignitate imponere liceat? Equidem, ut uere dicam, prorsus ignoro. Quia quodcunq; nomen illi excogitauero, semper erit ille pluris ac maioris precii apud deum. Quare, quũ alia uox nulla occurrit, quæ huius sanctitati ex æquo respondeat, eũ alio nomine celebrare non laboremus q̃ quo est ab ipso deo insignitus: à quo, & Iob appellari meruit. Quæ uocula, si interpretari libeat, latinis auribus magnũ sonabit. Magnus profecto erat, magnus. Nam uerissime & omnibus modis magnus reperietur si rem ipsam bene pensites, magnus quidem in omni uirtutum genere: at præcipue in duabus illis præmemoratis, fide uidelicet & patientia. Et quemadmodũ istis uirtutibus excellenter

Quã excellis nomen meruit Iob?

Iob magnus coram deo.

magnus

magnus habetur, ita etiam in deo & diuinis rebus magnus, imò maximus merito habendus est. Atq; ut magnitudinem eius altius introspicias, adeo magnus hic erat, ut tam de ipso diabolo q̄ de mundo uictor triumphauerit. Et ut olim uere magnus erat in pugna contra hos tam ualidos hostes, ita & nunc quoq; magnus est in conspectu dei altissimi: magnus hic in merito, magnus illic in gloria. Et plane sic magnus & in tam magno precio coram oculis dei æstimatus est, ut deus ipse huiusmodi testimoniū de illo perhibuit apud aduersariū eius Satanam Nunquid considerasti seruum meum Iob, q̄ non sit ei similis in terra: homo simplex, & rectus, ac timens deum & recedens à malo? Simplicitatem illius in primis laudibus effert, dum hominem simplicem uocat & ab omni duplicitate alienum, hoc est iustum & ueracem: utpote in cuius ore nec mendacium repertum sit nec in factis impostura. Simplex itaq; & uerax habebat in ore & item in sermone omni, simplex in corde & secreta cogitatione, simplex in responsionibus, denicq; non tam in uerbis simplex q̄ etiam in factis. Nec solum simplicitatis nomine eum insigniuit deus suus, sed adiecit & rectitudinis laudem. Nempe q̄ rectus ac iustus esset in iudiciis, iustus in audiendis & cognoscendis causis omnibus: iustus in dicendis legibus, iustus demum in constitutionibus & ordinationibus omnibus. Porrò quum prouinciæ illius ubi uitā egit, princeps esset & dux primarius: ita semper ut putandum est, leges sanxit, eaq; moderatione iudicia tulit, ut nulla lis aut controuersia oriri potuit, quam nō optime dispoſuerit, misericorditer iudicauerit atq; mira æquitate diffinierit. Adeo ut nec uncq; personam ullam sit reueritus, ut nulla uncq; acceperit munera, nuncq; ambulans post retributionem, non despectui habens oppressum, nullā aspernās uiduam, aut derelictorum orphanorum obliuiscens. Ob istas itaq; & huiusmodi conditiones, iusti appellationem meruit sanctus Iob: nimirū q̄ omnem iniquitatem sub pedibus suis conculcauerit, q̄ nullum iniustum impunitum reliquerit. Adeo enim oībus modis iusticiæ adhæsit, ut nūq; ulli iniquitati cōmunicasse reperius sit, ut nec ulli iniquitati appropinquasse, ut oēm

Iob 1. Expo.

Iob a deo ob iusticiaē pro batur.

Iob iustus & rectus erat.

G

malignitaē

malignitatē prorſus exoſus ſit & abhominatus. Quin & rectus quoq; intelligi poteſt, q; prorſus incontaminatus, immaculatus, atq; illibatus inuentus fuerit: rectam omnino conſcientiā habens, exactiſſimam uitæ ſynceritatem atq; abſolutiſſimam iuſticiæ cōſummationē. Rectus quoq; dici potuit, q; incōparabile patientiæ exemplū poſteris omnibus reliquit, q; inſigne pietatis teſtimoniū à deo reportauit, q; inimitabile tolerantiæ argumentū omnibus clare exhibuit. Imò nec fieri potuit quin is merito rectus dicendus eſſet, quem uno ore omnes beatum iudicabant, quem præſentes omnes timuerunt, & abſentes cū ſumma ueneratione ſint reueriti, quem & angeli quoq; admirati ſunt: quem & deus ipſe adeo charum & dilectum habuit, ut eum peculiariter ſeruū ſuum uocauerit: uſqueadeoq; ſibi diuinum fauorem conciliauit, ut & ipſe diabolus inuidia motus, eū egregie emulatus ſit. Verū inter tot incredibiles infortuniorum atiultus, tantū robur & fortitudinem à deo ſortiri meruit: ut & ueteratorem illum hoſtem ſuum tandem in fugam uerteret turpiter uictum & peſſundatū.

Iob rectus.

Additur præterea in ſuperiori textu, Timens deum & recedens à malo, Siquidē foris ab omni uitio, ab omni crimine ſe immunē & integrū ſeruauit: atq; intus ita omnibus uirtutibus undiq; circumſeptus erat, ut nihil probitatis aut ſanctimoniæ uſq; reperiri potuit, quod in eo uiro longe lateq; non reſplenduerit. Vnde factum eſt ut nullus uſq; ulla uirtute præ cæteris imbutus reperiri potuit: quem non ſit ita imitatus, ut fermè ſuperare uiſus ſit. Itaq; ipſum Abraham in fide exprimere conatus, Iſaac autem in obediētia, Iacob in puritate uitę, Ioſeph uero in caſtimonia, Melchiſedech īmolationē in filiorū ſuorū īmolatione, Moſen in manſuetudine & tolerantia, Samuelem etiam in adminiſtranda iuſticia ſecutus eſt: deniq; ſanctis omnibus in omnibus item uirtutibus q; ſimillimus inuentus eſt, tantæ ubiq; ſanctitatis & innocētię, ut deus ipſe huiuſmodi teſtimonium de illo perhibuerit, Nō eſt ſimilis ei, inquiens, in terra. Nihilominus tamen hęc tam incomparabilis uitæ integritas & ſanctimonia non adiuuerunt, quo minus eſſet unus omniū longe afflictiſſimus, quo minus ad maximas &

Iob timens deū & recedens a malo.

Iob quo uirtutibus in quibus uerbatibus reprehenſus.

Serui dei non minus qui ceteri, aduerſitatibus patuntur.

innumeras aerumnas truderetur: quas tamen, ut fortissimum uirum decuit, semper & patientissime & maximo animo pertulit. Sed H.
in his omnibus idcirco nō est superatus, quia in tot calamitatibus deus cum illo semper uersatus sit: quemadmodum & ipse in psalmis ait Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Noli igitur timere, quoties aduersitate aliqua perturbaris, ac si dei bonitas te deseruisset: qui certe nullum sperantem in se relinquere uult. Quare si uera & syncera fides tibi adsit, deus tibi nunquam aberit. Surgant ergo quantum uelint intumescentes fluctus maris, insultent in altum erectes procellæ, iacerent hue illuc insanis fluctibus nauis tua: tamen interim nihil prorsus periculi est si tecum CHRISTVS ipse non dormiat, ne finas ergo CHRISTVM apud te dormire, expgifcere CHRISTVM, excita fidem, excita spem, charitatem excita. Hæc si feceris, certus sis, deum semper gratiæ suæ præsidio tibi affuturum, quomodocunq; aliæres omnes sese habeant. Tu credis te à deo optimo maximo penitus relictum & repulsum esse, si nō statim ab omni aduersitatis gustu te eripiat? Si non statim in hoc etiam mūdo tibi omnia ex nutu suggerat & suppeditet? Sed hic tibi & cuiuis uiro in frequente memoria & mentione habendum est, quomodo olim filios Israël de manu Pharaonis ac seruitute Aegyptiaca eripuerit, Quomodo etiam postea seruos suos nempe eundem populū Israeliticū à teterrimo hoste Amalech tutatus sit. Quomodo Loth & totā familiam suam de excidio & subuersione Sodomorum liberauerit. Quomodo & populum suum unius uiduæ opera, è faucibus potentissimi tyranni Holofernis eximi uoluerit. Quomodo denique & dē manu Senacherib, curauerit suos & in se credentes tutos esse & incolumes. Cęterū non opinor opus esse ut pergam istiusmodi exempla persequi. Inspice recondítos sacrarū literarū sensus, & inuenies illic nihil crebrius q̄ istiusmodi exempla: qualia iamdudū retulimus. Quomodo enim potuit diuina uirtus clarius innotescere, q̄ dū tres illos pueros in Assyria ab ardente fornace illæsos, non sine stupendo miraculo seruauit: Ex ut constantiam illius omnipotentię consideres num

Psalm. 90. Expo.

Non dormiat Christus in nauí tua.

Deus suos semper in necessitate cōstitutos liberat.

Exod. 12. 13. & 14.

2. Reg. 19.

Gene. 19.

Iudith. 13.

2. Paral. 32.

Daniel 3.

postea

poſtea Machabæos fratres non adiutos deſeruit: qui ſic tres illos pueros Hebræos ab incendio immunes cuſtodiuit? Abſit. Et hos eripuit & illos. Hoc tamen intereſt inter modũ quo hos & illos liberauerit, q̃ alteros quidem corporaliter, alteros uero ſpiritualiter liberari fecerit. Nam ut in hoc ſæculo tres illos pueros ab incendio corporali curauerit innoxios, ita & fratres Machabæos æternæ gloriæ corona donari uoluit. Et hoc eſt quod unicuiq; oppreſſorum ſe facturum pollicitus eſt, quamadmodũ & ſupra diximus. Eripiam eum, inquit, ab his omnibus momentaneis angustiis, quæ & in hac breui uita finem habent. Nec ſolum ſic eripiẽdus eſt, ſed etiam ſic erepti, in futuro immortali corona glorificabo eum. Quid eſt hoc quod dicit Glorificabo eum? Certe in ſequente uerſiculo ſatis declarat ipſe pſalmographus, ita ſubiungens Longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum. Quæ eſt iſta longitudo dierũ? Longitudo illa quæ finem non habet, præmium æternæ uitæ, in qua uidebit ſalutare meum. Oſtendam illi ſalutare meum, id eſt, CHRISTVM meum, quem non in ſpeculo & enigmate, ut nunc fit, ſed facie ad faciem peruidebit. Qui unus tibi præmiũ futurus eſt, qui erit unica illa corona tua, uita tua & ſempiterna gloria. Secundo autem in loco & parte huius uerſiculi uidelicet Dominus de cœlo in terrã aſpexit. Aſpexit & adhuc aſpicit in miſerrimam peccatorũ uitã, ut omnibus mortalibus ea peccata miſericorditer remittat, pro quibus non erũt grauati diuinam miſericordiam implorare. Sed ſunt multi è grege perditorũ, qui, quã uel conſcientia teſte ſciũt ſe grauiter deliquiſſe: effrõtes tamẽ & frontẽ impudentẽ præ ſe ferũt, ita intra ſe & in corde ſuo dicunt, quid eſt, cur non iam ſenex ſceleri adiiciam? cur non peccata peccatis accumulem? cur non genio indulgeã? cur non utar hoc iuuentutis flore? cur ſæculi huius uoluptatibus, laſciuiæ, gulæ, libidini, cæterisq; id genus carnis illecebris operam nõ impendam? Huiuſmodi tam blaſphemis & impuris uerbis, tam diabolicis quæſtionibus non aliud reſponderẽ q̃ illud è pſalmo Dauidico. Nõ ſic impii nõ ſic. Quare ut ne deſperes in peccata lapſus, memẽto quomodo & maximus

Tres Hebræi liberantur & ſeptem Machabæi.

Pſalm 90.

Ibidem.

Expo.

1. Corinth. 13.

Littera.

Pſalm. 1.

Imitare Dauid in agendo pœnitẽtiã, non in peccando.

ille & sanctissimus propheta Dauid in horrenda peccata ceciderit: & tamen sic grauiter lapsus non fecit id quod tu paras facere, nimirum ut uitia uitiis coaceruaret, uerũ duce pœnitẽtia, feliciter è nequitiæ suæ sordibus ad pristinã ac etiam maiorem uitæ puritatem assurrexit. Huius itaq; tanti uiri exemplũ ut in peccando iam secutus es, ita etiam in resurgendo atq; agenda pœnitentia fac constanter imiteris. Istius tam sancti uiri delictum non tacebitur, quandiu loquetur ipsa dei ecclesia: ubi in consolationẽ transgressorũ, tota ratio perpetrati facinoris decantatur. Grande sane & enorme peccatum commiserat, dũ occupata alterius uxore, turpi adulterio sese polluit, sed adhuc etiã magis horrendum erat, q̃ tam triste homicidium adulterio copulauit. Verum K. his duobus tam nephandis scẽleribus contaminato, superuenit tempestiue sanctus propheta Nathan: qui regi hisce tam fœdis flagitiis impiato, huiusmodi parabolam recensuit, dicens, Erat quidam diues habens oues plurimas, pauper autem uicinus eius habebat unam ouiculã, quam in domo sua de cibo suo nutriebat. Venit hospes diuiti, nihil de suo grege abstulit: ouiculam uicini pauperis concupiuit, ipsam hospiti suo occidit. Quo dignus est: Rex autẽ iratus rei indignitate, hanc sententiam cõtra transgressorem tulit. Viuit dñs, quoniam filius mortis est, qui fecit: ouemq; in quadruplum restituendam sæuerissime pronunciauit, nesciens tamẽ adhuc se hac parabola peti, atq; cõtra seipsum hoc tã sæuerum iudicium protulisse. Cæterũ quum Nathan, amotis uerborum inuolucris, peccatum illud suum regi ob oculos clare posuisset: protinus agnouit facinus illud suum, & tam sæueram iudicii sententiam contra se à seipso prolatam esse, ad secandum uidelicet & sanandum tam tabidum cordis sui uulnus. Et ubi primum pulsante diuina gratia peccatum agnoscere cœpit, statim è mœsto pectore & uere pœnitenti extulit illud salutiferæ & placabile uerbũ Peccaui. Statim aderat in ore uere pœnitentis uox ista Iniquitatem meam ego agnosco: & peccatum meum contra me est semper. Miserere mei deus secundũ magnam misericordiam tuam. Hanc oratiõem audi quisquis capitali alicui morbo

Dauid respondent parabole, seipsum cõdemnauit. 2. Reg. 12.

Psal. 50.

obnoxius

obnoxius detineris: & quemadmodum audis eum poſt peccatū iam pœnitentē clamitaſſe, Miſerere mei deus ſecundū magnam miſericordiam tuam, quoniā iniquitatem meam ego agnoſco: ita & tu ſimiliter agnoſce peccatum tuum, & dei miſericordiam expoſcito. Interim tamen uide quem ad miſerendū tui inuocas. Et ut ſcias, is quem inuocas, omnino iuſtiſſimus eſt, peccata odit, & de peccatis certam uindictam ſumit: & adeo rigidus iuſticiæ cuſtos eſt, ut iuſticiam eius nullo modo auferre poteris. Quare quū illius miſericordiam recte imploras, etiam iuſtitiæ eius recordator ſis oportet. Siquidem ut eſt miſericordiæ peccanti ignoſcere, ſic eſt iuſticiæ non dimittere peccatum impunitum. Quid ergo? Reſpondeat hic ipſe Dauid. Ille enim neutiq; cupit ut peccatum impunitum remaneat: ille illius iuſticiam probe cognitā habet, cuius miſericordiam tantopere efflagitat. Atq; idcirco ego illius miſericordiam (inquit) imploro, ut uelit errorum meorum obliuiſci, quando equidem illorū memor ſim. Nam egomet plane perſpicio peccata mea, plane ſpicio quanta moles ſit & grauitas peccatorum meorum. Nec interim me fugit q̄s diuinū & ingens ſupplicium pro peccatis conſtituatur. Quæ conſideratio me facit, ut ex toto animo, toto corde pœniteat iniquitatum mearū, ut totus abhorream ad mentionem ſceleris cōmiſſi, ut ultra modum diſpliceat mihi prioris uitę nequitia, ut odio habeam ſolita flagitia, ut ad nepharias actiones, quas conſcius ſum me perpetraſſe, tremulus expaueſcam, ut metuam inſuper æquiſſimam illam dei iuſticiam, ut timeam exactiſſimum illud dei iudicium, ut ad formidabilem dei ſententiam totus tremam & inhorreſcam, ut æternam illam pœnā quæ pro peccatis conſtituta eſt, dies noctes perpetuo uerear. Quo fit ut quum iuſticiæ tuæ perferendæ me prorſus imparem eſſe agnoſcam, cogor ad benigniſſimā tui miſericordiam appellare, id crebro auribus tuis inſtillans, Miſerere mei deus ſecundū magnam miſericordiam tuam. Quapropter fac memineris o peccator, fac memineris, non tantum Nathan prophetam ad te miſſum eſſe, ſed & ipſum Dauidem: qui oībus peccatoribus exemplum eſſe poteſt, unde diſcant, quanta

Vera pœnitentia Dauid pro miſericordia clamat.

Pſalm. 50.

& qualis pœnitentia pro commiſſis actitanda ſit. Itaq; quoties illum in ſcriptis ſuis ueniam à deo efflagitantem audis, tu illius exemplo inſtigatus idem facito. Illũ cum in ſacris libris ſubinde ob peccata ſua ingemiſcentem audis, tu itidem ob tua delicta ingemiſcito. Audis largis lachrymarum hymbribus lectũ ſuum irrigantẽ, cum potu ſuo fletum miſcentem: tu quoq; peccata tua deflenda amaris lachrymis cogitato. Audis & illũ etiam à prophe-
ta admonitum, ſua errata correxiſſe, docentẽ te & nos alios q; oẽs
impoſterum peccaturos, quid nobis in pari conditione conſtitu-
tis faciendum ſit. Quomodo in noſtra maleficia à nobis ipſis
ſæuiendum ſit, quomodo caſtigandi priores uitæ lapſus, pœ-
nitentiæq; opera impartienda. Quod ſi quiſq; noſtrum ſedulo
facturus ſit, haud dubitandum quin idem à diuina clæmentia au-
2. Reg. 12. diturus ſit, quod olim à propheta Nathan meruit audire pœnitẽs
Quomodo & qua de cauſa dominus de cœlo reſpiciat prophetæ Dauid, nempe Tranſtulit à te deus peccata tua. Sic ergo reſpexit de excelſo ſancto ſuo, ſic dominus de cœlo in terram aſpexit. Hoc enim nomine de cœlo in terram aſpexit deus, ut humiles & pœnitentes reſpiceret: ut eos reſpiceret qui ſe peccatores eſſe agnoſcerent, qui ſua peccata faterent, qui ſua ſcelera de-
2. Para. 12. flerent, lachrymarentur, lamentarentur, & qui denicp cum pro-
pheta hoc clamitarẽt ſingulatim Peccaui. Ego ſum qui peccaui,
uertat obſecro in me manus tua, parce ouiculis, percute hic me
domine deus, ut ſaluus fiam in futuro. Huiuſmodi eſſe oportet,
quos reſpiciat deus, nam ut tales inueniret nos dominus, de cœlo
in terram aſpexit. Aſpicit miſeriam noſtram, peccata noſtra, fa-
cinora noſtra, miſeram hanc uitam noſtram, abominabilẽ huius
mundi conditionem: quomodo infinita mala ſperguntur undiq;,
q̃ enormia ſunt peccata hominũ, q̃ ſint multiplicia, q̃ ingentia,
q̃ ponderoſa, q̃ ĩmania, q̃ intrepide & licentioſe homines paſ-
ſim peccẽt, & q̃ turpiter & abſq; omni pudore ubiq; delinquãt.
Hæc ſane omnia & his ſimillima aſpicit è cœlo deus. Sed quare M
hæc è cœlo aſpexit? Certe ut hęc omnia puniret, ut hæc corrige-
Gene. 18. ret, ac tandem prorſus demeret. Sic etiam & quãdo clamor So-
domorũ uenit ad eũ, dixit item dominus, Deſcendam & uidebo
an opere impleuerint clamorem qui uenit ad me, an nõ eſt ita, ut
ſciam.

, ſciam. Deſcendit per angelos deus, quorũ miniſterio ſubuertit
ciuitates ob peccata incolarũ. Sic uidet è cœlo ſancto ſuo delicta
noſtra, ſed non alia profecto de cauſa aſpicit, q̃ ut nos peccantes
plectat puniat, & mulcter, ac penitus deleat, niſi citius reſipiſce-
mus. Surgamus ergo, deponamus peccata noſtra, exuamus ue-
terem hominem, priorẽ uitam in melius emendemus: clamemus
in cœlũ, deponamus capita, tũdamus pectora, explodamus ma-
nus, iaceamus in ſacco & cinere, ieiunemus, uigilemus, oremus,
pœnitentiam denic̃ pœnitentiam, ueram (inquam) pœnitentiã
omni conatu peragamus, ut à nobis auertat deus iram ſuam, di-
, camus unanimiter cũ Niniuitis. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſ- Ionæ 3.
, ſcat deus? Atq̃ hæc omnia & cito & ſyncere à nobis peragẽ- Quam pronus ſit deus ad mi-
da ſunt. Quandoquidem iam dominus ipſe de cœlo in terram aſ- ſerendum.
ſpexit, ut nos ſic clamantes etiã miſericorditer exaudiat: qui ſem-
per multo pronior eſt ad miſericordiam q̃ ad crudelitatem: mi-
leſies cupientior ut pareat q̃ ut percutiat: porrò tota naturalis
eius impẽſio huc inclinatur, ut ſit miſericors, miſericors, ut ſit mi-
ſerator, ut ſit uerax. Et ſi contingat eum aliquando de ſontibus
ſupplicium ſumere (quemadmodum facit non raro) nunc̃ tamẽ
id facit niſi coactus, niſi cõpulſus, atq̃ huc uelut uiolenter tractus
, per noſtrã immoderatã licentiam ac uitioſiſſimã uitam. Domi- Littera.
, nus igitur de cœlo in terram aſpexit: idq̃ geminis oculis, non ſo-
lum oculo iuſticiæ, ſed & oculo pietatis atq̃ miſericordiæ. Atq̃
ſic ſpecialiter dicitur de cœlo in terrã aſpicere, ita tamẽ de cœ-
lo aſpicit, nõ q̃ inter ipſum & ea quę reſpicit ulla ſit diſtantia aut
ſpacii interuallũ, quando ipſe unus omnia penetret, oĩa impleat,
& oĩa circũcludat: ſed propter certitudinem imò & amplitudi-
nem miſericordiæ & bonitatis ſuæ, non dedignatur ad miſeros
peccatores atq̃ inimicos, miſericordiſſimos oculos ſuos cõuerte-
re, ut fragilitatem naturæ noſtræ attendat, ut citius miſereatur,
ut pareat confeſſis, ut remittat pœnitentibus, ut humiles oratio-
nes noſtras exaudiat, ut uincula quibus nexi eramus, abſoluat. Atq̃
hac de cauſa ſtatim in ſubſequente uerſu ita ſubdit propheta.

N. VT AVDIRET GEMITVS COMPEDITORVM. Verſ. 12.

VT SOLVERET FILIOS INTEREMPTORVM.

Lõge prius uidit propheta Christũ uenturũ in salutem mundi.

Sanctissimus propheta hic noster Dauid diuini spiritus afflatu illuminatus, internis animi oculis ea in spiritu uelut præsentia cõtemplabatur: quæ multis postea sæculis, de IESV CHRISTO seruatore nostro essent euenitura. Viderat item infallibili prophetiæ dono aliquando futurum, ut CHRISTVS, deus & homo, prodiret in hunc mundum, huc missus à patre ad redimẽdum populũ suum tandiu sub inferni captiuitate detentũ: quemadmodum & promissum erat tot aliorum propherarum uaticiniis & oraculis, cum Ethnicis hominibus, tum uero potissimum Iudaico populo. Neq; tantum promissus erat tot uatũ prędictionibus saluator humani generis CHRISTVS, sed infinitis penè figurarum præludiis dilucide adumbrabatur, signis ac prodigiis declarabatur uere uenturus, tot annorũ millibus prius expectatus est, toties ardentibus studiis prius exoptatus est aduentus illius: ut populus dei nunq; cessaret clamitare Veni domine & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ Israel. Et sicut ante q̃ uenerat tot sanctorũ patrũ testimoniis prędicebat uẽturus, ita postea q̃ aduenisset, copiose sanctorũ martyrũ sanguine cõfirmatus est: confirmatus est & syncerissima confessorũ omnium uiuendi integritate, confirmatus etiam & continentissima tot uirginũ castimonia, denique confirmatus & ratus factus uita & conuersatione proborum omnium. Hic idem CHRISTVS fideli populo suo pronunciabatur, hic Christus in suos & in omnes beneficia contulit, hic CHRISTVS saluator erat omnibus qui se ad id præparare uellent, hic CHRISTVS uoluntarie pertulit sarcinã peccatorum hominum, idemq; sponte ac gratis totius mundi peccata in se transtulit. Hic CHRISTVS sublato asperrimo legis iugo ad fidem & gratiam euangelicam omnes omniũ nationum peccatores inuitauit, siue imperatores illi fuerint, siue reges, siue proceres uel plebei, docti aut indocti, serui aut liberi: breuiter cuiuscunq; conditionis aut status extiterint, non reliquit nõ inuitatos ad numerũ & dignitatem filiorũ dei. Omnes omnino homines hic sine ullo discrimine ad suam fœlicitatem accersiuit, & ad æternæ uitæ possessionem: ut essent super cœlestis illius

Ecclesia canit.

Christus quomodo se mundo exhibuit.

diuinitatis

diuinitatis socii & participes. Atq; ad hunc modum huic mũdo promissus fuerat IESVS CHRISTVS, & in hoc promissus est, ut esset omniũ mortaliũ non tam redemptor q̃ etiam saluator. Videte, q̃ optime ille de nobis meritus sit, uidete qui quum esset agnus ille immaculatissimus, quũ peccare nullo modo potuit, tamẽ omnes iniquitates nostras solus ille portare dignatus est, hostia factus in ara crucis, ut iratũ patrem nobis suo sanguine reconciliaret. Et quum nihil sit peccato aut horribilius aut deo odibilius, tamen tanto amore erga nos affectus est, ut nõ dubitaret à nocentibus nobis in seipsum innocentissimum scelera nostra transferre, ut nos noua innocentia condonaret. Quid autẽ hac innocentia pulchrius aut preciosius esse potest? hac quũ nobis gratis impartitus est clemẽtissimus dominus? Neq; quic̃q̃ est rerum omniũ unde insignior gloria aut honor enasci potest, q̃ ut ex humili & improbo gehennæ filio, fias adoptione filius dei & cohæres CHRISTI. Et contra, nihil est iugo Mosaicæ legis aut grauius aut maioris ponderis: hoc pondus per eundem CHRISTVM à nobis penitus aufertur. Quid quæso suauius aut iucũdius esse potest libertate? in hanc uindicauit nos ipse dominus, & hac nos ex mera pietate sua donauit: Quod maius præmium aut optari aut expectari queat ab aliquo, q̃ ipsa æternitatis beatitudo & immortalitas nunq̃ finienda? At hæc sine omni cõtrouersia his omnibus promissa est, qui per fidem euangelicam renati, sancte, pie, & iuste, in CHRISTO uiuere nõ recusant. Nihil unq̃ de illo scriptum fuit ab antiquis prophetis, quod ad unguem non est adimpletum: quo fit, ut certissimus ea omnia nobis infallibiliter euentura, quæcũq; ille pollicitus est futura. Quare ut toti è cœlo & diuino numine penderemus, uidemus econuerso quanta sit terrenarum rerum non incertitudo tãtum, sed & malicia etiã. Cotidiana experimenta abunde satis nos perdocent, quomodo ex opulentia rerum, magna ex parte nascatur inuidia: CHRISTVS dãsitio atq; huius mundi honoribus renunciauit, & pauper factus est. Potestas huius sæculi pleruq; simultatẽ gignit aut aperũ alioqui odiũ, at CHRISTVS (cuius

Christus mundi gloriam, honorem & diuitias contempsit.

(cuius religionem professus es) quũ à populo quærebatur ut illorum rex institueretur, fugiebat mundanam pompam simul & imperium. Beneficiis conferẽdis hominum beneuolentia conciliari solet, at CHRISTVS seruãdis nobis seipsum impẽdebat, semper paratissimus, ut nos omnigenis beneficiis sibi deuinciat.

Non cessat Christus nos beneficijs sui sibi reconciliare.

Nec hodie cessat idem facere & præstare suis, quod olim in carne apud nos uersatus, fecisse in euangelio legitur. Dũ non semel pauit esurientes, sanauit ægrotos, restituit debiles, cæcis donauit lumen, surdis auditum, mutis reddidit linguæ usum. Quin & salutifera illa sua doctrina omnibus mortalibus æternæ uitæ uiam demonstrauit? neq; id tantũ per illud temporis spacium quo hic nobiscum præsens in corpore uersatus est, sed semper & in hũc usq; diem sese nobis beneficentissimum ostendit & exhibet. Ad iuuãdas necessitates nostras oppressionesq; subleuandas, de excelso sancto suo prospicit: atq; ita prospicit ut in terram aspectũ benignitatis suæ dirigat. Nec id sane alio nomine, q̃ ut audiat gemitus compeditorum, q̃ ut soluat filios interemptorum, quẽ admodum ait hic propheta noster. Satis constat mortalibus omnibus, satis uniuerso mundo perspicuũ est, in quibus & quantis miseriis detinebatur humanum genus: quomodo peccatorũ fasciis ac pedicis iacebant omnes turpiter ligati, quomodo sub crudelissima diaboli tyrannide seruierunt miseri, tenebricosissimis ignorantiæ nubibus obtecti & circumdati. Nec abstinuerũt interim à prophanissimo idolorum cultu, non abhorruerunt ad turpissimas & plane bæluinas corporis illecebras, ita ex assuetudine corporeis libidinibus indulgentes, ut hinc in quodlibet damnationis barathrum, præcipites ruerent: indies magis ac magis sese in æternæ pernitiei periculum dedentes, indies magis ac magis in dei indignationẽ incidentes, indies magis ac magis per uitæ suæ abusionẽ, eximiũ animæ sibi stultæ conciliantes. Quã humanæ genus iacturam & stragem ubi intellexisset, omnipotens deus, in terram delapsus est, uenit ut perditarum hominũ auxilium ferret, uenit ut tot hominum malis cœlestem consolationem deferret, uenit ut hominibus in suam exitium properantem gradũ

Stultitia mundanorum.

Qualis uenerat Christus, & ob quã causam.

sistere

sissque faceret, ut à recto tramite aberraremus, in rectam uiam reuocaret. Neq; enim sic uenerat sicuti quidam carnales somniabant eum uenturum, uidelicet cum pompa regali, cum maiestate quadam & luxu Barbarico, acsi nunc dacus aliquis satrapas extinxisset, non uenerat cum ingente hominum quasi undiq; millibus circumfusus, non prædixerat multo magnatum locatores hospicijs, qui sibi ac suis diuersoria pararent: neq; in urbes quas uisurus erat, aut hiscentibus de more supralibus aut præcinentibus tubis inuectus est. Nec ui & armis augustus est alienas possessiones, non militari apparatu, non armata phalange, non fretus uirtute bellica, nõ acie aut armis formidabilis; sed uenit gratia, gratia dei unctus, sed lenitate & mansuetudine præditus, benignitate & facilitate amabilis, utpote qui non recusauit nisi morte sua sibi reconciliasse, cuius unius sermo & efficacissima doctrina oës tenebras nostras & ignorantiam discussit, cuius ductu nobis ad æternitatem uia aperta est. Venerat itaq; ille sacratissimo patris chrismate inunctus, uenerat blandus, mitis & affabilis: uenerat præterea cũctis mortalibus beneficus, comis, ac mansuetus. Venerat ut esset omnibus seruator nõ ultor, reconciliator non iudex, pacem toti mũdo collaturus, ad bene merendũ de omnibus longe expositissimus, idq; citra omnem personarum respectũ. Nec in hoc uenerat ut armis bellicis sibi imperiũ appararet, ac opulentissimos reges ac satrapas hostili manu debellaret: uerũ hoc animo huc profectus est, ut mansuetis annũciaret, ut mederetur contritis corde, ut pauperibus euangelizaret, ut sanaret cõtritos corde, ut prædicaret captiuis remissionem peccatorũ, & clausis apertionem, utq; prædicaret annũ domino placabilem & diem ultionis deo nostro, & diuinæ remunerationis beneficiũ gratuitum. Venerat totus pacificus, totus placidus & quietus, totus misericors, totus patiens & longanimis: ut illud scripturæ de defectu suo quæ affirmare posset. Defecĕdit sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, Descendit CHRISTVS in uterum uirginis, sicut pluuia in uellus Gedeonis, hoc est, sicut pluuia suauiter & absq; strepitu abundanter in lanam dilabitur, sic

Esa. 61.

Psal. 71.

Expo. Sicut aqua in uellus, sic Christus in uterum uirginis uenit.

sic CHRISTVS occulta quadã uirtute, dulciter & imperceptibiliter in uirginem uenit. Et sicut lana nec accipiens nec reddẽs aquam rumpitur, sed integra manet, sic & uirgo dum concepit pariter & peperit, integra permansit & uirgo inuiolata. Et sic stillicidia stillantia super terram sensim & in modũ roris summa lenitate cadũt, eamq; foecũdant, sic CHRISTVS in aridã terrã cordis nostri descendens eam gratiam sic stillicidiis foecundã effecit, ecclesiamq; suam uariis gratiarũ donis perfudit. Quis ergo hunc tam mitem dominum non plurimũ adamaret? Quis sic aduenientem non ambabus (quod aiunt) ulnis, cum summa uenerationc excipiat? Quis pius tam benignum seruatorem non submissis genibus & prono pectore amplecteretur & deamaret? Præsertim, præsertim quum non ob aliud huc profectus est, q; ut audiret (ut supra diximus) gemitus compeditorum. Legimus in libro Iudicum fortissimum Sansonem à meritrice Dalida, ter septem uinculis irritatum: primo septem neruiceis funibus needũ siccis, sed adhuc humentibus ligatus est, tum septem funibus nouis, qui nunq; operi admoti fuerunt, ac demum septem crinibus capitis sui cum licio complicatis & cum clauo in terram defixis. Ad hunc Sansonem, id est humanum genus dissoluendũ tot prius peccatorum uinculis & compedibus reuinctũ, uenerat in hũc mundum IESVS CHRISTVS, ex purissima uirgine carne assumpta. Siquidem homo intellectum suum uinculo ignorantiæ misere colligatum habuit, cæcisq; peccatorum tenebris ex omni parte circumseptum, adeo ut ne umbram quidem ueritatis peruidere potuerit. Habuit præterea & uoluntatem arcte deuinctam & contumaciæ nexibus sic præpeditã, ut uirtutis bonitatem cernere aut diligere plus non habuit. Erant item & manus eius sic impotentiæ nodis intricatæ, ut nullo modo potuit eas uel ad exhibenda misericordiæ opera, uel ad æquitatem administrandam porrigere. Pedes autẽ ita somnolẽtiæ iugo suppressos habuit, ut nec probitatẽ sequi, nec ad sanctitatẽ, nec ad aliquod opus bonũ & meritorium suos gressus dirigere ualuerit. Sensus uero omnes sic hebetauerat cõcupiscẽtia, ut ne uel summis quidẽ naribus

Sicut aqua in uellus, sic Christus in uterum uirginis uenit.

Iudicum. 16.

Quã infirmum erat humanum genus ãte Christi aduentum.

Ignorantia.

Contumacia.

Impotentia.

Somnolentia.

Concupiscentia.

naribus uirtutem olfacere aut ſentire ualeret. Lingua præterea ſic neſcio quo ſtulte & ītempeſtiue uerecūdie uinculo religata erat, ut puderet perpetratam confiteri iniquitatem. Denique collum hominis ſic carnales illecebræ cathenis quibuſdam illaqueauerant, ut cœleſtem illam ſuauitatem nullo pacto percipere ualuerit. Atq; ex hac ſupputatione ſatis perſpicuū eſſe opinor, quomodo ignorantia ligat intellectum, pertinacia affectum, impotentia manum, ſomnolentia greſſum, concupiſcētia ſenſum, ſtulta uerecundia confeſſionem: poſtremo carnis deſiderium, ipſum collum reuinctū tenet, atq; ſpiritualem guſtū penitus extinguat. Atq; hæc ipſa ſunt ea uincula, hi ſunt illi funes, quibus olim reuinctus eſt Sanſon, quemadmodū ſupra è Iudicum libris retulimus. R. His eiſdem peccatorū nexibus conſtringebatur prædictus propheta noſter, ſicut & ipſe alicubi conqueritur funes peccatorū circumplexi ſunt me. Funes autem peccatorū ſunt ipſę criminum faſciæ & colligacula, ipſæ delictorum circumſtantiæ, quę peccatores ſic in peccatis ſuis detinēt, ut nec permittant libertatē gradiendi ad uirtutes, iterq; gradienti ad CHRISTVM prędudunt. Totus enim mundus ſic olim cæcitate & ignorantiæ tenebris inuolutus eſt, ut ipſi homines qui præ cęteris animātibus ratione ſunt prędīti, in eā tandē uiuēdi turpitudinē, in eam cęcitatē deducti ſunt, ut etiam impuriſſimis idolis inſeruire non grauarētur, ut ficticios Ethnicorum deos adoratione dignarentur, ut nephanda dæmonia colerent, ut ſculptilia hominū ſimulachra pro diis ſuis haberent. Iam uero quæ cæcutientia maior in hunc mūdum mitti potuit, q; ut mortalem hominem pro immortali deo percolerent? Sed quæ maior cæcitas eſſe potuit in homine, q; ut pro diuino numine adorares boues, uitulos, hædos, ſerpentes, ſimilesq; beſtiolas? Quæ maior cæcitas q; ut ſolem, lunam, ſtellas, aliasq; creaturas, quæ non in aliud q; in uſum hominum conditæ ſunt, tanq; deum ſuum colerent & his turpiter inſeruirent? Quid enim ſtultius aut homine indignius, q; lapidem, lignū, es, ſtannū, argentum & aurum loco numinis habere? q; adorare, præſertim cultu latriæ, idola aut ſtatuas mutas humana manu conflatas: in

Vereundia. Illecebra.

Septem uincula quibus genus humanum uinciebatur.

Pſalm. 118. Expo.

Quanta quōdā cęcitate laborabat mundus? Ignorātia, primū uinculum.

C. quibus

quibus nec ullus ſenſus uiget, aut uita reperiri poteſt. Atq; hæc tam cæca ignorantia olim ad aliquot annorum millia in hoc mũdo regnauerat. Quando neq; deum agnouerant, nec legibus illius parere dignabantur: imò ſub tanta caligine delitescebant ut nec hominum decreta ſcire uoluerint nec antiquis patrum conſtitutionibus adhærere, neq; ſane intelligebant laudabiles conſuetudines aut integram uiuendi rationem, qua uti ſunt ſanctiſſimi dei famuli, iſti non elegerunt imò contempſerunt quicquid uſq; erat probum, quicquid erat ſpirituale & ſanctitati annexum: atq; id ſibi accerſiuere quod nihili erat, quod demẽtiam ſapiebat, quod carnali appetitui adblandiri uideretur. Neq; erat apud eos ulla recti aut honeſti ratio, ſed omnia pro libidine & appetitu ſuo faciebant, ſeſe in omnia flagitia præcipitantes. Siquidem mundũ & mundana mordicus ſequebantur, at deum ipſum contempſerunt. Apperentiæ corporis ac carnalibus deſideriis indulſerunt, ſpiritum tamen quem ducem eſſe oportuit, neglexerũt penitus. Hinc in omnes uiuendi abuſus, in omne nephas ac diabolicam uiuendi fœditatem præcipites, irruebant. Deũ nec timuerunt nec reueriti ſunt, ſuum defectũ intelligere neutiq; uoluerũt: erant omnino incõſtantes, nec pactum ullum aut depoſitum ſeruare uoluerunt, imò ipſam ueritatem per quam liberandi eſſent, ſubuertere prorſus conabantur. Seipſos ultra omnem modum & rationem amabant, ſuperbię nimium ſtudioſi erant: elati, inobediẽtes increduli, errantes, obediẽtes deſideriis atq; uoluptatibus ſuis in malicia, inuicẽ quanto poterant diſſidio reluctantes.

Sopho. 1. Pertinacia, ſine cuium. 2.

Adeo ut id Sophoniæ prophetæ uere de illis dici poteſt Ambulabant ut cæci, quia domino peccauerunt. Erant præterea pertinaciæ inuictæ, erant cõtumaces, duri, proterui & obfirmato animo in omnem malicią & prauitatẽ ruẽtes: ſibi immodice perplacentes, opinioni ſuæ obſtinate adhærentes, ſuo ingenio per oĩa anniterentes, doctioribus ac peritioribus ſe nullam fidẽ adhibentes: ſed quum ab omni ſana doctrina & literatura ſpiritus alieni eſſent, tamen cum ſumma impudentia nõ ſuſcitare tantum damnabiles opiniones arrogabant, ſed & defendere etiam ad extremum uſq; ſpiritum parati erant. A quibus etiam erroribus adeo

erant

erant irreuocabiles, ut frustra ad id quod rectum est exhortatus esses. Ad hęc tã erãt penitus indociles, ut nec edoceri quicq̃ uoluerit, nec si uellent, discere uoluerit. Erantq̃ ita prorsus effrõtes & omnis pudentiæ expertes, ut minime puduerit illos ueritatem aperta ui impugnare, ut non sint reueriti iusticiæ & æquitati reniti, legitimam autoritatem pro nihilo pendẽtes, negantes leges & pro uirili sua abrogantes. Ita peruicace obstinatione obdurati, ut si semel uel peruersissimam opinionem concepissent, citius mori uellent q̃ ab illa absurditate diuelli. Erant etiam & insigniter impotentes, dum ad omnia bona opera perficienda tam fuerunt imbecilles & mãci, q̃ fuerant ad perpetranda mala faciles & satis exprompti. Vixq̃ dixeris magis ne somnolenti & pigri ad complenda spiritualia exercitia, q̃ fuerint ad negligẽda cœlestia propensi; proni ad carnales cupiditates, & ad mundanas oblectationes nimium procliues & mancipati. Sicq̃ concupiscẽtiis suis obcæcati euaserunt, ut præter fœdissimam corporis libidinẽ, præter corruptissimas carnis illecebras, nihil in deliciis habere sustinuerint: ad omnem turpiudinẽ uelut irrationales bæluæ incumbentes, omnia ad insanas uoluptates & carnis desideria referẽtes. Vsqueadeo ut ipsa membrorum lex (cuius Paulus meminit ad Romanos) illis omnino dominata sit. Tamq̃ prępostera & stulta uerecundia miseros homunciones cæpit, ut pudore afficerentur ad beneficia indigentibus clargiẽda: ne à stulto & improbo mundo deriderent, haberenturq̃ dissimiles aliorum. Ad paupertatem uel ferendam uel subleuandam, ad illegitimationem, sterilitatem, orbitatem, cæteraq̃ calamitates quas necesse est homines nonnunq̃ perpeti, absurda & intempestiua uerecundia tenebantur: cæterum ad detestanda peccata, ad perditissimos mores, ad uitiosas consuetudines & corruptissimas
T. peruersitates nulla re minus q̃ uerecundia prædicti sunt. Ad hæc sane aliaq̃ id genus facinora committenda nihil horrebant, non sunt rubore confusi: sed sine omni pudore aut reuerentia ipsum deum quantum in illis fuit, sceleribus suis dehonestauerunt, sed omnem etiam sanctitatem intrepide abdixerunt & reiecerunt à

Impotẽtia, uitium. 3.

Ignauia. 4.

Concupiscentia. 5.

Ro. 7.

Verecũdia stulta. 6.

 se, sed

se, sed omne uirtutum commercium fastuoso uultu dedignati sunt. De huiusmodi perperam & præpostere erubescentibus, ita loquitur ipse dominus in suo euangelio Si quis me (inquit) erubuerit & sermones meos, hunc etiam filius hominis erubescet. Verũ ut hæc peruersa uerecundia omnino repudianda est, sic alia quædam laudabilis sane est uerecundia & cũ uirtute coniuncta. Quã duplicem uerecundiam & Ecclesiasticus innuit, quando ait Est enim confusio adducens peccatum, & est cõfusio adducens gratiam & gloriam. Porrò bona uerecũdia tum locum habet ac necessaria est, quoties quis rationem transactæ uitæ suæ ad imum usq; fundum discutiens, omnes actiones suas ad memoriam reuocat, detestabiliaq; maleficia sua cum compũctione ruminat, semper memore animo reuoluens cp sint ea multipharia, cp sint grauia & enormia: hæcq; secũ reputans, totus pudore & erubescentia suffunditur, totus sibi displicet, totus execratur errores suos: dolet ex animo ita ratione sua, ita ingenio, intellectu & sensibus abusum fuisse, quas dotes in longe diuersum usum agnoscit sibi à deo traditas. Hinc nascitur prioris uitæ horror & abhominatio, hinc in mœsticiam deiicitur, hinc prorumpit in lachrymas, contritionicq; totus indulget: dolore, fletu, ac lamẽtis cõtabescit. Verũ est huic opposita mala quædam & peruersa uerecundia quotiescunq; sinistra erubescentia quempiã adoritur, ut ea faciat quæ recta sunt, quæ ad bene beateq; uiuendum pertinent. Ex hoc genere sunt qui persuadent sibi se ignauos esse, nisi ad omnem nequitiam sint impigerrimi: arbitrantur cq; omnes alios se tales iudicare, nisi mentiendi artẽ perealluerint, nisi elato supercilio ueritatem supprimere norint, nisi sese impudenter apud oẽs iactitent, ostentent, & uenditẽt: nisi per omnia sacra deierare & blasphemare ausint. Neq; interim pudet quicq; damnabiles carnis concupiscentias & corporis fœdas illecebras sequi. In his tã obscœnis uoluptatibus uelut immundi sues uolutare, nullus pudor est: in his totos dies noctesq; desident, hisce pestiferis gaudiis sese sine omni uerecundia oblectant: itaq;, in carne sua gloriantur, ut in nulla alia re felicem & beatam uitam suam esse opinetur. Sed

Luc. 9.

Eccle. 4. Duplex uerecundia.

Verecundia bona.

Verecundia mala.

audi

audi quid de huiusmodi carnalibus uiris scribat Paulus apostolus Qui in carne sunt (ait ille) deo placere nō possunt. Quid ais sanctissime Paule, nulli ne deo placere possunt qui in carne sunt & hoc mortali corpore circundati? Hac ratione fiet ut nec credamus sanctissimos olim patriarchas & prophetas, nec postea apostolos, martyres, cōfessiores, uirgines, qui hinc in cœlos emigrarunt, deo placere potuisse: quandoquidē & ipsi olim in carne exiterūt. Absit ut quisq; de illis quicq; tale addubitet, quin deo impensissime placuerint: placuerunt proculdubio, & tamen aliquādo hoc communis carnis nostræ uelamento tegebantur. Cæterum hoc tibi intelligendum est, hos sanctos uiros ita in hoc corpore mortis huius uictitasse, acsi è corporis latebris in cœleste quoddam domicilium fuissent translati. Sicq; in mundo degebant, ut seorsim plane à mundo uersari uiderentur: sicq; uiuebant ut uitā angelicam potius q̄ humanam agere putarentur. Corpus hii secum circūferebant, at à corpore suo nunq; ferebantur ipsi. Corpus regebant, at ipsi à corpore minime regebantur. Corpus uelut ferox iumentum fræno rationis cohibebant, ut ne corporis sui domitium admitterent, nec carnalibus desideriis quicq; unq; tribuerēt. Illi autem quos Apostolus ait, dum in carne sunt, deo placere non posse, sunt huiusmodi qui se penitus rebus carnalibus deuouerunt ac uelut seruos corporeo luxui nequiter mancipārunt: adeo ut è solo corpore pendeant, ut huius nutu & renutu agantur, ut ex huius unius appetitu & arbitrio omnia metiant. Vt qui delectationibus carnis toti uiuebant, qui ultra modum in carnalitate, in uoluptuoso & misero corporis luxu oblectabant: qui in libidinosa uita, in fornicatione, adulterio, incestu, & aliis corporis spurcitiis fluctuabantur: totam felicitatem suam, ecce lum suum ac oblectamentū in his rebus constituentes. Sed proh pudor fœtent hæc omnia in cōspectu dei, fœtent, suntq; & apud deum & apud homines abhominanda. Quod uiuendi institutū (si recte tecum computes) adeo à præstantia humanæ naturæ abhorret, ut potius bæluinum uideatur q̄ humanū. Proinde Apostolus ipse quum in corpore mortali uiuebat, ut cæteri faciunt,

Roma. 8. Expo. Sicti uiri quomodo in carne præter carnē uiuebant?

Roma. 8.

tamen adeo ſecundum corporis impulſum non uixit, ut id uere
1. Cor 9. & intrepide de ſe dicere auſus ſit Caſtigo corpus meũ & in ſer-
uitutem redigo. Cuius exemplum quiſquis ſequi uult (oẽs autẽ
uelle debent) facile carnis rebellionem ſuperabit, atq; uictis cor-
poris illecebris, triumphabit. His uero qui ſic in carne uiuunt, ut
à carnis interim contagione illæſi & incolumes permaneant: in
Rom. 8. hũc modũ loquitur idẽ Apoſtolus Vos autem non eſtis in carne,
Expo. ſed in ſpiritu. Vos qui rectę rationis ductu agimini, qui illicitis
carnis titillatiõibus non cedítis, qui opera carnis penitus reiici-
Si dixerit ſpiritus dei, nihil meritorũ facere poſſumus. tis. Sed hic libenter percontarer uos auditores optimi, num pu-
tatis quempiam illorum in hoc cætu eſſe, cui hoc dictum uideri
poſſit: Certe hoc à Paulo in genere, uniuerſo populo dei atq; ec
cleſiæ CHRISTI dicebatur. Nam licet Romanis peculiariter
& priuatim ſcripſiſſe uideatur, ita tamen his ſcripſit ut per hos e-
piſtolam ſuam per totum orbem Chriſtianũ dimanari uoluerit,
& uniuerſæ eccleſiæ eſſe communem. Attamen hęc cuncto po- X.
pulo Chriſtiano ſic ab apoſtolo dicta ſunt, ut tritico dicta appa-
reant nõ palęę: ipſi latenti maſſæ ac ſpicis frugiferis, non leui ſti-
pulę aut culmis inanibus. Quare ſi tales in hac multitudine repe-
riri queant, ne dubitent quin idem ſibi quoq; dictũ ſit, quod au-
diunt hic toti fidelium congregationi à Paulo pronunciari, idq;
Ibidem. his quidem uerbis Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu: ſi
tamẽ ſpiritus dei habitat in uobis. Atq; idcirco quidem in carne
non eſtis, q; opera carnis minime facitis, q; nephariis carnis cõ-
cupiſcentiis non acquieſcitis; ſed eſtis in ſpiritu, eo q; ſecundum
illũ interiorem delectamini atq; conſentitis legi dei & præceptis
eius. Quod & Apoſtolus ſubindicauit, quum ſubiunxit. Si tamẽ
Spiritus dei quare recedit a nobis. ſpiritus dei habitat in uobis. Porrò ſi à nobis reſiliat ſemel ille dei
ſpiritus, ſpiritus hominis pondere ſuo facillime in carnem reuol-
uetur atq; pertranſibit. Verum quandoquidem Ioannes apo-
1. Ioan. 4. ſtolus nos admonet, ut probemus ſpiritus num ex deo ſint: uelim
hic certam regulam mihi dari, ũde cognoſcam an aſſit mihi ſpi-
ritus dei, an potius me uelut uictum effugerit? Audi quid domi-
Gene. 6. nus adhuc recente mundo de hoĩbus dixerit: Non permanebit
ſpiritus

ſpiritus meus in homine in æternū, quia caro eſt. Ecce ex his perſpicuum eſt, q̄ homo q̄ primum ad carnis ſuæ cupiditates inclinauerit, q̄ primum ſe corporis uoluptatibus ingurgitauerit: ſtatim iuxta comminationem dei reſiliet ab eo ſpiritus ille ſanctificationis, qui omnem immundiciam odit & execratur, qui omnē corporis concupiſcentiam exoſam habet & deteſtabilem. Q; ſi ſemel ſpiritus ille diuinus fœditate uitæ nuæ pulſus, fugā arripuerit: fieri nō poteſt quin ipſe in omne ſcelus recidas: ſi ſpiritus dei abierit, facile in omne nephas labaris: ſi ſpiritus dei receſſerit, ſtatim in omnem uiuendi abhominationē præceps ruas neceſſe eſt. Nullus igit̄ de uiribus propriis quicq̄ ſibi arroget, nemo aut de præterita innocentia aut robore priuato nimium confidat. Caue uirtutibus tuis immodice adblādiaris aut nimium tribuas: ut temere putes temet tua unius uirtute freti ſatis idoneum eſſe, qui tot rebellantibus uitiis reſiſtas, qui tuo proprio marte tentationi peccatoq̄ reluctēris. Succurrat hic quid primo parēti noſtro Adæ perſuaſit importuna carnis rebellio, qui quemadmodum quū adhuc ſanus eſſet, in eodem ſtatu ſtare ſolicitante carne non potuit, ita multo minus iā lapſus, reſurgere ualuerat. Hāc miſeram protoplaſti ſortem nec poſteritas euitare phas habuit, quo minus primorum parentū commiſſa luere cogerentur. Quo factum eſt ut totus homo miſerrimis calamitatibus ac iniquiſſima peccati tyrannide undiq̄ inuolutus ſit, atq̄ uelut in alto puteo
Y. demerſus. Habuit enim aures ſuas ad audiendum uerbum dei omnino ſurdeſcentes obturatasq̄: at cōtra ad auſcultandum obſcœnis & ſcurrilibus fabulis apertas plane & patulas. Habuit oculos impudicos, ſupercilium arrogans, linguam mendacem & omni petulantia diſſolutam, mutam uero penitus ad profitēdam dei iuſticiam, ad enarrandam diuinam legem. Habuit item & rigidā ceruicem, erectā, ac diuinæ uoluntati data opera repugnātem: uentrem uoracem habuit & intemperantem, ubi regnabat turpiſſima gula, ubi pruriens libido, ubi torpor, ſocordia, atq̄ ad omnia bona opera ſternens ignauia. Cor autē omnibus ſpurcitiis & ſordibus oppletū erat, epar inuidentia turgebat, mēbra

Quomodo poſt lapſum, totum hominis corpus peccatis obnoxium erat.

omnia incastigata ac dedecori & facinoribus assueta, manus & sui tenaces erãt, & rapaces alieni: pedes instabiles sed ueloces ad effundendum sanguinem, totum deniq; corpus omnigenis peccatorum maculis contaminatum. Pruriebat in corpore imò exarsit scortatio, fornicatio, immunditia, libido, cõcupiscentia mala, auaritia, indignatio, malicia, blasphemia, turpiloquium, mendacium: breuiter omnis turpitudo, omnis sceleris sentina, omnis illa uitiorum dira proluuies. Adeo itaq; hac contagione ac miseria corrupta erat humana natura, adeo undiq; miserrimis conditionibus circundata: ut sancti illi patres nunq; cessauerint deum piis precibus solicitare, ut se à tantis grumnis eriperet propitius, ut aliquando tantorum malorum finem facere dignaretur. Proinde hæc una uox illis semper in ore uersabatur Veni domine, uisita nos in salutari tuo: relaxa facinora plebi tuæ. Alii accinebãt Vtinam disrumperes cœlum & descenderes. Erant & qui illud psalmographi carmen sedulo inculcabant Ostende nobis domine faciem tuã & salui erimus. Sic crebris colloquiis sese mutuo, spe aduentus illius consolabantur O si ueniret, putas ne uidebo eum? Faxit deus, ut me uiuum deprehendat eius salutifer aduentus & beata natiuitas. At quando tandem ueniet? Quando ueniet ille à nobis omnibus expectatus? Quando tandem nasci continget? quando aderit tempus illius ortui destinatum? Putas ne uidebo? Putas ne me aliquando eum incarnatũ his corporeis oculis cernere posse? Opinaris ne me tandiu posse uiuere? tandiu in his corporis uinculis duraturũ, ut eum in carne uideam? Hæc & non dissimilia, antiqui illi patres qui CHRISTVM messiã suũ tam auide multis sæculis expectabant, cotidie, imò singulis horis & momentis dicere solebant: sedulis & assiduis precationibus propitium deum patrem interpellantes, ut CHRISTVM suũ aliquando mittendum curaret ad liberandum & saluandum populum suũ Israelem. In quo precandi genere tandiu uersatus est sanctissimus ille Symeõ, donec tandem responsum accepit à spiritu sancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret CHRISTVM domini. Atq; his supplicationibus factum est, ut deus ille &

Quem auide expectabãt antiqui patres ad aduentum Christi.
Psalm. 109.
Esai. 64.
Psalm. 79.

Symeon quomodo Christũ expectabat.
Luc. 2.

Z,

ille & omnipotens pater misertus tam afflicti status hominum, atq; huiusmodi potissimum precibus attractus: misit illum unicū filium suū, ut homo factus, naturam nostram indueret, ut per diuinum supplicium & mortem acerbissimam, genus nostrū tot sæculis sub Satanæ seruitute detentū, gratis liberaret. Hūc (inquā) filium ac CHRISTVM in terras è cœlo demisit, non quidē armatum, non ferrato satellite formidabilem, nō cum fastu & ingenti pompa incedentem, non cum maiestate & inani gloria superbū, nec alte spirantem: sed paterna gratia ac uirtute delibutum & inunctum, sed placabilem, sed mitem, misericordem, benignum, ac omni denique mansuetudine & humilitate præditum. Sic placide & quiete è superni patris sinu delabens, sic tranquille descendens, sicut descendit pluuia in uellus: hoc est sine strepitu, sine murmure aut aliqua īquietudine: ut paulo supra latius explicuimus. Cuius lucidissima doctrina omnes tenebras nostras ad primum eius accessum discussit penitus, cuius mors nos mortuos uitæ restituit, & cœlesti patri recōciliauit: cuius postremo ductu nos à prioribus tenebrarum ambagibus, in rectam immortalitatis uiam clementer reuocauit. Atq; ad hunc quidem modum uisitauit nos oriens ex alto: quemadmodum prædixit diuinus loquax pphetæ. Sic enim diuino & inscrutabili patris consilio usum est, ut CHRISTVS unigenitus filius eius in hūc mundū prodiret: sic ex æternitate temporis nascturum decreuerat, sic hominem inter homines conuersari uoluit. Et unde factum est, ut hæc sic à diuina prouidentia dispensata sint? Profecto nō ob aliam causam, q̄ quæ ab hoc nostro diuino cytharœdo prius decantata fuit, mirum? Vt audiret geminis compeditorum, ut solueret filios interemptorum. Istos autem funiculos, quibus uinci & teneri solent interemptorum filii, CHRISTVS ipse uindex & assertor noster, in passione sua ualide disrupit: quemadmodum & memini me aliās uobis fusius declarasse in die parasceues apud Rychwondiam, quarto ni fallor abhinc anno. Caeterum pro ulteriore huius uersiculi declaratiōe: scire oportet tres potissimū funiculos esse, quibus præ cæteris peccatores nexibus peccatorum suorum arctissime

Christus quomodo & quā mansuete uenerit in hunc mundum.

Psal 71.

Quid nobis ob tulit aduentus Christi.

Luc. 1.

Litera.

Tres funiculi quibus peccator ligatur.

arctissime constringuntur. Nempe ocium malum, improborum familiaritas, ac peruersa consuetudo. De quibus alicubi ita scriptum legimus. Funiculus triplex difficile rumpitur. Principio, quod ad ocium attinet, cõstat ocium torpidum, ignauiæ siue desidiæ filiam esse: quam quidem peccatũ mortale esse, nemo est, opinor, qui ignorat. In euangelio legimus dictum fuisse his qui ad undecimã horam uocati erãt ad colendam uineã patrisfamilias, hoc est dei patris: Quid hic statis tota die ocioſi? Cur in hoc huius momẽtaneæ uitæ curriculo, quod nõ alia de causa uobis cõcessum est, q̃ ad producẽda bona opera, ad benemerendum de oĩbus: cur, inquã, in hac tantula huius uitæ breuitate ocio & socordiæ operam dare libet? quid cessatis ab opere faciendo in uinea dominĩ, præsertim quum illic tantum messis sit & tam pauci operarii? Quare æquum est ut hic quisq̃ sese introspiciat, ut se quisq̃ rimetur & exploret ad unguem: ut nemo hic sibi pernitiose indulgeat, sed potius ut sibi seuerus iudex existat, nec peccãti sibi quicq̃ faueat aut parcat. Ne iudicet te alius, sis tibi ipse iudex, teipsum considera, fac teipsum exacte discutias, fac animæ tuæ curam habeas, fac inspicias diligenter acta tua & præteritũ uitæ cursum: uidelicet quid egeris in hora tertia, quid in hora sexta: quid per totam pueritiam, quid per totum iuuentutis tuæ feruorem: quid circiter hotam nonam, id est per id tempus quũ iam uirilem ætatem attigeris: quid denicp̃ hora undecima à te factum est, hoc est uidelicet per ipsam ætatis tuæ maturitatẽ. His rite peractis, fac totum uitæ tuæ cursum iusto examine perpendas: bona opera in una lance, mala in altera, & tum perspicies quanta sit utriusq̃ cumuli proportio. Etsi nõ longe fallar, hæc duæ proportiones ita erunt, Quasi arena maris hæc, sed hæc grauior, ut est apud Iob. Geremias propheta hic noster quũ iuxta propositam formam sese explorasset, explicitis oculis tum bona tum mala uitæ suæ facinora, iusta lance appensa inspexisset: ita ad aures diuinas ĩclamare coactus est. Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris domine. Siquidẽ multa delicta, multa à nobis iuuenibus cõmissa sunt, quæ iam aduẽtante maturiore

ætate

Ecclesiastici 4.

Matth. 20. Expo. Ocium a deo reprehenditur.

Respõdebimus pro cuiusque ætatis operibus.

Iob. 6.

Psalm. 24. Expo.

ætate à nobis ignorata sunt & obliuione tradita: unde fit ut de illis nullam certam pœnitentiã agere liceat. Similiter bona q̃ plurima quæ per illud temporis fieri debuerunt, infecta omittimus, dũ uidelicet animo nostro magis indulgere libuit, q̃ curare quid æquum esset nos facere, quid rectum aut honestum. Verũ negare non possumus quin tum plurima scelera, imò penè innumera fecimus, quæ omnino non fecisse oportuit, utpote uetita & prohibita sub pœna peccati mortalis. Quæ quia sub ipsa primæuæ ætatis nostræ lubricitate, partim per ineogitantiam, partim per ignorantiam perpetrata sunt: operepretiũ facturi sumus si unusquisq; nostrum ita contrito corde & cõtristato spiritu cum propheta repetat Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas, ne memineris domine. Atq; quacũq; ætate fuerimus, semper omnibus conatibus enitendum est, ut inertiam & desidiam fugiamus, ut ociositatem, quæ omnium uitiorum parens est & nutrix, à nobis q̃ procul phas erit, strenue abigamus: ut semp aliquid boni faciamus, ne diabolus nos ociosos deprehendat & capiamur laqueis illius. Properemus ergo propensis animis & summa alacritate ocii funiculum abrumpere: ut imitemur summum illũ patremfamilias, qui non solum operatur ipse, sed etiam exit summo mane ad conducẽdos operarios in uineam suam. Neq; enim par est ut seruus iaceat perpetuo ociosus ad anchoram, quũ interim herus suus periculosos pelagi fluctus & procellas tenter & pernauiget. Nec conuenit ut minister continuis delitiis & gaudiis diffluat, uoluptatibus se totum ingurgitet: quam tamen dominus eius mœrore angatur, macereturq; curis, & laboribus delasseturq;. Imò quid absurdius esse ducendum est, q̃ ut seruus totus in ocio torpeat, quãdo interea loci herus eius ad mortem laboribus desudet: Iam uero CHRISTVS ipse unicus dei patris filius ac magister noster, pro nobis usqueadeo elaborauit, ut propheta illius nomine dicat Laboraui sustinẽs. Porrò ille ut nos perditos & filios interemptorum sibi lucrarentur, passim per omnes ciuitates discurrere nõ abhorruit: per omnia castella, per agros, per uarias terras, per montes & deserta loca: p̃ multa undosa maria, lacus

Obliuiscimur senes quæ iuuenes fecimus.

Nõ par est seruũ ociosum iacere, laborãte domino.

Esai. 1. Expo. Quantos labores pro nobis sustinuit Christus!

lacus & amnes pedestri itinere elaborauit, prædicans omnibus mortalibus regnum dei: prædicans gratuitam peccatorum remissionem his qui de præteritis commissis pœnitere non grauarentur, curans omnem infirmitatem & languorem. Adeoq; aliquando defatigatus ex itinere legitur, ut præ lassitudine coactus sit sedere super fontem, obnixeq; precatus sit mulierem quandã Samaritanã, ut sibi fesso aquam è puteo exhauriret, qua sitim cõtractam sedare posuisset, ita aiens Mulier, da mihi bibere. Sed neq; in illa tantilla corporis refocillatione à labore uacare uoluit, aut ocio operam dare: sed interim dum aqua bibenda è puteo exhauriretur, cœpit docere prædictam Samaritanam, fideq; ita illuminare, ut etiam ad pœnitentiam agendam pertraxit. Quare quum ex istis satis liquere potest, CHRISTVM dominũ ad mortis usq; tempus, tot modis pro nobis redimendis laborasse: non decebit nos miseros, neglecto illius exemplo, inertiæ & turpi ocio nosmet addicere. Præsertim si recordemur pientissimũ seruatorem nostrum post tot totius uitæ labores, etiam probrosissima morte sua & preciosissimo sanguine in ara crucis effuso, nos à pristina morte immortali uitæ instauasse. Vnde & Apostolus nos omnes admonitos uoluit, de officio nostro erga deũ, ita dicens Glorificate & portate deum in corpore uestro. Primo mandat ut glorificemus deum: id quod per sanctam uitam, per deuotam precationem atq; per sancta pietatis exercitia fit potissimum. Deum quoq; glorificamus, quoties quicquid agimus, in illius nomine facimus, atq; ad illius nominis gloriam referimus: iuxta illud Pauli saluberrimũ consilium ad Corinthios Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis: omnia ad gloriam dei facite. Sed tum demum solidam gloriam deo exhibendam curatis, quoties exemplo integritatis uitæ uestræ & plurimos CHRISTO lucrifacitis, quod & ipse apud euãgelistam monet fieri, sic inquiens. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona: & glorificent patrem uestrũ qui in cœlis est. Secundo autem in loco hortatur beatus Paulus, ut CHRISTVM etiam in corpore nostro portemus, ut corpus nostrũ aliôqui ad

Ioan. 4.

1. Corin. 6. Expo. Quomodo glorificabimus deum?

1. Corin. 10.

Matth. 6. Expo. Quomodo Christũ in corpore nostro portabimus:

peccandum

peccandum procliue, ſeuera aliqua diſciplina à pronitate ſua arceamus, & ad pia exercitia accõmodemus. Quod tum ſit præcipue, quando corpus diuino mancipatur obſequio: quando ieiuniis, uigiliis, precationibus ita occupatur, ut uel maceratione & tenuitate ſua cogatur rationis imperio obedire. Quemadmodũ enim equus aliquis tũ expeditius portat dominũ & ſeſſorẽ ſuum, quando perdomatur, quãdo inhibetur fræno atq; heri imperio prorſus morem gerere aſſueuit: ita corpus dum uariis ſtudiis & occupationibus ſedulo exercetur, magis animo parere uult, cũ tum quando ſegnitie & ocio torpeat. Iam uero CHRISTVS te uelut erraticam ouem ſuis humeris rurſus ad caulam reportauit: quare æquum eſſe uides ut tu illum portes uiciſſim, ut illius onus humeris tuis uiciſſim imponas. Q. ſi forſitan quærere libet, quænam ſit hæc CHRISTI ſarcina & onus quod ſubire iuberis? Dicam paucis. Nam ut ſis ſciens, habet CHRISTVS iugũ ſuum, habet & onus: cæterum iugum iucũdiſſimum eſt, onus uero portatu facillimum. Cuius rei & ipſemet ſatis idoneus teſtis poterit eſſe, quum ita aiat: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Hanc igit̃ tam mitem, tam ſalutarẽ, tam portabilem CHRISTI ſarcinam tibi libenter ferendam memẽto, & inuenies haud dubie requiem animæ tuæ. Veruntamen quantumuis hoc onus ex ſe iucundũ & leue fuerit, tibi adhuc carnali & inaſſueto graue forſan uidetur, uidetur & rebelli corpori tuo moleſtum, anxium, & quod laſſet ac deprimat corpus tuum. Sed o homo ne ſis tam grato ſeruatori tuo ingratus: ſaltem uel filius aſini uicem ſubito, qui CHRISTVM olim in Hieruſalem ſuo tergo pertulit. Sis memor, onus quod tibi iniectum eſt, eſſe CHRISTVM dominum: hunc in urbem geſtandum cum aſino curato. Sic ut populus te ſimul & pia opera tua (uidelicet quomodo per ea CHRISTVM in corpore tuo portas) contemplatus, à te benefaciendi occaſionem ſumat, ac deũ ſuum ut par eſt glorificet, atq; omni laudum genere proſequatur. Quod ſi rite & religioſe factum præſtiteri, procul dubio ipſe clementiſſimus dominus uiciſſim te deportandum ab hac miſeria ac lachrymarum ſualle

Similitudo.

Matth. xi.

D. ſuſcipiet,

suscipiet, atq; in cœlesti illa Hierusalem non collocabit tantū, sed etiā æternæ uitæ immortalitate glorificabit. Fugite ergo o mortales omnes lethale illud ocium, tanq; unicum omnium uitiorum fomentum: per quod in primis ad luxum, ad libidinem atq; ad omnem intemperantiam accendimur, per quod ad arrogantiam & superbiam rapimur, ad uanam mundi gloriā traducimur, hoc intrigat ut delicate pascamur, ut magno tumptu uestiamur, ut totos dies & noctes stertamus somnolēti, ut futilis & ociosa lingua à sermonibus obscœnis & turpiloquis non temperet, ut futiat temere uerba scurrilia, uana, carnalia atq; uoluptuosa. Hoc uitium nos á sanctorum uirorum congressu & consuetudine disiungit & alienat, nutrit gulam, uoracitatē irritat, in animis nostris corruptissimā uitiorū zizaniā serit & dispergit: rixas, iurgia, cōuitia & quicquid dissidia parere potest, gignit, auget & alit: ad oīa carnis opera, ad oēs nequitias, fenestrā aperit atq; intromittit. Quocirca diuus ille Hieronymus uidēs enormitates illas, ad quas nos ociū pertrahit, ita oēs hoīes ab eo dehortat, aiens Fuge ociū & semper aliquid boni facito: ut diabolus inueniat te occupatū. Et aperi oculos tuos & circumspice singulas creaturas, q̄s strenue suis fungātur officiis, quomodo nihil prorsus infectum omittūt, quod illis à deo optimo maximo dēputatum est. Ecce q̄s exacte, q̄s celeriter & sine omni requie, sol suum cursum perficit: quanta uertigine uertatur luna, quomodo singulis mēsibus recurrat noua, quas uicissitudines agat, ut nunc crescens, nunc plena, nunc uelut decedens, nunc uero nulla uideatur. Neq; opus est ut reliquarum stellarum officia & sedulitates persequar, quum ipse oculorum sensus ista cunctis spectanda exhibet. Arbores quoq; in natura sua nunq; permittunt ocio locum, quin aliquando gēmas suas & uelut primas fertilitatis species emittunt, postea flores simul & fructus suis uicibus subsequuntur. Quin & animātia cuncta, siue illa terrestria sunt & gressibilia, qualia sunt iumēta omnia, armenta, & greges: siue aquatilia ut pisces: uolatilia, ut aues: omnia certe sine ullo obstaculo ministeria sibi assignata obeūt & absq; mora exercent. Sed ne in re manifesta longior sim,

Quanta mala ocium insequūtur.

Hieronym. Omnes creaturæ ocium fugiunt & deum glorificant.

Sol.

Luna.

Stellæ.

Arbores

Animantia.

E.

sim, omnia quæcunq; uſq; locorum condidit deus, ſuo conditori obediũt atq; morigerantur ad nutum. Omnia id officii libenter peragunt, quod deus illis præſcripſit peragendum. Hoc itaq; inter reliquas creaturas omnes cõuenit, ut nulla ſit quæ non ad unguem ſuas partes exequatur, nulla quę non pro uiribus ſua laboret ſedulo, nulla quæ non uehementer ocium deteſtetur: quum interim tamen ſolus homo, in cuius uſum cætera omnia condita ſunt, ocio langueat, deſidia torpeat: atq; ita ignauię deditus ſit, ut frequenter non ſine ſummo dedecore, ab officio ſuo recedat. Sed o miſerrime Chriſtiane, ſi qua tandem tuæ ſalutis cura tibi incumbit: fac erubeſcas, fac erubeſcas & abſcondas te à facie dei tui, ut fecit olim Adam in paradiſo, & ſaltem ſume cum eo folia, & cõſue, ut ſic tandem erubeſcentiã ex ocio contractam contegas: ne ab illo uidearis aliquo modo ocioſus, qui te ſic ocio & inertię deditum per minutiſſimæ formicæ exemplum corrigit, ita per Solomonem admonens & exhortans Vade ad formicam o piger, & conſidera uias eius & diſce ſapientiam. Quę quum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem: parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quod hyeme comedat. Admonet nos hæc formicæ induſtria, ut in æſtate huius breuis uitæ, cũ omni ſedulitate ea nobis acquiramus, quæ in ipſo hyberno tempore, hoc eſt in metuendo illo iudicii die opẽ præſtare poſſunt: ne fame uirtutum & bonorum operũ ſiti pereamus, atq; ſic ęternis cruciatibus mancipemur diſtorquendi. Quapropter agite, expergiſcimini o uiri fideles, expellite tandẽ infœlicem illã ocioſitatem, non tam omnium uitiorum matrem, cũ infeſtam omnũ uirtutum nouercam: ſemper boni aliquid facitote, ne locum detis diabolo, & circũueniamini ab iſidiis & tẽtationibus illius. Q2 ſi forte aut non ualeatis aut tædeat diutius aliis occupationibus utilibus & honeſtis operam dare, fiat cõmigratio in precationem: q; ſi adhuc orãdi ſatietas ſuboriatur, uertatur oratio in contẽplationis ſtudium: uerum ſiquando etiã cõtemplandi ſubrepſerit tędium, ſaltem à flendo ne deſiſtas, ne ceſſes ab aliis honeſtis uirtutum exercitiis pro uiribus exequendis. Ex quo attentiore animo in

Homo cæteris animãtibus ignauior.

Prouer. 6. Expo. Mittitur ocioſus ad formicã ut laborare diſcat.

Ocium intereſſe tudine bonorũ operum pellẽdum eſſe.

Dauidis ocium quid mali cum intulit

hac re ſitis, proponitote oculis ueſtris exemplum Dauidis regis: qui quamdiu ad rem militarem aliasq; regni ſui adminiſtrationes ſeſe excitauit, nō auſa eſt tā nephanda libido exercitato homini inſultare: at ubi ſemel relictis caſtris, domi in ocio uiuere cœpit, mox ſe turpi adulterio polluit, unde & adhuc triſtius homicidii facinus ortum eſt. Sic Sanſon uir unus omnium mortaliū longe fortiſſimus, quamdiu cū Philiſtęis pugnando occupatus fuit, nullis inſidiis ab hoſtibus capi potuit: at ꝙ primū in meretricis ſinu uolutare ſe cœpit atq; ocio & uoluptatibus ſeſe traducere, protinus perpetrato peccato ab hoſtibus miſere captus, effoſſis oculis priuabat. Solomon quoq; dū ędificando templo aliiſq; probis & ſtudioſis operibus operam locauit, nullam ſenſit carnis ſuæ rebellionem, nec à fœda libidine ſuperatus eſt: cæterum ꝙ cito ab opere & occupatione digreſſus eſt, ad ſocordiam & ocioſitatem, ueſtigio inſultantis libidinis intolerabilem ſtimulū perſenſit, à quo turpiter uictus, multis ſtupris prius commiſſis, tandem ita infœliciter dementatus eſt, ut cęteris ſceleribus etiam idololatriam tanꝙ colophonem ac finem addiret, uitulum ex auro conflatum, pro deo ſuo colens & adorans. Videtis itaq; opinor quot nominibus hoc deteſtabile ocii uitium fugiendum ſit, quod quiſquis imprudens ſectabitur, in omnē peccandi licentiam, neceſſe eſt precipitetur & ruat pronus. Quia nemo eſt ueſtrum omniū, aut qui Dauide ſanctior ſit, nemo Sāſone fortior, aut qui ipſo Solomone ſapiētior fuerit. Quare iterum atq; iterum uos admonitos uolo: ut omnibus modis ab ignauo ocio caueatis, quod unum comitatur omnium uitiorum chorus. Sed hic forſitan curioſior quiſpiam obiiciet mihi, nū omne penitus ocium ſine omni diſcrimine fugiendum ſit? Quod ſi ſic, quid tum ad Auguſtini uerba dicendū, apud quem ita ſcriptum eſt Ocium ſanctū quęrit charitas ueritatis. Duplex ergo ociū eſt, ut intelligas ipſam ocii uocem omnino ambiguam eſſe, unum quidem nepharium & deteſtandum, de quo tam proxime multa uerba fecimus: alterum uero ſanctum & quod diuinam religionem colentibus maxime cōgruit, cuius & hoc loco mētionē habes apud Auguſtinū. Quod

Sanſon ocio periit. F.

Solomō ocio in pernitē ruit.

Auguſti. Ociū duplex, malū & bonū.

Auguſti.

& ſic

, & sic diffiniunt, ut sit ocium sanctum, cessatio ab operibus exte- Ociũ sanctum.
, rioribus: quo liberius deo & diuinis rebus uacare phas sit. Atq;
, huc respiciens beatus Bernardus, ait Vacare deo, non est ocium Bernard.
G, malum, sed negotium negotiorum. Ediuerso uero ociũ illud ma- Ociũ malum.
lum & ignobile (ut potta uocat) non est aliud q̃ relictis uirtuti-
F, bus, uitiis omnibus, nẽpe luxui, libidini, uoluptatibus, omnibus q̃
carnis concupiscentiis uacare & indulgere. Tu fortasse dicis dũ
huiusmodi nequitiis operam das, te nõ ociosum esse sed occupa-
tũ. Die ergo mihi quomodo? die precor quibus negotiis impli-
caris? Occupor, inquis, non uno tantum sed multis negotiorum Illiciti ludi occupari, ocium est.
fluctibus: dũ modo uenandi, modo aucupandi, modo deniq; fa-
gittandi studio detineor. Hæc sane exercitia, modo circumstã-
tiæ non aggrauent, non admodũ improbo: utpote quæ ex se in-
differentia sunt, possuntq; uel ad bonum uel ad malũ accommo-
dari. At ais te cantando instrumẽtisue musicis deliniri, atq; hisce
rebus detentum, tempus fallere ac animum relaxare. Certe hoc
studium tuum non damno, sed laudo potius si eo probe & inno-
center usus sis. Verum non istis tantum, sed aliis quibusdam lu-
dendi generibus oblector, inquis: interdum aleæ, interdũ char-
tis lusoriis quæstus gratia operam impendo, lasciuiusculis sermo-
nibus impendio delectari soleo, in ducendis choreis & id genus
aliis. Certe non sine culpa ociosus es, sed nec es bene occupatus:
dum te huiusmodi illicitis & prohibitis ludis obsequentem præ-
bes, dum huius generis exercitiis atq; obscœnis scurrilitatibus
gaudere te declaras. Et profecto, ut uno uerbo id quod res est di
cam, quoties lusus tuus & animi relaxatio à uirtute discrepent:
scito te penitus ociosum esse. Quandocunq; inanibus fabulis, ca-
lumniis aut obtrectationibus aures patẽtes præbes: aut quando-
cunq; id agis unde nec tibi nec aliis quicq̃ fructus aut emolumẽ-
ti profecturum sit, sine dubio ociosus es. Porrò si iuxta scripturæ
testimonium De omni uerbo ocioso quod loquuti fuerint homi- Matth. 12.
, nes, reddent rationem in die iudicii (Hieronymus autem inter- Hieron. Verbum ociosum, quid?
, pretatur id esse uerbum ociosum, quod neq; loquẽti neq; audiẽ-
ti prodest) si, inquam, de huiusmodi uerbis rationẽ reddituri sint

homines: quanto magis proludis illicitis & inhonestis, pro factis ociosis ac nephandis facinoribus responsuri sunt? Et eo quidem exactior ratio de tempore reddēda est, quo est eius iactura maior & multo deploratior, ut quo nihil in hoc orbe sit precios⁹. Bernardus. Vnde & diuus Bernardus de tempore loquens ita ait Omne tē- H. pus tibi impensum, exigetur à te qualiter fuit expensum. De hoc hominum genere qui non alia re ꝯ ocio delectati sunt, unde in omne nephas prouecti extitere: propheta hic alibi ita meminit Psalm. 72. Expo. In labore hominum non sunt, ideo cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & cætera. Triplex malū ocij. In quibus tria maxima mala notat, quæ ad ocium & inertiam spectant: ipsum uidelicet ocii uitiū, supplicium quod ocios⁹ debetur, postremo cumulum illum malorum, uel (ut prouerbio dicitur) lernam malorum, quæ ex ocio enascitur. In labore, inquit, hominum non sunt. Paucissimis perstringit quantū à natura hominum degenerant qui sese ocio dedūt, quum homines ex naturali instinctu ad laborandū aliquid prouocātur. Sicut enim aues Quintilianus. ad uolatū, equi ad cursum: ita & homines ad laborandū gignūtur. Nam uel Iob teste, Homo nascitur ad laborem, auis ad uo- Iob. 5. latū. Quamobrem ut tutius ab ocio caueas, ita tempus rebus gerendis accommodato: ut negotiorū uicissitudines prorsus omne laboris tædium tollat. Ergo quoties orare pigebit, quoties obrepserit speculandi satietas: non est cur inertiæ aut ocio te tradēdum censeas, non est cur ociosa lingua turpiloquio, uaniloquio, aliisue rebus friuolis diffluat: sed si nō adsit rei seriæ quicq̄ quod agas, saltem aliqua honesta animi recreatio te occupatū teneat: confabulare cum amicis de rebus honestis, aut laudabili aliquo corporis exercitio temporis fastidium fallito. Nam licet Paulus 1. Tim. 4. Expo. corporalem exercitationem ad modicū utilem esse arbitretur: tamen non ait esse inutilem. Quandoquidem corpus ita exercerꝛi potest, ut animus inde ad uirtutis studia non leue incitamentū accipiat: quandoquidem ipsa exercendi actio ex se indifferens est, nimirum ad bonum siue malum ex æquo accomodabilis, ut quæ tota ex circumstantiis dependet. Secundo in loco addit,

Cum

Cum hominibus non flagellabuntur. Porrò qui poſt ſcelera cõmiſſa ad pœnitentiæ labores & ad ſeueritatem uitæ reuertũtur, iſti hic cum hominibus flagellis cædi dicuntur à propheta, & itẽ in purgatorio interdũ, ſed mitiori quodam modo leniorique ſupplicio. Ad quem locum cõſtat etiam & ſanctos uiros aliquando deſcendere, ut illic ad amuſſim ab omni peccati fece & ſcoria expiati, chariores ingrediantur cœleſte illud palatium, ubi cum CHRISTO in perpetuum regnaturi ſunt, in quem locum nihil inquinamenti intrabit unquàm. Quum ocioſi contra, non hic cũ hominibus, ſed apud inferos cum teterrimis dæmonibus æterno cruciatu flagellandi ſunt. Nam ocioſorum locus peculiaris, infernus eſt: ubi huius momẽtanei ocii, quo hic uiuẽtes corrupti erãt, ſempiternas pœnas luituri ſunt. Siquidem in cœlo nullus reperiẽt ocio locus: quũ illic locus deputatus ſit, ubi laborantibus & operariis retribuuntur munera, prout cuiuſq; induſtria & aſſiduitas promeruit. De qua remuneratione intellexiſſe uidentur euangeliſta, quũ ait Voca operarios & redde illis mercedem. Cui attipulatur & illud ſapientis Bonorum labor: glorioſus eſt fructus. Nec quum ad illam tranquillitatem & ineſtabile gaudiũ tranſlati ſunt, ocioſi eſſe poſſunt: ſed ſine omni intermiſſione laudare pergunt. Quod nec ipſe pſalmographus tacet, nec ſilentio ſuppreſſum uoluit: ita exclamãs Beati qui habitant in domo tua domine, in ſæcula ſæculorũ laudabunt te. Et quemadmodum in cœlo non inueniunt ocioſi, ita nec in paradiſo inueniri queunt: quãdo ſcriptura teſtatur Adam ipſum primum ſatorem hominum, non alio nomine in paradiſum collocatum & poſitum, q̃ ut operaretur in eo. Nec in purgatorio permittẽtur eſſe qui ſe ſic ocio tradiderunt, quam quotquot illò mittũtur pro abluendis delictis ſuis, cruciatibus & flagris exercentur, quando tamen propheta negat ocioſos cum hominibus flagellandos. Iam uero mundo indignos eſſe huiuſmodi qui ocio torpeſcunt, ſatis indicat parabola illa, quam & ipſe CHRISTVS de ficulnea non faciente fructum, enarrat: de qua etiam ita apud procuratorem uineæ ſuę conqueritur ipſe dominus Tres anni ſunt, ex quo ueni quærere

Pſalm. 72. Expo.

Apo. 22. Ociosi nõ cum hominibus, ſed cũ dæmonibus flagellãtur.

Locus proprius ociosorum, infernus.

Matth. 20.

Sapien. 3.

Pſal. 83.

Gene. 2. 07.

Luc. 13.

fructum in ficulnea hac & non inueni: succide ergo illam, ut quid
occupat terram inaniter? Id est in quem usum occupabit iners &
ignauus hunc mundū, qui nihil cōmodi aut utilitatis afferet? Quū
ergo nec in cœlo, nec in paradiso, nec in purgatorio, nec denicp
in hoc mūdo ociosis locus dari possit: supereſt ut necessario
apud inferos recipiantur, præsertim quando iam nuncp alibi
reperiatur locus ad quem miseri accedere possunt. Reliquus igi- K.
tur est inferos locus, dignum ociosis diuersorium: ubi saltem cū
dæmonibus flagellabuntur, quum phas nō sit alibi cum hominibus flagellari. Id quod in eodem euāgelii loco statim in hūc modum subiungit. Omnis arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur: nec sane in aliū ignem cp illum infernalem, qui quū sit uehementissimus, tamen prorsus inextinguibilis est, imò nec remitti potest. Hic ignis post hāc uitam manet atcp expectat omnem arborem rationalem nempe hominem, de quo hoc loco expresse loquitur CHRISTVS, qui hic ex bonis operibus & actionibus suis non fecerit fructum bonum. Hęc arbor quæ tempus huius breuis uitæ, quod ad merita cōparanda datum est, inaniter conterit: radicitus per mortem aduentantem excidenda est, & in gehennale incendium reiicienda. Quod considerans secū sanctissimus dei uates, huiusmodi quæstionem mouet Quis est homo qui uult uitam, subaudi illam æternam & immortalē? Et ut ostendat quis ea uita dignus sit, & cui debeatur & cui nō: subnectit quod eodem loco sequitur Declina à malo & fac bonum. Fac bonū, inquit, id est perfugato ocio, ita strenuam operam uirtutibus innauato: ut inde fructum bonorę operum producere queas. Atcp hic te appello o aulicorum supinissima ociositas. Quo iam abiit quęso illa antiqua alacritas & honesta recreandorum animorum studia: quæ olim apud hoc hominum genus esse solebant? Qz delectabatur aliquando magna aulicorum pars in audiēdis sacris officiis & diuinis horis ceu liturgiis, in legendis sanctorū uitis & historiis, in percurrendis martyrologiis, in cognoscendis tam domesticarum cp aliarum etiam gentium rebus fortiter & præclare gestis, in oīgenis Chronicis & annalibus

Matth. 3. Expo.

Arbor infructuosa excidēda & in ignē mittenda, quid significat

Psalm. 33.

Ibidem. Expo.

Aulicorū ociositas.

& annalibus perueſtigandis? Vnde haud dubie non parum uirtutis, non parũ ſapientiæ atq; experimenti nacti ſunt: quibus ſibi & patriæ atq; rei publicæ ſuæ plurimũ profuerũt. Neq; illi tam præclari uiri, quoties à grauioribus rebus dabatur uacatio, ſeſe ocio corrumpendos commiſerũt: ſed tum aliquo rei militaris prælibamento ſe exercitandos cogitabant, nunc equeſtribus ludis occupati, nunc haſtis concurrere ſolebant, nũc pedites curſu, nunc pugillatu, aut mittendis ex arcu ſagittis, aliiſq; id genus haud paucis rei bellicæ præludiis: quibus & illorũ uirtus non mediocriter excitabat, & diſciplina militaris fiebat auctior, quibus iuuẽtus Britannica ita olim educata eſt, ut ad regis rei publicęq; negotia gnauiter obeunda multo accommodatiſſima efficeretur, quotieſcunq; id poſtularet patrię aut boni publici neceſſitas. Sed non eſt mei officii nec diſciplinæ uos iſtęc perdocere, in hoc tantum loquor, q̃ uelim uos ociũ illud torpidum à uobis penitus abigere. Ad hæc ubi nunc dierũ deliteſcunt ſanctiſſimę illæ magnatum fœminarum occupationes, quò iam euanuerunt prælustrium fœminarum matronarumq; ſolita pietatis ſtudia? Quæ antiquitus cũ Thabita ſanctiſſima uidua interulas, tunicellas atq; amictus uarios in pauperum uſum concinnabãt: quæ item cũ religioſiſſima illa fœmina Anna dei templo neceſſaria contexebãt ornamenta, quę altaribus non ſolum linea effingebant uelamenta, ſed & circumpendentia è byſſo tapetia, quæ & omnigenis ſacrificiis apta parauerunt ueſtimenta, quibus deo omnipotenti lętandum foret. Cuius rei monimenta inſignia in hunc diem apud nos habemus in multis monaſteriis & eccleſiis collegiatis ad ſummum dei honorem & uenerationem, quæ illic reliquit nobiliſſima fœmina Emma olim noſtræ Anglię regina. Ob quę non dubium quin à deo optimo maximo egregie ſit remunerata. Quin & hic quoq; labor olim nobilibus fœminis dabatur, ut per maiorẽ diei partem templũ dei cũ eadem Anna uiſerent: ibiq; cũ largo fletu & lachrymis deũ pro ſua & item totius populi ſalute, impenſiſſimis precibus interpellarent. Sic illæ optimę & deuotiſſimæ matronæ peſtiferum illud ociũ declinabant, ſic deo ſaluatori

Nobiles fœminæ ociũ uitare debent.

Thabita.

Anna.

ſuo

ſuo placere annixæ ſunt: ſic denicꝙ diuinam clæmentiam pro ſe & cæteris inuocabant. Et ut ſciatis cꝫ grata & accepta ſit deo piarum fœminarum & uirorum deprecatio: an non ciuitas illa
Iudith. celebris Betulia aliquando ad preces deuotiſſime Iudith ab infeſtiſſima Holofernis obſidione erepta fuit & ſalua facta? Nunquid & ampliſſima illa & opulẽtiſſima ciuitas Niniue, precãte & prædicante propheta Iona ab inſtante internitiõe liberabatur? Ve-
Ione. 3. rum ut ad tertium aliquando ocioſorꝫ malum deueniamus, hinc ſtyli ratio conuertenda eſt, atqꝫ ad prophetæ uerba applicanda.
Pſalm 72. Ideo (inquit) tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impi-
Expo. etate ſua. In quibus paucis uerbis multiplicia damna perſtringit,
Damna quæ ocium inſequũtur. ſacer uates, quę ocium neceſſario inſequuntur. Primo, inquit, tenuit eos ſuperbia. Hoc cꝫ ſit uerum uel unus Nabuchodonoſor
Superbia Nabuchodonoſoris. ſatis luculentum exemplum præbere poteſt, qui quum in palatio ſuo ocioſus deſideret, adeo in ſuperbiã elatus fuit & euectus, ut ueri dei oblitus, cœperat ſibi diuinos honores uĩdicare, ac ſua geſta ita uenditare, quaſi non dei auxilio ſed ſuo ipſius robore
Daniel. 4. acta fuiſſent, ita glorioſis uerbis inſolenter iactitans Nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna: quam ædificaui in robore fortitudinis meæ & in gloria decoris mei? Ob quam arrogantiam & temeritatem, protinus ablatum eſt regnũ illius, & per ſeptem annos ab omni humano conſortio ſe paratus, ſecundũ fantaſiã ſuam bęlua factus eſt, fœnumꝙ inſtar bouis comedebat: donec pœnitens agnouerit, ꝙ deus excelſus dominaretur regno hominum, adeo ut cuicũꝙ uellet, conferret illud. Tandiuꝙ inter feras beſtias ſibi uiſus eſt conuerſatus fuiſſe, donec corpus eius rore cœli infectum eſſet, donec excreſcerent capilli eius in ſimilitudinem aquilarum, & ungues item tam longi fierent acſi fuiſſent ungues
Pſalm. 72. auium. Addit prætereà propheta, & operti ſunt iniquitate. Qꝫ ſit hoc uerũ, facile ex hiſtoria quapiam quæ refertur in libro iu-
Iudicum 18. dicum, intelligi poteſt. Ibi enim filii Dan ubi primum ueniſſent Lachis ad populũ ocioſum, quieſcentẽ atqꝫ nimia quadã ſecuritate oſcitabũdũ, percuſſerũt eos in ore gladii (ut ſcriptura loquit)
Expo. urbẽꝙ illoꝝ incẽdio tradiderũt. Quod idcirco fieri permiſſum eſt,

est,ad significandum q̃ quoties aliquis ab opere bono uacans,o-
cio se dedit,semper præsto sunt nec̃ dæmones,qui animæ illius
insultent,qui ociosum capiant,uariis q̃ uitiorum corruptelis infi-
» ciant & incendant. Nonne hęc erat iniquitas Sodomę,superbia, Ezechiel 16.
» saturitas panis,omnium rerum abundantia,& ocium? Cæterum
si superbia & animorum elatio fuit una ex causis illis, cur Sodo-
morum ciuitas in tam grauem ruinam lapsa sit: quid ad eam in-
solentiam,ad eum fastum & arrogantiam dicendũ est, quæ ho-
die passim inter nos regnat? Plus autem tumoris & præsumptio-
nis, ausim asserere in minimo digitulo nostro insidere,q̃ illos in
toto corpore suo per id temporis possedisse. Præterea si gulæ Gula luxus sa
uitium,si uoracitas & panis saturatio illis exitiũ peperit: quid de cult.
nostra ingluuie, de nostra edacitate & omniũ deliciarum satura-
tate arbitramur dicendum? Quibus tantum abest ut panis copia
& repletio satisfaciat,ut omnigenis epulis & delitiis,aëre,terra,
mariq̃ quæsitis minime contenti esse possimus: nisi accedant in-
super exotica & peregrina bellaria,tragemata & quicquid un-
apud luxuriosos Asotos secundis mẽsis imponi solitum erat, nisi
addantur quæcunq̃ uel à cocis uel pharmacopolis, quos uulgo
herbarios dicimus,gulæ irritamenta parari queunt, nõ sine uino
N. multo & meracissimo. Vbi huiusmodi epularũ apparatus non
in promptu tantum,sed & in precio etiam habetur: quis ieiunio
locus reperietur? Quod commercium abstinentiæ & sobrietati,
cum tanta omnium deliciarum saturitate? cum tam grauida ue-
tris saburra? Imo ubicunq̃ tanta est saturitas & gulæ studiũ,ubi-
cunq̃ plus sapit hominum palatũ q̃ pectus: nec esse est ibi regna-
re ocium,quod uitiũ comitantur semper torpor,desidia,pigriti-
es,ignauia,aliæq̃ ocii species q̃ plurimæ. Hinc omnium uirtutũ
& bonorum operum neglectus, hinc denicq̃ pernicies totius hu-
mani generis. Nec aliud innuit saluator noster CHRISTVS,
» quũ ait Quũ spiritus immundus exierit ab homine,scilicet pos- Matth. 12.
» nitente: reuertitur,nempe ut tentet eum unde egressus est, & in- Expo.
» uenit domum uacantem,hoc est sedem mentis nostrę ocio & se-
» curitate corruptã,& continuo cũ septẽ spiritibus nequioribus se
ingredinur

ingreditur & habitat ibi, comitatus uidelicet omnium uitiorũ ac peccatorum caterua. Ad hunc itaq; modum primo ſuperbia & alto animi faſtu detinentur: quæ omnium malorũ caput eſt & radix. Secundo omni iniquitate operti ſunt qui ſocordiæ ſtudent, q; inhabitent in eis ſpiritus nequiſſimi & fœtidiſſima omniũ delictorum ſententia. Sed hic dicis te inter ocioſos numerari non debere: quum tibi ipſi uideris egregie occupatus, quoties ad excludendum ocium circa tricas ac nenias uerſaris ſedulus, quoties cum congerronibus tuis inanibus confabulamentis totos dies & noctes, quantum à cibo & ſomnò tibi uacuum eſſe poteſt, aliiſq; id genus nugamentis conteris & abſumis. At hoc non eſt excludere ocium, ſed eſt mutare leuius ociũ in id quod deterius eſt & pernitioſius. In qua re ſi mihi forſitan credere grauaberis, audi quid iſtis tuis allegationibus, quid iſtis tuis uanis ſubterfugiis reſpondeat beatus Gregorius. Ocium, inquit, eſt uacatio ab omni actu iuſticiæ. Vnde patet id uerũ eſſe quod dixi, nẽpe præſtare ut totos dies deſideas ocioſus, q; in huiuſmodi nugis & uanitatibus exerceri. Neq; hinc abludit celebre illud apophthegma & ſententia celebris, quam priſcis latinis crebram in ore fuiſſe cõperio: nimirum, præſtat ocioſum eſſe q; nihil agere, id eſt male. Sed ſunt nonnulli non admodum ſanæ mentis, qui ocii patrocinium audent ſuſcipere: fatentes quidem ocioſitatem eſſe omiſſionem boni, attamen non eſſe peccatum, quando peccatum actio quædã ſit, nec ſine negotio ſit. At iſti triplici ratione refellentur, uidelicet ratione reprehenſionis, punitionis, & comparationis: quibus ſatis euidenter opinor, me probaturum ocium non tam peccatũ eſſe q; etiam inter grauiſſima peccata merito numerandum. Et primo ratione reprehenſionis, ſic contendam ocium inter capitalia uitia cõprehẽdi debere. Porrò nihil à deo iudice iuſtiſſimo reprehenditur, quod non ſit culpabile, at ocium non uno in loco ab eo reprehenſum & taxatum eſt: unde manifeſtum eſt ocium culpa non carere. Cæterum ocium à deo palam carpi & reprehendi abũde declarat, uel unicus ille euangelii locus: ubi ſummus ille paterfamilias deus quærens operarios quos mittat in uineam ſuam,

Modernorũ occupatio circa tricas.

Greg.

Triplici ratione probatur ocium eſſe peccatum.

2.

, ſuam, in primis obiurgat ocioſos ita dicens . Quid hic ſtatis tota Matth.20.
, die ocioſi? Super quo loco & diuus Chryſoſtomus huiuſcemodi Chryſoſt.
elogium affert, Ocioſus, inquit, eſt: qui opus dei non operatur.
Eodem modo & per punitionis modū, patet ocium inter pecca- 82.
ta conſtituendum. Nam quēadmodum nihil à deo remuneratū
eſt quod non ſit bonum, ita contra, nihil ſupplicio aut punitione
dignum reputatur niſi malum & cum peccato commercium ha-
bens: uerum ocii uitium à deo puniri certum eſt, unde ſatis con-
ſtat ipſum ex numero peccatorum eſſe. Quam autem mulctam
ocio aſſignauit dei iuſticia, ex illo textu perſpicuum eſſe poteſt:
quem ſupra aduerſus ocium ex euangelio retulimus, ubi ita ſcri-
, ptum habes Omnis qui non fecerit fructum bonum, abſcidetur Matth.3.
, & in ignem mittetur, ſcilicet infernalem: niſi modo dum tempus
datᵉ, ſeſe corrigat & ab ociosa uita deflectat. Et hunc locum, quē-
admodum ex ipſa orationis ſerie ſatis liquet, ita etiam & docto-
res omnes & commentarii de inertibus & ocioſis intelligendum
p. exiſtimant & exponunt. Poſtremo facile conuincitur ociositatē 83.
letale uitium eſſe uel ex ratione cōparationis: ad quod proban-
dum hoc modo argumentū deduci poteſt. Omnis iniquitas pec-
catum eſt, ſed ocium eſſe iniquitatē in confeſſo eſt: quo fit, ut ne-
ceſſario concludamus ocium eſſe iniquitatem. Locus ſcripturæ,
cui hæc argumentatio innititur, legitur apud Ezechielem pro-
, phetam Hæc eſt iniquitas Sodomæ & Gomorræ, ſuperbia, ſa- Ezech.16.
, turitas, abundantia & ocium. Quapropter non eſt ira uitiis no-
ſtris impie fauendum, ut cum iſtis inſipientibus negemus ocium
peccatum eſſe: quin ſi ſapere uelimus, in primis opus eſt ut omni
conatu fugiamus, ex quo uelut è primo germine pullulat quic-
quid eſt uſq; malorū. Vnde naſcuntur & omnes maleficæ artes,
, dicente eccleſiaſtico Multam maliciam docuit ociositas. Quippe Eccl.33.
diabolus, qui ex nulla re plus lucri capit q̄ ex ocio, animam ocio-
ſam facile ad peccandum inclinat: facile ad peſſimas & turpiſ-
mas flectit cogitationes. Neq; ſane ſtatus hic eſſe poteſt, ſed ma- Cassian. collat.
la cogitatio mox ad delectationem pertrahit, delectationem ſe-
quitur conſenſus, hinc ad opus ipſum progreditᵉ, opus paulatim

crescit in consuetudinem, diutina cõsuetudo migrat in naturam, & ex se gignit necessitatem quandam: deniq; ex necessitate orit aut petulens præsumptio diuinæ misericordiæ, aut ex ipsa præsumptione damnabilis desperatio. Cur non ergo è somnolentia uestra expergiscimini o desides? cur non alicui honesto studio animum addicitis? quid statis hic tota die, id est per totam uitã uestram, ocioſi? nihil interim nec uobis ipsis proficientes, nec subueniẽtes proximo, nec deo ut par esset inseruientes, nec tentanti diabolo fortiter resistentes, nec de peccatis pœnitentiam actitãtes, deniq; animæ uestræ nihil imposterũ prouidẽtes. Hoc ergo tam robusto ocii funiculo, plurimi diabolo arctissimis nodis cõstringuntur: atq; ita misere alligati hosti suo, ad inferos detrudũtur, ibi cum tetris dæmonibus æternas pœnas luituri. Nũc igitur quoniam acceptabile istud quadragesimæ tempus aduenit, quæ in hoc potissimum à diuina benignitate ordinata fuit, ut qui totũ iam præteritum annũ ocio & nugis consumpsimus, uel nunc uirtutibus operam dando deperditu aut male locatum tempus recuperemus. Quoniã ergo tam salutiferum tempus adest, quanta possumus deuotiõe & animi alacritate, celebremus hos sacratissimos pœnitentiæ dies, non corporibus salubres tantum, sed & animæ etiam apprime medicinales. Idq; tam sancte & spiritualiter à nobis faciendum est, ut hæc sacrosancta quadragesimę obseruatio, nobis iudicium non pariat, sed profectum & meritum. Porrò si iam negligenter officia nostra præstiterimus, si piis occupationibus nosmet nõ applicemus, si castimoniam seruare recusemus, si ieiuniis, uigiliis & orationibus gnauiter nõ insistamus, si uerbum dei audire grauati fuerimus, si corpus nostrum diuinis obsequiis non tradiderimus occupandũ: certe hæc ipsa medicamenta nobis in uulnera conuertentur, atq; inde merito reportabimus iudicium, unde licuit habuisse uulneris remedium. Proinde quum hæc caro nostra, si ad animæ præstantiam referatur, in nullo precio haberi digna sit: saltem, si qua nobis cura salutis est, tantum iam pro seruanda anima elaboremus, quantum hactenus pro carne laboratũ est. Vt igit familiari aliqua similitudine uos

Matth. 20. Expo.

Quadragesima recuperatio est tẽporis male consumpti.

Q.

R.

à corpore

à corpore ad animam, à carne ad ſpiritum, à uiſibilibus ad inuiſibilia traducam: conſiderate pauliſper atq; perpendite, quomodo hæc caro noſtra quam circũferimus, ſi nulli pauxillos dies nec cibum nec alimentum ſumat, mox per famem & inediam tenuis & exucca ac uelut aridum ſimulachrum redditur: eodem modo & ipſa anima, ſi bonis operibus, ſi ieiuniis, ſi uigiliis, ſi precationibus, alitſq; piis meditationibus non paſcatur: ſtatim exareſcit, & plane inutilis ac omni uirtute ſterilis, nec ad ullum bonũ opus exercendum idonea reperitur. Prçterea ſi quotannis horrea noſtra, tabernas uinarias, promtuaria ac penus referciamus, ne deſit quo ſingulis annis ſaginetur inutilis caro noſtra breuiq; moritura: quanta maiore ſolicitudine recondere oportet, unde immortalis & precioſiſſima illa anima in æternum alatur, uitamq; ſortiatur omni ęuo duraturã? & ut facilius uideamus quanta cura animæ ſaluti impendi debeat, conſideremus quantum ubiq; laboris ſumatur pro rebus nihili & nullius plane ualoris ſi cũ animę precio conferantur. Principio quid non algoris, quid non inediæ, ſitis ac omnium penitus periculorũ patiuntur mercatores, ut paululum lucri ſibi acquirant, ut friuolis ac fugacibus diuitiis potiantur? Quantum miſeriæ & ærumnarum exanclat ac tolerat laborioſus ruſticus, ut ſibi, uxori, ac paruulis liberis, pauperem atq; tenuem uictum undiq; eradat? Quis enumęrare poteſt quantum malorum ſequatur militiam, q̃ ingens calamitatum pelagus pro uili ſtipendio ſubeatur? Quis neſcit quantum deſudant interdũ non aucupes tantum & uenatores, ſed etiam nobiliſſimi quiq; uiri: dum capiendis, alendis, manſueſcendis, erudiendiſq; auibus, feris ac indomitis animalibus ſedulam & anxiam operam impendũt? Et quum hæc omnia corpori alẽdo aut delectando dantur, pro ſeruanda anima nihil ſumetur laboris? Quum in cæteris rebus ſatis uigilantes ſumus & induſtrii, in negocio animę noſtrę dormitabimus & ſegni ocio uacabimus? Ad ſequendum accipitres & ad agitandas feras agreſtes nunq; ſumus defeſſi, ad colẽdum agrum dominicũ feſſi erimus? Sed ponamus ob oculos noſtros partem illam pœnam, quę pro nugis ac rebus momẽtaneis

Similitudo.

Mercatorũ labor pro lucro.

Ruſticorum ærumnæ.

Militiæ periculum.

Venatorũ anxietas.

Quantus laborandum ſit pro ędificatione hac.

ſumuntur: ut hinc admoneamur quid pro animæ ſalute faciendum ſit, cuius preciũ omnino inæſtimabile eſt. Subeat ergo animum noſtrum q̃ atrocibus & horrendis periculis atteratur & exagitetur miles ſtipendiarius, & quo pacto per multos annos præter alia mala infinita, etiam perpetuo in ſummo uitæ diſcrimine uerſetur, idq; ob exiguum ſtipendiolum. Vt nihil interim loquar de conſcientiæ remorſu, quẽ etiam uel ſceleratiſſimo neceſſum eſt adeſſe: dum non ſolum eum à quo nũq; læſus fuit cogitur interficere, ſed interdum etiam amicum, cognatũ, aut affinem. Quibus tempeſtatibus, quibus procellis, quibus periculis cœli, terrę, ac æſtuoſi maris feruntur negotiatores: dum lucro inhiant, dum quæſtum ambeunt, dum demũ augendæ rei pecuniariæ per æquũ & iniquum, per phaſq; nephaſq; ſtudent & inuigilant. Ad hæc quos æſtus, quos hymbres & graues nimbos, quæ frigora, quot periculorum genera tolerant inſani uenatores & aucupes: dum exilem prædam, & qualem dicere pudet, per tot labores affectent? Quantam non raro eſuriẽ, quantam ſitim, quantam laſſitudinem & ſudores, quantas interdum omniũ rerum anguſtias & penuriam ſentiunt? quoties ad uiliſſimos cibos ac potus adiguntur per extremam famem & inediam, ut uel unã eamq; minimam quampiam beſtiolam aut auiculam capiant? Interdum etiam contingit, ut poſt tot exhauſtos labores, poſt tot ſuſtentatos ſudores tota ſpe ſua & expectatione fruſtrentur: ſic ut ex tam laborioſa uenatione & aucupio, menſa illorum nec minimo ferinæ carnis fruſtulo aut parua alitis axilla auctior ſit uel inſtructior. Vnde liquet uerum eſſe quod ait diuus Auguſtinus Oĩa ſæua & immania prorſus facilia & prope nulla efficit amor. Nam quis non uidet quantis cruciatibus, quot & q̃ diuerſis plagarum generibus ſubditur tenella puerorum ætas? Quot (obſecro) ſcholarum uigiliis, quantis abſtinẽtiis & moleſtiis exerceantur: neq; id ut beatificam illam dei ſapiẽtiam perdiſcãt, ſed ut uili compẽdioſam inueniant, qua aliquando ad ſummas opes emergant, qua uanos hos mundanos honores ſibi quærant & concilient, qua denique aut ſubtiles quaſdã numerandi rationes, aut uarias

Auguſtinus ſermone. 48. Qualis diſpẽtia puero educanio adhibetur.

literarum

literarum experimenta, doctos dolos & disertas fallacias eloqui
S. discant. Verū si hæc tam aspera pro lucro, pro honore, pro de-
lectatione, & pro inutili carne tolerant: quanta oportet pro ipsa
anima, pro cœlo, pro ipso deo pati atq; sustinere? Præsertim quū
do labores nostri & anxietates, suis præmiis minime fraudabun-
» dicente ipso CHRISTO per euangelistam suū Venite ad me Matth. 11.
» omnes qui laboratis & onerati estis, & me scilicet & causa mea:
» & ego reficiam uos. Sic enim malorum hominum familiaritas li- Eccl. 28.
gat hominem in peccato, & plerūq; ita arctis uinculis astringit,
ut turpi uitæ & detestandis flagitiis cogat cū inseruire. Vbi no- Familiaritas duplex.
tandum est duplicem esse familiaritatem, bonam, quoties cū bo-
nis conuersamur: & contra, malam, quando improborum socie-
tati nos ipsos stulte adiungimus. Quam familiaritatis distinctio-
» nem & psalmista innuisse uidet, ubi ait Cū sancto sanctus eris Psal. 17.
» & cum peruerso peruerteris. Hoc tamen loco de mala tantum Familiaritas mala, maiorū infinitorū causa est.
familiaritate loquimur, quæ & infinitorum malorum causa est.
Nā hæc familiaritas in primis alligat iuuenes, & eos omnes qui-
bus adhuc ætas paulo infirmior est & ad peccandum procli-
uior. Vsque adeo, ut magna pars illorum corporis uoluptates
sectet, & præceps in carnalē uitam irruat. Et licet iuniores maxi-
mē infestet tentationis impetus: nulla tamen ætas est, nullum tem-
pus: cui non ex omni latere immineat periculū à callidissimo tem-
tatore. Porrò in ipsa prima infantia, quando ipse puer teneriss- Omnis ætas suum malum habet.
mus est, adhuc uidelicet in prima & herbescente ætate constitu-
tus: quamuis in hac parte ipse infans culpa uacat, parentes tamē Infantia.
eius ita tenelli fœtus sui inordinato amore aliquando afficiuntur,
ita semper illius præsentia gaudent, ut per hanc occasionē, deus
ipse sæpius in obliuionem ueniat, ac amor in eum negligatur, ita
T. ut eiusdem cultus & veneratio penitus omittatur. At quum pri- Pueritia.
mum ad pueritiam adolescentiamue peruentū est, tunc præceps Adolescentia.
effrænem carnis appetentiam sequitur, tunc carnalibus deside-
riis totus defluit, tunc subeunt immundæ & fœdæ cogitationes,
ad corporis illecebras totus tunc deuoluitur, nihil imaginat nisi
obscenū, ruit in pollutas cupiditates, in omne nephas, in omne

facinus, & in omnem pestilentem animi corruptionem: adeo ut
scriptura non immerito de hac hominis procliuitate in malũ ita
Gene 8. loquatur Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt in malũ
Expo. ab adolescẽtia sua. Ab adolescẽtia inquit, ab adolescẽtia. Vsque
adeo nulla ætas est quæ ab insidiis diaboli, aut ab aduersariorum
tentatione & peccati infestatione tuta esse possit (tanta est origi-
Ioh. 15. nalis delicti tyrãnis) ut sacra scriptura ita aperte testatur Nemo
Senectus mundus à peccati sorde, nec infans unius diei. Quę si itaq; tam ur-
gens sit uis culpę illius originalis, ut tam infans & tenera ætas à
peccandi procliuitate quasi temperare nequeat: quid de senibus
dicendum est? nempe quorum corpora iam per ætatem defer-
uescunt & in frigus cotidie magis ac magis tendunt ac remittũ-
tur: quorũ natura indies flaccescit atq; in grat in deterius: quorũ
robur & solitus corporis uigor iam fugit? quorum corpora iam
adeo exucca & marcida reddunt, ut morti ac libitinę sint proxi-
mi: in quos nec ulla tentationis uiolentia locũ habere uideatur?
Incõmoditates Certe, certe in nonnullis senibus tantum interdum latet libidi-
senectutis & nis incendium ut, dei & sui oblitus, in illud tam detestandum car
mala. nis uitium proni corruant. Cuius rei exemplum habemus apud
Daniel 13. Danielem, de illis duobus senibus sacerdotibus, qui tam insidiose
uiolare cupiebant nobilissimã illam pariter & pudicissimam fœ-
minam Susannam. Tantus etiam aliquando auiditatis gurges, tã
insatiabilis aliquando inuenitur uentris uorago & gutturis intẽ-
perantia: ut boni & sobrii senes uix tanta prudentia & multarũ
experientia præditi esse possunt, quanta isti obruuntur ac plane
sepeliunt uinolentia. Sic enim senes peculiari quadam nota auæ-
ritiæ uitio obnoxii esse solent, ut illud elogium de illis passim iam
Adagium. iactitari uideamus Quum omne uitium senescit, sola auaritia iu-
uenescit. Neq; ad hunc morbũ solummodo pronos reperias se-
nescentes homines, sed etiam ad uinolentiam, ad somnolentiam,
ad iracundiam, ad displicentiam ac difficilem morositatem. Te-
nacitati ac custodiæ diuitiarum, quas iam per auaritiam quæsie-
runt, ad extremum usq; spiritum studere non desistunt. Quin &
misere timent plerunq; ne hic mundus & præsens rerũ status sese

præmature

præmature destituat, ne non habeat satis opum quibus uitam sui
tui neat: quãdo iam sic exhaustus est, ut etiam certa mors immi-
neat, ut supremus dies singulis penè momentis expectetur, ut uix
V. ægrum & fessum anhelitum trahat. Adeo insuper temulentiæ &
ebrietati inseruiunt magna ex parte senes, nimirum ob immodi-
cam cerebri imbecillitatem, ut ipsa senilis natura & iam penè ex-
tincta, id neutiq; ferre possit, quod stomachi appetitus cupit &
affectat. Fit & hæc ætas mirum in modum somno & torpori de-
dita, ut semp penè somnolẽtię ac ociositati indulgeat: facile sem-
per ad morositatẽ & displicẽtiam irritabilis, in iram facilis, pro-
» nus in malitiam. Et cum prouerbio ueteri dicantur bis pueri se- Adagium.
» nes, tamen in hac una re maxime discrepant, q̃ quemadmodum
infantes pueri facile remittunt ac condonant iniuriam: ita senes
econtrario, ad ignoscendum reperiũtur difficillimi, utpote pleni
ira, plen: senili quadã malicia. Quapropter si nec puerilis & pri-
ma infantia nec exhausta & decrepita ætas à tentationibus tuta
& libera sit, quarum altera uixdum bene ingressa est, altera penè
egressa est hanc uitam: & quarũ altera pauloante non erat, altera
paulo post desinet esse: si his, inquam, extremis ætatibus à tenta-
tione induciæ non dantur: quid de flagrante iuuenili ætate senti-
endum est? Quæ ætas iam in suo flore uigens ita a puritiæ Iuuentus.
infirmitate recessit, ut tamen adhuc à senili torpitudine longe
absit. Hæc certe ætas pluribus & maioribus tentationum
tempestatibus, non uno tantũ modo agitatur & quatit. Nempe
q̃uix tillũ tentationis genus inueniatur, quo non abundet & scа-
teat uaga & inconsulta illa iuuentus: dum modo huc, modo illuc,
leui momento impellatur: dum inuariis desiderionum & flore-
brarum fluctibus perpetuo iactitetur, nunc huius rei cupiditate,
nunc illius grauiter impulsus. De suis uiribus temere nonnunq̃
præsumit, in forma & specie corporis sui studet gloriatur: quam
& omni fucorũ artificio, cultu & ornatu adiuuat, effert. & osten-
tat. Iactat subinde genus & nobilitatem suam, iactat de fauore,
de beneuolentia & patrocinio magnorum uirorum, in quorum
clientelam gloriatur se accitum esse & suffectum: mundi oculis

quanto studio potest, sese uē ditat, totamq; ętatem suā in uoluptatibus nititur transigere. Totum diem à prima luce ad uesperū in lasciuia & delitiis ducit, neq; aliam fœlicitatē constituit sibi præter carnalitatem & corporis complacentiam, beatitudinem putat esse fœdis uoluptatibus & obscœnitate diffluere. Adeoq; sibi male consulit stulta iuuentus, adeo plerūq; dementatus est iuuenilis animus, ut quicquid uel deus ipse, uel diuina scriptura, uel demum rectum & salubre consilium illi suadere nititur: pro toxico plane & diro ueneno habetur. At contra, quicquid diabolus, X.
quicquid corpus aut mundus illi suggerit: id pro lautissimo cibo
& potu habet & accepta. Iuuentus non dubitatur esse uox illa,
Sapien. 2. quæ sic apud sapientem refertur Fruamur bonis quæ sunt, utamur creatura tanq; in iuuentute celeriter: & non prætereat flos temporis, & ubiq; relinquamus signa lætitiæ. O infatuata iuuentus, o temerarie & incōsulte adolescēs expergiscere, expergiscere aliquando è tam alto ignorantię somno: audi uocē CHRISTI
Luc. 7. tibi in hunc modū personantis Adolescens tibi dico surge. Surge inquam à solita illa lasciuia tua & petulantia, surge à consueta
Expo. stulticia, surge ab insolentia & ineffrænata ferocia: surge. Surge
Ephe. 5. qui dormis, exurge à mortuis & illuminabit te CHRISTVS.
Misereare animi tui o improuide adolescēs, noli id tua culpa perditū ire quod CHRISTVS ipse tam inæstimabili precio redemptum uoluit. Memento quomodo mortalis natus sis, & proinde lege naturæ necessario morieris. Crede id Esaiæ tibi singulis horis insonare, quod audis in scriptura dictum Ezechię regi,
4. Regū. 20. Dispone domui tuæ, quia morieris. Nec est alia res ulla, quæ
Violenta instigatio carnis. magis ad ista carnalia te solicitat & inflammat, nihil est quod hucæque instigat & perurget, atq; perditorum hominum familiaritas & improborum commerciū. Atq; (ut est autor Augustinus)
Augustin. Inter Christianorum certamina, duriora sunt prælia castitatis: ubi est cotidiana pugna & rara uictoria. Apostolus quoq; Petrus de uiolentia tentationis uerba faciens, de reliquis omnibus uitiorum generibus ita ait Resistite fortes in fide. Tamen quum ad
1. Petri. 5. fornicationis mentiōem peruentū est, non ait ut prius de cæteris

resistite,

resistite, sed fugite. Innuens per hoc aliis peccatorum generibus licere resistere: at contra impetum libidinis, non esse remedium aliud præter unam fugam. Superbiæ insultui, potest quis (modo uelit) reluctari, & prætidio diuinæ gratiæ resistere: non secus q̄ inuidiæ, iræ, odio, simultati, cæterisq̄ eius generis facinoribus. Auaritia, torpor, ac gulæ morbus, si aeriter inuigilemus, extingui possunt & deuinci: at contra importunitatem libidinis non restat aliud pharmacum, nisi ut fugias uelociter & quantum potes temet in pedes dedas. Ioseph ille pudicissimus iuuenis solius fugæ auxilio impudicam mulierem, eum ad adulterium sollicitãtem superauit, & à periculo pudicitiæ uiolandæ euasit: cuius exemplũ & tu secutus o adolescens fac forti animo illecebras corporis tui, quasi impudicam dominam pro uirili effugias. Q̃ si fœda carnis uoluptas tibi semel dominata fuerit, nunq̄ quietus uiues, nunq̄ eris tranquillus, sed semper uelut furiis quibusdam huc atq̄ illuc miserabiliter exagitabere: eris tanq̄ limphaticus aliquis, qui mente captus sit nec rationis compos: ac tandem ardore libidinis urẽris, inflammaberis, & mœrore atq̄ languore contabescens, nec lętus unq̄. Est & malus quidem spiritus, qui fornicationis autor est & instigator: à quo sanctissima matrum ecclesia, liberos suos exẽptos cupit: sicq̄ sub pœnitẽtis cuiuslibet persona orat ac dicit. A spiritu fornicationis libera nos domine. Non dicit à spiritu superbię libera nos domine, non à spiritu irę, inuidię aut gulę, nõ à spiritu accidię & auaritię: sed à spiritu fornicationis. Et quare à spiritu fornicationis? Quia iste spiritus maxime est timẽdus, maxime fugiẽdus. Iste spiritus Asmodeus uocat, id est dęmon ille, qui omnes adolescentiores ad libidinẽ & scortationem, ad adulterium & incestũ, ad fornicationẽ & omnia carnis desideria, uocat & ferociter attẽtat. Qui inter cęteros malignos spiritus, maxime uitandus est & item abiiciendus: eo q̄ huius uitii tentatio, nescio quam internam delectationem & pruritum secum afferat, ad quod etiam & rebellis caro maxime disposita sit, & sua sponte inclinata. Hic tam pestilens morbus nõ alia re magis aut citius contrahitur, q̄ cõsuetudine & familiaritate malorũ: qui

Vltio carnis fuga potissimũ uincitur.

Gen. 39. Ioseph fugiendo triumphat pudicitiã, &c.

Spiritus fornicationis fugiendus.

Ecclesia orat pro libertate.

qui iuuentuti tuę quæ ex se in omne flagitium satis prona & pro-
cliuis est, etiã pessima exempla subministrabũt. Hinc tot emer-
gunt occasiones, hinc tot proueniunt inductiones & incitabula,
tot inde oriuntur media, quæ ad hoc tam pernitiosum uitiũ uiam
præstent. Vnde facile apparet quantũ iste fornicationis spiritus
sit omnibus & maxime iuuenibus formidandus. Ideo non imme-
rito sancta ecclesia præ cæteris omnibus ab hoc spiritu liberari
postulat, ita sedulo clamitãs A spiritu fornicatiõis libera nos do-
mine. Spiritus iste uidetur ex eo dæmonum genere esse, de quo
Matth. 17. Expo. CHRISTVS in euangelio suo ita loquitur Hoc genus dæmo-
niorum non eiicitur nisi in ieiunio & oratione. In ieiunio & ora-
tione inquit. Primum in ieiunio, ut corpus lasciuiens & subfero-
ciens, sic utrũq; maceratione castigetur: iuxta beati Pauli exem-
1. Corin. 9. plum, qui se ita fecisse testatur Castigo, inquit, corpus meum &
in seruitutem redigo. Deinde in oratione atq; assiduis precibus,
quando pia & sedula precatio maxime uel ad seruandam uel re-
cuperandam castitatem adiuuat. Sed non satis erit ut semel in an-
no deum precibus solicites: ut semel in mense illi preces perfun-
das, nec semel in hebdomada: sed fac cotidie & instãter ores, fac
ad minus semel in die, quũ minimũ, illud diuinis auribus deuote
occinas & instilles A spiritu fornicationis libera me domine. Ab
isto maligno spiritu ut liberaret, ter dñm rogauit apostolus Pau-
2. Corin. 12. lus, ita inquiens Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sa-
tanæ qui me colaphizat: propter quod ter rogaui dominum, &
dixit mihi, sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate per-
ficitur. Q; si tantus & tam sanctus apostolus tam importunam
Spiritus fornicationis Pauli apostoli motus. carnis rebellionem persensit, ut tantopere efflagitaret hũc mor-
bum à se depelli: in quanto periculo credendum est uersari eos,
qui cotidie multis lenocinijs huc prouocantur, nondũ grate, pru-
dentia, aut sanctimonia confirmati. Vt ab hoc fornicationis spi-
ritu circũspectius cauеamus, oportet ut sapientis Solomonis cõ-
Eccle. 9. siliũ imitemur, qui ita singulos admonet Noli in faciem uirginis
intendere, ne te scandalizet ultus eius. Modũ quo hæc tam im-
periosa libido superanda sit, suo exemplo docuit, cuius prius me-

minimus

minimus, castissimus Ioseph: quãdo ut importunitatem impudicæ dominæ suæ euaderet, pallium, quo apprehensus fuerat, reliquit ultro, & aufugit impiam mulierẽ. Quare & tu quoq; si scortum pallium tuum, togam aut uestem arripere conaretur, quo te in illicitam concupiscentiam traheret: amitte potius palliũ, amitte togam, amitte uestem, & sola camisia indutus aufuge, q̃ tu tam detestandæ rei consentias. Sic hunc sanctum iuuenem sequutus, fac te fuga munias ad tam infesti huius morbi impetum: quo fiet
A. ut facile uictoria potiaris. Persequunt enim nos undequaq; furiosæ peccatorũ illecebræ, persequitur fornicatio & stimulans libidinis ardor: sed tu eam fugito tanq̃ uesanam & furiosam illam dominam, quæ si semel te apprehenderit & tenuerit, nec die nec nocte te requiescere sinet. Illa enim sibi subditum exagitat, urit, incendit, insanum facit, consumit, & penitus interficit, atq; in nihilum redigit. Et ut hæc in primis (ut dixi) fugienda est, ita & cætera quoq; uitia fuge ope uincenda sunt. Fuge itaq; auariciam, ne per insidias latenter animũ tuum inuadat & te interius apprehendat. Fuge inuidiam, quæ non solum alienos, nempe eos quibus ipse inuideris: sed multo magis ipsum inuidẽtem ferire ac lacerare consueuit. Fuge gulam, ne te sua uoracitate & immodica ingluuie corrumpat & interimat. Fuge denicp superbiam, ne te suis retibus misere inuolutũ ita in altum extollat, ut tandem graui casu in tartarum detrudat. Hos facile crediderim eos esse persequutores, de quibus & dominus in euangelio ita loquitur Quum persequũtur uos in ciuitate una, fugite in aliam: q̃ si adhuc in aliã persequentur uos, fugite rursus in aliam. Amen dico uobis non consummabitis omnes ciuitates Israel, donec uenerit filius hominis. Hac admonitione non aliud agit clarissimus dominus, q̃ ut doceat omnem locum, ubicunq; peccandi occasio dabitur, fugiendum esse. Et quandoquidem ciuitates ob frequentiam populi, sunt plerũq; corruptissimæ maximisq; flagitiis repletæ: ideo circo præ cæteris locis ciuitates nominat CHRISTVS. Quoniam nusq; alibi maior regnat fastus aut animi elatio q̃ in urbibus & frequẽtiore hoĩm multitudine. Siqua alibi uanis pompis,

Omnis peccata fugiendo uincuntur.

Matth. 10. Expo.

In ciuitatibus præ cæteris locis regnat omnia peccatorũ genera.

spectaculis

ſpectaculis & inani gloriæ locus detur: certe id nuſq; fuſius aut licentioſius fit q̃ in ciuitatibus. Siqua inuidia, ira, ſimultas, malicia, factio aut ſeditio reperiatur: ea uel maxime in ciuitatibus cernit. Siqua ignauia, ocium, & oſcitantia exiſtat: ea non alibi magis q̃ in urbibus patet. Q̃a ſi uſq; gulæ uitiũ ſæuiat, id nullo loco maiore luxu aut licẽtia fit, q̃ apud ciuitatũ incolas. Si peculiarem auariciæ locum quæras, adito ciuitates: ubi tantũ fraudis, aſtutiæ ac impoſturæ inuenias, quantũ alibi nuſq;: denicq; nec luxuriæ, fornicationis aut aliorum peccatorum occaſiones in magna ciuium multitudine deeſſe poſſunt. Eit hac de cauſa addit dominus Non cõſummabitis ciuitates Iſrael, donec uenerit filius hoſis. Quid eſt hoc dictu, non conſũmabitis? Certe opinor non aliud his uerbis ſignificari, q̃ non poſſe fieri, ut ulla prædicatione, ulla doctrina aut conſilio ita extirpetur peccatum, ut amplius inter mortales & præſertim eos qui ciuitates incolunt, non regnet & dominetur multis. Adeo ut nemo alius dari poteſt, qui hominem perfectum reddere poteſt, præter unum deũ: in cuius ſolius manu eſt peccatum abigere, & humana corda à peccati maculis emundare. Heminis tamen eſt omni cura proſpicere, ne ſibi nimium inualeat peccati tyrannis: quod facilius faciet, ſi iuxta CHRISTI conſiliũ in aliam ciuitatem fugiturus ſit, quoties ſentiet ingruere uehementem tentatiõem & perſequutionem peccati. Ne ſit ergo nobis pudor, non eſt cur erubeſcamus aut rubore confundamur, fugiſſe à facie colubri, peccati occaſionem euitaſſe: quũ in hac re etiam antiquorum patriarcharum & prophetarum exempla habeamus. Nam Iacob Eſau fratris inſidias & intentata mortis diſcrimina declinaturus, à natali ſolo in Meſopotamiã profectus eſt: & hinc rurſus in Iudgã aufugit, quando abductis uxoribus ſuis Lia & Rachele, uim ſoceri ſui Laban expectare non auſus eſt. Sic Moſes iam adultus à regis Pharaonis facie arripuit fugam, ne tam corrupta aula eum uitiis & ſceleribus ſuis inquinaret. Sic Dauid per aliquot ãnos à facie Saul regis, fugere contentus fuit: quemadmodũ & poſtea à facie Abſolonis filii ſui. Helias ſanctiſſimus ille & celebratiſſimus propheta

Matth. 10. Expo.

Fuga neceſſaria eſt ſi peccatũ uitare uelis.

Gene. 27.

Exod. 2.

1. Regũ. 19.

2. Regũ. 15.

non

non dedignatus est ab impię Iezabelis persequutione aufugisse.
Eodē modo & populus Israeliticus peccatricē Aegypū ductā- Exod.14.
te Mose reliquerunt, ne illius noxa & flagitiosissima uita electum
dei populum commacularet. Ionas timore Niniuitarum, ad quos Ion.1.
missus erat à deo ut illis prædicaret pœnitentiam: diuerso itinere
in Tharsos fugere decreuerat. Postremo & Loth quoq; crimi- Gene.19.
nosam Sodomā dereliquit, ac montē excelsum fuga petiit: ne una
cū Sodomitis disperiret. Atq; hæc sane fuga beata est, nimirū ut Fuga beata.
peccata fugiamus. Hæc fuga adeo à uitiorum cōfinio abhorret,
ut uero nomine uirtus appellanda sit. Hęc uitiorum fuga corpus
emundat, hæc animum purgat: deniq; hæc utrunq; tum animum
C. tum corpus glorificat. Hęc præterea homines in cœlum rapeat,
hæc homines reddit angelicos, atq; deum ipsum hæc summope-
re ad misericordiam inclinat. Quare ut in summa repetātur quæ
iam diximus, fugite inquam fornicationem, fugite iram, fugite
inuidiam & liuorem, fugite detractiōes, scandala & maleloquia:
breuiter fugite omne peccati genus, per quod anima deperditur
atq; in damnationis discrimen prolabitur. Istæ detestabiles ten- Iosue.8.
tationes & uitiorū portenta nō immerito exercitui illi regis Hay Tentationes exercitus regis Hay cōparantur.
cōparari possunt, quē & Iesus ipse filius Naue, qui post defunctū
Mosen dux erat populi Israelitici, à deo missus fortiter uicit, atq;
incensa illorum urbe, interfecit. Iste idem exercitus primo filios
Israēl superare permissus est, propter peccata quæ contra dei
præceptum commiserant: cæterum postq; hoc peccatum pœni-
tentia ablatum fuerat & malum fugatum de medio illorū, iussus
est à deo Iesus Naue dux populi, ut multitudinem suā in duas di-
uideret partes: ita ut una pars fugā simularet, & altera in insidiis
remaneret, ut post egressum regem & ciues, captam urbem in-
cenderent, huiusmodi insidiis deceptam & illusam. Insidiis itaq;
in hunc modū collocatis, egressus rex Hay cū ciuibus suis, quūq;
iam procul conspexisset Iesum Naue una cum exercitu Israelitico,
aduersus eos festino gradu in prælium concitatur: at illis de in-
dustria fugam simulantibus, isti acrius insectantur, & quasi opi-
ma spolia ab hostibus reducturi essent, omnes simul ab oppido

egrediuntur, urbemq; ſuam inanem ac hoſtibus peruiam deſe-
runt. Verũ poſteaq; in planum campum lõgius à domo ſua pro-
greſſi ſunt, mox Ieſus Naue conuerſus erecto clypeo ſuo, ſignum
dedit militibus ſuis qui in inſidiis à tergo ciuitatis locati erant, ut
ciuitate prius incenſa, prodirent ac terga hoſtiũ cæderẽt. Quod D.
ubi uiderunt Hayenſes, cœperunt tergiuerſari ſtatim, atq; alius
aliô fugitare. At populus Iudaicus uidens miſeros ciues ita peni-
tus ſubito caſu conſternatos, propere eos undiq; inſequitur, per-
turbat ordines, atq; quodammodo in fugam uertunt. Eam belli
fortunam cõtemplantes hii qui iam dudum inſidias agebant, ex
altera parte progrediuntur: ſic qui prius fugam ſimulabant iam
reuerſi à facie, & reliqui à tergo perſequentes, totum Hayenſium
exercitum in medio complexi concluſerunt, uniuerſamq; manũ
hoſtilem ad unum interemerunt. Quãdo ciuibus uictis & inter-
fectis ad hunc modum uictoria potiti ſunt Iſraelitici, captum eo-
rum regem in gemino ligno ſuſpenderunt. Sed quorſum & ad
quem finem hanc hiſtoriam introduco de habitantibus Hay ui-
ctis & interfectis? quaſi uero nõ multa ſimilia aut potentiora bel-
la non legantur geſta? Non negari poteſt, quin & fortiora multa
& celebriora non ſemel geſta fuerint. Verum hæc ſpiritus ſancti
cura geſta eſſe certum eſt, ut uidelicet tot bellis & maximarum
urbium excidiis omiſſis, præliũ ciuitatis Hay ſacris uoluminibus
inſcriptum memoriæ mandaretur, ut hinc ſpirituale aliquid & a-
nimabus noſtris conducibile, opitulante eiuſdem ſpiritus gratia
hauriremur. Hæc ergo uel hoc nomine ſcripta uidentur, ut per
ea omni poſteritati perſpicuum foret, tantam eſſe peccati abho-
minationem apud deum, ut huius perpetratione offenſus, popu-
lum ſuum uinci & in fugam uerti permiſerit: & contra, quũ pri-
mum peccata penitentiæ remedio deleuiſſent Hebræi, ſtatim læ-
ta uictoria conſolati ſunt. Scripta eſt eadẽ etiam hiſtoria ut aliud
quoddam grande myſterium patefaceret, quod ſub uelamentis
& inuolucris huius hiſtoriæ latitat. Quod eſt hoc myſteriũ? Nem-
pe hoc: Hay interpretatur Chaos, & ſignificat horrendas illas
peccatorum tenebras: quarum princeps diabolus eſt, quem &

Hay interpretatio.

apoſtolus

apostolus Paulus uocat principem tenebrarum harū: Aduersus quem principem bellaturus dominus IESVS CHRISTVS diuidit populum suum in binas partes: quarum alteram in aperto & propaulo statuit, alterā latēter à posteriore oppidi parte in insidiis ponit, utpote qui ex insperato urbē uacuam incenderēt, & inter pugnandū subito inimicorū terga deferirent. Sed quis tandem est populus iste qui sic in duas partes ac turmas á duce Iesu dissectus est? Profecto nō alius q̄ populus Iudaicus & gentilis, ita tamen ut Iudæos in prima cohorte collocandos memineris, gentes autem in secunda. De priori populo sic in euangelio scriptum habes Non ueni nisi ad oues perditas domus Israēl. De secūdo autem sic loquitur apostolus Paulus Gratia autem & pax omni operanti bonū, Iudæo primum ac tū Græco, hoc est gentili & Ethnico uelut à tergo constituto ad insidiandum hostibus. Populus igitur Iudaicus per eam partem significatur quæ à priore fronte sita est, quasi Iesu utcūq̄ adhærens & cum eo fugiens: posterior uero populus qui è gentibus conflatus est, per insidiātes à tergo designatur, qui ex insperato ad fidem IESV peruenerunt. Quis enim tum gentes tot uitiis ac fœdo insuper idolorum cultu impiatas posse saluari arbitratus esset? Quis existimasset tam cæcas gentes ac ignorantiæ tenebris obuolutas, ad CHRISTI cognitiōem ac fidem catholicam peruenisse? At isti non solū subito ingressu CHRISTI exercitū & religionem occupauerunt, sed & acrius etiam aduersariorum terga ceciderūt. Ac sic tandem effectum est ut uterq̄ populus ex diuersa parte hostem aggressus, tetram illam dæmonum phalangem in medio conclusam, penitus sterneret & ualide expugnaret. Sed quid est q̄ prior populus quasi fugiens ponatur, aut certe quasi fugam simulans? Id reuera bene quadrat. Quia nō abs re fugere uisi sunt qui IESVM sequūtur, à legalibus oneribus & præceptis, ab obseruatione sabbati, neomenię, kalendarum: à circumcisione carnis, à iugulatione & immolatiōe hostiarum, & aliarum id genus cæremonialium. At rursum qui paulo ante fugam simulare uidebatur, mox reuertitur ac hostem ualide insequitur: & qui modo

Ephe. 6.

Consultat exercituo suum ex duobus populis conflato.

Matth. 15.

Roma. 2.

legalia deseruit, iam CHRISTVM ipsum (qui totius legis perfectio est & plenitudo) studioso pectore meditatur & alacriter
Regem Hay in gemino ligno suspendi, quid significat?
sectatur. Post hæc autem omnia rex ille & dux ciuitatis Hay, in F.
ligno gemino suspendit. Hic restat scrutandũ quále mysteriũ in
hoc gemino ligno lateat occultũ, atq; sub nudæ literæ cortice cõ-
Rex Hay diabolus.
tegat. Hic rex Hay diabolo assimulat, & ipsum itẽ figurat: qui in
Crux Christi gemina.
ipso gemino Christi ligno crucifixus est. Atq; hic crucis Christi
mysteriũ insinuat, quæ quidẽ crux gemina fuisse perhibet. Sed
quid ais? CHRISTVS ne duas cruces habuit? Nos quidem in
euãgelio legimus Christum uni tantũ cruci affixũ, appẽdente ex
utroq; latere hinc atq; hinc condẽnato latrone, idq; in patibulo: at
CHRISTVM duas habuisse cruces, hactenus nũq;, quod sciã,
audiui. Vt huic obiectioni respondeam, negari non potest quin
crux CHRISTI gemina sit, hoc est gemina uirtute ac duplici
ratione prædita. Nam quemadmodum in ea, ipse dei filius uisi-
biliter pro peccatis omnium crucifixus est, ita & diabolus quoq;
cum omnibus potestatibus & principatibus suis inuisibiliter etiã
patibulo affixus est. Quod si in hac re minus mihi credideris,
ipsum Apostolũ audi in hunc modũ hanc materiam pertractan-
Colos 2. Expo.
tem. Quod erat contrarium nobis, tulit illud de medio, affigens
cruci & expolians principatus & potestates, traduxit cõfidenter
palam triũphans super eos in semetipso. CHRISTVS enim
in publico omnium conspectu atq; in aperto totius mundi thea-
tro, cruci figebatur, idq; sceleratis ac impiis Iudærum manibus:
at diabolus à nullo uisus, secreta & clanculatia suspensione in
crucem actus est, penitus deuictus, superatus atq; alto silẽtio tra-
ditus. Ex quibus clarum esse opinor, quomodo duplex sit crucis
dominicę ratio. Quarum una illa est, de qua Petrus apostolus ita
1. Pet. 2.
loquitur, CHRISTVS crucifixus nobis reliquit exemplum: ut
nos quoq; ipsos uitiis & concupiscentiis crucifigamus, ut cupidi-
tates & affectiões nostras prorsus condemnemus, atq; hęc mor-
talia membra, quæ in uitiũ sua sponte inclinata sunt, omni studio
mortificemus: iuxta Pauli apostoli consilium ita nos omnes ad-
Colos. 3. Expo.
hortantis Mortificate membra uestra, quæ sunt super terram.
Sed quæ sunt ista membra quæ sic mortificãda iubet apostolus? G.

Ipse

» Ipſe mox eodem loco ſubiungit, ita aiens, Fornicationem, libidi- Ibidem.
» nem, & concupiſcentiam malam. Secunda uero crux illa fuit, per
quam diabolo ſuperiores fuimus, atq; de eodem trophęũ memo-
rabile erexim⁹: dũ de illo in hac cruce ſuſpenſo, glorioſa uicto-
ria triumphauimus. Quare & apoſtolus huius inlignis triũphi
» memor, ita triumphalibus uerbis intonat. Mihi abſit gloriari niſi Gala 6.
» in cruce domini noſtri IESV CHRISTI: per quem mihi Expo.
» mundus crucifixus eſt & ego mundo. Ecce quomodo apoſtolus
duplicẽ crucis rationem tibi prodit. Aduerte etiam aduerte quo
pacto aſſerat idem duo longe inter ſe cõtraria crucifixa eſſe, ni-
mirum & ſe ſanctiſſimum uirum, & mundum ſontiſſimũ quidem
peccatorem; non aliter ẽ modo diximus & CHRISTVM
optimum maximum, atq; nephandiſſimum diabolum in crucem
» agi. Nã nos tũc mundo crucifigi dicimur, quoties ueniens prin- Ioan. 14.
» ceps huius mundi, & quærens quem deuoret, tamen in nobis nõ
» habet quicq̃. Mundus quoq; nobis crucifigitur, quoties depoſi- Mundus quan-
tis huius mundi curis & turbulentiis, maleſuadas concupiſcentia- do nobis cru-
as ſequi deſinimus, quoties rebelles affectus carnis noſtræ con- cifigitur.
ſtringimus & coartamus, quoties diabolum & omnes eius pom-
pas reiicimus. At tu hic forſitan ita obiecturus es. Si publicus ille Quomodo dia-
aduerſarius noſter diabolus ad hunc modũ ita patibulo cõfixus bolus cum is
eſt, ita uirtute crucis CHRISTI ſub pedibus conculcatus, de- crucifixus, noua
uictus, atq; in apertam fugam miſſus: quomodo fit ut uideamus tam ferociter
eum ſæpius ẽ uellemus aduerſus ſeruos dei prævalere, & inter aliquando pre-
conflictandũ ſuperiorem fieri? Aut quid ſibi uult apoſtolus, quũ ualeat
» de diabolo ita aſſerat: Circuit ut leo rugiens & quærens quẽ de- 1. Petri. 5.
» uoret? Certe tametſi non paucos ſic uerſutia infeſtet ut non raro
ſuperet: nihilominus tamen ſine omni controuerſia ſic crucifixus
eſt & ſuperatus, quemadmodum ſupra dictum: ut nullũ omnino
uincere ualeat, niſi uolentem & timide dedentem ſe illius uafris
machinamentis. Sic enim per crucem deuictus, q̃ (ut ait Bernar- Bernard.
dus) ubicunq; illud ſignum crucis uiderit, territus fugit. Quan-
doquidem iam nihil contra nos prævalere poteſt, niſi quantum
illi à deo permittitur. Nam ſi quantam cuperet, ipſe contra nos

poteſtatem ſortitus eſſet: profecto ſtatim poſt perpetratũ pec-
cati ſcelus, nos dira ſtrage interimeret atq; in orcum ſuum præ-
In omni motu tria notãda, terminus a quo, mediũ, & terminus ad quẽ. Philoſophus. cipites detruderet. Habes ergo (ut paucis repetam quæ nuper H.
dixi atq; memoriæ tuæ conſulam) multiformem fugiendi modũ
à peccato, tanq; à termino unde ſit fugiendum: habes mediũ per
quod fugias, habes & extremam curriculi metam ad quam ter-
minat curſus ſine fuga. Siquidem uel autore philoſopho Omnis
motus à termino ad terminum fit per medium. Sic itaq; in pro-
poſito noſtro à peccato in primis fugiendum eſt, tanq; à termi-
no à quo, fugiendum à tentatione, uitanda omnis delinquendi oc
caſio, declinanda omnis malorum familiaritas, unde facile corrũ-
paris & ad peccãdum cogaris. Ab iſtis igit tanq; (uti diximus)
à termino à quo, auſpicandum eſt currẽdi initium, per mediũq;
pœnitentiam uidelicet & crucem CHRISTI equis & uelis pro-
perandum: donec tandem fœlici cuẽtu ad ipſum uſq; deum aſpi-
res, qui unus fugæ tuæ finis eſt & terminus ultimus: apud quem,
inuenies ſempiternam requiem, nempe præmium curſus tui &
anteacti laboris. Fugiamus ergo ante omnia à peccati tyrãnide,
fugiamus omnem peccandi antam, fugiamus malam & uitioſam
conſuetudinem, fugiamus ſuſpectorũ familiaritatem, fugiamus
etiam nõ tantum perſonas ſuſpectas ſed & loca ſuſpecta. Deniq;
fugiamus id omne unde uel ulla peccato adminiſtretur occaſio.
Fugiamus item per illud mediũ, quod ſupra memorauimus, nẽ-
pe per ſęueram pœnitentiam & protectricem CHRISTI cru-
cem: donec terminũ ad quem liceat cõtingere, id eſt deũ ipſum,
qui per internam dilectionem & feruentem animi deuotionem
potiſſimũ adeũdus eſt. Ad quẽ haud dubie tandẽ auſpicato fine
perueniemus, ſi iuxta conſilium iã datum, hic prius in hoc mũdo
ea circumſpecte fugerimus quæ peccãdi fomentũ ſuggerunt: &
inter cętera uel maxime carnis concupiſcentiam, & pernicioſam
corporis uoluptatem, quæ uix alio remedio q; fuga ſuperari po-
Qui procul eſt a peccandi occaſione, rarius cadit. teſt. Porrò quamdiu aliquis longe ab hoſte ſuo ſemotus eſt, tam- I.
diu à periculo ab eo capiendo tutior eſt & ſecurior. Qui longe
abeſt à rebus terrenis & huius mũdi diuitiis ꝓtractandis, minus

ſentit

sentit se ab auarícia solícitari. Qui se procul ab igne seiungit, nō habet opus cur anxie metuat incendiū. Eodem modo qui compescit illicita carnis suæ desideria, & se à uiolentis uoluptatibus alienat: non adeo à stímulo carnis uereri necessium habet. Fuge igitur non tantum uoluptates & malas carnis tuæ illecebras cum omnibus suis occasionibus: sed & mūdum quoq; uniuersum, qui miseros mortales ad innumera mala instigat, solicitat & perducit. Atq; ut nos doceret quo pacto à uitiorum inquinamentis nobis fugiendū esset, ipse dominus noster IESVS CHRISTVS postq; suorum discipulorum pedes lauerat, atq; eos totos mūdificauerat: ita eos ad fugam uitiorum adhortatus est, dicens Surgite eamus hinc, & statim abiit in montē. Quid creditis esse aut tibi uelle saluatorem, quum ait Surgite eamus hinc? Et quid est abire in montem? Non aliud opinor intellexit, q̄m ut totum hunc mundum cum cōcupiscentiis suis fugeremus: q̄m ut fugeremus rebellantis carnis insidias, breuiter ut fugeremus omnē delinquendi oportunitatem & occasionē. Surgamus ergo cū CHRISTO & eamus hinc, nempe ab huius mūdi cupiditatibus: ubi id totū, prorsus nihil est: prorsus friuolum & inane, quicquid splendidū & magnificum putetur: ubi etiam & qui se putat aliquid esse, penitus nihil est. Id quod etiā hic psaltes noster alicubi ita affirmat. Vidi, inquit, impium superexaltatum & eleuatum ultra cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. Transito & tu quoq; cū sancto propheta Dauid: transito ut strenuus & bonus seruus IESV CHRISTI, ut & tibi etiam aliquando dicat Transi & recumbe. Nam si transieris & incacta relíqueris huius mundi lenocinia & irritamenta malorum, si à uanis delíciis & uoluptatibus nō superaris, si omnibus diaboli tentamētis uiriliter resistas, insidiasq; euitaueris: ne dubita quin tādem quum hinc emigraueris, in cœlesti regno recūbes. Transito insuper uelut Moses, ut cum eodē uideas deum Abraham, deum Isaac & deū Iacob: ut uisum illud magnum, nempe dominum sub ignis specie in rubo contemplaris. Cui prophetæ ad tam mirandum spectaculū properanti, ita à domino dictum audis Solue calciamenta pedum tuorum, terra

Ioan. 14. Expo.

Fugere hinc, quid sit.

Psal. 36.

Luc. 17. Expo.

Exodi. 3.

Ibidem. Expo.

Calciamentum soluere, quid.

enim in qua ſtas, terra ſancta eſt. Quare ſi ad rubum appropinquare & deum uidere cogitas, fac ſimiliter ſoluas calciamentum pedum tuorum: hoc eſt, ſolue omne iniquitatis uinculũ quo aſtringeris, ſolue uincula ſæculi huius: ſperne uoluptates, defere quicquid animæ noxium credis futurum: deniq; relinque terrenum calciamentum, ſi ad deum accedere conaris. Quin & ſeruator noſter IESVS CHRISTVS diſcipulos ſuos ſine calciamẽto, ſine pera, ſine auro & argento ad prædicandũ emiſit: ne ſcilicet aſſuẽſcerent terrena prætidia ſecum aſportare, aut in negotio CHRISTI caducis ac momẽtaneis rebus confidere. Quippe qui bonum aliquod perquirit, non in calciamento, ſed in pedum uelocitate ac decore laudatur. Qꝛ ſpecioſi (inquit ſcriptura) pedes euangelizantium pacem, euãgelizantium bona. Proinde tu quoq; Moſeos exemplo admonitus, ſolue calciamentum pedum tuorũ, ut pedes tui ſpecioſi atq; expediti fiant ad currendum uias rectas, ad currendum uias uirtutis, uias domini immaculatas: nõ autem carnis, non mundi, non deniq; diaboli. Et nota quomodo Solue dixit, nõ Liga: innuẽs per illud Solue, libere tibi & expedite tranſeundum eſſe, libere & uelociter in hoc ſtadio currendum, ut aliquando illud immortalitatis brauium cõſequaris. Solue ergo ut libere tranſeas, ut libere curras, ut brauium acquiras.

Luc. 10.

Eſai. 52. Expo.

Qui p brauio currũt, omnibus modis ſe ad uer accingũt.

Qui autem pro brauio currunt, ſeſe omnibus modis ad iter accingunt, deponunt calciamenta, deponunt ueſtes, deponunt & quicquid eos impedire poſſit: quo liberius & expeditius ad præfixam metam perueniant. Tu uero ita currere conaberis, ut de L. terra hac cẽ citiſſime defugias: in qua præter alia infinita uitia, regnat malicia, regnat radix omnium malorum cupiditas, regnat deniq; (ut uno uerbo perſtringã) omnis carnalitas & iniquitas. Qꝛ ſi nõ citius hæc terrena fugerimus, periculum eſt ne nos cõprehendant iniquitates huius mundi: quas nec ſanctus Dauid effugere potuit, quemadmodum & ille alicubi conqueritur Comprehenderunt me, inquit, iniquitates meæ, & non potui ut uiderem. Eo q; fumo iniquitatis obcæcatur oculus animæ, ne lucida quidem & perſpicua uideat. Alio item loco de hoc peccatorum

Pſalm. 39.

uinculo

» uinculo, querit idē propheta, dicens: Funes peccatorū circūplexi
» sunt me. Sunt enim peccatorum uincula, quibus plerūq; inuiti in
conscientia nostra arcte astringimur: quantumuis foris uideamur liberi & expediti. Nec est quisq; qui non aliquo uitiorum nexu implicatur, quamuis alius alio plus minusue. Inter illa autē uincula, quę nos uelut ferreis quibusdam catenis uinctos angunt & constringūt: aliud superbia est & insolentissima animi elatio, aliud auaritia, aliud tenacitas, aliud ebrietas & gulæ studiū, aliud carnis aut oculorum cōcupiscētia, aliud denicq; etiam aliud quodpiam è capitalibus peccatis. Habet & diabolus itidem & laqueos etiam suos uinculaq;, quibus solet eos sibi irretire: qui illi locū dederint, illius machinis non fortiter reluctati. De quibus fit mē-
» tio etiam in lectione euangelica, ubi ita scriptū habes, Hanc autē
» filiam Abrahæ, quam ligauit Satanas decē & octo annis. Diabolus ergo (ut illius uīcula mature cognoscere discas) uariorū criminum nexu ac ligamentis nos sibi cōplectitur & attrahit: attractos autem, nisi citius adiuuāte diuina gratia nodum expediuerimus, in æternam pernitiem perducturus est. Ille enim uinculo impudicitiæ & fornicationis nos deuincire conatur: ligat & uinculo adulterii, astringit etiam & diffidentiæ ac perfidiæ nexu, imponit tenacem cupiditatis copulam, atq; in primis suggerit inuidē-
M tiæ uenenū. Et hæc quæ modo recensuimus ea uincula sunt, quibus quisquis alligatus est, ita ist is catenis opprimīt & incuruat ut animā suā ad deū leuare libere non possit, neq; interiorē mētem ad cœlū erigere: nisi ipse dominus, qui omnis benedictionis
» est autor, erexerit eum ac dixerit Dimissus es ab infirmitate tua.
Sed hic admonendi estis, ut qui fugit, uelociter fugiat: ne si in fugiēdo segnior reperiatur, infœlici aduersariorum laqueo capt⁹ & irretitus, comprehendatur ab inimicis suis & in captiuitatem deueniat. Quid enim aliud hac fuga quærendum est, nisi ut deum super omnia timeas & reuerearis, nisi ut deū totis conatibus inquiras & inuestiges, nisi ut ēi proxime poteris post deum inambules, ita ut aliquando uias eius comprehendas? Cæterum in qua re credis te deum comprehensurū? Num in holocaustis? Nū in hostiis

Psal. 118. Uincula peccatorum. Nullus ab omnibus peccatis expeditus. Luc. 13. Uincula diaboli. Ibidem. Velociter fugiendum a diaboli nexibus.

Nō iudaicis ul
lum compre
hendit deus.

hostiis aut uictimis Iudaicis? Nunquid in sanguine taurorū, arie-
tum, uitulorum aut hircorū? Non certe, ne in decē quidem hę-
dorum millibus, ut nec in millibus arietum, non in centenis arie-
tum millibus, imò nec mille taurorę fuso sanguine placatur, com-
prehenditur aut conciliat dominus deus. Quandoquidem pec-
cata per hæc minime redimunt, sed per merita passionis IESV

Duobus modis
comprehendi-
tur deus.

CHRISTI & fusionem sacrosancti illius cruoris. Quare si rectā
uitam cognoscere uelis, qua deū totius beatitudinis sēpurh cō-
prehendas: id duabus potissimum rebus perfici potest, nimirum
bona uita tua & auxiliatrice dei gratia. Dominus autem & salua-
tor noster nihil aliud à te requirit, nisi ut facias iustitiam, & mise-
ricordiam diligas, ut quā uocauerit, paratus sis cum domino deo
tuo inambulare, quando tibi aliisq; omnibus dicturus est, Surgi-

Ioan. 14.
Osee. 11.

te, eamus hinc. Quod lex quoq; monet te ut facias, ubi sic ait Post
dominum deum tuum ambulabis. Didicisti quomodo fugiendū
sit, à quibus fugiendū, & quid hac tua fuga petendū sit, quis sco-
pus fugæ tuæ præfigendus. Quid iam hęc omnia edoctus fuge-
re cessas? quid in his ce periculis diutius immoraris? Audi quid

N.

Matth. 3.

apud euangelistam ait facer ille Baptista. Progenies uiperarum,
quis uobis demonstrauit fugere à uentura ira? At quibus dixit
hæc facer ille domini præcursor? Reuera non aliis q̄ his qui ad

Ibidem.

baptismū pœnitentię accesserant: quibus & addit Facite dignos
fructus pœnitētiæ. Præcipui pœnitentiæ fructus sunt, contritio,

Digni fructus
pœnitētiæ, qui
sunt.

confessio & satisfactio. Atq; hæc ultima tum rite fieri creditur:
quando iuxta mensuram delicti sit plagarum modus. Contritio
autem est dolor uoluntarie assumptus pro peccatis, cum propo-

Deute. 25.
Contritio defi-
nitur.

sito confitendi & satisfaciendi, & iterū nunq; recidiuandi. Hæc
pœnitentiæ pars quæ ut prima est, ita maxime necessaria: si pœ-
nitenti uere adfuerit, fieri non potest quin possessorem suum ser-
uet & tueat: at ubicūq; cōtritio abfuerit, ibi certe nulla salutis spes

Vis & efficā-
tia cōtritionis.

remanet. Tanta est contritionis uis & efficācia, ut nonnunq; hæc
salutem pariat: etiamsi non confessio nec satisfactio adhibeatur.
Quod quo fiat clarius, hac qualicunq; declaratione demonstra-
bo. Si cōtingat (id quod cotidie contingere uidemus) ut equidē

in marino

in marino itinere uerſer nauigans, interim oborta procella nauis periclitationi proxima eſt: hic dū uideo ita nos urgere tēpeſtatis impetum, ut non ſit ulla ſalutis ſpes, ut certa mors omniū oculis prefixa ſit: ſtatim in ipſo naufragio, aſpirāte dei gratia, redeo in memetipſum, latebras ſauciæ conſcientiæ perſcrutor, diuinæ miſericordiæ ac bonitatis recordor, nō me fugit quantis hactenus in peccatis uixi miſer, uitamq; meā quam mihi conſcius ſum ſic nepharie & flagitioſe egiſſe, iam odi & abhorreo: cuius nunc adeo me pudet pigetq; ut totus dolore contabeſcam, totus uertar in lachrymas, totus lamentis macerer, totus ingemiſcā ac flebiliter lugeam: nec his cōtentus, in genua deuoluor, ac ſupinis in cœlum manibus diuinam miſericordiam imploro & appello, libens cōfiterer, ſed nec tempus ſinit, nec adeſt ſacerdotis copia, pro uirili ſatisfacerem his quos ulla iniuria affeci, ſed iam nec tēpus ſufficit, nec locus oportunus eſt. Nunquid quum ad iſtū modum afficiar, quum ſic doleam ex animo commiſſa flagitia, peribo & condemnabor? Nōn ſane non, ſed ſine controuerſia ſaluabor. Et quare quæſo ſaluabor? Nimirum q; pœniteat me perpetrati ſceleris, q; pudeat tranſactæ uitæ, q; cum ſumma fiducia dei miſericordiā implorē, & illi ſoli innitar. Quare ſaluabor? Nēpe q; de peccatis libēter cōfiterer ſi daret tēporis & loci oportunitas, ſi adeſſet cui confiterer. Quare ſaluabor? Q; ſcilicet ad ſatisfaciendum paratus eram, ſi longior contigiſſet uita. Quare ſaluabor? Profecto q; iam moriturus, certo propoſito conſtituerā peccato omnino & imperpetuum renunciare: q; tantum peccati odium concepiſſem, ut ſi ad multos annos amplius uixiſſe contigiſſet, nūq; eò rediiſſe decreueram. Atq; iſti ſunt ueri & germani pœnitentiæ fructus: hæc eſt fuga longe optima & ſaluberrima. Hanc fugam ingreſſi ſunt tot ſanctiſſimi uiri, Helias, Heliſæus, Ioannes Baptiſta, Hieronymus, Antonius, Paulus heremita & alii complures: dum propero curſu ad heremum confugerunt, dum carnis illecebras reliquerunt, ut deum ipſum unicū totius fœlicitatis ſcopum inuenirent. Fugit Helias propheta peſtilentiſſimam mulierem Iezabel, hoc eſt ſi interpretari uelis, effuſionē

In naufragio quis poſſit agere bonam.

Pœnitentia eſt fuga bona.

Helias.
Heliſæus.
Ioānes bap.
Hierony.
Antonius.
Paulus heremita.

Helias fugit Iezabel.

Izrahel interpretatio.
Oreb interpretatio.

effusiõem uanitatis: neq; ad paruam ab ea distantiam aufugerat, sed usq; ad montẽ dei Oreb. Quæ uox latinis auribus sonat exiccationem, per id significans carnalis uoluptatis profluuium in eo siccari debere: quo fiet ut spiritui magis uacare possit, ut plenius deum cognoscat, ut hoc sæculum ita constanter fugiat, ut nec cibum nec potum aut ullum aliôqui corporis alimentũ requirat; nisi quod aues detulissent illi administrãtes, quãq; esca illius plerunq; talis fuit, ut nec à terra nec ab auibus administraretur, sed è cœlis ac diuino nutu. Huiusmodi enim cibus fuit, ut uirtute illius roboratus sanctissimus ille propheta, per quadraginta dies ieiunus nec amplius comedens, per deserta loca ambularet. Neq; mulierem illam tantum tam sedulo fugiebat, sed per illam sæculum hoc ac mundanas illecebras, sed contaminatæ ac pollutę cõuersationis contagionem, sed deniq; impiæ ac peccatricis nationis nephãda scelera atq; sacrilegia. Contra, Solomon olim tanta sapientiæ celebritate insignitus: quandoquidem consortium mulierbre non fugerat, sed illarum formam ac speciem admirari solitus sit: tandem infatuatus est atq; in turpissimã idololatriæ corruptelam incidit. Quare si omnia, ut par est, recte perpẽdamus, reperiemus nos non mediocrẽ causam habere, cur hinc aufugiamus: uidelicet ut á malis ad bona perueniamus, ut ab his incertis ad certa commigremus, ut ab infidelibus decedamus ad fidelia & ueritatis plena, ut à morte ad uitam acceleremus, ut à terra in cœlum ascendamus: ac demum ut à diabolo & eius seruitute, ad IESVM CHRISTVM ac cœleste regnum, faustis auibus & auspiciis transferamur. Fugiamus igitur pernitiosissimam huius sæculi maliciam, fugiamus carnis nostræ corruptelam atq; rebellionem: neq; ab istis lente fugiendum est, sed impigre fugiamus. Porrò fugere hinc nõ est aliud q̃p (ut admonet Paulus) mori huius mundi elementis, abscondere uitam nostram in deo, declinare corruptiones, non contaminari fœdis uoluptatibus. Fugiamus ergo hinc, eamus hinc propere. Nec est ulla excusandi ratio, qua causeris te abire non posse. Nam potes animo fugere, etiamsi corpore retineari. Potes enim hic simul esse, & tamen à

Salomon non fugiens mulieres, infatuatus est.

Fugiendum ab omni malitia huius sæculi.

Quomodo fugiendum sit.

deo

deo nō abeſſe: præſertim ſi mens tua illi firmiter adhęreat, ſi poſt ipſum cogitationibus tuis inambules, ſi fide ſyncera ac minime ficta uias eius ſequaris, quantumq; potes ad eum uelut ad tutiſſimum ſalutis portum confugias. Siquidem iuxta pſalmiſtæ uocē, Deus refugium & uirtus factus eſt nobis. Religioſiſſimi uiri patres & anteceſſores noſtri, quū olim ſecum aliius conſiderarent periculū quod illis à mundo inſtaret, quū ante oculos mētis ſuæ ponerent diſpoſitionem corporis ſui, effrenem appetitū & concupiſcentiam carnis, promptitudinem tentantis ſpiritus, infirmitatem mentis noſtræ, fragilitatem naturæ, ad hæc multiformem peccandi occaſionem: quum hæc inquam apud ſe conſiderarent tam ſancti uiri, uidebant nihil æque neceſſarium ad declinandū ab hoc tanto peccati periculo, q̄ ut relicto mūdo (cui nunq; abeſt tentatio) in heremum aufugerēt. Hinc factum eſt ut multi ab initio, deſerta & inculta loca peterent, ut frequentiam hominum ac urbium celebritatem euitarent, ut mundum mundanorumq; ſocietatem penitus omiſerint, ut à tam lethali contagione eſſent ſecuri & immunes. Huius generis fuerunt illi, quos iamdudū recenſui, ſcilicet Helias, Helifgus, Ioannes Baptiſta, Hieronymus, Antonius, Paulus heremita, Hilarius, aliiq; innumeri, quos hic referre nimis longum foret. Hunc ritum ac conſuetudinem mundi fugiendi obſeruant in hunc uſq; diem religioſi uiri, qui à mundo in religionem ſe traducendos curant: ut illic quietius rebus diuinis, ſacris ſtudiis atq; meditationibus dent operam. Quare quiſquis CHRISTVM ex animo quęris, ſi ſentis te in mundano foro à tentatione tutum eſſe non poſſe: fuge aut cum prioribus illis in deſertum ac ſolitudinem, aut ſaltem cum poſterioribus in cœnobium aliquod, ubi diuino famulatui temet totū addicas. Quod ſi feceris, dabis egregium argumentum fortitudinis tuæ: quum iam ſic appetitum ſenſualitatis tuæ ſuperaſſe uideberis, ut poſſis ſolus & ſepoſitus à ſocietate hominum uictitare. Quæ res adeo moleſta homini, animali ſocietatis cupido, uidet eſſe: ut Ariſoteles philoſophorum facile princeps ita de hac re ſcriptum reliquerit. Qui conſortium & ſocietatem hominū aufugit: aut beſtia

Pſalm. 45. Quare ſancti patres mundi fugerūt & heremum petierunt.

1. Politicorū.

est, aut melior homine, & est quidam deus cum eo. De prioribus autem, id est heremi incolis, illud Paulinum scriptum uideri potest, ubi sic ait Circũierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, in cauernis terræ. Istorum ergo exemplis ab hac miseriarum ualle, ab his tam uariis ærumnis & tentationibus: ad deum uelut ad tutum refugium, ad inuiolabile asylum, ad sacram (quod aiũt) anchoram, totis uiribus contendito. Quo fiet, ut cum Dauide hoc nostro uere dicas Ad te domine confugi, & non sum deceptus. Nunquid ergo possibile est, ut qui ad deum confugerint, ad mundũ hũc reuerti uelint? Vt qui se semel peccato mortuos senserint ac liberos, rursum peccata de integro repetant? Vt qui huic sæculo in totũ renunciarunt, iterum eius sordibus & luto adhærere non grauẽtur? Nequaq̃, credite mihi. Quapropter surgite eamus hinc: fugiamus propere ex hoc mũdo, ubi tempus nostrũ breue & momentaneum existit: ubi non habemus ciuitatem manentem, sed futurã inquirimus. Si uero adhuc amplius discere uelis, quomodo adhuc in hoc mundo conuersans, tamen ista carnalia & sæcularia fugias: audi quæso apostolum Paulum ita te aliosq̃ omnes perdocentem Qui habent uxores, inquit, sint quasi nõ habeant: & qui flent tanq̃ non flentes, & qui gaudeant tanq̃ non gaudẽtes, & qui emunt tanq̃ non possidentes, & qui hoc mundo utunt tanq̃ si non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Q; si adhuc pluribus exemplis egeamus, ut hanc fugam adornemus & capessamus: admoneat nos sancti Abrahę exemplum, ut ita hinc fugiamus, quemadmodum ille de patria sua fugerat. Nec mirũ est si de hac patria, quę uerius exilium diceretur fugiat, quũ sciat ueram & æternam patriam in cœlis esse: ubi omnium Christianorum conuersatio esse debet. Fugiamus item & cum pudicissima Susanna, quæ magis abhorruit intentatum stupri crimen, q̃ ipsum stupri periculũ, uel hoc argumẽto q; nõ ante plorasse legatur, q̃ obiiceret sẽ stupri crimẽ. Plorauit enim, q; quũ suę pudicitię & castitatis conscia esset, tamẽ de se tanq̃ impudica & adultera,

Hebræ. 11. Fugiendus est mundus. Psalm. 142. Hebræ. 13. 1. Corin. 7. Abrahã reliquit patriã suã. Susãna stupri fugit.

iniqui

iniqui iudices atq; ad perpetrandum adulterium parati, iudicium uendicarent: non quidem mortem deprecans aut deplorans, sed impudicitiæ calumniam depellens, religionisq; iniuriam quantis potuit fletibus coercens atq; defendens. Ingemiscens itaq; in hūc modum aiebat: Angustiæ mihi sunt undiq;. Si enim hoc fecero, mors mihi est: si autem non fecero, non effugiam manus uestras. Sed melius est mihi incidere in manus inimici, q̄ peccare in cōspectu dei mei. Ac postremo, quando iam morti impiæ atq; iniquę damnaretur, non recusauit ferre iudicium licet iniquum, sed causam suam atq; seipsam deo prorsus cōmisit: deusq;, qui illius innocentiæ erat cōscius, illā stupendo miraculo ab instante morte tutatus est. Habes igitur Susannæ exemplū, quomodo ab his huius sæculi iniquitatibus aufugit, quomodo neglectis humanis præsidiis, se totam deo commendauit ac credidit: unde effectum est ut per Danielē prophetam liberata sit. Paulus quoq; Damasci olim in tanto discrimine positus fuit, ut per fenestram in sporta dimissus sit, quo à sæculi periculis tutus euaderet: non quidē pro amore uitæ, aut pro complenda carnis suæ uoluptate: sed ut euāgelium domini sibi à CHRISTO delegatū, toto orbe disseminaret, ppter quod in paradisum raptus est, atq; adeo ad tertiū cœlum usq;, ubi audiuit arcana uerba, quæ phas non est homini loqui. Fugiamus & nos, tantum apostolū imitati, ut deserto iniquo mundo, deo puriti inseruiamus. Fugiebat & sanctus Loth, potius cupiens fugere detestāda illa Sodomitica crimina, q̄ tam atrocia supplicia reformidans. Ne sit igitur tibi pudori ab hoc sæculo fugere, quū habeas tot & tantos uiros fugæ tuæ autores: nempe Abraham, Susannam, Paulum, ac beatum Loth. Principio, ille cū pudicissima Susanna fugisse uidebitur, qui improba consilia, & malorum hominū prouocamenta & improbas instigationes penitus repulerit, qui obscœnarum & turpium cogitationum occasiones & insidias suppresserit, qui diligenter cauet ne quicquam mali operis perpetret, qui in periculis omnibus se soli deo commendat, qui denicq; nullius ruinæ aut lapsus grauioris ansam aut opportunitatem præbet. Qui autem in omnibus

Daniel.13.

1. Corin. 11. Actu. 9. Expo. Paulus p̄ sportam fugit.

2. Corin. 12.

Gene. 19. Loth Sodomā fugit.

Quis cum Susanna fugit?

tentationibus sic fecerit, uidebitur sequutus consiliũ euangelistæ,
Matth. 10. ubi ait Si uos persequentur in una ciuitate, fugite in aliam: si uero
adhuc ibi uos persequent, fugite in aliam. Amen dico uobis non
cõsummabitis omnes ciuitates Israël, donec filius hominis uene-
Quis cum Paulo per fenestrã fugit. rit. Ad hæc, ille cum Paulo fugiet dimissus per fenestras, quisquis
illas fenestras cõtra diaboli inuidias occlusas seruabit, de quibus
ita scriptum habemus Mors per fenestras intrauit: nimirũ per
Hierem. 9. Expo. fenestras non aliud q̃p quinq; illos sensus exteriores significans,
per quos aduersarius noster aditum in animum nostrum quærit.
Istæ ergo fenestræ diligente custodia obseruandæ sunt, ne per
eas malignus ille spiritus in animas nostras dolose (ut solet) irre-
pat. Per quas negligentius custoditas bona pars huius mũdi rui-
nam sentit maximam. Quin & ille præterea per fenestram è pe-
riculo elabitur & fugit, qui non uanos aspectus & noxia specta-
cula per fenestræ rimulas & cancellos non haurit ac intuetur: in
quod malũ incidit & Dauid rex, dum è cellario Barsabeam aspi-
cit se lauantem, atq; sic in turpe adulterium ac nephandum homi-
Quis ẽũ Loth Sodomã fugit? cidiũ ruit pronus. Postremo & is quoq; cũ Loth fugit, qui omni- V.
bus conatibus ipsas ciuitates una cũ pessimis occasionibus, quæ
illic passim obuiæ sunt, declinat & aufugit. Vnde & CHRI-
Matth. 10. STVS ait, Non cõsummabitis ciuitates Israël donec ueniat fi-
lius hominis. Quo loco quum admonuisset discipulos suos se nõ
missum fuisse nisi ad oues quæ periissent de domo Israël, adiũxit
Ibidem. & hoc præceptum In ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: id
est, nolite ingredi ullam ciuitatem aut frequẽtiam, fugite consor-
tium improborum hominũ, ne peccatis eorum coinquinemini.
Quandoquidem ex societate formantur mores: adeo ut si inno-
cens quispiam paulisper cum improbis conuersetur, facile illorũ
similis efficietur. Vsqueadeo illud psalmographi oraculũ uerissi-
Psalm. 17. mum esse deprehendes Cum sancto sanctus eris, & cũ peruerso
peruerteris. Quare optime sane fugies: si pessima consilia tem-
pestiue cauus subterfugeris, si improbis persuasionibus forti-
ter & constanter obstiteris, si à perditorum conuenticulis, con-
Qui bene fugit. ciliabulis ac frequentia temet alienaueris. Bene etiam fugis si cũ

neq;

neq; hominibus societatem non adiũxeris, si eos qui uariis uitiorum maculis corrupti & contaminati sunt, asperneris: si illis uale dixeris, quos morũ leuitate diffluere animaduertis, quos obscœnis sermonibus percipis insolescere. Bene fugis itidem, si fœtidas cogitationes ac turpia desideria fugiendo superaueris. Nec minus bene fugis, si oculos tuos à uanis spectaculis subtraxeris, si aures ab audiẽdis calumniis & detrectatoris uerbis compescas, si petulantibus uerbis, turpiloquio atq; impudicis fabulis minus delecteris. Noli illi confidere, qui ita loqui gaudet: caue tibi ab
X. illo homine, quem non pudet huiusmodi uerba proferre. Hunc, quisquis talis est, perinde atq; uenenosum draconem fugiendum memineris. Nam qui istiusmodi uerborum purulentiis scatet, licet non primo, secundo, tertio, aut quarto congressu, te neutiq; tabe ueneni sui infecerit: tamen fieri non potest quin longo temporum progressu, corrumparis. Proinde, uti cœperam dicere, bene & circumspecte fugis, si manus tuas à turpi tactu detineas: si linguam coerceas à turpiloquio, à mendacio, à periurio, á iureiurando & blasphemia. Melius autem fugies, si hisce uitiis declinatis, linguæ organum ad dei & creatoris sui laudem conuertas, si linguam ad precandum deũ accommodes, si illius officio peccata increpes & opprimas, si eadẽ ministra CHRISTVM ac ueritatem perdoceas, si ignorantes ad cognitionem dei perduxeris. Bene item fugis si pedes tuos retineas, ne loca suspecta ac defamata inuisant: ne personis prostitutæ famę sese adiũgant,
» ne improborum societati sese agglutinent. Nam cito malis duci- *Ambrosius de fuga sæculi.*
» bus erratur, ut non insecite sed eleganter dixit Ambrosius. Bene ergo fugis, si correcta præterita uita, si deserta uetusta peccandi consuetudine, ad deum totus recurras, ac libenter pœnitentiã agas. Atq; hæc omnia in uno hoc Dauidis uersiculo cõtinentur,
» ubi sic ait Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, & in uia *Psalm 1. Exp.*
» peccatorum nõ stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Et reuera quisquis à peruersorũ familiaritate nõ abhorret, in hac pestilentię cathedra infeliciter residet. Quod qui fecerit, non effugiet quin breui peccatorum funibus complectatur. Sunt tamen

nonnulli, qui ſtulte tantũ de uiribus ſuis arrogant, ut non pudeat eos ita de ſua continentia iactitare. Ecce equidem nullorũ hominum familiaritatem fugio, ecce omnes qualeſquales ſunt in ſocietatem admitto, ecce conſortium mulierũ nunc̃ non præſens habeo: & tamen caſtitatis ornamenta ac pudicitiæ decorem cuſtodio. O ſtolidiſſimum iactatorem, o fatuum & dementem hominẽ, c̃ plena periculoꝝ atq; infœlicitatis eſt hæc tua præſumpſio & infauſtiſſima confidentia, quam tibi de uiribus propriis concepiſti: qui antehac fortaſſis aliquandiu inter mulieres conuerſatus, nõ lapſus es, audes idcirco nunc te rurſus tãto diſcrimini cõmittere, animamq; tuam pro qua CHRISTVS mortem paſſus eſt, tãtę periclitationi obiectare? An non cotidiana ferè experientia nos inſtruit, quomodo nõ raro uſuuenit, ut nauis aliqua quę decies aut forte uigeties procellas ac fluctus marinos ſalua ac incolumis euaſerit: tandem tamen, & fortaſſe quum periculum minime timebatur, cum ingente iactura non opum tantum & mercimoniorum, ſed & hominũ quoq; demerſa ſit? Simili modo decipiuntur plurimi, qui dum præſumunt ſe poſſe peccati inſultus euadere, dũ ſibi ac ueteri continentiæ immodice confidunt: tandẽ uehementiore quadã tentationis procella petiti, nactiq; opportunitatem temporis, loci, & perſonæ: ſtatim in eum turpitudinis actum corruunt, à quo prius ſe pluſc̃ tutos ſtulte putabant. Tritum enim apud noſtrates inualuit prouerbiũ, teſtam fictilẽ tandiu ad aquę puteum deferri: donec tandem fracta domum redeat. Sic tu quoq;, ſic tu diutinę caſtimonię tuę tantũ tribuis, ut hinc te perpetuo tutũ ſperes: etiã ſi nullã peccandi occaſionẽ euitaueris, ſi circũſtantias illas nõ fugeris, quę te toties incolumẽ, tandẽ in ſubmerſionis periculũ adigãt. Quapropter caueat unuſquiſq; ne nimium huic falſę ſecuritati confidat, ne nimis arroganter de priuato robore ac firmitudine præſumat: ne ultra c̃ oportet priori cõſuetudini arroget atq; immodicam ſpem foueat. Sit autem unuſquiſq; memor illius dicti diui Auguſtini, apud quẽ ſic ſcriptũ habes Inter oĩa Chriſtianoꝝ certamina, ſola duriora ſunt prælia caſtitatis: ubi cotidiana eſt pugna & rara uictoria. Audiamus ergo

Arrogãtia eorum qui nimiũ fidunt ſuis uiribus.

Similitudo.

Auguſtinus.

Y.

ergo iterum atq; iterum apostolum, ita nos salubriter adhortan-
tem. Fugite fornicationem. Quod Pauli præceptū ut tutius ob-
seruemus, fugienda est non tantum extranearum, sed etiam uici-
narum notarumq; mulierum familiaritas. Imò quantumuis uitæ
integritate & sanctimonia commendata sit, tamen caue ne nimia
illius familiaritate utaris, ne crebro secretum colloquium cum
illa ineas, ne id contingat quod ab huiusmodi familiaritate
facile futurum suspicatur Solomon ita scribens Nunquid allig-
bit quis ignem in sinu suo, & uestimenta eius non ardebunt? Nū-
quid ambulabit quis super prunas, & non comburentur plantæ
eius? Quasi diceret, minime. Quare semper oculos mētis tuæ ad
deum intentos habe: ad hunc modum cum propheta hoc, illi ac-
cinens Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de
laqueo pedes meos. Ad dominū itaq; conuertendi sunt oculi: &
à uultu uirginis, quæ scandalizat, auertēdi. Ne id eōtingat, quod
minitatur Solomō Mulier autem preciosam uiri animam rapit,
O quanta iniquitas & q̄ lugenda peruersitas, ut anima quam
CHRISTVS sanguine suo redemit precioso: luxurioſus ac fœ-
dę libidini mancipatus, ob unius momēti uoluptatulā & delecta-
tionem, diabolo turpiter diuendat. Nec interim recordātur q̄
illud uere dictum sit: Momentaneum esse quod delectat, æternū
uero quod cruciat. Certe nimium plangenda imò & miseranda
est conditio illa: ubi cito præterit quod delectat, & sine fine per-
manet quod cruciat. Cito & quasi sub momento transit furioſus
ille libidinis impetus, sed obprobriū infœlicis animæ perpetuo
remanet. Sed hic forsitan mihi respōsurus es, Sū iuuenis & ad-
huc sub ætatis calore, facio quod me delectat, in animo tamē hu-
bens ut imposterum quū deferbuerit ætas, pœnitentiam agam.
Quid est hoc aliud dicere, q̄ percutio mernet lethali gladio,
postea ad medicum uel chirurgū cursitaturus, quū sit nemo tam
imperitus quin sciat, q̄ in pūcto unius horæ uulnus accipiū, quod
uix per dimidium anni ad pristinam ualetudinem ac sanitatē re-
uocatur? Qui enim adulterium commissurus, dicit se postea pœ-
nitentiam acturum, cur non timet ne interim mors se occupet &

1. Corin. 6. Fugiēda notarum & ignotarum mulierum consuetudo.

Prouer. 6.

Psal. 24.

Prouer. 6. Momentanea peccati delectatio, cruciatus æternus.

Gregorius. Expo.

Ratiocinatio iuuenum.

rapiat: ita ut pereat illi momẽtanea illa uoluptas, & succedat dã-
natio nullum unq; finem inuentura? Quare nec indulgeamus ui-
tiis nostris, nec pœnitẽtiam agendam procrastinemus: sed sem-
per timeamus, semper horreamus terribilem illam domini sen-
Matth.5. tentiam, quam in euangelio legimus Qui uiderit mulierẽ ad con-
cupiscendã eam, iã mœchatus est eã in corde suo. Quapropter
non solum ab extraneis, sed etiam à propriis ancillis & domesti-
cis mulierculis refrenanda est secreta familiaritas, & cohibenda
incauta oculorũ fragilitas. Ne id in nos quadret, quod propheta
Hiere.9. terribiliter minitatur Intrat mors per fenestras uestras. Sed per
Expo. quas fenestras ingreditur mors ad animas nostras? Profecto nõ
per alias magis, q̃ per usum oculorum, & per auditum aurium.
Q, si per linguã etiam imperes aut amico tuo aut seruo, ut scor-
tum aliquod aut meretrix ad te adducat: iam per os tuum ad ani-
mam ingressus est æternæ mortis gladius. Si autem consiliũ ma-
lum proximoq; tuo magnopere nocituru libenter audieris, si de-
lectet aurem præbere alienæ famæ detrahenti, si iuuet obscæ-
na & scurrilia proferentem inaudire, si tibi arrideat impudica &
turpia cantica promens: certe nunc nõ solum per aurium tuarũ
fenestras, sed & per cordis tui rimulas mors ad animam tuã pe-
Matth.5. netrauit. Et hac de causa adiunxit dominus. Qui uiderit mulierẽ
ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo.
Voluntas pro opere reputatur apud deũ aliquando. Quod idcirco á domino adiectum est, q̃ ubi adsit certa faciendi
uoluntas cum consensu animi: ibi uoluntas pro perpetrato opere
reputabitur. Sicq; fit ut dum quispiam animo libidinoso aliquid R.
auidius concupiscit: per fenestram corporis in secretum cordis,
uenenum mortis instillat. Talis autem cogitatio etiam si casu ali-
quo impedita fuerit, ita ut uoluntatem suam adimplere nequeat:
nihilominus de integro actionis crimine condemnatur. Quo fit
ut mulier illa, cum qua illicitam libidinis spurcitiam exercere uo-
luit, casta sit: quando ille miser iam adulterii reus teneatur in cor-
de suo. Audiamus igitur sapientem ita nos identidem admonen-
Prouer.4. tem: Omni custodia conserua cor tuum. Cui astipulatur & illud
Psalm.118. psalmographi Auerte oculos tuos ne uideant uanitatem. Quẽ-
admodum

admodũ eñ ſi quis carbones ignitos facili manu apprehẽdat, leſdit & cõburit ab illis niſi citius abiecerit, quiq; diutius eos retinere uoluerit, ſine graui leſione eos proiicere nõ poterit: ita quicũq; oculos ſuos ad cõcupiſcendũ diutius aſſueuerit & ſpurcã libidinẽ intus ſuſceptã moras lõgiores in ſuis cogitatiõibus habere permiſerit, eã inde excutere ſine graui animę aut plaga aut occidiõe non poterit. Ne ceſſemus itaq; inſtãter ad dñm clamare cũ propheta dicentes Oculi mei ſemper ad dominũ: quoniã ipſe euellet de laqueo pedes meos. Semper & ubicunq; fueris, ad deũ reſpice, ad deũ oculos tuos intentos & directos habeas. Si autẽ menſæ ad ſumendum prandium accubueris, oculi tamen tui in deum præcipue affixi ſint. Inter ipſas lauticias & opipara conuiuia, fac dei tui ac cœleſtis conuiuii memineris: fac memineris q; delicatũ alimentũ illic ſit, cũ inter angelos mãna ac cibo angelico ueſceris: ubi illo pane uitę ueſceris qui dat uitã mũdo, quo guſtato, nõ ãpliꝰ eſuries: ut, p tot bonis datori oĩm bonoꝝ gratias agas. Q; ſi ducẽdis choreis occupatus fueris, nihilominus ad deũ actẽ oculoꝝ tuoꝝ deflecte: ut uel à momẽtanea illa uoluptate, qua iã teneris, ad incogitabile illud cœli gaudiũ, ad gloriã illã & uoluptatẽ nũq; finiendã, animũ ac totã cogitationẽ tranſferas. Si uero audiendis muſicis inſtrumẽtis operam des, ſtatim oculi tui ad dñm erigantur: ut uel inde ſumpta occaſione, admonearis quanta harmonia, q; dulcis cõcentus inter angelos cœleſtes perpetuo uigeat & exaudiatur. Denicq; quicquid egeris, quicquid uoluptatis corporis uides: ſemper ſit tibi occaſio ut cogites quanta lætitia apud ſuperos, probos omnes & iuſtos uiros expectet. Et ſicut peccator uoluptarius omnia ad corpoream & pernitioſam uoluptatem conuertit: ſic quiſquis ſanctimonię ſtudioſus eſt, quicquid agit, quicquid uidet, ad internam & ſpiritualem conſolationẽ ſemper cõuertit, omniaq; ad honorem dei referendũ arbitratur. Quicquid ergo lætũ, quicquid iucundũ in hoc mũdo cõtemplaris, caue illic mẽtem tuam altius defigas: ſed hinc admonearis ut q; incomparabilis ſit cœleſtis lætitia, q; interminabilis iubilatio, memor eſſi claris, quomodoq; hæc terrena momentanea ſit nec permanens, illa uero cœleſtis ut ſuperat omnem modum, ita quoq; & omnẽ temporis menſuram. Nam ibi unus deus tibi oĩa erit, deus erit tibi cibus,

Similitudo.

Pſalm. 24. Expo. In omni gaudij genere, ſuper cœleſtis gaudij ſit memor.

Ioan. 6.

tibi cibus, erit potus, erit ueſtimentum, erit manſio, erit domus, erit uita, erit denique & immortalis gloria. Ita ut illic nihil deſiderare queas, quod ad nutum non ſuppeditabitur. Quandiu ergo oculi tui ad deum attenti fuerint, non eſt cur hæc terrena corporis pericula anxius pertimeſcas. Imò nec animæ pericula adeo pertimenda ſunt, dum oculi tui aſſidue ad deum aſpiciunt, id eſt dum quis credit ſe deum præſentem iudicem habere. Quis adeo demens eſt, ut uel hominem interficere uel furtum committere auderet in præſentia ſui iudicis, qui ipſum pro commiſſis morti condemnaret? Quis tũ id non magis timeret facere coram tam perſpicaci & oculato iudice: quem ut nihil latet, ita & pleniſſimã autoritatem habet, ut reum pro commiſſis morti æternæ tradat ac condemnet? Quare ſi ſemper iudiciũ dei ob oculos poſueris, fieri non poteſt ut unq̃ mortaliter pecces. Cæterum non ſatis eſt ut huius diuini iudicij ſemel tantũ in anno, aut ſemel in menſe recorderis: ſed opus eſt ut deũ ſemper præ oculis habeas: & ut hoc diuinum iudicium nunq̃ è memoria tua excidat, ut ſemper ante oculos tuos ſitum ſit. Sicq̃ tantũ fiet ut deus ipſe de laqueo euellet pedes tuos. Atq̃ hac de cauſa cecinit propheta, ſicut prius recitatũ eſt Oculi mei ſemper ad dñm, quoniam ipſe de laqueo euellet pedes meos. Clament ergo quicunq̃ uitiorum laqueis irretiti ac colligati ſunt, quandiu his peccatorum funibus deuinciũtur: clament, inquam, ad dominum cum hoc propheta dicentes.

Pſalm. 24.

Pſalm. 2. Expo.

Dirumpamus uincula eorum & proiiciamus à nobis iugũ ipſorum. Et quid quæſo aliud uociferatur magnus ille CHRISTI preco Paulus in omnibus epiſtolis & concionibus ſuis? q̃ quod modo dictum eſt, nempe Dirumpamus uincula eorũ, id eſt peccatorum & exitialium uitiorum: quę nos conſuetudine ceu tenaciſſima uincula undiq̃ conſtringunt & coarctant, ne phas ſit ad deum commigrare. Nam mala cõſuetudo ita uelut compedibus quibuſdam hominem detinet & ligat in peccatis: ut cũ maxima difficultate inde reſoluaſ, cum ea ſit malæ & peruerſæ cõſuetudinis natura, ea ſit mali cuiuſuis tenacitas: ut aut omnino permaneat indiſſolubile, aut uix & cum difficultate deſeratur. Nam quantumuis

Mala conſuetudo difficulter rumpitur.

quantumuis malum & flagitiosum sit aliquid, quantūuis detesta-
bile & horrendum, quantumuis plenum sit periculi & discrimi-
nis: ubi tamē semel in consuetudinem abierit, difficulter sane dis-
fringetur & in contrarium permutabitur. Quod & diuus Gre-
gorius in hunc modum attestatur Quot uicibus quis praue fre- Grego. 4. mo
quentationis astringitur, quasi tot uinculis ad mentem ligatur. ralium.
Idem affirmat etiam philosophus Aristoteles, ita scribens Diffi- Aristoteles.
cile est resistere consuetudini, quæ naturæ assimulatur. Consue-
tudo ergo, si diu inhæserit, naturæ uires facile obtinet. Et quod
alicui naturale est, facile adimi aut deleri nō poterit. Porrò iuxta
tritum apud nos adagium, Id è carne nunq; exugi aut extirpari Adagium.
poterit, quod semel ipsis ossibus innatum est, atq; ad medullam
usq; penetrauit. Cuius sensus est, consuetudinem iam inueteratā,
non posse nisi cum maxima difficultate infringi. Tanta enim cō-
suetudinis uis est, ut nōnunq; id q; in uariis casibus ipsi legi dero-
gare ualeat. ergo cauēdum summopere est, ut malam consuetu-
dinem cito abigas priusq; in naturam accreuerit. Caue ne unq;
peruersæ consuetudinis habitum tibi induas, quia præter q; uix
unq; deseritur, etiam tria incommoda secum affert. Primum au- Tria incōmo-
tem incommodum quod consuetudini adhæret, hoc est, q; iam da male cōsue
diutina & ueterata, relinqui non possit. Iuxta illud Solomonis te- tudinis.
stimonium Adolescens iuxta uiam suam graditur, & quum senu- Prouer. 22.
erit, non recedet ab ea. Iuuenis enim & cuius ætas adhuc floridi- Expo.
or est, cursum suum pro ætatis ratione perficit, tempusq; suū iu- Multum refert
uenilibus studiis cōsumit: & quo uitæ instituto educatus est, hinc quomodo in-
se iam senem tradit mancipandum. Modū educationis per pro- fas educetur.
uectiorem ætatem libenter insequitur: ita ut qui uirtutum exer-
citiis enutritus sit iuuenis, postea uirtutibus indulgeat senex: con-
tra, qui per primæuam ætatē uitiis se assuescit, in grandiore ætā-
te à uitiis ægre temperabit. Quod & philosophus etiam ita cor-
roborat in ethicis suis Non parum facit ad uirtutem imò multū, 1. Ethicorum.
q; iuuenes assuefiāt in operibus uirtutū. Multū enim refert, qui-
bus rudimentis puer sub prima ætate educetur: id enim omnino
aut perficit aut corrūpit hominē, id prorsus aut uitiis nō delēdis

aut

Horatius.

aut uirtutibus imbuit. Nam ut poëta inquit Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem testa diu. Hinc fit ut si puerum uirtutum studiis exercueris, postea fiat uirtutis studiosus: econuerso uero, si uitiis operam dederit, fieri non potest quin per reliquam ætatem fiat uitiosus. Et quare quæso te? Profecto non aliunde q̃ per priorem illam assuetactionem, per consuetudinem qua prius educatus est & enutritus. Adeo refert, quibus institutis, qui-

Similitudo.

bus documentis & disciplinis imbuatur prima pueritia. Porrò si quis per multos annos pannum quempiam albissimum in oleũ fœtidum ac marcidum intinxerit, atq; postea lauando tentet eũ ad pristinam illam & solitam albedinem restituere: nunquid id subito aut pauxillulo temporis spacio perficiet? aut citra magnã difficultatem? Atq; ut uel hoc exemplo intelligas quanta sit educatiõis uis, refert Aristoteles de mulierecula quadam quæ à teneris annis non alii cibo q̃ ueneno assueta fuerit: cui propter illam consuetudinem uenenum illud adeo naturale cœperat esse, ut nõ solũ illi nihil nocuit, sed etiam pro alimento fuit, quod aliis omnino exitiale fuisset & mortiferũ. Hac igitur ratione facile liquet, quantum pernitiei secum trahat peruersa consuetudo: cui nisi tẽpestiue resistas, ita certe contra te inualescet, ut quum uelles, nequeas eam abrumpere. Proinde o nequissime peccator fac iterũ atq; iterum memineris, q̃ mundam & puram animam deus tibi impartitus sit, q̃ sine omni macula, sine omni labe, sine litura, aut contaminatione, q̃ fuerat omni innocentia prædita, omni ornata gratia & uirtute. Quam purissimam animam, tu uitiis & concupiscentiis tuis turpiter conspurcasti, coinquinasti, prorsuśq; multigenis peccatorum maculis deformasti, ac in diuersam formam effigiasti. Quod quũ iam per decem, uiginti, aut triginta annos perpetuo fecistis complures, pretiosissimaśq; animas uestras tãdiu uilissimo peccatorũ cœno uolutastis: putatis ne ut eas quarta parte unius horulæ, aut in extremo illo mortis articulo dealbabitis? Quam tanto omnium facinorum nigrore obfuscatæ fuerint animæ uestræ: fieri ne putatis ut ad primã illam uenustatem unius horæ spacio deduci queant? ut diecula una, hebdomada una, mensis

Aristoteles. Mulier quædã uenenp educata.

Anima facile denigratur, sed non facile mundatur.

mensis unus satis sit ut in solitum nitorem animas uestras reuoce-
tis? Possibile sane est ut ita contingat. Est tamen hæc rarissima
F. auis, & pene nigro similima cygno, ut ait ille. Nec paruam sane Horatius.
in hac re difficultatem inuenies, tot deprehendes impedimenta,
tot obstacula: ut arduũ in primis fuerit, tantillo temporis spacio,
te è tot laqueis expedire. Quemadmodũ & nos, uti meminimus,
fusius alias uobis declarauimus: nempe interpretantes illum Da-
uidicum uersiculum Circumdederunt me dolores mortis, & cæ- Psalm. 114.
tera. Hac difficultate se circũdari senserat hic propheta: quando
penitius introspexisset, q̃ foret difficile inueterata uitia & di-
utina consuetudine retenta peccata expurgare atq; ab ima radi-
ce euellere. Sed quid egit ille in tali anxietate constitutus? Labo- Psalm 6.
raui (inquit) in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ me-
um, & lachrymis meis stratum meũ rigabo. Sic hæc medela ulus Quãta sit difficultas in consuetudine diuturna.
est tam sanctus propheta ut ab inueteratis peccatis absolueret:
ut malam cõsuetudinem iam inualescentem abrumperet & pau-
latim dissiparet, dum adhuc sanabilis esset. Sic gemitu & lachry-
mis laborabat, ut animæ suæ maculas elueret. Nõ per horam, nõ
per diẽ, non per mensem, sed per singulas noctes. Ad ostenden-
dum igitur quanta difficultate deleatur consuetudo mala, addit
laboraui, addit in gemitu meo, addit lauabo, addit per singulas
noctes, addit lectum meum, addit lachrymis meis, addit stratum
meũ, addit deniq; & rigabo. Siquidem mala consuetudo, si pau- Similitudo.
lo diutius insueuerit, insanabile plane uulnus habet. Videmus
enĩ cotidiana experientia, quãuis quispiam non facile antiquũ
alueum & locum cursus sui deserat: per quem iam diutius discur-
rere consueuerit. Tales autem consuetudinarii peccatores, qui Consuetudinarii peccatores per Lazarũ designantur.
per lõgas moras peccatis suis immortui sunt, per Lazarum iam
quatriduo mortuũ & grauiter fœtẽtem designari possunt. Qui
ut testatũ sacrosancta euangelii historia, iã ex longiore corrupti-
one grauem fœtorem dedit. Vnde factũ est ut dominus IESVS
uolens eũ resuscitare atq; ad uitã denuo reuocare: infremuit spi- Ioan. 11. Expo.
ritu, turbauit seipsum, lachrymatus est, & orauit patrem: ac tan-
dem uoce magna clamauit. Lazare ueni foras, lubens præterea

discipulos suos, ut fascias & ligamẽta resoluerent quibus uinctus erat. Quæ omnia nihil aliud uolunt, ꝙ ut exprimant quanta cum difficultate resuscitetur quatriduanus: per quem, ut supra admonuimus, significantur qui iam longiore consuetudine in peccatis suis demortui ac grauiter olentes iacuerunt. O itaq; homo, qui G.

Peccator multiplicater mortuus dicitur.

tandiu in tam horrẽdo peccatorum sepulchro putridus iacuisti, qui tam fœtidã cõscientiã sortitus es: tu, inquã, iã quatriduanus es, iam quatuor dies in sepulchro male olens decũbis mortuus. Mortuus, inquam, per spurcas & impuras cogitatiões, detestabilesq; delectatiões, quas de peccatis tuis nequiter cepisti: mortuus quoq; per interitum contensum, quem conceptis iam scelestibus præbuisti: mortuus per infandam delinquendi actionem: mortuus item per execrabilem & diutinam peccandi consuetudinem: mortuus etiam intra penetralia secreti pectoris & in imo cõscientiæ busto: denicq; mortuus atq; molestũ fœtorẽ diuinis naribus exhalans, etiam si hominibus ignotum sit, etiam si huic mũdo non pandatur in propatulo. Quare quisquis es, quem diuturnior malefaciendi assuetudo detinuit, caue quicq; aliter de te cogitare præsumas: ꝙ q; sis totus olidus, totus fœtidus, totus spurcus, & totus abhominabilis in cõspectu diuinę maiestatis atq; angelorum oculis: nec potens ullo modo ut ab hac morte & immũditia resurgas, citra maximã difficultatem & sudorem, citra præcipuam dei gratiã & auxilium. Dominus tamen & seruator noster CHRISTVS non cessat ad aurem tuam perpetuo inclamare Lazare ueni foras. Quapropter, si sapis, expergiscere iã, quum tam sedulo á clementissimo domino accerseris. Nam si ad dei uocem uenire recuses, nunq; certe surges, nunq; uenies. Expergiscere ergo, expergiscere. Ministri nãq; Christianæ & catholicæ ecclesiæ prẽsto & parati sunt, ut ligamẽta illa quibus detineris, relaxent: idq; non alterius imperio ꝙ iussu & autoritate domini nostri IESV, à quo ligandi & soluendi potestatem assumpserunt. Ne tardes ergo uenire foras & ad tam prẽsentaneũ remedium celeri pede recurre: ne tremenda illa Solomonis sententia de te uera probetur esse Adolescens iuxta uiam suam gra-

Prouer. 22.

ditur:

ditur: qui etiam quum senuerit, non recedet ab ea. Hoc est ne se-
nex quidem uetustam transgrediendi cõsuetudinem omittet: aut
si omiserit, id sane non sine maximo negotio perficietur. Porrò
CHRISTVS ipse tres è mortuis resuscitasse legitur: quartũ ue-
ro non excitauit, propterea q̃ nullus pro illo intercesserit. Ideo
alio loco monet mortuos à suis mortuis sepeliendos, ita dicens.
H. Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Cæterum hoc inter cæte-
ra animaduertendum est, q̃ CHRISTVS in resuscitatione La-
zari infremuit, uti pauloante diximus, turbauit seipsum, fleuit, &
orauit patrem, ac demum uoce magna clamauit, uoce magna di-
cẽs Lazare ueni foras: discipulisq̃ imperauit ut ligamẽta & uin-
cula dissoluerent. At ista eadem in resuscitatione adolescentis &
puellæ minime fecerat: non q̃ omnipotenti deo, cui omnia sunt
facillima, maioris negotii esset demortuum centum annorum re-
suscitare q̃m uel unius diei: sed ut hoc exemplo declararet, quanto
difficilius sit ut resurgat diutina cõsuetudine peccatis immersus,
q̃m is qui nuperrime in uitia sit delapsus. Lazarus uero quanq̃m sit
resuscitatus tandem, tamen adhuc ligatus & uelatus è busti late-
bris prodiit: donec dominus tradidit eum iam excitatum & re-
diuiuum discipulis suis, ut ipsi eum ab intricamentis, quibus antea
ligatus fuit, expedirent ac soluerent. Vnde colligere possumus
q̃ licet peccator quispiã per contritiõem motus è peccato suscite-
tur, ac uelut rediuiuus ad gratiæ statũ, unde lapsus erat restitue-
atur: adhuc tamen ad confitendũ quæ fecerat, obligatus cogno-
scitur, donec humilem & synceram cõfessionem sequatur plena
absolutio, qua ab oĩbus penitus retinaculis liberetur. Tum enim
probe in illũ quadrabit illud euangelii quod ibidẽ sequit. Soluite
eum & sinite abire. Nam tametsi sola contritio hominem pecca-
torem reuiuiscere faciat, tamen necessum erit ut confessio una cũ
absolutione relicta uincula abrumpat: ne si forte ista contempse-
rit, fiat ut in antiquum chaos aut deterius relabatur, & ita demuo
irretiatur, ut uunq̃m postea exitũ inueniat. Atq̃ hic locus directe
aduersus Lutherum pugnat, qui damnabiliter asserit satis esse,
ut quis deo confiteatur: ita ut non sit opus ut homini in foro pœ-

Christum tres mortuos resuscitasse, quartũ non, & quare.

Matth. 8.

Ioan. 11.

Soluto suscitatũ Lazari per discipulos, confessionem facientem significat.

Lutherus falsa opinio de confessione, per scripturã hic condemnatur.

nitentiæ conſciẽtias noſtras aperiamus. Verũ ſi illud quod aſſerit Lutherus, ſatis & ſufficiens extitiſſet: nunc̃ dixiſſet CHRISTVS id quod modo recitauimus. Nimirum, Soluite eum & ſinite abire. Sed ut ad inceptum inſtitutũ recurrat oratio, c̃p arduum ſit ut à conſuetis facinoribus recedat quiſpiam aut reſurgat: oſtẽdit Hieremias propheta, ubi ait Si mutare poteſt Ethiops p̃pellem ſuã & Pardus uarietates ſuas: ita & uos poteritis benefacere, quum didiceritis malum. Cauete igit̃ o uiri Chriſtiani, ne tandiu p̃mittatis diabolũ poſſidere animas ueſtras: donec titulo diutinæ poſſeſſionis contra uos præſcribat. Siquidẽ quicunq; iam plenum habitũ mali ſuſcepit, uix multa ui cogi poteſt ut contractum habitũ deponat, ut ulitatam conſuetudinem in diuerſam permutet. Atq; hæc de primo malæ conſuetudinis incommodo dixiſſe, ſatis ſit: nunc ſecũdum aggrediamur. Secundum itaq; incommodum, quod ſecum affert mala conſuetudo, in hoc cõſiſtit: q; efficiat ut peccata longa continuatione uſurpata: ex magnis, nulla aut perũ̃ exigua credantur eſſe. Id quod etiam beatus Auguſtinus confirmat ita ſcribens Peccata quamuis magna, grauia & horrenda ſint: quũ tamen in cõſuetudinem ducũtur, aut parua aut nulla creduntur. Nec aliter Hieronymus Omne peccatũ cõſuetudine uileſcit (inquit) & fit homini quaſi non ſit peccatũ. Accedit huc & gregorii quoq; teſtimonium Hoc erit conſuetudine licitum, quod rationi conſtat eſſe prohibitum. Q̃ plurimi enim hodie cõtendunt licitum eſſe, ut in die carniſpriuii, quando prolixius gulæ indulgetur, inebrient̃ homines, ut guloſe uiuant: credunt item phas eſſe atq; licitum ut pompoſe ueſtiantur, ut minutas ſciſſuras ac uarias plicaturas affingãt, ut fimbriatis faſciolis ac ligaturis uariegentur. Aſſerunt iſti licitum eſſe ut in quadrageſima non ieiunent, licitum ut lacticiniis & ouis ueſcantur: breuiter licitum eſſe ut agant quicquid illis lubitum eſt. Et quare putant iſta omnia & multa alia huius generis illicita, licita eſſe? Certe nõ aliunde c̃p corrupta mundi huius conſuetudo, hæc alicubi permittat. Sed hic audiendus eſt apoſtolus Paulus, qui uos ab hac p̃poſtera cõſuetudine plurimũ deterret Nolite, inquit, cõformari

Hierem. 13.

Secundum incõmodum male conſuetudinis.

Auguſt.

Hieron.

Gregor.

K. I.

mari huic ſeculo. Tu forte teipſum ita excuſare conaberis, ꝙ ante te cētum imò ante mille annos, homines ad iſtū modū feciſſe deprehendantur. Et ego dico tibi, ꝙ non pauci homines ante centum aut mille abhinc annos propter peccata atq; ſcelera ad inferos deſcenderūt: quemadmodū & in hunc uſq; diem illuc deſcēdere nō deſinunt. Ad tertium & poſtremum incommodū, quod è mala cōſuetudine prouenit, eſt, ꝙ ipſa ꝓpter diuturnitatē peccati, multo profundius dānat atq; ad inferos detrudit. Nam quāto diutius peccator quiſpiam ac nepharius homo malę peccandi conſuetudini aſſuetus fuerit: tanto procul dubio ꝓfundius & ueheméntiori ſupplicio poſtea apud inferos damnabitur. Nam cōſuetudo mala quāto diuturnior: tanto eſt periculoſior & damnabilior. Nec hinc abhorret & quod alibi in eiſdem decretis ſcribitur Tanto ſunt grauiora peccata, quanto infœlicem animam diutius detinent alligatā. Quod & ad hunc etiam modum ratiōe probari poteſt. Quicunq; ſemel capitaliter peccauerit, niſi temeſtiue pœnitentiam egerit, haud dubie morti obnoxius erit & condemnabitur: cuius rei & ſancta etiam ſcriptura teſtimonium perhibet, ita aiens Stipendium peccati mors. Et iterum Peccatū quum conſummatum fuerit, generat mortem. Ex qua ſuppputatione fieri uides, ut qui bis, ter, aut decies peccauerit: toties, hoc eſt bis, ter, aut in decuplo grauius punietur: atq; pro peccatorum gradibus, profundius aut leuius condemnabitur. Sicq; fiet ut qui centies mortaliter deliquerit, centies quoq; cōdemnabitur. Denique ut qui ſæpius aut continuo ex conſuetudine peccauerit, magis atq; magis damnationi obnoxius erit. Miſericorditer ergo agit dei clæmentia, quoties peccatorem in iuuētute mori permiſerit: propterea ꝙ tanto minus & mitius punietur, quāto ille minus tranſgreſſus ſit illius mandatum. At ea eſt miſeri peccatoris infœlix cęcitas, ut ſi diutius uiuere ſineretur, diutius etiam peccare pergeret: unde ſequi neceſſum fuerit, ut pro breuitate aut diuturnitate peccati, ſit culpa mitior aut auſterior: adeo ut male agentibus præſtaret cito è uita tolli, ꝙ ad grauiorē damnationē ſuperſtites ſeruari. Quod & diuus Ambroſius ita cōfirmat dicēs.

Tertium malæ conſuetudinis incommodum.

24. q. 1. Ecclia fina.

Roma. 6. Iaco. 1. Iuxta peccati numerum, erit damnatio numeroſior.

Ambrosius super Lucam. Mala consuetud. nō excusabit illo die.

Melius esset peccatoribus male agẽtibus cito mori: q̃ ut in peccatis diu uersentur. Secũ itaq; cõsideret & perpẽdat unusquisq; mores & consuetudines huius mundi, bonæ ne sint an malæ: ut si bonæ, pergas illis perpetuo uti, sin malæ, ut cito deponant. Nec sinas temetipsum sic turpiter hallucinari, ut putes hunc uel illum morem, hanc aut illam consuetudinẽ te excusare posse in die illo quando ante tam iustum iudicem iudicandus sisteris atq; præsentaris. Frustra enim frustra ante CHRISTI tribunal allegabis, L. hos aut illos mores te uiuẽte in Anglia uiguisse: talẽ aut talem uiuendi consuetudinem in aula fuisse in precio: quando ille tremẽdã & irreuocabilẽ cõtra te sententiã laturus est. Sed o misericordissime deus, o deus deus meus, parcas quæso, parcas nobis tam miseris peccatoribus: miserere huius tam miserandæ ætatis nostræ, delicta iuuentutis nostræ & ignorãtias nostras ne memineris, nec uindictã sumas de peccatis nostris: parce domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in perditionem. Sed uis nulla ambage à recto tramite deuiare? nullo peruersæ cõsuetudinis errore à ueritatis scopo deflectere? CHRISTVM sequere & tã sancto proposito neutiq; frustraberis. Porrò CHRISTVS ita de se dicit Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen uitæ. At nunquid idem CHRISTVS Petrũ olim grauiter increpuit, quando à ueritate aberrauit? Vade inquiens post me Satana, scandalũ enim mihi es: quia non sapis ea quæ dei sunt, sed quæ sunt hoim. Acsi diceret illos Satanæ nomine designari, atq; CHRISTO scandalum esse: qui ea solum curant quæ ad homines spectant, omissis his quæ sunt dei. Illi enim Satanæ dici possunt, quæ ea potissimum amant, quæ sunt huius mundi: qui pharisæorũ more ambiunt primos accubitus in conuiuiis, qui amãt incedere splẽdidis stolis & phylacteriis cõspicui, qui amãt salutari in foro, qui amant audire illud Aue rabbi, qui amãt otiũ, qui amãt aliena uiuere quadra, qui carnis illecebras atq; fœdam uoluptatem corporis amplectuntur, qui in subditos suos & pauperes grauem exercent tyrannidem. Qui ista & consimilia perpetrant, ante deũ uadunt: id est aliam uiam à CHRISTI

Ioan. 8.

Matth. 16. Expo.

Satanæ qui uocantur.

uia

uia uel ambulant ipſi, uel docent alios: quoniã eam uiam pedibus ſuis conterunt, quam CHRISTVS nunq̃ ingreſſus eſt: utpote qui non abiit in conſilio impioꝝ, & in uia peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Ille enim quum eſſet innocens manibus & mundo corde, in talibus nunq̃ ambulauit: ita CHRISTVS nunq̃ nec amauit nec docuit, ſed reiecit ſemper & prorſus damnabit. Hinc fit ut CHRISTVS Petro mandet ut eat poſt ſe, quum profeſſioni ſuæ parum reſponderit: & per Petrũ oĩbus aliis qui ita fecerint, iuxta illud cuiuſdã: Nũq̃ errauit qui retro ſtetit, ſed qui præceſſit Ieſum. Atq̃ ob id Vade, inquit Chriſtus, poſt me Satana, quia ſcandalũ mihi es: Scãdalũ, q̃ quũ Chriſtianus ſis, parũ chriſtiane uiuas: q̃ quũ nomẽ CHRISTI profeſſus es, prophanã tamen uitã agis, gentiles & diaboli eos ritus ſectans. Vade, inquit, poſt me: quandoquidem ego ſum uia, ego ſum ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem niſi per me. Vade poſt me. Notate quæſo uerba, ſignate myſteria. Quid hoc ſibi uult, q̃ ait Vade poſt me Satana: niſi q̃ ille quiſquis a uia ueritatis ceciderit in peccatum, Satanas habendus ſit: Ad hæc is CHRISTO ſcandalum eſſe merito dicetur, qui, quantum in ſe eſt, Chriſtianũ nomen polluit: ea ſapiens quę ſunt hoĩm potiusq̃ quæ ſunt IESV CHRISTI: nõ ueritus ipſum CHRISTVM qui unus, uia, ueritas & uita eſt, penitus deſerere, per erroneum & deuium callem deflectẽs, uſq̃ dũ in falſitatem & mortem prolabatur. Q̃ ſi ad deũ patrem peruenire in animo habes, neceſſe eſt ut huc per ipſum CHRISTVM rectà perambules: qui ſolus (ut modo dixi) uia, ueritas & uita eſt. Per hunc ergo ad cœleſtem patrem proficiſcendum eſt, id eſt per ipſam ueritatem, nõ per malam & præpoſteram conſuetudinem. Quæ (ut quidã eleganter ait) nõ eſt aliud q̃ erroris uetuſtas. Si itaq̃ ad deum peruenire cõſtituiſti, deponendę in primis ſunt hæ erroneæ conſuetudines, ut uni CHRISTO, id eſt ſoli ueritati adhæreas, ne forte longo uſu per errorem ductus, nequeas tandem te à tam mala aſſuefactione remouere. Porrò (ut Iſidorus autor eſt) Prauus uſus uix abolet. Qui ſemel malũ habitũ contraxerũt, haud facile

Pſalm. 1.

Pſalm. 23.

Symõ de reſurr.

Matth. 16. Expo.

Ioan. 14.

Politianus.

Iſidorus.

Adagium.

Quam durum sit consuetudinem mutare.

cum iam inueteratũ exuere ualent: usqueadeo importuna res est consuetudo, & prima (quod aiunt) saliua, & primus gustus. Ergo qui à principio pueritiæ suæ in lauticiis & delicijs enutritus est, non facile postea fiet abstinens. Qui à prima ætate superbiæ & insolentiæ sese assueuit, uix erit unq̃ postea humilis aut modestus. Qui diu luxui & libidini operam dare solitus fuit, non sine magno negotio sobrius & castus efficietur. Eodẽ modo qui plurimum iurare, detestari, ac blasphemare à primis annis consueuit: qui à scurrilitate, turpiloquijs, & obscœnitate non abstinuit iuuenis; certe ut iam senior & prouectior imbibitos á puero mores demutet, erit difficillimum. Quicunq; ergo tales existunt tamq; diu à mala consuetudine corrupti fuerunt, contractos iam mores & tanto tempore confirmatos, deponere non possunt in totũ: nisi mediante speciali quadam dei gratia. Adeo ut quoties aliquis à tam uetusta consuetudine immutatus fuerit, uere dicere possumus illud psalmographi, Hæc mutatio dextræ excelsi. Q. N.

Psalm. 76.

Consuetudo paulatim & non subito debet mutari.

Si huiusmodi consuetudines adimere & succidere uelis, oportet ut id nõ subito & uiolẽto motu fiat: sed lente, & successiue. Nẽpe ut id paulatim emendetur, quod prius per longũ tempus fuit contractum. Quando etiam & philosophus ita & recte quidem

Aristotelis de regimine principum.

moneat Mutatio cõsuetudinis, inquit, nõ erit subita, sed successiua. Sed in permutanda mala consuetudine, idem tibi faciendum censeo, quod faciunt milites isti ueterani, quando inducias faciũt cũ aduersarijs: siquãdo partes suas nec satis tueri, nec uim hostium sustinere queant. Itidem & tu qui malæ consuetudini inuolutus es, interim cum deo inducias constitue, donec liceat eum illo perfectam pacem inire. At si forte nescias quomodó huiusmodi inducię faciendæ sunt, ego tibi rationem demonstrabo. Principio fac caute abstineas ad tres dies ab omni scelere & opere illicito, idq; non alio nomine q̃ ob amorem illum, quem erga deum geras. Deinde, fac idem ad tres alios dies ob amorem beatę uirginis præstes. Alij adhuc tres dies pro apostolorum ueneratiõe, simili abstinentiæ committantur. Tantundem pro martyribus, O. tantũdem etiam pro confessoribus, tantundem pro uirginibus,

tantundẽ

tantũdem pro cæteris ſanctorum ordinibus faciendum. Ac demum etiam pro illius amore, quem præcipua ueneratione colis & ueneraris. Q; ſi ad iſtum modum crebro feceris, fiet ut tandẽ à ſolitis uitiis ad uirtutum habitum per contrariam conſuetudinem deducaris: ſicq; per crebras inducias, tandem ad ueram pacem cum deo componendam traduci poteris. Nam funes iſti inueteratæ conſuetudinis ſic arcte ligant, ut uix diſſolui queant: niſi fiat diſſolutio earum per retrogradum ordinem, ut hic exemplo aperte oſtendimus. Merito igitur nec ſine cauſa compediti dicũtur, quicunq; intricatiſſimis peccatorũ nexibus colligantur: quoniam in tali ſtatu cõſtituti, etiam ſi exire uellent, ita tamen miſere conuinciuntur, ut ad bonum faciendum pedes ſuos neutiq; mouere poſſunt. Odit itaq; ſummopere deus eos qui ad hunc modũ afficiuntur, odit ocioſos, odit conſuetudinarios peccatores, odit craſſos & carnales affectus, odit etiam ſenes infantulos, ſenes bis pueros, qui infantiam & peccandi iuuentutem exuere nolũt, qui ſemper ad intelligendas leges diuinas uelut infantes ignari ſunt, atq; in hac re ſubinde repueraſcunt. Atq; hac de cauſa ordinauit CHRISTVS eccleſiam ſuam tanq; unicam omnium Chriſtianorum matrem, quæ nõnullas ceremonias & quaſdam obſeruationes retinet, quibus tenellam puerorum ſuorum ætatem adhuc infirmam & imbecillam fouet & refocillat: donec progreſſu tẽporis ſolidius robur colligat, donec grandeſcat in CHRISTO, donec deniq; in fide, ſpe & charitate euãgelica, moribusq; euan-
P. gelio dignis creſcat & indies inaugeſcat. Verum quemadmodum tempeſtiuam pueritiam libenter exoſculamur & amplectimur, teneram liberorum ætatem ultro confouemus: ſic contra, triginta aut quadraginta annorum puerum plurimum abhominamur, nec mirum quum portenti inſtar ſit, infantia perpetua. Nam ſicut parẽtes illius infantis tederet qui ad triginta uel quadraginta annos perpetuo in cunabulis uagiens decubaret, cui ſemper intendendum eſt, ut alatur, ut lauetur: ſic deus tædio afficitur erga eos qui continuo in cunis peccatorum iacent, nunq; ad uiriles mores & uirtutes adoleſcentes. Quãdiu enim rationis

Qui odit deum.

imperio

audiret gemitum compeditorum: & solueret filios interemptorum. Sed qui sint isti filii interẽptorum, qui sint mortificatorum filii: Nos sane sumus illi ipsi, nos qui sumus & ipsi peccatores, & filii item peccatorum: imitantes uidelicet pessimas consuetudines & uitiosos mores parentum & antecessorũ nostrorũ: stulte opinantes nos impune euasuros, idq; non alia ratione q̃ antiquæ & inueteratæ illorũ aut nostræ cõsuetudinis. Sed bona spes est, ut qui tales hactenus fuerimus, posthac deo aspirante, nosipsos mortificare uelimus & aliqua punitiõe macerare. Speramus etiã nos ita ueram & synceram pœnitentiam acturos, ut nosmet dũ hic uiuimus, huiusmodi corruptis cõsuetudinibus uelut mortuos exhibeamus. Sicq; fiet ut iuxta Apostoli pollicitationem Qui cũ CHRISTO mortui sunt, & simul cum illo uiuent. Clamat itaq; idem Apostolus, nos ad hanc fœlicissimam mortificationem omnibus modis prouocans Mortificate, inquit, membra uestra quæ sunt super terram: fornicatiõem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam. Propter quę uenit ira dei super filios incredulitatis. Verum si hoc saluberrimum apostoli huius consilium sequuti, iam dum hic sumus hæc membra nostra mortificauerimus, erimus haud dubie mortificatorum filii: quorũ propheta hic supra meminit. Quo fiet ut & gemitus nostros exauditurus sit, ruptasq; peccatorũ nostrorum compedes, quibus antehac infœliciter tenebamur, in immortalitatis coronas conuertet. Quod fit, quando peccata nostra nobis remittuntur, iuxta illud euangelicum. Quicquid solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Nam tum demum uere soluitur quispiam à uinculis & compedibus: quum fit remissio & solutio peccatorũ. Quid enim profuisset Lazaro, cum ad uocem CHRISTI è monumento prodiisset, si nõ idem discipulis suis in mandatis dedisset, ut solutis institis liberũ dimitterent? Soluite eum, inquit, & sinite abire. CHRISTVS quidem uoce sua omnipotente, demortuũ iam quatriduo & fœtẽtem è sepulchro suscitauit, suscitato animam antiquam restituit: Christus terrenam illam molẽ terreno sepulchro impositam euicit, & Lazarũ euocauit: adhuc tamen

Filij interemptorũ & compeditorum qui sunt.

Rom. 6.

Coloss. 3.

Matth. 16.

Quid Lazaro fuscitato profuisset, si non a uinculis esset solutus.

Ioan. 11.

tamē fasciis sepulchralibus uinctus, donec CHRISTI iussu per discipulos solutus dimittitur. Ita ut per CHRISTI uirtutem & ineffabilem potentiam uitæ restituatus sit: solutus tamen est discipulorum ministerio. Atq; hoc idem cotidie ac singulis horis usuuenit, fitq; in corde uere poenitentiū: non tamen propria uirtute, sed uirtute CHRISTI, uirtute dei omnipotentis. Ergo quoties audis hominem aliquem de commissis peccatis uere poenituisse: scito eū iam reuixisse atq; iam è sepulchro prodire incipere. At quum audis per humilem, integram, & synceram confessionem latentes conscientiæ latebras detexisse: iam intelligito totum hominem è monumento productū. Adhuc tamē sudario obductus ac solitis uinculis colligatus: donec adhibeat aliquis qui illius soluendi autoritatem habeat. Quando igit̄ solui dicitur poenitens? A quibus soluendus est? & cuius tandem imperio aut autoritate? Certe soluendi autoritatē satis clare innuit CHRISTVS in euangelio suo, ubi ait. Quæ solueris super terram, erunt soluta & in cœlo. Merito itaq; per ecclesiam dei solutio peccatorum fieri solet: mortuus tamen nullo modo suscitari, nisi domino intus & in animo clamitante ac dicente, Lazare, id est peccator, ueni foras. Atq; hoc ipsum est quod solus deus intra pectoris penetralia agit: quum nos interim, qui non aliud q̄ ministri sumus, ad aures uestras sedulo accinamus, quid agere debeatis. At quod intus agitur, non à nobis, sed ab ipso deo perficitur. Qui pro infinita misericordia sua nō cessat unq; de cœlo in terram prospicere: neq; id alio nomine magis, q̄ ut liberet ac dissoluat filios interemptorum mortificatorumq;. Et qui filii mortificatorum iā audistis, simul & qui interemptorū filii sint. At quid tū posteà? Quid ex hac suppputatione euenturum speras? Quid tandem facient isti filii interemptorum, quorum gemitus è cœlo exaudiit, & compedes etiam dissoluit? Audi quæso quod statim sequitur. VT ANNVNCIENT, inquit, IN SION NOMEN DOMINI ET LAVDEM EIVS IN HIERVSALEM. In hoc præsenti uersu quem modo suscepimus interpretandū, propheta causam ostendit, quare tam diligenter exandiat

Qui soluitur poenitens, à quo, & cuius autoritate. Matth. 16.

Vers. 22.

dominus geminus compeditorũ: quare ſoluat filios interemptorum. Nimirum nõ alia de cauſa, q̃ ut annuncient & prædicent nomen domini, & laudem eius in Hieruſalem. Veruntamen priuſq̃ tantam rem aggrediuntur, oportet ut à peccatorum uinculis abſolutantur: quandoquidem ut ſcriptura inquit, Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Et alio in loco Scimus quia deus peccatores non exaudit: idq̃ potiſſimũ quãdiu de peccatis ſuis oblectationem capiũt, gloriantur q̃ in malicia ſua. Nam ea laus quę ab huiuſmodi peccatore exhibetur, neq̃ deo grata eſſe poteſt, neq̃ acceptabilis. Q̃ ſi quæras cauſam, dicam paucis. Lingua enim eius & totum os ſicut ſcurrilibus & obſcœnis uerbis conſpurcatum eſt: ita putidiſſimis ſermonibus, horrendis blaſphemiis, ac turpiloquiis perfœtens & effluens: ut laudatio dei in tam impuro ore grauiſſimum fœtorem reddat. Arbitramini ne uos, ut qui aliquem è maximis principibus offenderit, ſtatim ab eodem exaudietur: quandocũq̃ illi ſupplicabit, nulla pro tam graui offenſa facta ſatisfactione? Non exaudietur credite mihi, non exaudietur. Quemadmodum nec peccator coram deo: niſi cõmiſſi ſceleris pœniteat, in animo habens nunq̃ amplius offendere. Atq̃ hinc eſt q̃ taxet ac reprehendat peccatorem, qui necdũ correctis peccatis ſuis, præſumat laudem dei in ore ſuo arripere.

Ecclę. 15. Ioan. 9. Peccator quãdo & quare a deo non exaudiatur.

Pſalm. 49.

Quare, inquit, tu enarras iuſticias meas: & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Quomodo autem fieri poteſt, ut illud uerbũ deo gratum ſitque acceptabile, quod à tam immundo & polluto ore procedit? quod à tam putida lingua proferẽ? Quomodo autem fieri poteſt, ut ea eleemoſyna & elargitio in pauperes, pura ſit coram oculis dei: quæ è tam pollutis & impiatis manibus proficiſcitur? Quomodo fiet ea peregrinatio diuino numini placabilis: quæ ab tam illotis & ſceleratis pedibus perficiẽ? Quomodo ea cogitatio, deſiderium & petitio, à deo exaudiatur: quæ ab immũdo corde, à purulenta anima, ſordidaq̃ conſcientia proficiſcitur? Peccator, peccator, non potes deo loqui, quin halitus tuus peſſime oleat: uerbum tuũ fœtidũ eſt, petitio tua cadaveroſa cum ab ore fœtido procedit, cum á lingua corrupta proferat.

Oratio & eleemoſyna peccatoris fœtet in conſpectu dei.

Sic

Sic eleemosyna tua per manus peccatrices data, fœtet etiam & deo insipida est. Sic quod per aures fit peccatoris, quod per pedes, nares, & cor. Quapropter prius acta pœnitudine à peccato solui dī sunt filii interemptorum: quo fiet ut postea sancte, religiose, & decenter Annuncient in Sion nomen domini & laudē eius in Hierusalem. In quo loco per Sion & Hierusalem intelligitur ecclesia militans: quemadmodū & alio loco expressius declaratum est, nempe psalmo quinquagesimo in eo uidelicet uersu Benigne fac domine in uoluntate tua Sion, ut ædificentur muri Hierusalem. Cum officium uere pœnitentis sit, ut post peccatū remissum, multū & ex toto animo deo gratias agat, ut in deo solide glorietur, ut deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente laudet, honoret, & adoret. Quicunq; autem sic facere recusat, ostendit se indignū, cui fiat remissio peccatorum: quū iam & CHRISTVS ipse acriter reprehendat nouem leprosos illos ingratos, qui gratuito CHRISTI beneficio curati, deo laudem non referebant Nonne, inquit, decem mundati sunt, & nouē ubi sunt? Non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Huic sentētię bene conuenit & illud Gregorii dictū.

X. Non est dignus dandis, qui nō agit gratias de datis. Ex ist is itaq; satis patet deū ipsum uix alia re q̄p ingratitudine magis offendi, ubi pro collatis beneficiis, non ut par est, honoratur, non colitur, atq; gratiarum actiones sibi fieri non agnoscit. Duo itaq; potissimum in peccatore pœnitente requiruntur, ut uere Annunciet in Sion nomē domini & laudem eius: pœnitentia uidelicet & sapientia. Siquidem peccator qui pœnitentiā non egerit, nō immerito flammis dabitur ultricibus: & qui sapientia caret, nūq; recte officium suum erga dei laudem, nunq; se recte accommodabit. Quapropter CHRISTVS curiosos pharisæos qui magis signa quærebant, q̄p aut pœnitentiam aut sapientiam, sgueriter redarguit, ita aiens Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione illa, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ. Et ecce pluſq̄ Ionas hic. Porrò scribæ & pharisæi qui iudices aliorum erant, & supra cæteros in autoritate

Littera.

Expo.

Psalm 50.

Pro omni beneficio a deo collato reddende sunt gratie.

Luc. 17.

Grego.

Duo in pœnitē te requirūtur.

Matth. 12.

Niniuitæ nō tantū Iudæos, sed & nos etiam condemnabūt impœnitentes.

collocati, debebant esse sicut & cæteri iudices omnes, syncerioris uitæ ac maioris integritatis, ēj alii homines & uulgus cui præsunt. At isti Niniuitæ nō erant de circumcisione, nec legem illam Mosaicam receperunt: non erant prædicti ea fide qua Iudæi, sed erāt idololatræ: colebāt uanos illos & falsos deos, populūq; dei in dura captiuitate retinebant: attamen tales quum essent, ad prædicationem Ionæ prophetæ sapienter egerunt pœnitentiam: ita ut si ad Iudæos ipsos conferantur (qui electus dei populus erāt) in agenda perfecta pœnitentia multo superiores inuenīētur, Iudæisq; in extremo iudicio longe præferendi ueniunt: neq; illis tantum, sed etiam compluribus ex nobis, qui audientes cotidie assiduos clamores, uocationes, conciones, exhortationes: & tamen his omnibus ad agendam pœnitentiam adigi non poterimus, ut nec odisse consueta peccata: in quibus rebus acerrime haud dubie ab eisdem Niniuitis condemnabimur. Si autem Niniuitæ qui nec legem nec fidem dei tenuerūt, ad Ionæ tantū prædicationē, qui nihil aliud ēj merus homo & dei nuncius erat, tam absolutam de commissis suis pœnitentiam agebant: qua tandem excusatione digni censendi sunt, qui & legem dei agnoscunt & fidem eius profitentur, tamen non solum in peccatis suis perpetuo immorant, sed etiam ad resipiscendum toties prouocati, pœnitentiam agere respuunt. Illi enim nulla miracula, nulla portenta & prodigia à deo edita cernebant: illi nullis dei uirtutibus exhibendis interfuerant, tantū nouum quendam & peregrinū hominem concionantem & ad pœnitētiam prouocantē audiebant, & statim pœnitere cœperant. Neq; sane sermo ille, quem habuit Ionas, adeo prolixus erat aut magno artificio compositus: quū nihil aliud dixisse memoretur, ēj hanc sententiolam Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertet. Hæc concio (ut uides) quēadmodum non erat longa, ita nec curiosa fuit aut splendida uerborum suppellectili deornata: & tamen ita persuasit peccatrici ciuitati, ut non tantū deo crederet, sed ad concionantis uocē pœnitentiam ageret, ita singulatim dicens Quis scit si conuertatur & ignoscat deus: & reuertat á furore iræ suæ, & non perībimus?

Ionæ.3. Sermo Ionæ prophetæ.

Ibidem.

Y.

Quin

Quin & ipſe rex qui tum ciuitati præerat, ſtrictū propoſuit mā-
datum, ut per totam ciuitatem ieiuniū non ab hominibus modo,
ſed à iumētis etiam celebraretur. Rex è ſolio throni ſui deſcēde-
rat, diadema proiecit & coronam regiam, ſceptrum è manu ſua
depoſuit, purpurā deniq; regiā ac ſplendida paludamenta exuit:
quorum loco ſaccum & cilicium induerat, inq; humum ſtratus, ſe
cinere & puluere turpiter defœdauit. Hæc ergo tā inſignis pœ-
nitentia ab ethnicis & infidelibus Niniuitis, ad unius Ionę prædi-
cationem aſſumpta eſt: & tamen ipſe CHRISTVS qui Iona
infinitis nominibus maior eſt, nos huc tot ſcripturis & prędica-
tionibus ſuis adigere nequit. Nam CHRISTVS ille eſt, qui
tum illos tum omnes etiam peccatores ad pœnitentiam accerſit,
ad pœnitentiam uenire prouocat: quærit eos qui uelint pœnite-
re, inuitat, ſolicitat, compellit, omnemq; (ut in prouerbio eſt) la-
pidem mouet: ne in poſtremo iudicio nos incorrectos inueniat,
ac ſic inuentos ferire cogatur. Sed quoniam de pœnitentia alio
loco fuſius agemus, hic de illa longiorem ſermonem facere non
erit opus. Secundo uero in loco poſt remiſſum peccatum, opus
erat ſapientia. Quod ex eodem euangelii proceſſu infertur hiis
uerbis Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta & Matth. 12.
condemnabit eam, quia uenit à finibus terræ audire ſapientiam Regina Saba
Solomonis. Et ecce pluſq; Solomon hic. In quibus uerbis pœni- querit ſapien-
tentem docebat ipſam ſapiētiam pœnitenti neceſſariam: cū non tiam a Solomo
ſit alia res quæ pœnitenti magis oportuna eſt, q; ſapientia. Qua ne.
duce intelligat quo modo ſeſe gubernet, quo modo agnoſcat ſe
iam à peccato purgatū eſſe, quo modo nunc ſe abiterando pec-
cato purum ſeruet, quo modo uitiis omnibus renūciet, in animo
habens omnimoda peccata imperpetuum deſerere: ita ut iam ad
deum accedat, ac deo ſemper deinceps adhæreat. Atq; ut ſciatis
quid ſit ſapiētia, ex philoſopho diſces, qui eam ita definit Sapiē- 1. Metaphy.
tia eſt primarum & altiſſimarum cauſarū cognitio. Quam & ali- 1. Rethorico.
bi iterum in hunc modum deſcribit Sapientia eſt multarū & mi-
rabiliū rerū ſciētia. Quin & regina quoq; auſtri, è remotis mūdi
partibus, è Saba uidelicet uenille legit, ut audiret mirabilem illā

3. Regū. 10. Solomonis ſapientiam. Ita enim textus habet. Venit regina Saba, audita fama Solomonis, in nomine domini tentare eum in ænigmatibus. Sed quæris, quis hic Solomon? Quę ſapientia eius? Quæ regina? Quis ue eius aduentus? Primo Solomon rex pacis eſt, nam pacificum ex nominis interpretatione ſignificat. Hic in pace regnum ingreditur, in pace per longū tempus uixit: ac poſtremo in pace diſceſſit. Pax enim tanti reputatur, ut propter eā poſſidendā, oportet omne doctrinæ genus adhibere: ut ſub pacis regimine ſapientiam perquiramus. Nam ubi pax eſt, ibi neceſſe eſt omnia pacata eſſe: bella oīa ac tumultus penitus ſileſcere. Ille enim merito rex pacis appellandus eſt, qui recte corporis ſui imperio præeſſe nouit: qui ſibiipſi ac affectibus ſuis nouit imperitare: qui didicit fragilem naturam ſuam regulis ac præceptis rationis ac diſciplinę ſubmittere. Ille preterea rex etiā pacis dici poteſt, qui inſurgētia tentationis bella, tempeſtiue ſedare & reprimere ualet: qui mature ipſum caput atq; adeo omnē peccandi occaſionem amputat & excindit, qui peccati fomitem intra corpus ſuū regnantem fortiter torquet & afflictat: qui ſuperat, qui repellit & extinguit omnem corporis uoluptatem, ac turpia carnis deſideria. Solomō quoq; patris ſui mandato paternos inimicos acriter puniuit atq; ultus eſt, atq; in iudicio pœnæ (ut ſcriptura ait): quē & te quoq; in hac parte imitari oportebit, quoties dei hoſtem, hoc eſt peccatū intra te deprehēderis, quoties diabolum in anima tua hoſpitari ſentis. Hos patris tui cœleſtis hoſtes fac punias, fac crucies ac in iudicio pœnæ dānes. Nec ceſſes delicta paſſim carpere & reprehendere, fac uitia omnigena taxes & uituperes: quandocunq; in aliis regnare cernis. Ne ſi aliter feceris, illud ſcripturæ in te iaculari ſentias Nunquid tibi placeat malorum uia? Solomon ſapientiſſimum illud iudiciū tulit inter meretrices de puero litigantes: dum per gladium, uerum fictumq; amorem deprehendit. Idem templum conſtruxit, totū ſe in rebus diuinis occupat, quærit & omnibus modis ſanctę cōtemplationi uacare. Sed non eſt opus ut opera Solomonis inueſtigemus, quū euangelicam doctrinam ſuſcepimus. Nā ſapientia eius

Solomō omnia rexit pacifice.

Pacis bona.

Ille rex eſt, qui ſeipſum bene regit.

Prouer. 4.

eius ab eó non eſt, non à patre carnali, non à libro aut literis, nõ ab homine aut angelo initium ſortita eſt: ſed plane per reuelatiõnem, per infuſionem & gratiam quæ illi ab omnipotente deo conceſſa eſt. Legitur enim in libris regũ, q; Solomõ poſt mortem patris ad regnum promotus, quum hoſtias domino deuote immolaſſet: nocte proxima ſequente apparuit ei dominus dicẽs, Poſtula quid uis ut dem tibi. Hæc domini apparentia licentiam ſibi atq; confidentiam fecit, ut auſus ſit quodcũq; uellet à deo poſtulare. Atq; is quũ ſecum aliquando conſiderans, uidiſſet ſe electum iam regem, atq; ad faſtigium regendi imperii prouectum: non popoſcit diuitias, non honores, non formam aut pulchritudinem corporis, non ſanitatem, non longitudinem uitę, non uindictam aut animas inimicorũ, nec quicq; ſane huius generis. Imò tantum tria poſtulaſſe memoratur, quę omnia ad ſapientiam ſolummodo pertinent. Nempe cor docile, populum ſuũ recto iudicio iudicare, atq; inter bonũ & malum poſſe diſcernere. Quibus à benigniſſimo domino impetratis, ſubiunxit Solomon deo gratias agens. Tu domine (inquit) feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiam magnam: dediſti ei filium ſedentem ſuper thronum, & regnare feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo. Ego autem ſum puer paruulus & ignorans egreſſum & introitum meum. Et ſeruus tuus in medio populi tui, quem elegiſti populi infiniti: qui numerari & ſupputari non poteſt præ multitudine. Dabis ergo cor docile, ut populum tuũ iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum. Et ſequitur infra ſub perſona dei Ecce dedi tibi cor ſapiens, ut nullus ante te ſimilis fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit. Obſeruabis o homo iter cætera, quãta conſtantia cor docile à domino petiit, ita clamans Domine da ſeruo tuo cor docile. Quid eſt cor docile, q; illud præ cæteris rebus à deo tantopere efflagitat? Cor docile dicitur, quod facilitate quadam intelligendi apprehendit audita, quod tenacitate memorię retinet, quod́q; pari facilitate aliis cõmunicat quæ audiuit, quæ intellexit, & quę tenuit. Eſt itaq; cor docile facilitas quædã capiendi, indoles & capacitas intelligẽdi, tenacitas ſeruandi quę

3. Regũ. 3.

Solomon tria a domino poſtulat.

Ibidem.

Ibidem.

Prima petitio Solomonis.

Cor docile quid?

ęęperis: eſt pronitas quædã, promptitudo atq; ingenioſitas proferendi, ut facundus ſis ac eloquẽs in rebus diuinis tum pronunciandis tũ iudicãdis. Sed ſunt multi, qui his dotibus pręditi ſunt, qui tamen hactenus deum nũq; agnouerunt, qui nunq; deo placere ſtuduerunt, qui nunq; deo crediderunt. Sunt multi, qui ſatis acrem ingenii captum ſortiti ſunt, & tamen bene ac recte intelligendi & iudicandi uirtute careant. Multi ſunt qui excellenti memoria præditi ſunt, quibus nec adeſt bona uoluntas, nec rectum propoſitum aut intentio. Sunt etiam multi, qui magna capacitate ornati ſunt, qui ingenio ſummo pollent, in illis rebus quæ ad hũc modum ſpectant, qui rerum carnalium ſatis ſtudioſi & periti: ad idem nihil ualent in ſcriptura uere & ſyncere intelligenda, in uera dei cognitione, in uera ſuiipſius noticia. At Solomon contra, cor docile à deo poſtulauit ad res diuinas intelligendas: quemadmodum & Ioannes de futura generatione uaticinatus eſt, dicẽs,

Ioan. 6. Et erunt omnes docibiles dei. Atq; hanc ſapientiam quam adeo affectauit Solomon, non fuit huius mundi ſapientia: ſed ſpiritualis quędã noticia, qua mediante, diſceret in primis deum cognoſcere, diſceret leges eius intelligere & quo pacto illi placere poſſet: imò ut ſeipſum tandem cognoſceret, ut ſeipſum corrigeret atq; corruptam uitam ſuam emendaret. Iſtam intelligentiam & ſanctus iſte propheta noſter petiiſſe uidetur, quũ ait Domine da mihi intellectum ut diſcam mandata tua. Cor autem docile duobus modis accipi poteſt, ſcilicet per abnegatiõem uel poſitionẽ. Per abnegationem ſiue negatiue, quoties homo ſtudet non ut mundo placeat, ſed ut eam relinquat & deſpiciat: ut qui omnes huius mundi uoluptates & delicias reſpuat & aſperneť. Per poſitionẽ uero ſiue poſitiue, quoties ſtudet quomodo deũ cognoſcat, & legem eius ſeruet: qui ita ſeſe applicat, ut idoneus ſit qui diuinas influentias & chariſmata ſpiritus ſancti recipiat, quæ ille his qui apti ſunt, non ceſſat infundere. Quemadmodũ & Dauid Solomonis pater ad hæc recipienda paratum ſe oſtendit, ita dicens. Domine doce me iuſtificationes tuas. Et iterum. Da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua. Et adhuc loco alio ab his nõ multum

Pſalm. 118. Cor docile duobus modis accipitur.

Pſalm. 118. Ibidem.

multum diuerso Bonitatem, disciplinam & scientiam docere me. Ibidem.
Quibus suffragatur & Apostolus, ita scribens Seruũ dei oportet esse docibilẽ. At in quibus quæso rebus debet seruus dei esse docibilis? Certe in his quæ pertinent ad seruitium dei, in his quæ pertinẽt ad cultũ dei, ad honorem & laudem dei: nempe ut summe & maximis conatibus studeat, quo pacto deum cognoscat, quomodo deo placeat: non autem mũdo huic, non carni, aut hominibus. Imò oportet ut omnibus modis studeat, qua ratione animã suam saluare possit, quã deus preciosissimo filii sui sanguine redemit. Atq; ut omnibus uotis optet, quatenus deus dignetur eã noticiam sibi largiri, qua possit seipsum cognoscere: ut pœnitentiam agat, ut priorem uitam emẽdet, ut denique ita uiuat quemadmodũ decet uere Christianum hominem. Atq; hæc quidem sapiẽtia altissima est, quam poteris in hac præsenti uita obtinere. Id quod hic infra longiore declaratione patefacere decreui. Petiit præterea Solomon rectum iudiciũ & rectam iudicandi formam: considerans secum, q̃ esset eximiæ cuiusdam uirtutis regnũ & rem publicam recte administrare. In quo negotio obeũdo, multi etiã inuiti frustrantur & decepti sunt: q̃ quũ rectum iudicium libenter dare uellent, præ ignorantia minime possunt. Non intelligũt factum aut facinus illius qui iudicium subiturus foret, nec ad rei ueritatem peruenire poterũt. Quo fit ut non raro innocens pro nocente plectatur, ut ad tormenta & quæstiones abhibeatur, ut funibus undiquaq; distrahatur: ita ut falsitas pro ueritate sæpe huiusmodi torturis extorqueatur. Sicq; ut nocẽs inueniri possit, totus uerberibus exaratur innocens: dum ignorantia iudicis torturam insonti admouet, & dum torquendi sæuoritate ueritatem quærit, sæpe mendaciũ extorquet. Nam qui crudeliter torquet, mauult quæ non fecit fateri, q̃ sic intolerabilibus cruciatibus diuexari. Atq; in hoc casu illud etiam deterius eit, q̃ siquando fateatur se id fecisse quod nõ fecit: seipsum occidit atq; suæ necis autor est. Agitat enim illum tormentorum suorum uehementia sic, ut dum eam uitare cupit, mauult breuem mortis pœnam sustinere, quam torturis minorẽ existimat: aut nondũ expertus alterius

1. Thes. 2.

2. Petitio.

Multi decepti in iudicio.

Falsitas torturis sæpius extorquetur.

sæculi

sæculi erudeliora tormẽta, quæ in se minora inexpertus iudicat. Sic plerunq; iudex rei publicę, hominem iudicabit ex uerbo, ita
2. Regũ. 1. pro se allegãs Os tuum loquutum est contra te: arbitratus se recte iudicalle & de nocente ac transgressore suppliciũ sumpsisse, ignorans interim innocentis puritatem. Atq; hęc ideireo loquutus sum, q; contingat non raro: ut innocens pro nocente pœnas luat, idq; nõ alio nomine q; per ignorantiam. Hic etiam fieri potest ut ueniat quispiam in iudicium, qui polliceatur se euidentium præbiturum, interim falsum testimonium pro nocente dicens: per quod & innocens sæpe condemnatur. Ex altera uero parte prodit alius, qui uera testificatur ueramq; euidentiam profert: at duodecim uiri, quibus res illa inspicienda committitur, testantis dicta nec deprehendũt nec pro ratis habẽt, quo fit ut malefactor aliquando euadit impunitus, condemnato innocente. Ad hũc ergo modum falli potest iudex, damnari potest innocens: atq; malefactor à commerito supplicio liberari. Propterea q; iudex non aliter iudicare poterit, q; secundum allegata & probata. Hanc igitur iudicandi difficultatem uidens Solomon, prudentiam iu-
3. Regũ. 3. dicandi à deo postulauit: ut posset discernere inter bonũ & malum, inter uerum & falsum. Atq; hac de causa, inter iudicandum
Multa discretioni iudicis cõmittuntur. non pauca remittuntur ad iudicis discretionem. Ne iudicet uidelicet ex coniectura aut suspitione leui, quę probata non est: ut nõ sit acceptor personarum, prece uidelicet aut precio, fauore aut odio corruptus: ut ne ex ignorantia, negligẽtia, aut subitaria cõsideratione ferat sententiã. Sed ut melius scias q; non sit tibi præcipitandum iudicium, audies quid iudicium sit.
Iudiciũ quid? Iudicium est certa determinatio de præmiis uel supplicijs reddendis. Vel aliter. Iudiciũ est completa determinatio & autẽtica, reddẽdi unicuiq; secundum merita sua aut demerita. Hic uides iudicis officiũ, & quanta scientia experientiaq; opus sit, ut tam arduæ prouinciæ
Tertia petitio Solomonis. respõdeas. Sed ut ad Solomonis postulationes redeamus, tertio loco petiit inter bonum & malum posse discernere. Optima sane discretio est posse recte & legitime inter bonũ & malũ discernere & diiudicare: nec est ulla uirtus quæ magis ad principem

uirum

uirum & iudicem ſpectat. Porrò diſcretio rectũ iudicium præſit; diſcretio præeat electionem boni à malo, diſcretio præeat electionem optimi à meliore: denique diſcretio præſit omnẽ uerꝰ actionis cuiuſ-
ſam. Lita itaq; diſcretio eſt progreſſio ſiue motus animæ, in id
quod reprehendi non poteſt. Quiſquis duce diſcretione operatur, nunq; offendet, quia diſcretio à ueritate nunq; diſcrepat, diſcretio nuq; uariat à ratiõe, nũq; à iuſticia diſſonat aut deflectit. Quod ſi uel digitum latum fecerit, certe diſcretio falſo nomine appellabitur. Quandoquidẽ diſcretio moderatur & docet hominẽ, quid in uerbis, quid in geſtibus, quid in moribus & greſſibus, quid in uultu, quid in habitu ac quid in tota uita agẽdum ſit: & quo pacto quis ſeſe in oĩbus gubernet. At contra, ſine diſcretione, nulla uirtus, nulla diſciplina deo acceptabilis eſt. Imò precatio tua, ieiunium tuum, uigiliæ tuæ, & quicquid alioqui ais aut agis ſine diſcretione, nullius momenti aut ponderis eſt. Atque ut liquidius intelligas quæ dico, familiari exemplo te perdocebo. Quis (queſo) uir bonus non æquo tantum ſed & grato animo ferat, ſe aqua benedicta ſparſim & modice (ut mos eſt) ſperſorio aſpergi, ac ſic inſparſam ſublatis manibus & uultu libenter accipiat: at ſi totum aquæ benedictæ uaſculum & receptaculũ ſimul in caput cuiuſpiam infundas, nonne merito tecum iraſcetur? Et quare? Profecto non propter aquæ benedictæ aſperſionem: ſed quid ſine omni diſcretione feciſti. Non eſt ergo mirandum reginã Sabæ è tam longinquo uenille, ut audiret ſapiẽtiam Solomonis: præſertim quam tot ac tantis diſcretionis ac ſapientiæ dotibus prædituſ eſſet. Sed quæ & cuiuſmodi fuerit ſapientia eius? Hoc ſane facile ſcies, ſi abſolutiſſimos illius libros inſpexeris: ſi ſtuueris illius prouerbia, librum ſapientiæ, illius cantica canticorum, illius eccleſiaſten, illius eccleſiaſticũ: quæ uolumina ſatis declarant illius diuinam ſapientiam, ſi omnia illius uere ſint. Inſpice præterea libros regum, libros paralipomenon: & opera illius ſanctis ubiq; probabũt incomparabilem illius ſapiẽtiam. Porrò hæc tria quæ iam diximus Solomonem à deo poſtulaſſe, nimirum ſapientiam, rectũ iudiciũ, & diſcretionem: cuilibet uere pœnitenti in primis

Diſcretio definitur.

Diſcretio docet quando omnia gerẽda ſunt.

Sapiẽtia Solomonis cũ ex libris eius diuinatur.

Tria uere pœnitenti neceſſaria.

.1. in primis necessaria existunt. Primo omnium opus est sapientia: qua pœnitens seipsum agnoscat, qua agnoscat conscientiam suã, uitam suam, ac peccata quę commisit: ut intelligat insuper peccatorum suorũ grauitatem, ut semper indolescat se tantopere peccasse, studeatq; toto conamine deinceps à peccando abstinere, ut deniq; se in iustitia & uitę puritate impostera conseruet & custodiat. .2. Opus est præterea ut qui uere pœnitere uelit, habeat etiam recti iudicii formam: per quam de seipso atq; delictis suis iudiciũ ferat. O pœnitens, o pœnitens, tu iudex constitutus es: iudex ut delicet tuiipsius, iudex cõsciẽtię proprię. Quare, iudica teipsum, redi in teipsum atq; conscientiam tuam discute, attende tibiipsi, teipsum examina, rimare latẽtes pectoris tui latebras, opera tua perpondera, atq; totam deniq; uitã iusta trutina librato. Ad hęc conscende tribunal mentis tuæ, esto tibi in omnibus iustus & ueruus iudex: torqueat te diuini iudicii timor, de teipso supplicium sume, erumpat cõfessio, erumpant lachrymæ, erumpant flebiles uoces, dicitoq; cum propheta hoc, ac domino deo tuo libens cõfiteare Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatũ meum contra me est semper. Tibi soli peccaui & malum coram te feci, & cætera. Perscrutare igit conscientiam tuam, toram uitę tuæ seriem inspicito, rimare ad unguem facta tua, perpende ac pondera singula cũ sint grauia, cũ sint enormia: nota diligenter scelerũ tuorũ multitudinẽ, diuersitatẽ, abhominabilemq; singulorum actionem & perpetrationem, modum perpetrandi, formam, locum, tempus, diuturnitatem, ac cæteras circumstantias. Hic tũc contemnito temetipsum, sis tibiipsi iudex, exequutionem aduersus temetipsum exerce: atq; punito hic acriter nephandissima illa flagitia tua, quo impunitus euadas aliquando strictissimũ illud dei iudicium. Nam non fieri potest quin uerum sit quod ait apostolus Paulus Si nosipsos iudicaremus, nõ utiq; iudicaremur. Quapropter si huius consilium sequuti nosmet iudicemus, non iudicabimur: si nosmet condemnemus, non condemnabimur; si nosmet pœna afficiamus ac puniamus, non amplius punięmur: hic sumamus de nobisipsis supplicium, & postea nõ sumet: sis hic tibi tormẽto, sis hic tibi tortor, & post mortẽ ęternos

Psalm. 50.

1. Corin. 11. Iudica teipsum ut non alio iudicetur.

cruciatus,

cruciatus, tormenta ac pœnas non senties. Hoc quidem egregium & syncerum iudicium est, quia si hic per pœnitentiæ opera nobisipsis seueri iudices fuerimus: futurũ est ut à deo minime iudicemur. Quia ipse (ut ꝓpheta inquit) non bis punit in idipsum. Naum. 1.
Quocirca tacito ut hic te sufficienter afflictes, & deus te iterũ affligere non uelit. De teipso seuerũ iudicũ pronũciato, & postea non feres iudiciũ dei. Tanta tamẽ est multorũ mortaliũ cæcitas, ut audias eos passim dictitãtes: ohe quid tãs facis pauxillulũ peccati? quid pro leui crimine tãtas tragœdias excitas? Nam humanum est cadere, humanum est labi & errare. O omniũ hominũ miserrime, o peccator, tam leuiculum putas peccare, quod unũ, nec aliud quicq; deo usqueadeo displicet: ob quod deiit ruendũ, tam diram passiõem passus est dominus IESVS? O homo quid agis? Tu tamen adhuc solitam cantilenã in ore habes, scilicet humanum est cadere: at ego cõtra recanto, diabolicum permanere. Sed interim dũ tam leuis momentu putas esse peccare, cogita quæso num id leue censendum sit, pro quo perpetrando ex purissimo angelo dæmon effectus sit? pro quo & Adam è paradiso est eiectus? cum quo & tota etiam posteritas ad inferos damnata est? pro quo & ipse CHRISTVS tam acerbam passionẽ est perpessus? pro quo etiam & totus mũdus diluuio est submersus? pro quo tot ciuitates à terra absorptæ & demersæ sunt? pro quo denicq; tot pestes, tot plagæ, totq; sæua bella in miseros homines demittuntur? O itaq; nephande peccator, ne duxeris tem tantæ atrocitatis leuem esse, aut tam exigui ponderis, ut uel negligas peccata tua, uel incorrecta esse sinas. Nã licet aliquo modo fortasse uerum sit, quod ais, uidelicet humanum esse cadere: certe, quemadmodum prius dixi, plane diabolicum est in peccato perseuerare. Hic ergo uerum iudicis officiũ minime præstas, quum ita tibi malefacienti ignoscas, quũ ita peccato tuo faueas: ut è tanto errore surgere negligas. Iudica ergo teipsum, offendere totum spiritualem, quoniã (ut apostolus ait) Spiritualis homo omnia diiudicat: & ipse à nemine iudicatur. Quid autẽ hoc aliud dictu est, ꝙ quoties interna & spirituali indagine, seria & studiosa

Quot modis homo sequatur peccatum.

1. Corin. 2.

Spiritualis homo quomodo omnia iudicat?

studiosa inuestigatione, profunda contritione & dolore iudicat ac punit seipsum: à nemine alio iudicabit, à nemine alio condemnabitur. Cæterum oportet, ut tu ipse (si uere spiritualis es) omnia diiudices, omnia inquam, id est mala & item bona. Atq; is uere iudicat omnia, qui ne minimum quidem iota aut apicem peccati in seipso impunitum omittit. Qui omnia rimatur, siue id sublime sit siue depressum, siue magnum siue exiguum, siue bonum fuerit siue malũ: breuiter qui totum hominem quantus quãtus est, scrutatur & discutit. Et ideo à nemine iudicatur, nimirum q̃ seipsum satis atq; ad unguem explorauit, condemnauit punituitq;. Et sic inter bona & mala uelut æquus iudex constituitur, nẽpe ut iudicet mala, ea melioribus curando actibus, ut diluat amaris lachrymis, ut puniat & affligat ieiunijs, cæterisq; sanctis laboribus atq; disciplinis. Rursus iudicare bona, est de uita sua bene & beate tibi trãsacta, humiliter sentire: ita ut in omnibus inquiras quo animo fiebant, atq; ut in omnibus te inutilem seruum reputes. Sicq; fiet ut uere cum propheta hoc nostro ita deum precaturus alloquaris. Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. Sed

Psalm 118. Expo. Scotus. Iudiciũ quid?

si ignores quid iudicium sit, ita à Scoto diffinitur. Iudicium est (inquit) certa, completa, & autentica determinatio reddendi alicui secundum merita sua aut demerita. Porrò ille rectum iudicium præstat, qui sua mala facinora & pessimam uitam suam in se cõdemnat, abhorret & iudicat: & ita eam iudicat, ut pro commeritis suis puniendam & affligendam curet. Quin & sanctissimus

2. Regũ. 24.

Dauid hoc iudicium de se decisse uidet, quando proposita electione, num pro peccato suo puniendo mallet ferre famem septem annorum, bellum trium mensium, an trium dierum pestem: elegit potius pestem q̃ cæterus afflictiones, quod in cæteris duabus rex foret securior, in hac uero æque cum omnibus periclitaret. Hoc ergo exemplũ sequamur, seipsum reum esse fatere, seipsum condemnato, contra seipsum sententiam pronũciato: contra seipsum iustitiam exerceto, ut rectum iudicium quod aduersus te metipsum tulisti, ad executionem perueniat. Nam iustitia (ut hanc quoq; ex diffinitione pernoscas) est uirtus reddẽs unicuiq;

Iustitia quid?

quod

quod ſuum eſt. Vnde & perſpicuum eſt te iuſte & recte facere, quoties tibiipſi peccatori & tranſgreſſori præcepti dei cõdignã pœnam diſcernas & infligas pro ſceleribus & delictis tuis. Quo quidem iudicio à teipſo in teipſum facto & completo, recte cum propheta dixeris, Fecí iudiciũ & iuſtitiam, id eſt rectũ & æquũ iudicium: quod tum demum fit, quando homo iuxta rectum rationis iudiciũ, ſeipſum pro commiſſis & commeritis condemnat & afflictat. Huiuſmodi iudicium cõtra ſeipſum tulit Dauid propheta, quãdo uidit tot millia peſte abſũptos, ac deo conſitẽs peccata ſua ita clamitabat Ego ſum qui peccaui, ego inique egi, iſti oues ſunt, quid fecerũt? Vertatur obſecro manus tua contra me, & contra domum patris mei: dixit dominus angelo percutienti, Sufficit, nunc contine manum tuam. Statimq; Dauid uidens diuinam miſericordiam erga ſe exhibitã, monitu Gad prophetæ, Obtulit holocauſta & pacifica. Et propitiatus eſt dominus populo, & cohibita eſt plaga ab Iſrael. Tale etiã iudiciũ de ſe protulit humilis ille publicanus, ita in templo clamitans Deus propitius eſto mihi peccatori: ſeipſum publice peccatorem agnoſcẽs, confitens & condemnans. Sed quid quæſo ex hoc tam æquo & humili iudicio ſequutum eſt? Deſcendit hic (nempe publicanus) K. iuſtificatus in domum ſuam. Hoc idem iudicium in ſe tulit beata Maria magdalena, quãdo in domo phariſæi dũ adhuc celebrare tur conuiuium, ad CHRISTVM magno ſtudio ueniebat: ubi multũ deflẽs peccata ſua publiceq; eiulans, ſeipſam ſuaipſius ſententia cõdemnauit, idq; diſcurrendo per ſingula corporis ſui membra, ut quo magis membris ad peccandũ uſa eſſet, hoc magis iam & ſeuerius damnaret. Sic oculos, quibus uel ipſa ad laſciuiam prouocata eſt, uel alios ad impudicitiam pellexit: profuſis lachrymis deforduit. Sic decentiſſimos illos crines, quorum leuocinio miſeros peccatores ad ſe contraxerat, ad tergendos pedes IESV libens & prona exhibuit. Sic os quoq; illud, quod prius ad ĩpudica oſcula & nephanda uerba exercuerat, ad oſculandos pedes domini humiliter inclinauit. Sic manus quibus ſic abuſa eſſet in illicitis & pudendis cõtrectandis, iam dominicis

Pſalm. 118.

Quomodo Dauid tulit de ſeipſo iudicium. 2. Regũ. 24.

Publicanus ſeipſum iudicabat. Luc. 18.

Ibidem.

Maria Magdalena ſeipſam iudicabat.

pedibus lauandis ac tergendis maxime compassione ac deuotione applicuit. Breuiter totum corpus, quo antea ad turpem libidinem aliaq; facinora abusa esset: iam ex toto corde pœnitens, in humũ atq; uilem puluerem in obsequium dei deuoluebat. Sed quis tandem exitus? Quid meruêre hæc tot & tãta amoris argumenta? Audi CHRISTVM ita suam sententiam proferentẽ, Dimissa sunt (inquit) ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Simile iudicium fuit, quod contra seipsum dixit sanctus ille latro, quum seipsum cõdemnans, ita socium suum affatus est: Nos quidem iuste patimur, nã digna factis recipimus: hic uero nihil male gessit. Cæterum quia ille se & peccata sua iuste condemnauit, meruit à CHRISTO absolui atq; illam fœliciſſimam sententiã audire: Hodie mecum eris in paradiso. Neq; aliter fecit apostolus Petrus, quando seipsum deiiciens & condemnans indignum censuit præsentia domini, ita aiens: Exi à me domine, quia peccator ego sum. Quapropter meruit à saluatore cõfortari, ita inquẽte: Noli timere. Nec hoc diuersum fuit ab illo, quod alio loco fecit Petrus: ubi uidelicet post trinam negationem, recordatus facinoris sui, exiens é prætorio, se se damnauit ac (ut euangelista ait) fleuit amare. Vides itaq; ex hac supputatione quantum ualeat ut peccator se reum iudicet & cõdemnet. Si quidem pharisæus ille superbus seipsum iudicasset, quemadmodum fecerat humilis publicanus, certe ille non minus q̃ hic iustificatus extitisset. Interim tamen & hoc animaduertendum est, non satis scilicet esse ut iudicium facias: nisi & iusticiam itidem feceris. Siquidem Iudas proditor iudicium cõtra se pronunciauit: sed non fecit iusticiam. Iudicium autem fecisse manifestum est, quum dixit Peccaui tradẽdo sanguinem iustum, pecunias proiecit in templum. At iusticiam minime fecit, quum infœliciter desperans seipsum suspendit & crepuit medius. Quod si hæc quæ dixit contrito corde protulisset, nec de spe uenæ & misericordiæ diuinæ excidisset, haud dubie non fuisset ex numero damnatorum: ubi nunc, quia desperauit, merito æternis cruciatibus condemnatus est. Quocirca omnibus modis caueto o peccator, ne unq̃ eò infœlicitatis

Luc. 7.
Latro iustus seipsũ iudicabat.
Luc. 23.
Ibidem.
Petrus seipsum iudicabat.
Idem. 5.
Ibidem.
Matth. 26.
Pharisæũ seipsũ non iudicantem iudicabat dominus.
Iudicium sine iusticia nõ sufficit.
Iudas fecit iudicium sed non iusticiam.
Idem 27.
Ibidem & Actua.

ſcelicitatis deuenias, ut de obuia & expoſitiſſima dei gratia deſpe
res. Miſericordia enim dei omnino miritica eſt & mirabilis, mi- *Miſericordia dei mirabilis & immenſa.*
ſericordia dei prorſus immenſa eſt & infinita, atq; etiam longo
interuallo ſuper omnia peccata noſtra. Nam ut Bernardus uere
inquit, Maior eſt dei miſericordia, q̃ quæuis noſtra miſeria. An *Bernardus.*
nõ uides ex diuinis literis quomodo dominus noſter miſericor-
diſſimus, omnibus peccatoribus ſine diſcrimine aut reſpectu
perſonarũ ſua peccata remittit: quotquot ad miſericordiã illius
bona fide appellant? Id quod nõ ſolũ in hiſce ſuperioribus, ques
pauloante recitauimus, ſatis liquido apparuit: ſed etiam in Mat- *Matthęus Adultera*
thæo ac muliere adultera aliiſq; multis eſt multo compertiſſi- *.5.*
mum. Tertio uero in loco neceſſe eſt ut pœnitens habeat etiam
facultatem diſcernendi inter bonum & malum. Nam niſi pœni-
tẽs diſcretionem habuerit, non fieri poteſt ut ſeipſum in ſingulis
recte moderetur: ut uideat quid in uerbis, quid in geſtu, quid in
operibus, quid denicp in cæteris omnibus actionibus atq; exer-
M citiis uitę agendũ ſit. Atq; hæ ſunt tres illæ præcipuæ dotes quas
olim á deo poſtulauit ille ſapiẽtiſſimus rex Solomon, quibus tres-
tus uſq; adeo magnificatus eſt, ut toti terrarũ orbi miraculi in-
ſtar fuerit. Vnde non ſine cauſa factũ eſt, ut regina Saba ab ulti-
mis auſtri partibus ueniens, eum inuiſeret: quo tandem eius ſapi-
entię, cuius famam tam longe ſenſerat, aliquando fieret auditrix.
Q̃ ſi iam in myſtico ſenſu perquiras quænã fuerit hæc regina, *Solomon Chriſtũ ſignificat, regina eccleſiam.*
aut quiſnam iſte Solomon? Profecto reginam, eccleſiam etiã nõ
abs re dixerim, Solomonem uero CHRISTVM. Adeo ut nũc
in hoc ſenſu uere dixeris, quod ipſe CHRISTVS olim de ſe
pronunciauit. Sed pluſq; Solomon hic. At quis eſt quæſo, quem *Matth. 12. Expo.*
ais fuiſſe maiorem Solomone? Reuera CHRISTVS ipſe rex
ſempiternus, & idem ſacerdos in æternum ſecundum ordinem
Melchiſedech. Porrò Solomon rex fuit, & CHRISTVS item
rex fuit & eſt. Solomon ad tempus regnauit, CHRISTVS
uero in æternum regnauit, & regnat. Solomon olim erat omniũ
regum terrenorum longe ſapientiſſimus, rex omnium multo di-
tiſſimus, rex demum excellentiſſimæ famæ, honoris & gloræ:

CHRISTVS tamen Solomone infinitis nominibus maior est, quandoquidem iampridem præteriit regnum Solomonis, at CHRISTI regnum, ut nec initium habuit unq̃, ita nec finẽ est habiturum. Quare optimo iure repetere potes, quod dudũ in-

Colloc. 2. cæperas: nimirum illud Ecce plusq̃ Solomon hic. Quandoquidem in CHRISTO sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absc̃oditi. Ad quam sapientiam participandam, nos omnes clæmentissime inuitat clemẽtissimus ille deus, ita per prophetã

Esai. 55. cap. 9. suũ clamitans Omnes sitiẽtes uenite ad me, & ego reficiam uos. Quasi diceret, uos omnes qui ueræ & diuinæ sapientiæ studiosi estis, qui desideratis diuinæ legis cognitionem, necessariamq̃ intelligentiam ad seruandas animas uestras: accedite ad me & egò uos huiusmodi documentum perdocebo, quale Solomõ per totum uitæ suæ cursum nunq̃ intellexit. Quia sapientia Solomonis sa luãdo mundo neutiq̃ sufficit, quæ ut Iudæis ad salutẽ non erat satis, ita nec Christianis sufficiens futura est. Quod si Solomonis (ut iam diximus) sapientia saluandis hominibus non sufficiat, certe nec Platonis sapientia, nec Aristotelis aliorumue philosophorum sufficere poterit, ut nec moralium sapientium aut poetarum sapientia. Sed quę tandem sapientia ad salutem conciliandam satis efficax futura est? Profecto non alia q̃ sola CHRISTI sapientia. Illius enim sapiẽtia increata est, infinita est, incomprehensibilis est. Porrò illius sapiẽtia, ipsi cœli fundati sunt, illius sapientia creata sunt omnia, gubernantur uniuersa, disponuntur quæ usq̃ sunt locorum: illius deniq̃ sapientia uariantur uarianda atq̃ suis uicibus immutantur. Sub hac sapientia transit omnis cõditio conditi orbis: sed ad hanc sapientiam neutiq̃ inuitamur. Quandoquidem non docet nos creare cœlum, non docet creare stellas, solem, lunam, mare, mundũ, nec omnia quæ in eis sunt: nam ista pertinẽt ad sapientiam increatam. Est tamen alia sapiẽtia, quæ CHRISTO peculiariter asscribit, facta conformis humanis mentibus: cuius ducatu agitur causa salutis nostræ. At quę est ista sapientia? Certe illa eadem ad quam Paulus exstupescẽs, ita exclamat. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei, q̃ incomprehensibilia

Sapiẽtia dei increata, infinita, & incõprehensibilis.

Sapiẽtia Christi practica.

Roma. 11.

, comprehẽſibilia ſunt iudicia eius. & inueſtigabiles uiæ eius: quis
, cognouit ſenſũ domini aut conſiliarius eius fuit? Hæc eadem ſa-
pientia eſt ipſamet CHRISTI uita, quam in forma uiſibili geſſit,
commonefaciens omnes qualiter oportet ipſos uiuere ſuper ter-
, ram, aſpirantes ad uitam æternam. Quia omnis CHRISTI Greg.
P. actio, noſtra eſt inſtructio. Et proinde quum paſſionẽ ſuam obi-
turus eſſet, lotis & terſis diſcipulorum ſuorũ pedibus, ita eos ad-
, monuit. Exemplum dedi uobis, ut quemadmodũ ego feci, ita & Ioan. 13.
, uos faciatis. Porrò ipſe in ſumma humilitate ambulabat, ad quã
, & ſuos omnes prouocat, dicens. Diſcite à me quia mitis ſum & Matth. 11.
, humilis corde. Huc accedit & illud Petri. CHRISTVS paſſus 1. Petr. 2.
, eſt pro nobis, uobis relinquẽs exemplum, ut ſequamini ueſtigia
, eius. Ipſe item in obediẽtia ambulabat, ut teſtatur Paulus ita ſcri-
, bens CHRISTVS factus eſt pro nobis obediens, uſq; ad mor- Philip 2.
, tem. CHRISTVS ne perderet obediẽtiam, perdidit uitam ſu-
, am. CHRISTVS etiam in caſtitate ambulabat. Beati (in- Matth. 5.
, quit) mundo corde, ſicut & ego mundus ſum. Ambulauit & in
, paupertate, quum de ſeipſo dixit. Vulpes foueas habent, & uola- Luc. 9.
, cres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi reclinet ca-
put ſuũ. Ambulauit in pace, quãdo dixit. Pacem meam do uobis, Ioan. 14.
, pacem relinquo uobis. Ambulauit denicq & in charitate, quum
, ait. Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Iſtæ itaq; ſunt Luc. 23.
uiæ illæ CHRISTI, hæc ſunt illius ueſtigia, quę ſequi debemus.
, De quibus uiis domini, ita exclamat apoſtolus Paulus. O altitu- Rom. 11.
, do diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, q̃ incomprehenſibilia
, ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ illius: quis cognouit ſenſum
, domini aut conſiliarius eius fuit? atq; hęc eſt illa ſapientia, ad quã
participãdam CHRISTVS uocauit Petrum, Andream, Iaco-
, bum & Ioannem, alioſq; apoſtolos ita illos ad ſe inuitans. Venite Matth. 4.
, poſt me, ego faciã uos fieri piſcatores hominum. Sed quid eſt il- Expo.
lud, Venite poſt me? Certe nõ aliud q̃ ſi diceret, deſinite ab hac Quomodo ra-
inflata huius mundi ſapientia, ab acquirendis huius mundi opi- pienter homo
bus: & ego uos alia ſchola inſtituam, aliamq; docebo doctrinam. ſit pro Chri-
Q. Dimittite ergo hanc inanem mundi & turgidam ſapientiam: & ſto.

ego aliam oſtendam, alium piſcandi modum, aliam uiuendi ratiõnẽ: ut ubi olim piſciculos paruos cepiſtis, nũc homines & ipſos quidem magnos capiatis, eosq; ex omni ordine, & ex omni ſtatu colligendos. Nec pro uobis, ſed pro mea menſa, pro meipſo. Atq; quid iterum eſt, Venite poſt me, & cætera? niſi illud idem, ad quod nos omnes hortatur Apoſtolus, dicẽs Eſtote imitatores mei, ſicut & ego IESV CHRISTI. Nam ſi CHRISTVM rite imitatus fueris, non dubium eſt quin & tu per tuum bonum exemplũ Chriſto multos homines capies & lucrifacies, capies homines per doctrinã ſalubrem, capies & per uitã ſanctã & probam conſilium. Eſt & alia ſapientia CHRISTI, quã ſpeculatiuam uocant: quæ non eſt alia, q̃ ſanctiſſimum CHRISTI euangelium. Sed tu forte qui totus mundanus es, dicis q̃ non ſit adeo magna ſapiẽtia in euangelio CHRISTI. Sed cõtra, ibi eſt (inquis) nõ parua ſtultitia quę docetur, ibi docẽt paupertas, miſeria, uccordia, facuitas & id genus alia multa. Nam iubet ut in conuiuio nõ primum ſed ultimum locum occupemus, & quis niſi ſtultus ultimo loco recumbit, ſi poteſt ſupremum adipiſci? Iubet habẽtem duas tunicas, alteram dare non habenti: & quis niſi demens tale eius mandatum perimpleret? Iubet etiam euangelium eũ qui receperit alapam in una maxilla, aliam maxillam percuſſori prębere: & quis uere uir & uirili animo prædituſ, tantum contumeliæ pateretur? Iubet euangelium, ut neminem per uiam ſalutemus: & quis honeſtus uir alteri per uiam obuiam factus, nõ precabit aut proſperum diei exortũ aut lætum ueſperũ, aut quis nõ ſalutaret occurrentem, aut ſaltẽ ut bene ualeat, diceret? Iubet inimico offenſam remittere, iubet ſine pera & calciamentis incedere. Diuitias contemnit, paupertatem extollit, mundum ſpernit, familiaritatem deſpicit, uoluptatem damnat, delicias uilipendit, ocium uituperat: laborem, pœnam, & pœnitentiam laudat. Qui iſtis utuntur (inquis) ſtulti ſunt, & huiuſmodi ſtulticiis euangelium plenum eſt. At iſti, ſtulti ſunt illi de quibus ita ſcribitur. Stulti rapiunt cœlum. Et illud Regnum cœlorum uim patitur à diebus Ioannis, & uiolenti rapiunt illud. Quin & Paulus quoq; dicit.

1. Corin. 4.

Sapiẽtia Chriſti ſpeculatiua.

Qualẽ ſtultitiã euangelii docet.

Matth. 11.

R.

§.

dicit, Sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Cui astipu- 1. Corin. 3.
latur & illud prophetæ. Perdam sapientiam sapientum, & pru- Esa. 29.
dentiam prudentum reprobabo. ubi sapiens, ubi scriba, ubi in-
quisitor huius sæculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius 1. Corin. 1.
mundi? Perdam (inquit deus) mundanam hanc sapiẽtiam, & eo- Ex eo
rum prudentiam qui sibiipsis uidentur prudentes, reprobam fa- Sapiẽtia humi
ciam & ad nihilum redigam: non tamen perdet eam sapientiam mundi perdit
& prudentiam quarum ipse autor est & dator, sed tantum istam deus.
humanam sapientiam, quam hoïes inuenerunt, quemadmodum
& cæteras artes, per quas putant se ceteros omnes in ueri cogni-
tione superare. Talem itaq; sapientiam deus in nihilum deducet,
aut in stulticiam illam uertet, quę pro sapientia habetur apud de-
um. De qua & Paulus scribit in hunc modum Nos autẽ prædi- 1 Corin. 1.
camus CHRISTVM crucifixum, Iudæis autem scanda ũ, gen-
tibus stulticiam, nobis uero dei sapientia & uirtus. Quare quum
quærat apostolus, ubi sit sapiens, ubi scriba, ubi inquisitor huius
sæculi? Primum ad Iudæorum sapientiam referendũ est. At quũ
dicit Vbi scriba? Hoc de phariseis uidetur intelligẽdum. Et quũ
addit Vbi inquisitor huius sęculi? Id ad gẽtiles philosophos per-
tinet: qui de occultis & secretis rerum naturalium causis inquire-
bant studiosissime. Isti philosophi de quauis re causam reddere Sapientia phi-
studebant, quare, quomodo, & quid sit unumquodq; ? Quomo- losophorũ re-
do fieri potest ut hoc ita sese habeat, oportet causam assignare, probata.
quare & quam ob causam unũquodlibet ita sese habeat: Isti etiã
dixerunt omnia quæ in terris aguntẽ, cursu & moderatione duo-
decim signorum & septem planetarum consistere, & ab eisdem
gubernari: at deũ nullam gerere curam de his inferioribus, neq;
de hominibus, neq; de reliquis animantibus. Sed ubi iam sunt isti
sapiẽtes? Profecto mortui sunt, à deo reprobati sunt, abiecti sunt
à societate cœlitum: nec in ecclesia catholica ullum locum habẽt.

§. Nonne igitur deus stultam fecit sapientiam illorum? Nonne pa-
lam demonstrauit deus hanc philosophorum sapientiam plane
stulticiã esse? An non illi unanimi consensu pernegabant quenq;
nasci posse, nisi ex commixtione & concubitu maris & fœmi-
næ?

Sed

Sed nunquid hanc illorum ſapientiam tandem deus falſam eſſe oſtendit, dū conſtituit ut unigenitus filius ſuus ab īmaculatiſſima uirgine naſceretur? Eundem quoq; filium crucifixum, mortuum & per triduum ſepultum, reſuſcitauit á mortuis: licet illi reſurrectionem penitus negarent. Nam (ut ſcriptura ait) quia in dei ſapientia, mundus nō cognouit per ſapientiam deum: placuit deo per ſtulticiā prædicationis ſaluos facere credentes: placuit ſtulta mundi eligere, ut cōfundat ſapientes: infirma mundi, ut confundat fortia: & ignobilia & contemptibilia elegit, ut non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Id eſt quia iſti amatores huius mundi atq; uani philoſophi per ſuam mundanam ſapientiam deum patrem in dei ſapiētia, hoc eſt in ipſo filio CHRISTO (qui eſt ſapientia patris) non cognouerunt: placuit deo patri per ſtulticiam prædicatiōis, id eſt per prædicationem euangelicam, quā illi ſtulticiam appellabant, ſaluos facere credentes in ſe. Ac ſi diceret. Quia ſapientes huius mundi confidentes in ſua ſapientia humanitus inuenta, noluerunt credere in CHRISTVM filium dei: neq; perſuadere poterant ea eſſe uera, quę in ſapientia, id eſt in euangelio ſcripta erant: neq; dignati ſunt cognoſcere patrem per opera filii ſui: eapropter placuit æterno patri per euangeliū filii ſui, quod illi pro ſtulticia ducebant, ad ſe uocare credentes, & ſic illos ſaluos facere. Per ſtulticiam (inquit) prædicationis. At quid ſibi unaq; appellet prædicationem ſtulticiam? Certe ibi loquitur ex opinione Iudæorum, qui euangelicam prædicatiōem, ſtulticiam uocitabāt: qui in uerbo dei nihil aliud q̄ ſtulticiam ineſſe cogitabant, nec illud recipere uolebāt, nec quæ in eo ſcripta ſunt, obſeruare. Et reuera ſi uerum dicere uelimus, an nō ſtultam fecit deus ſapientiā huius mundi? Vbi quęſo nūc ſunt illi omnes, qui olim in hoc mundo rerum potiti ſunt, qui olim ſumma autoritate prediti fuere, qui ſibiipſis olim tantum tribuebant? An nō illi iampridem deceſſerūt? an non obliuioni iampridē dati ſunt? periit memoria eorum cum ſonitu. Quis nunc uiuens reminiſcit Gulielmi noſtri conqueſtoris. Imò uix ſciri poteſt, quis iam uel ſemel in toto anno deum precatur, ut illius animæ propitius ſit.

1. Corin. 1. Expo, Ibidem.

Deus per ſtulticiam prædicationis ſaluos facit mundum.

Pſalm 9. Gulielmus cōqueſtor modo obliuioni tradi tur.

Quare

T, Quare o homo tibiipsi, dum per tempus phas est, fac prospicias atq; hic uiuens peragito, per quod mortuus æternæ memoriæ consecreris. Quia in memoria æterna erit iustus. Noli apud te metipsum nimium sapere, quia deus perdet sapientiam sapientũ, & prudentiam prudentum reprobabit. Sed quare (inquis) uult deus perdere sapientiam hanc mundanam? Reuera quia superba est, inflata est, uana est, & friuola. Et quare ita quæso? Certe q̃ non sine arrogantia nititur omnia humana ratiõe & naturali instinctu comprehendere: imò & supernaturalia dei opera, illius secreta & arcana, ac etiam illa cœlestia mysteria scire putat. Nõne Aristoteles super omnes reliquos philosophos tibi uidetur efferẽdus? propterea q̃ sic ad cognitionem primæ causæ deuenit? Nã hic philosophus tam alte oculos suos erexit indagãdo primam causam, ut ingenue affirmauerit id uerum esse, quod lõge antea ab Homero dictum fuerat, uidelicet Non est bona pluralitas principum: sit ergo unus princeps. Verum quid ex hoc nactus est? Licet enim suo iudicio primam causam inuenisset, tamen reuera nihil erat quod magis ignorabat: nihil erat q̃ minus cognouit. Nec unq̃ potuit ab hac ignorantia decedere, sed ibi perpetuo sistebat gradum: nec potuit uel unum pedem ulterius in hac prima causa procedere. Nam quãuis inuenit debere esse unam primam causam unde omnes aliæ causæ dependerent, & esse unum quiddam primũ ultra quod nihil esset, & esse aliquẽ etiam primum principem cuius prouidentia omnia regerentur: tamen quid fuisset hæc prima causa, quid hoc unum primum aut quid unus iste princeps, nunq̃ sane cognoscere potuit. Quanto igitur tu o simplex Christiane ipso Aristotele felicior es & sapientior? qui istam primam causam, & illud unum ens inde pendẽs, satis bene nosti, nec ignoras quis sit iste unus princeps. Tua ergo cognitio longe superat omnem illam intelligẽtiam Aristotelis, Platonis, aut quorumcunq; aliorum philosophorũ. Id quod uelipsum Aristotelis testimonio probari potest, ubi sic ait. Illa scientia nobilior est, quæ circa nobilius subiectum uersatur. Sed huiusmodi subiecta omnium aliarum siue scientiarum, siue artiũ, siue

Psalm. 111. Esa. 29. Exp.

Aristoteles primam causam ut non cognouit.

Homerus.

Plato.

Simplex Christianus Aristotele sapientior.

3. Ethicor.

Nobilius subiectum sicut scientiam nobiliorem.

siue facultatum, nullum plane nobilius reperiri potest, q̃ sit subiectũ fidei: quare tua scientia, quę pro subiecto fidem habet, certior est, q̃ erat illa philosophorũ, quæ semper in tenebris ignorantiæ & infidelitatis exercebat. Iam Grammaticæ subiectum,

Grãmatica. est oratio congrua & perfecta. Rhetoricæ uero, oratio ornata,

Rhetorica. polita, & ad persuadendum incumbens. Logica subiectum ha-

Logica. bet syllogismum, argumentum siue argumentationem. Geome-

Geometria. triæ subiectum, est spacium, linea, punctus, siue quantitas con-

Astronomia. tinua. Astronomię & astrologię, corpus cœleste, motus, & cur-

Astrologia. sus cœlestium corporum: Arithmeticæ, numerus, & numerandi

Arithmetica ratio: denique Musicę, cantus & numerus sonorus. Faber ligna-

Musica. rius potissimum de materia lignorũ & de ędificandis ædibus per-

Faber lignarius. tractat. Latomus uero de lapidibus apte cõscindendis & in mu-

Latomus. ros ac parietes collocandis præcipuam curam ponit. Sed tu qui

Christianus. Christianus es, dic mihi quæso, quod sit subiectum facultatis tuę

artis illius quã profiteris: dic mihi quod sit subiectum legis euangelicę: O tu fides catholica, o tu fides orthodoxa, loquere tu pro

Fides. Christiano tuo, & dicito mihi palam quod sit obiectũ tuum, circa quod præcipue uersaris: Responde nobis, Nunquid hæc est

Fides habet deũ pro subiecto. uox tua & cõfessio in hac parte? Deus ille æternus, deus ille glorioſus, deus ille omnipotens, mihi est subiectum unicum & etiam obiectũ, circa quod potissimũ uersor & occupata sum. Tu itaq; o X.
sanctissima fides circa deum semper uersaris, tu eadẽ tuos omnes fideles doces & instituis, quomodo in primis deum intelligant, quomodo deum diligant, quomodo deum timeãt, quomodo deũ uideant, & quomodo tandem uere deum cognoscant. Si hęc doces o fides, dic mihi tandem quid est deus ipse? Hic uelim respõ-

Quid sit deus. deat fides ipsa. Deus (inquit) est quoddam bonum increatum, omnem excędens intellectum. Quid est deus? Fides respõdet. Deus est quoddam bonũ, cui omnia alia comparata, mala sunt. Verum quid est ipse deus? Certe deus est quoddam summũ bonum, in se cõtinens omne bonum, & extra quod, nihil est bonũ. Quid est deus? Reuera deus est quoddam bonum infinitum, sacians & replens omnem rationalem appetitum. Quid est deus?

Profecto

Profecto deus est summa dulcedo, & charitas illius de quo nec
ulla lingua ad plenum loqui potest, nec intellectus ullus intelligere. Sic hæc est uera scientia de deo quantū hic in mundo habere
possumus, hæc est uera dei cognitio: quam olim nullus unq̄ philosophorum habere potuit. Quapropter tu, quisquis es uere
Christianus & item uere fidelis, plus uerę cognitionis de deo habes: q̄ habuerunt omnes illi sapientissimi philosophi, qui nihil
aliud præter meram philosophiam professi sunt. Nam tu cognitam habes illam dei immensitatem, illam dei æternitatem, potentiam, omnipotentiam: at philosophi quantumuis sibi sapientes uidebantur, hæc omnia penitus ignorabāt. Ad hæc, tu satis explo-
ratum habes, q̄ deus ipse trinus sit in personis, & rursum unus in
ipsa deitatis essentia: qui pro infinita potestate sua, omnia ex nihilo condidit & creauit. At philosophi cōtra, fugi mundanæ philosophię innitentes, asserunt ex nihilo nihil fieri posse. Porrò illi
arbitrati sunt non fieri posse, ut mundus è nulla re conderetur,
posuerunt illi mundum fuisse æternum. Verum tu qui Christianus es & fide præditus, ais cū propheta Mose In principio deus
creauit cœlū & terram: hoc est deus è nihilo omnia fecit & produxit. Quin & ipse dominus alicubi ita de seipso loquit Anteqū
mundus fieret, ego sum. Ex quo seruatoris dicto, facile apparet
mundū aliquando non fuisse: quo fit ut necesse sit fatearis, mūdum aliquando habuisse initium. Præterea tu Christiane optime nosti CHRISTVM ab immaculatissima uirgine natum fuisse: nosti etiam passum fuisse, mortuum & sepultum, interim etiā
ad inferos pro redimēdis patribus descendisse: nosti eum à mortuis resurrexisse CHRISTVM, ascendisse in cœlū, sedere in
dextera dei patris, id est esse omnino æqualem patri in scientia præterea eum rursus aliquando inde uenturum, ut iudicet hunc
mūdum iudicet, ut bonos secum ad uitam æternam ducat, malos uero æterno gehennæ incendio condemnet. Atq̄ hæc omnia & multa alia quæ tu felicissime nosti: ignorabunt prorsus omnes
illi antiqui philosophi, quantumuis mundo sapientes uidebantur.
Neq̄ hæc mūdana & philosophica sapientia suos duxit ad uerū

Simplicissimus Christianus plus de deo nouit, qui maximus philosophus.

Gene. 1.

Ioan. 8.

Y.

illum & ultimum finem, deum: id quod altera facile facit, nimirū illa theologica & euangelica, quę Christianos suos secum ad deū & æternam uitam perducit. Illi philosophorum & prophanorū libri olim ab imperatoribus, regibus, principibus, ducibus, magnatibus & magistratibus huius mūdi cum summa uenerationē custoditi fuerāt: sed paruus iste codex euangelicus, qui philosophiam CHRISTI continet, cum maxima reuerentia à pauperculis, à uilibus personis & piscatoribus neglectis, tam sanctis tamen, q illis (ut Apostolus inquit) dignus non erat mundus. Vnde patet uerū esse, quod ait sanctus Thomas de Aquino Dignior est theologia cæteris scientiis, propter subiecti nobilitatem, propter materiæ certitudinem, & propter finem altiorem. Sed ecce quomodo, dum in prouinciam hanc & tam grandem & altam materiam incidimus, à nostro instituto lōge digressi sumus: ad quod iam rursus reuertēdum est. Quod ubi fecerimus, uidebimus clare in hac CHRISTI philosophia non solum speculatiuam CHRISTI sapientiā, sed & practicam etiam. Videbimus etiam in CHRISTO uelut lympidissimo fonte, modum & formulam recte uiuendi, præter quā nulla alia recta & licita existit. Quod & apostolus affirmat, inquiens. Factus est nobis à deo sapientia, scilicet CHRISTVS ipse, idq; per formam recte uiuendi & uerborum doctrinam. Verum hæc euangelica sapientia, licet mundanis stulticia uideatur, tamen si simplici & plano sermone citra oēm uerborū fucum & curiositatē populo declaretur & patefiat: è stultis & bardis uere sapiētes reddit: efficit ab infidelibus & incredulis, uere fideles & credētes: facit & ab īpiis idololatris, ueros dei cultores, & adoratores: facit quoq; eos qui spiritualiter mortui erant, deo uiuaces & alacres: facit ex impudicis scortatoribus, pudicos & castos puritatisq; cultores: cogit & fœneratores & usurarios, ut mundum & eius iniquū quæstum deserant: facit ex hostibus & aduersariis dei, constantes & synceros dei amatores: è terrenis hominibus, cœlestes facit & angelicos, adeo ut supra omnes huius mundi cōmoditates cupiūt esse cum CHRISTO, id quod Paulus facile declarat quum ait.

Hebræ. 11. Sanctus Thomas.

Sapiētia Christi practica.

1. Corin. 1.

Philosophia Christi quid docet & effi cit?

Cupio

A. Cupio dissolui & esse cum CHRISTO. Quanta quæso uirtute operabatur hoc CHRISTI euangelium circa primordia ecclesiæ? An non multa millia simul peccata sua lamentabantur? an nō de commissis prioris uitæ flagitiis ualde indoluerunt? an nō malefacta sua cum fletu plangebant? an non unanimiter pœnitentiæ operam dederunt, diuinam misericordiam certatim imploranteś? Atq; ad hūc modū per auditum euangelii, ab initio inceptā est ecclesia CHRISTI: ad hunc modum hactenus continuata est, atq; imperpetuum continuabitur, semper per hanc euangelicam sapientiam fulta & sustentata. Quid aliud quæso Mariam magdalenam á priore turpitudine conuertebat, præter efficax illud dei uerbum? Nam (ut euangelista inquit) Sedens secus pedes domini, audiebat uerbum illius. Et propter hāc sedulitatem, merito à CHRISTO laudata est: & hanc illius contemplatiuam uitam, actiuæ illi Marthæ uitæ optimo iure prætulit, ita aiens, Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima, porrò unū est necessarium. Sed quod est illud unum? Vis audire iudicium CHRISTI? Maria (inquit) optimam partem elegit, quæ nō auferetur ab ea. Et quandoquidem uerbum dei tanq; uirtutis est, ut nihil nō possit præstare: ideo CHRISTVS dīligenter præcepit discipulis suis, dicens Ite in uniuersum mundum, prædicate euangeliū omni creaturæ. Sed notandum est inerim, q; tulerit euangeliū prædicandū, nō fabulas aniles, nō philosophiā humanā aut mundanam sapientiā. Quandoquidem in hoc dei euangelio inest spiritus uitæ, quum uerbum dei spiritus sit & fons uitæ, quum deus semper adhæreat scripturæ suæ, & dat uitam auditoribus eam. Proinde discipuli CHRISTI aliquando interrogarunt ipsi cum Iudæis retro abire uellent, ita statim responderūt:

Philipp. 1. Vetus euang. lij.

Luc. 10.

Ibidem. Expo.

Marc. 16.

Spiritus uita in euangelio.

B. Domine ad quē ibimus, uerba uitæ æternæ habes. Hæc est ergo illa euāgelii sapientia, quæ suis uerbis quasi quibusdā instrumentis supernos uectes reserat & aditum ad superos pandit: hæc est illa sapientia quæ suis moralibus portas infernales obfirmat, & quæ in fornace sua diuinas hominum imagines peccatorum maculis deformatas reformat rursus, & noua uirtutū pulchritudine

Iohan. 6.

exornat. Vnde & optimo iure de huius ſapientiæ autore, illud
Matth. 12. euangelicũ affirmare poterit Ecce pluſq; Solomon hic. At quiſ-
Chriſtus plus Solomone. nam ille eſt, qui ſapiente Solomone maior eſſe perhibetur? Non
alius profecto, q̃ CHRISTVS deus æternus ille rex regum &
dominus dominantium. Vt enim Solomõ rex quondam fuerat,
ita CHRISTVS ſemper rex eſt. Solomon iam olim regnauerat, at CHRISTVS deus & perpetuus rex hactenus ſemper
regnauit, iam regnat, & per omnia ſæcula regnaturus eſt: utpote
Luc. 1. cuius regni non erit finis. Solomon omnium mundanorum regũ
erat longe ſapiẽtiſſimus, erat etiam multo ditiſſimus: & quod ad
gloriam, honorem & ſplendidiſſimã nominis ſui famam attinet,
erat plane omnium regum celeberrimus. At unde quæſo hunc
florentiſſimum ſtatum obtinuit Solomõ ille tam fortunatus rex,
niſi ab eo, qui omnium regum rex eſt, uidelicet CHRISTO
3. Regũ. 3. IESV? An non hæc eſt dei uox ad ipſum Solomonẽ Dabo tibi
eã ſapiẽtiam, ut nullus ante te ſimilis tuerit, nec poſt te erit. Et ite-
Ibidem. rum eodem loco Et quæ non poſtulaſti, dedi tibi diuitias & gloriam? Vnde clarum eſt Solomonem hanc ſuam ſapiẽtiam à deo
habuiſſe: à quo etiam & tantam opulẽtiam, gloriam, ac nominis
ſplendorem obtinuit. Quare de CHRISTO loquentes nõ im-
Matth. 12. merito repetere poſſumus. Ecce pluſq; Solomon hic. Tanta tamen erat illa Solomonis ſapientiæ fama: ut ad eam uidendam &
audiendam ab extremis terræ finibus uenerat olim illa nobiliſſi-
Regina auſtri quæ fuit ma regina auſtri, cũ multis muneribus donans & adornans. Sed
quæ eſt iſta regina auſtri quæ ab extremis terræ partibus per
tam longum iter uenerat audiura ſapientiam Solomonis? Certe C.
hæc regina non eſt alia, q̃ quælibet anima Chriſtiana bene regi
Solo non qui? pariter & bene regere uolens. Adeo ut ſi quis te percontet, quis
ſit iſte Solomon, & quæ rurſum iſta regina? Dicito CHRI-
Colloc. 1. STVM eſſe illũ uerum Solomonem: in quo omnes theſauri ſcientiæ & ſapientiæ dei ſunt reconditi: & reginam eſſe quãcunq;
animam Chriſtianam, uolẽtem & affectantem audire illam beatificam CHRISTI ſapientiam. Et non incongrue regina ad re-
Regina nõ inconuenienter ad regem uenit. gem uenit, ut ſit in ſingulis certa quædam & apta conuenientia:

nimirum

nimirum conuenientia nominis, conuenientia officii, conuenientia uitæ, & conuenientia morum. Primo omnium adest conuenientia nominis, quia rex & regina: adest officii, quod ad unitatem intentionis attinet: adest conuenientia uitæ, in eo q illorum uita non debeat esse dissimilis, q moribus omnino conueniant: denicq adest & conuenientia intentionis, uidelicet ut sit una amborum intentio, cor unũ, anima una & una uoluntas. His utiq conformitatibus anima sese regens & gubernans, regem suum CHRISTVM quęrat, oportet: & per longa pœnitentiæ & bonorum operũ itinera, eum inuestiget. Venerat enim illa regina olim à Saba ad regem Solomonem, prouocata illius nominis fama & tantæ gloriæ splendore. Id quod scriptura manifeste docet, quum ait Videns autem sapientiam Solomonis, & domum quam ędificauerat, Et cibos mensę eius, habitacula seruorum, & ordinem ministrantium, uestes eorum, et pincernas domini, & holocausta quę offerebant in domo domini, nõ habebat ultra spiritũ.

Conuenientia esse debet inter regẽ & reginam.

2. Paral. 9.

D. Vel ut alia lectio habet Non erat præ stupore in ea spiritus. Nã ubi primũ uiderat regina tã incomparabilẽ Solomonis maiestatem, tam regalem magnificẽtiam, tam insignem procerum suorum nobilitatem, tantã aulæ suæ amplitudinem & honorẽ, tã magnificum & plane regium epularum apparatum: ubi contemplata esset tot illius diuitias, tam splẽdidum & preciosum corporis sui cultum, tam mirabilem palatii sui structuram, tam incredibilem uasorum aureorum & argẽteorum suppellectilem: præterea intuens tam diligentem magistrantium ordinem, tam numerosam ministrorum multitudinem, tantum insuper nobilium, & eorum qui iura petebant comitatum, tantam omnium rerum copiam & opulentiam, & præter hæc omnia audiens tam admirandam illius sapiẽtiam, adeo ultra omnem modum obstupefacta est, Vt non fuerit ultra in ea spiritus præstupore, in tantam subito admirationem inciderat. Quo contigit ut ne uerbum quidem proferre potuit, tanto & tam subitario stupore percussa est: nec diu præ admiratione scire potuit, quid potissimum loqueretur. At ubi recepto iam spiritu ad sese rediit, in hæc uerba prorumpit.

Quæro stupore correpta regina Saba, cum uiderit eximiam illam domus Solomonis.

ibidem.

Verus eſt ſermo quem audiui de te o rex: uiciſti famam uirtutibus tuis. Quare o Chriſtiane ſi ab hac patria tua & carnalibus affectibus exire uelis, cupiasq; audire ſapientiam illius magni Solomonis CHRISTI, & conſiderare opera eius, domum, ſeruos, diuitias, famam & nobilitatem: tũc haberes ipſe magnam admirandi cauſam. Admirareris enim illius ſapientiam in condendis creaturis ſuis. Admirareris ipſos cœlos, ipſas cœleſtes creaturas, ipſa corpora ſuperna, motiones, naturas & influentias illorũ. Admirareris ipſa elementa & uarietates eorundem, ipſas aëris, aquæ, & terræ creaturas, de quibus & aliis omnibus ad plenum loqui impoſſibile eſt. Hæc, ſapientiã Solomonis longe ſuperãt. Solomon ne cogitare quidem potuit quo uel minima harũ creaturarum conderet. Solomon nec minimum piſciculum in aqua natare facere potuit, imò nec minutiſſimum culicem uolitare. Solomon ſine hoc CHRISTO, nihil prorſus potuit. Siquidem celebratiſſima illa Solomonis ſapiẽtia ad hanc CHRISTI collata, uix umbra eſt & tenue ueſtigium. Verum ut è deſerta patria tua ad hunc Solomonem CHRISTVM aceedas o Chriſtiane: nõ eſt opus ut uel ſemel pedes tuos dimoueas, nec erit neceſſe ut magna ſtipatus familia illuc uenias, nec denique opus eſt ut ſplendida munera tecum apportes quibus hunc Solomonem dones & remuneres: ſed tantum ueni è patria tua, tantum renuncia carnalibus tuis affectiõibus, omitte rebelles illos & ſenſuales appetitus, egredere aliquando ex his corporalibus deſideriis, à nephanda huius mundi uoluptate: & ueni per internum deſideriũ, ueni per internũ amorem, & huiuſmodi ſapientiam audies, qualem hactenus nullã unq; audiuiſti. Videbis inſuper tam auguſtã & pluſq; regalem maieſtatem, tam incomparabilem magnificẽtiam: cuiuſmodi nullus unq; mortalis oculus uidere potuit. Sed ſi hanc ſapientiã audire aut uidere uis, egrediendũ eſt è patria tua. Quia quandiu huius mũdi delitiis temet oblectes, nunq; fieri poteſt ut illam ſapientiam aut audias aut uideas. Quandiu enim in hoc tam ſtulto mundo per delectationẽ uerſaris, tandiu ſane nec guſtare poteris nec uelut ſummis naribus olfacere, quæ ſunt ſpiritus

Accedat Chriſtianus ad Chriſtum uerũ Solomonem.

, titus dei, Quæ enim conuentio est CHRISTI & Belial? Verũ 2. Corin. 6.
, enim esse oportet, quod ait scriptura, Nemo potest seruire duo- Matth. 6.
, bus dominis. Nam delicata est consolatio spiritus, quia non datur
admittentibus alienam. Ex his iam certior factus es quid in cau-
sa erat, cur illa regina austri è Saba profecta tanto stupore cor-
, repta est, ut etiam in extasim sit delapsa. Sed ecce plusq; Solomõ
F. hic. Verum quid est q̃ non obstupescis? Cur ipse non simili aut *Magnus stupor ex consideratione creaturarum cum surgit.*
maiore extasi caperis, quum sapientiam ipsius dei contemplaris,
quum ad opera eius oculos deflectis, quũ excelsa polorum intue-
aris, quum cœlestium orbium & globorũ motionem & dispo-
sitionem consideras, quum elementorum situm, ordinem, quali-
tatesq; perpendis? Cur non miraris mirabilem terrenarum crea-
turarum composituram? cur non marinos fluctus? imò & quod
istis multo mirabilius est, cur non admiraris illam admirandam
corporis & animæ connexionem? Cur non conscendis supernas
illas cœlorum sedes, ut illic angelicos spiritus perscrueris? Cer-
te si sic hæc tecum altius mediteris, non remaneret in te spiritus
neq; sensus: qui non ex omni parte ultra omnem modum prę ad-
E. miratione obstupesceret & confunderetur. Sed quid ultra uide-
rat hæc tam admirabunda regina, quod tantopere admiratione
dignum uideretur? Sane præter ista quæ iam diximus, uiderat *Mira templi edificatio, sed mirabilior ecclesia.*
etiam domum dei, id est magnificentissimum illud templum So-
lomonis, quod miris modis tum altitudine tum latitudine ędifica-
bat: cuius parietes auro & preciosis lapidibus texti & incrustati
erant. Habebat præterea magnam uim aureorum atq; argente-
orum uasorum, habebat & alias multas preciosas res & uariam
supellectilem: quam nimis longum foret ut iam ad iustum refere-
rem. Verum tu qui Christianę religiõis professor es, respice di-
ligẽter & aspectum ad uerum templum dei directum habe: hoc
est ad ecclesiam CHRISTI uniuersalem, quæ modo per Sion,
G. modo per Hierusalem in sacris literis significatur. Quia hæc est
, uera illa domus domini, quã decet sanctitudo in longitudine die- Psalm. 92.
, rũ. Hoc est illud templũ, hęc est illa domus, quæ fundata est supũ Matth. 7.
, illam firmã petrã. De qua & CHRISTVS ita loquutus est,

Idem. 16. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: quæ nullo unq; sæculo diruí aut dirimi poterit. Dirutũ erat multis abhinc sæculis illud Solomonis templum, & plane solo æquatum: asportata sunt & uniuersa templi ornamenta. At ecclesia CHRISTI illius naturæ est, ut nulla nec uiolẽtia nec diuturnitate dirimi possit: sed etiam crescentibus malis, augetur ipsa & crescit. Siquidem tunsionibus & pressuris firmari & stabiliri solet, ex impugnationibus augmentũ sumit & sanguinis effusione maximũ olim coperat incrementum. Nam hæc tanta domus sanguinis effusione olim ædificata est: sanguinis effusione hucusq; crescit & augmẽtatur, per sanguinis effusionem, ex incisione aut fractione unius lapidis huius domus, mille exoriunt. Porrò ipse CHRISTVS erat primus huius templi lapis, atq; adeo ipsa templi fundatio. Quãdo autẽ tantam precioli sanguinis sui copiam effudit, ut ad mortem usq; sanguis totus effluxerit: quot tum quæso fideles lapides ex hoc uno lapide exorti sunt? Quot tum lamentari cœperant commilia sua? quot tum pectora plangentes percutiebant, Marc. 15. ita cum Cẽturione clamitantes Vere filius dei erat iste. Heu (inquiunt nobis miseris, quid fecimus, aut quid faciemus? Nam hic quẽ morti dedimus, uere erat dei filius. Postea uero quando protomartyr ille Stephanus mortis supplicio affectus erat: qualis tũ quæso lapis exurrexerat? Sic quando Saulus in Paulum conuersus fuerat, eodem modo dum martyres tantos cruciatus & diras mortes paterent, semper ingens astistentiũ numerus ad CHRISTI fidem conuersus est. In passione diuæ Cãtarinæ nõ Porphirius tantum & regina, sed & doctores quoq; illi & rhetores qui conducebantur ad conuincẽdam uirginem, ad CHRISTVM non sine sanguinis effusione peruenerãt. Inspice ac perlege supplicia ac passiones sanctorum martyrum: atq;, quod ad hanc materiam attinet, inuenies ubiq; miracula admodum stupenda. Hi enim sũt, qui plantauerũt ecclesiã in sanguine suo. Nam ecclesia CHRISTI nulla unq; re magis creuit q; effusiõe sanguinis: qua primo plantata est & ædificata, qua semper crescit & amplificatur. Semper in concilione unius rami, multi rami de integro nati sunt.

Ecclesia Christiana fusione sanguinis crescebat.

Ex sanguine martyrũ martyres surrexerunt.

Christus.

Stephanus.

Paulus.

Catarina

H.

Ecclesia constat.

ſunt. Quo magis impugnata eſt eccleſiæ ueritas, eo amplius creuit. Agitata fides uerboſorum philoſophorum cū toſis procellis, peruerſiſq; hæreticorum dogmatibus, ſemper maius robur accepit, ſemper fuſius eſt dilatata: & quod carnalibus iſtis mirū uideri poterat, per aduerſitates non tam inaucta eſt, q̄ etiam gauiſa uidebatur. Innumeri plane fuere, qui eam ſubuertere conati ſunt: ut imperatores maximi, potentes reges, uariæ nationes & regna, proceres, magnates & medium uulgus. Illa tamen tot & tantis uiribus impulſa firmiter ſtat, & ita ſtat ut nullo aduerſorū ſpetu é loco ſuo dimoueri poteſt. Sed uiuit, ſed uiget, ſed floret, & imperpetuum perflorebit. Nec mirum eſt illam extingui nō poſſe, quæ tota ex uiuis membris conflata eſt: utpote cuius uaſa uiua ſunt, lapides quoq; uiui, precioſi & quadrati: nimirum iniuriis, afflictionibus, ac mortis perpeſſione, ad uiuum uſq; perpurgati. De quibus lapidibus ſuis & eccleſia ipſa ita alicubi meminit Tunſionibus, preſſuris expoliti lapides, ſuiſq; aptantur locis per manus artificis: diſponunt p̄māſuri ſacris ædificiis. His extructa lapidibus adeo ualida & munita eſt, ut nulla ui hoſtili é loco ſuo diſturbari poterit. Quare trahant Iudæi, uellant Turcæ, fodiāt Machometę, & ſubterraneis cuniculis inuadant hæretici, obſidione cingant hi omnes, omni denique ui & armorum apparatu adoriant eccleſiam CHRISTI: tamen aduerſus eam nunq; p̄ualebunt. Siquidem autore CHRISTO, Portę inferi non p̄ualebunt aduerſus eam. Fieri enim poteſt ut hic aut illic unum aut alterum lapidem ab hoc eccleſiæ ędificio diuellant: at eius loco centum alii facile ſuccreſcent. An non ſceleratí Iudæi magnū facinus perpetraſſe ſibiipſis uiſi ſunt, quū CHRISTVM crucifixiſſent? Sed nunquid ille cum maiore gloria ſurrexit denuo? An nō multa hominum millia per eius mortem ad hanc ſtructurā adiecta ſunt? Ipſemet itaq; CHRISTVS (ut modo diximus) huius eccleſiæ primus lapis eſt: neq; ſimpliciter lapis, ſed lapis fundamentalis, lapis angularis. Cuius & propheta quoq; hic noſter mentionē fecit ita ſcribēs. Lapidem quem reprobauerūt ædificātes, hic factus eſt in caput anguli. Hic eſt ille firmiſſimus

Eccleſia cæm.

Matth. 16.

Chriſtus lapis primus eccleſiæ.

Pſalm 117. Expo.

lapis,

lapis, quẽ tot insidiis & machinamentis, Iudæi, scribæ, pharisæi, ac principes sacerdotum Iudaicorũ reprobauerunt & eiecerũt.

Psal. 117. Hic idẽ lapis factus est in caput anguli, quia CHRISTVS, qui petra est & lapis, factus est in coniunctionem utriusq; parietis, id est in concordiam utriusq; legis & testamẽti. Hic unus ille Iudæorum & gentilium connexio est, hic est scripturarum cõcordia & copulatio, hic fundamentum, hic caput, hic totius huius

Ephe. 2. structuræ apex & fastigium. Porrò hic est, qui fecit utraq; unũ, ut ait apostolus, quo duos in semetipso parietes conderet, Iudæorum uidelicet & gentilium: ut iuxta promissum eiusdem, unum

Ioan. 10. fiat ouile & unus pastor. Hic etiã lapis ille est, de quo Petrus loquitur inquiens lite est lapis consũmationis, ad quem accedẽtes

1. Petri. 2. lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum: à deo autẽ electum & honorificatum. Si qui Christiani sunt, qui nomine uasa aut lapides fuerunt, & iam à præceptis præuaricantes in turpitudinem peccati deformati sunt: huiusmodi iamdudum desierũt esse uasa eius, desierũt esse & lapides eius. Ecclesia enim cuius est autor hic CHRISTVS, est illa domus domini, cuius decore

Psalm 25. captus & allectus propheta Dauid, ita exclamat Domine dilexi decorẽ domus tuæ. Neq; hoc decus aut pulchritudo huius tẽpli,

Decor ecclesiæ in quibus consistat. quam innuit propheta, consistit in sculptis parietum pinnaculis, non in altitudine ædificiorum, non in muris & parietibus deauratis, non in statuis aut pictis imaginibus, nõ in uitreis fenestris, non in tessellatis pauimentis, non in preciosis capis aut sacris uestimentis (quandoquidem omnia hæc ornamenta ad augendũ uisibilis templi honorem apparantur) uerum in his omnibus non cõsistit huius inuisibilis templi pulchritudo, sed in anima scilicet humana, quæ est secretum dei templum. Siquidem ex fidelibus constructa est sancta mater ecclesia. Cuius gloria omnis

Psalm 44. Expo. (testante propheta) abintus est, & nõ foris nec ab extra: quæ &

2. Corin. 3. templum spirituale dei à Paulo dicitur, ubi inquit Templum dei sanctum est, quod estis uos. Hæc domus dei in fimbriis aureis

Psalm 44. decorata est, uidelicet in ornamentis charitatis, Circũdata uarietate, id est omnium uirtutum diuersitate. Quicunq; ergo in hac

domo

domo plantati fuerint, primo hic in uia florem dabunt, ut postea
, in æterna patria fructificent, Iuxta illud scripturæ, Plantati in do- Psalm. 91.
, mo domini, in atriis domus dei nostri florebũt. Plantantur enim Expo.
per fidem in domo domini (quæ est ecclesia dei) quotquot imo
posterum saluandi sunt: florent præterea & odorifice spirãt per
K. expressa fidei opera, per iusticiæ exercitia. Regina illa austri in- Cibus Solomo-
tuita olim tam lautum apparatum mensæ solomonis, mirum in nica domus.
modũ admirata est: uerum tuo anima Christiana respice cibos
mensæ CHRISTI, ad quam participandam ipse te gratis inui-
tat. Sed quæ est (inquis) ista CHRISTI mensa? Qui sunt isti ci-
bi ad quos te inuitat & solicitat saluator CHRISTVS? Certe Mensa Christi
hęc mensa eius non lignea est, non marmorea, non eburnea, non qua.
aurea, non metallica: nec denique ex ulla materia confecta. Qualis
ergo? Certe nõ alia q̃m fides catholica. De qua ita habes & apud
, prophetam hunc Parasti in conspectu meo mensam: id est fidẽ, Psalm. 22.
, aduersus omnes qui tribulant nos, id est dæmones & malignos
spiritus. At qualis est huius mensæ cibus? Profecto non ex ullo Cibus mensæ
paradisi ligno crescens, nec cibus ille qui post diluuium, Noë & Christi.
posteris eius concessus est, nec qualem comẽdit olim patriarcha
Abraham aut Melchisedech, non manna quod olim filiis Israel è
cœlo delapsum est, non fructus terræ promissionis, non coturnices, non cibus regis Solomonis aut aliorum regum, non cibus duodecim panum, qui in mensa propositionis olim ponebantur, non septem illi panes, qui in deserto olim tot millia hominum satiabant, nec q̃ quinq̃ illi panes ordeacei, qui tã multos in locis mõtuosis pascebant, nec panis quem quondã fregit CHRISTVS duobus discipulis eũntibus in Emaus, non piscis saliens sub undis, non piscis frixus post resurrectionem à CHRISTO comestus, nõ agnus ille paschalis, non delicatæ carnes, nõ confectiones, nõ curiosa coquorum bellaria, nec quicq̃ plane huius generis. Qualis ergo cibus est iste? Profecto cibus uitæ æternæ, cibus cœlestis
, & panis angelorum, cuius meminit psaltes dicens Panem ange- Psalm. 77.
, lorum manducabit homo: nec alia plane substantia, q̃ deus ipse immortalis & sacrosanctum CHRISTI corpus sub ipsa sacra

hostia

hostia & panis specie subsistens, ipsa nēpe eucharistia, quæ gratiam cōfert, quæ culpam remittit & pœnam, quę mitigat ignem purgatorium, quæ corroborat hominem in uirtute, ac firmam defensiōem parat. Hic cibus omnes alias delitiias longe excedit: hic cibus excedit & cibos Solomonis, quos regina austri inspiciēs spiritu defecit. Superat itē hic cibus oēm cibū, qui dici aut sumi potest. Nā cibus iste CHRISTI caro est, quod & ipse testatur ita aiēs Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Et alio in loco Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit de hoc pane, uiuet inæternum. Qui in mensa Solomonis cibos sumpsit, non potuit ex ea uitam capere sempiternam: imò nec in hoc mūdo adeo longæuam & diutinam. Viderat etiam regina habitacula seruorum Solomonis, & obstupefacta est nimis. Sed o si aliquando uidisset eadem regina mansiones & habitacula seruorum IESV CHRISTI: quibus uisis, in qualem creditis extasim irrueret? Quin & tu o Christiana anima respice intento animo habitacula seruorum dei: respice, & mox ipsa etiā deficies spiritu. Nam & CHRISTVS ipse ait Vado parare uobis locum. Et iterum In domo patris mei multę mansiones sunt. At ubi sunt istæ mansiōes? Certe in domo patris mei idq; in cœlis. Sed cuiusmodi sunt hæ mansiones? sunt ne ædificia ac domus? sunt ne ædes constructæ lapide, calce & ligno, idq; per lignarios fabros & latomos? sunt ne huiusmodi? Non sane, non. Quid tum? Quid tandem sunt? Equidem exprimere nescio quid sint, describere non ualeo: sed hoc unum certo scio q; beati sint, qui habitant in domo dei. Quoniam mansiones illæ multæ, sunt diuersa meritorum præmia: alius quidem sic, alius autem sic. Nam alia est claritas solis, alia claritas lunę, alia claritas stellarum, quemadmodum ait Paulus. Istæ mansiones tales sunt, ut nec reparationibus, nec igne, nec cibo, nec potu opus habeat. In istis mansionibus nō est infirmitas ulla, non dolor, non timor, nec inimicus ullus: utpote ubi nihil prius deerit. Et quare quæso? Quia CHRISTVS ipse prouidebit ne desint necessaria, ipse enim erit tibi omnia. Et licet CHRISTVS in cœlo habeat multas

Ioan. 6. Ibidem. Ibidem.

Habitacula Solomonis.

Ioan. 14. Expo. Ibidem.

Loca deo prouobu preparata.

Psalm. 83. Expo.

1. Corin. 15.

mansiones,

mansiones, tamen in hoc mundo unicum habet tabernaculum: nec mirum quum hic pauperrimus fuit, cui una domus sufficit: in cœlo uero diues, unde par est ut illic multas etiam habeat mãsiones, quum tantus sit ministrorum suorum numerus, quos illic iuxta merita sua suis diuitiis remunerat. Et quodnam est illud unum? Respondet propheta iste Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum habitare fratres in unũ. Vbi unitas, ibi parua domus multos recipit: cæterum ubi unitas non est, ibi ne magna quidem domus plures q̃ unum recipit. Faciamus (inquit Petrus) tria tabernacula: tibi unum, Moſi unũ, & Helię unum. Sic q̃ CHRISTO non sint plura in hoc mũdo tabernacula, sed unicum fidei tabernaculum. Sub Solomone uero nondum erat unitas uerę fidei, nõ unitas charitatis, non unitas obedientiæ: quę tot cœnobia, tot ecclesias fecerat, in Aegypto, in Sythia, in Grœcia, in Italia, in Anglia, in Frãcia, in Hiſpania, & cęteris mũdi partibus: quousq̃ CHRISTI religio diffusa est. Ista itaq̃ gratiæ iucunditas est, ut habitemus fratres in unum: ut sit anima una & cor unũ in CHRISTO. Hoc unicum CHRISTI tabernaculum cunctis Solomonis tabernaculis longe anteponendum est. Illa Solomonis tabernacula diruta sunt uniuersa, hoc tamen unicum CHRISTI tabernaculum nullis cedit arietibus, nullis tormentis aut machinis locum dat. Ordo præterea ministrantium, reginam austri in stuporem adduxit. Sed qualis (inquis) erat iste ordo? Certe in tam copiosa Solomonis aula, nemo illi officio aut ministerio assignabatur, cui non erat aptus & appositus. Ordo aptos ad officia semper iungit. Sed tu o anima fidelis, respice modo ad multiplices status hominum, qui in domo domini, hoc est ecclesia CHRISTI, non reginæ austri, sed ipsi regi regum sedulo inseruiũt: quomodo ille per legem suam neminem ulli officio applicas, ad nullum obsequiũ adhibet, cui non sit aptissimus. Respice in primis ipsos ecclesiæ prælatos, ipsum archiepiscopum Romę, cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, archidiaconos, abbates, priores: respice etiam doctores, discipulos, presbyteros, diaconos, subdiaconos, collectos, hostiarios, acq̃ ipsos etiã qui primas

Christus habet unum tabernaculum, in cœlo multa.

Psalm. 132. Expo.

Matth. 17.

Ordo ministrantium Solomonis & Christi aut ecclesiæ.

Ministri dei in ecclesia multi sunt.

M. tantum

tantum tonſuras adepti ſunt: reſpice ſubditos, reſpice loquentes, docentes, audientes, orantes, pallẽtes, ieiunantes, ſtudentes, cõtemplãtes: & uidebis omnes istos CHRISTO in ſuis ordinibus adminiſtrantes. Alii deo miniſtrant per uirginitatẽ, alii per cõtinentiam deo obſequium præſtant, alii per iuſtam matrimonij legem. Iterum reſpice ex altera parte, & uidebis alios CHRISTO miniſtrantes in ciuitatibus, alios in nemoribus, alios in agris, in cœnobiis alios, alios in heremo, nonnullos in carceribus, alios in diuitiis, alios in paupertate, alios in ſumma dignitate, alios in maxima uilitate, alios uiſibiliter, alios abſcondite, alios uiſibiliter minus, rurſus alios uiſibiliter maius, alios inuiſibiliter maxime. Reſpice itaq; fideli mente & firmus in fide, nec uidebis in tota eccleſia quicq; inordinatum, nihil indiſciplinatum, nihil abſurdum aut extra debitum ordinem. Quicunq; ergo inordinate ambulant, de eccleſia CHRISTI nõ ſunt: membra CHRISTI non ſunt, nec permanent in domo dei. De quibus & Paulus ita loquitur De hiis qui ſunt ad extra, curam non habemus. Qui autem recte miniſtrat, macula ſane notabiliore carere oportet: & quiſquis macula caret, filius ordinis eſt: at idem filius dei erit & uerus CHRISTI miniſter. Cuius & pſalmographus ita meminit Ambulans in uia immaculata, hic mihi miniſtrabit. Sunt tamen multi in eccleſia qui miniſtrant, ſed nõ Chriſto, ſed nõ deo, ſed ſibiipſis Dũ quærunt (ut ait Paulus) quæ ſua ſunt & non quæ IESV CHRISTI. Quid eſt ergo Chriſto miniſtrare, niſi ea quæ Chriſti ſunt, quærere: & quęſita cuſtodire? Quare quiſquis in eccleſia Chriſti ita miniſtrat, ut in ſuis operibus Chriſti laudẽ, Chriſti gloriam, & CHRISTI lucrum non quærat ſed ſuum: non deo ſed ſibi miniſtrat. Oportet itaq; eum qui Chriſto probe miniſtrauerit, in primis cor ſyncerum habere, mentem purã, intentionem rectam, uitam immaculatam, opera pia. Sed adhuc etiam uelim ut intimius reſpicias, quod ſi feceris, uidebis ſtatim ordinem & magnam inuiſibiliũ ſpirituum multitudinẽ, Chriſto domino aſſidue miniſtrantium. De quibus & in Daniele talis mentio fit Millia millũ miniſtrabant ei, & decies millies centena millia

2. Corin. 5.

Pſalm. 100.

Philipp. 2.

Chriſto miniſtrare, quid ſit.

Miniſtri dei in eccleſia triumphante.

Daniel. 7.

millia assistebant ei. Quin post peractam diaboli tentationem in deserto, etiam angeli ministrabant ei. In magno itē illo conflictu CHRISTI, quem in anima sua inter carnem & spiritum sensit, instante passiōis tempore, dum precatur patrem ut tam amarus mortis calix transferatur: angelus apparuit ei, confortans tum. Matth. 4. Luc. 22.

At quot quæso & quanta facta sub cœlo atq; in ecclesia Christi per angelos ministrata sunt? Angelus, dei uoluntatem in expelendo Adam è paradiso exequutus est, angelus de Sodomitis supplicium tulit, angelus peccantis Dauidis populum graui plaga percussit, angelus Balaam auguri obstitit, asinumq; eius ad loquendum compulit, angelus Thobiæ preces deo præsentauit, angelus sanctissimæ uirgini & genitrici Mariæ nuncium detulit, CHRISTI in ea concipiendi: angelus Ioannis Baptistæ natiuitatem prædixit, angelus item mouebat piscinæ aquā, ubi curandi essent infirmi: denicq; angeli cotidie uoluntatem patris hic in terris ministrandā curant. Nonne omnes (ut inquit Paulus) sunt administratorii spiritus, in ministeriū missi, propter eos qui hæreditatem capient salutis? Ac utinā phas esset uidere, quid in cœlo ministrat tam sedulus angelorum ordo. Sed præstat ut ad Solomonē redeamus, & ad ministros domus eius. Putatis ne quēq; apud eum pocillatorem constitutum, qui commissum ciphum recte administrare atq; gubernare nescires? Is ne structor ac culinis escariis præfectus esset, qui ad apposita edulia dissecanda ineptus esset? Aut cubiculo ordinando designatus esset, nisi qui & ipsum cubiculum & illuc spectantia oīa optime regeret? Fuisset ne ille tanto uiro sacellanus, qui ad id officium ineptus extitisset? Nequaq; sane, nequaq;. Omnia rectissime in domo & familia ordinari fecit, & quæ imperauit, omnia ad nutum adimplebantur: & in rebus cunctis illius uolūtati obsecundandum est. Atq; ea de causa ministris suis egregia munera distribuenda curauit. Et hoc idem CHRISTVS seruis suis pollicitus est, dicens. Qui mihi ministrat, me sequatur, id est uolūtatem meam prouiribus adimpleat. Et ut certi essent, quid præmii inde expectarent, addidit. Et ubi ego sum, illic & minister meus erit. Hebr. 1. Aptitudo ministrorum Salomonis. Ioan. 12. Expo. Ibidem.

Solomon nulli famulorum ſuorum concedere dignatus eſt: quia neminem ſuorum ſibi æquandum uoluit, neminem pari ſecũ gloria fulgere & reſplendeſcere pati potuit, imò nec quicunq; uoluerunt in eius præſentiam & conſpectum uenire, admiſſi ſunt. Cæterum clæmentiſſimus rex noſter CHRISTVS, omnes miniſtros ſuos tali quidẽ gloria ſed nõ tãta nec æquali, glorioſos eſſe uoluit: atq; omnes ſine diſcrimine ante oculos ſuos ſemper præſentes eſſe cupit. Quid enim amplius ambire & habere poteſt miniſter & ſubditus, cũ ut ſit ſicut magiſter eius: cũ ut ibi etiã uerſetur, ubi ſit dominus eius: idq; non per ſeruile officiũ ſed per præmium glorioſum, ut ſimul cũ illo ſemper glorietur? Præſen- P.
tia autem Solomonis non ſemper omnibus patuit, quum aliquãdo ab hominum oculis abſcondebatur, quum aliquando item in ſecreto uerſabatur, aliquando in cubiculo dormiebat & quieſcebat ſemotus à populo. Verum miniſter dei in cœlo nihil horum patitur, ut qui ſemper præſentiam dei habeat, ſemper plenum & perfectum gaudium, idq; omni æuo duraturum. At ueſtes eorũ qui Solomoni miniſtrabant, multiplices erant & uariæ, erant & plane regales ac precioſiſſimæ. Cæterum ueſtes miniſtrorum CHRISTI, ad multo maiorem ſtuporem intuentes adducunt. Q

Veſtes miniſtrorum Solomonis & Chriſti.

Marc. 1.

Qz ſi ad exemplum reſpicere libet, nonne laudatus eſt Ioannes ille Baptiſta, cp pilis indutus eſſet Camelorum? Hoc ueſtis genus hirſutum erat & hiſpidum: uerum horror ille, nõ autem pulchritudo admirationem fecit. Iſte tamen tam piloſa & neglecta ueſte

Luc. 16.

à CHRISTO multum laudabatur: quum tamen purpuratus ille

Idem. 7.

dives apud inferos æternas luat pœnas. Quid exiſtis (inquit dominus) in deſertum uidere? hominem mollibus ueſtitũ? Ecce qui mollibus ueſtiuntur, in domibus regum ſunt. Hũc tamen tam tenuem & neglectum timuerunt tum Herodes tum etiam ipſa Herodias. Veſtimenta præterea CHRISTO miniſtrantium plerunq; etiam ſanguine tincta ſunt: ut de ſingulis eorũ hæc quæſtio merito fieri poſſit. Quis eſt iſte qui aſcẽdit de Boſra tinctis ueſtibus?

Eſa. 63.

Nec illud etiam in miniſtros parũ congruenter dicet, Ecce

Expo. Prouer. 31.

ueſtiti ſunt duplicibus, nempe claritate uirtutũ & conſpicuitate morum.

morum. Vnde plane uideri uideor erassam uestem, modo honesta sit, plus ueræ gloriæ & laudis conferre clericis omnibus, modo non desint uirtutũ claritas & morum cõspicuitas: q̃ possunt omnes istæ tam pompaticæ, tam ambitiosæ, & holotericæ uestes. Non enim est uestimẽtum illud gloriosum, quod nos deo laudatos reddit: sed uita clericalis, uita uirtute prædita, atq; sancti & incorrupti mores. Regina austri admirabatur holocausta illa & uictimas, quas immolabat Solomon, nimirum animalia bruta: sed quãto iustius admirata fuisset si licuisset uidisse nouam istam oblationem nostram, oblationem ueram, oblationem admirabilem & fidelem, oblationẽ ipsam, uidelicet uerũ illud CHRISTI corpus, totum pro nobis & pro mundo uniuerso in ara crucis oblatum? Quod quidem corpus adhuc cotidie pro nobis omnibus atq; pro toto mundo in sacrificio missæ per manus sacerdotis deo patri offertur. Cuius sane sacramenti multiplices & uarii fructus existunt. Nam primo omnium cõfert plurimum gratiæ, Q2 syncere & deuote recipienti. Porrò quemadmodum CHRISTVS primo aduentu suo in hunc mundum, uitam gratię contulit: ita in ipso sacramento ueniens, uitam gratiæ quotidie operatur in recipiente. Quod & scriptura in hunc modum cõfirmat

» Qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Præterea in hoc tanto sacramento, remanet uerissima CHRISTI passionis uirtus & effectus: ex eo q̃ in hoc sacramento repręsentatur ipsum dñicũ suppliciũ. Et ideo hoc sacramentũ eundem effectũ in homine præstat, quem effecit & ipsa CHRISTI passio in toto mundo, id est remissionẽ peccatorũ. Id quod & CHRISTVS

» ipse testat ita dicens Hic est sanguis meus, qui pro uobis effun-

» detur in remissionem peccatorum. Tertio fieri potest, ut tantus fidei deuotionis feruor in sumente reperiatur, ut per eum pœna peccatis debita, plene remitti possit: quando in omni oblatione magis attenditur affectus sumentis & offerentis, q̃ ipsa oblationis quantitas. Et quamuis istud sacrificiũ ex se quod ad quantitatem oblationis pertineat, satis superq; sufficiens sit ad delendam totam pœnam pro peccatis debitam: tamen non satisfacit

Vilis uestis nõ dẽoneſtat clericũ, modo honesta ſit ipſe.

Holocausta olata in templo Salomonis non illius uirtutis, cuius nostra sunt.

Multiplices fructus sacræ Eucharistiæ.

Ioan 6.

Matth. 26.

semper nisi secundum deuotionem offerentis, aut sumentis, modo plus modo minus, iuxta maiorem minoremue offerentis aut
.4. sumentis deuotionem. Quartum huius sacramenti beneficiū est, ꝙ per ipsum præseruatur homo à peccatis futuris. Siquidē præstat ut à mortalibus abstineamus, est & medicina præseruantia contra ea, quę corrumpunt: est & tuta armatura contra hosti-
.5. les insultus. Quinto, animas è purgatorio igne aliquando in totū liberat, aliquando ipsas pœnas partim mitigat: quemadmodum
Daniel. 14. præfiguratum erat in Abacuc propheta: Qui detulit prandium Danieli iam in lacum leonum missō, ut incarceratū prophetam
.6. confortaret. Sexto, non leue robur addit, ut tribulationes & aduersitates æquo animo perferamus. Quod etiā psalmographus
Psalm. 103. ita testatum reliquit Panis cor hominis confirmet. Septimo, ua-
.7. let etiam plurimum hoc sacramentum ad deponēdum timorem malignorum spirituum, & ad tutelam tum corporis tum animæ:
Exo. 12. cuius rei figura habetur exodi duodecimo de angelo illo exterminatore, qui non uoluit nocere incolis earum domorum super quarum liminibus uidebat sparsum agni sanguinem. Quemadmodum nec illos quoq; lędere potuit angelus exterminator diabolus, qui ob CHRISTI amorem corpora sua mortificando mactauerunt, & CHRISTO regi obtulerunt: quiq; pro
.2. Christi nomine omnia tormentorum genera passi sunt. Tales e-
Act. 5. rant ipsi apostoli, qui olim (ut in actis apostolicis scribitur) ibant gaudētes à conspectu concilii, ꝙ digni habiti essent pro CHRISTI nomine contumeliam pati. Qui sic etiam apud prophetam
Psal 43. loquuntur Propter te mortificamur tota die: usqueadeo neutiq; pepercerunt corporibus suis, quo minus pro Christi gloria uitā suā libenter impenderent. Hæc sunt ergo illa animalia, quæ deo
Animalia deo oblata, quæ sunt. in sacrificium offerebantur, quorum sanguine, sed præcipue sanguine CHRISTI, qui idem erat oblator simul & oblatus, remanent usq; hodie ingentes thesauri in ecclesia dei: quales sunt indulgentiæ in nostram salutem & saluationem, atq; peccatorū nostrorum remissionem impartitæ. Beati ita q; sunt qui diligenter audiunt sapientiam Solomōis, per quem CHRISTVM

deum

deum tibi intelligendum esse, oportet meminisse: non quidē sapientiam philosophorū, non poetarum, sed ipsius sacræ scripturæ, sed sancti euangelii. Et hinc est q̄ scriptura CHRISTVM cum Solomone conferens, dicat, Ecce plusq̄ Solomon hic. Cæterum si hæc omnia recte considerent, si perpendantur ad amussim: inuenient esse officii nostri, ut annunciemus in Sion excelsum nomen domini, & laudem eius in Hierusalem. Quapropter etiam atq̄ etiam cauendū est ne à consortio sanctissimæ Sion recesserimus, ne relinquamus Hierusalem matrē nostram: ne forte si id temere & infœliciter fecerimus, fiat, ut in pericula ineuitabilia incidamus. Legitur enim in euangelio, quomodo Homo quidam descēdebat à Hierusalem in Hiericō, & incidit in latrones: qui eum despoliauerunt, & plagis impositis abierūt semiuiuo relicto. Hic uidere potes o homo infaustum peccatoris processum, pro eo enim q̄ sanctam ciuitatem Hierusalem reliquerit miser, indignus æstimatur ullo peculiari nomine. Et idcirco dicitur homo quidam, suppresso proprio nomine, quo se indignū fecerat.

8. Nam quo nomine uocari dignus est, qui deum conditorem suū reliquerit: qui à deo recesserit: qui ab ecclesiæ familia se transtulerit: Caret enim dignitate nominis, qui tartarea lege uiuit. Neq̄ enim statim dignū reddit hominem, ut uocetur Ioannes, Petrus, Andreas, Thomas, aut huiusmodi nomine quopiam, quo inter nos alius ab alio distinguamur simul & cognoscamur. Neq̄ sane uera dignitas ab officiorum nominibus & magistratuum titulis æstimāda est: per quos, alius episcopus nominat, alius maior, alius prætor, aut balliuus, ut uocāt: imò nec uera nominis dignitas ex eo proficiscitur, q̄ inter homines magnus reputetur, sed q̄ per adoptionem filius dei dici meruerit: ut uidelicet per fidem, per charitatem, per obedientiam, castitatemq̄ & bona alia opera filius dei appellet. Porrò iniustos & peccatores indignos esse qui nomen ullum habeant, indicat scriptura, ita aiens Deleantur de libro uiuentium & cum iustis nō scribantur. Quemadmodum e contrario de iustis & adoptiuis dei filiis ita scriptū habemus Nomen eius scriptum est in libro uitæ. Est adhuc & alia

Beati qui audiunt sapientiam ueri Salomonis Christi. Matth. 12.

Littera.

Non recedendum a Hierusalem, ne in latrones incidamus.

Luc. 10. Expo.

Homo incidēs in latrōes, qua re nomine caret

Nec nomē nec titulus satis dignos nos reddit.

Psal. 68.

Luc. 10.

& ea quidem uel præcipua nominis dignitas, qua Christiani appellamur: quod cognomentum perdũt hi, qui perditissimis moribus CHRISTO contradicunt nec Christiane uiuũt. Et licet humana & usualis appellatio huiusmodi homines interdũ Christianos uocitet: diuina tamen sapientia, cui nihil ignotum est, eos reprobos censet & diiudicat. Quin & CHRISTVS quoq; his, qui hoc nomen sibi iniuste uendicant, ita plane reclamat: Nescio uos. Sed iam rursum ad institutum redeamus, ut huius miserrimi peccatoris procellum & infortunatum iter inspiciamus. Descẽdebat (inquit euangelista) ab Hierusalem. Sed hic quærendum est, qui sit iste descensus de Hierusalẽ? Vt id altius perscrutemur, primo uidendum, quid hæc uox Hierusalem significat. Hierusalem itaq; uisio pacis interpretatur, significatq; ipsam immensam trinitatis uisionem: in cuius gloriosissima præsentia, pax, quies, gloria, & fœlicitas æterna exitat. Quandoquidem in beatissima sacrosanctæ trinitatis uisione, in fœlicissima deitatis contemplatione cõsistit æterna illa pax, tranquillitas, gaudium, gloria & totius fœlicitatis thesaurus inexhaustus. Quisquis igit à uirtute ad uitium deflectit, quisquis spreta humilitate superbiam sectatur, qui relicta abstinẽtia ad gulã migrat: à uitæ castimonia, ad turpẽ libidinem: à syncera integritate, ad mores diabolicos, à spirituali uiuendi ratione, ad fœdas carnis illecebras, is profecto descendit ab Hierusalem in Hierico, ab ecclesia dei ad synagogam Satanæ, à gratia ad damnationem, à uita ad mortem: & sic quidem incidit in discrimina latronum, sic irruit in hostiles manus, atq; in uarias inimici insidias: imò usqueadeo ex omni parte & supra omnem modum illabitur in pernitiosa pericula, quæ nunq; poterit euadere, nisi deus ipse adiutricem manum propitius apponat. Infœlicem ergo oportet esse eum, qui relicta Hierusalem, tẽdit in Hierico: hoc est, qui relicta pace tẽdit præceps in omne uitiorum genus. Nam pax, uniuersalis quædam uirtus est, quæ & cæteras omnes suo ambitu complectitur: nimirum quum ipsam summam trinitatem significet, idq; propter tres illas literas è quibus syllaba illa conflat. Porrò. P. quæ hic prima litera est, ipsam primam

Matth. 25.

Luc. 10.

Hierusalem interpretatio.

Quantũ periculosa sit descẽsio ab Hierusalẽ ad Hierico.

Pax per suas tres literas, trinitatem significat.

primam personam importat, nempe patrem. Tū uero. A. quę in alphabeto primū locū obtinet, unicū ęterni patris filiū denotat: quū & ipse in euāgelio Ioānis ita de seipso loquat, Ego sū principiū, qui & loquor uobis. Et rursus in apocalypsi Ego sum Alpha & ω, principiū & finis. Deniq; X. spiritū sanctū significare potest. Siquidē hęc litera duplex cōsonans est, & denotat ipsum spiritus sancti processum, qui sit à patre pariter & filio. Quia spiritus sanctus (teste Athanasio) à patre & filio procedit. Quare ergo quicunq; ab Hierusalem recedit, is pacem deserit, & qui pacem deserit, is etiam à tota trinitate recedit. Pax autē illa quæ creaturas inter sese copulat & adunit, tum demū desinit esse uera pax, quoties quis ab autore creaturarum per peccata sese seiungit & separat. Iste ergo descensus, de quo impræsentiarū loquimur, qui fit ab Hierusalem in Hierico: non est aliud q̄ auersio à deo, à uirtute, ab honestate uitæ, ab uniuersa sanctimonia, à templo & dei sacramentorum suffragio: ac deniq; à totius ecclesiæ obedientia. Sed cur à Hierusalem descēderit: & quid in causa fuerit, q̄ tam pulchra ciuitas ei displicuerit: De qua & ita apud hunc prophetam alicubi scriptum est Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Erat enim Hierusalē totius orbis princeps ciuitas & celebratissima & item speciosissima simul & multo opulētissima: ad quam & ex omnibus mundi partibus cotidie affluebant innumeri, non secus q̄ apud nos ab omnibus Angliæ finibus aditur Londinum. O quanta & q̄ solida gloria huic urbi tribuebatur, quum regnabant illic olim, primo Dauid, deinde Solomon: ad quem uenerat & regina Saba, ut contemplaretur tanti uiri tum nobilitatem, tum incomparabilē sapiētiam. In hac ciuitate habitabant olim tot sancti patriarchæ, tot prophetæ: ubi & tot diuina oracula & admirabiles uisiones è cœlo eisdem promebantur, ubi ipsas leges & prophetias scriptitabant. Hæc urbs erat præcipua totius orbis & cæterarum ciuitatum caput & metropolis. De qua & propheta talem mentionem efficit (ut iam diximus) Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Sed nunquid templum dñi ei displicuit: Mirum sane si id ulli hominum displicere potuerit, quum

6

V.

Ioan. 8.
Apoc. 2.
Athanasius.
Descensus ab Hierusalem quid?
Psal. 86.
Ibidem.
Templū.

quum esset tam sanctum, tam uenerabũdum, tam celebre: quum esset etiam á deo constitutũ, eiusq; mandato & consilio constructum, tum magnificentissimo, tum maxime mirabili totius mundi ædificio: tanta præterea sanctimoniæ æstimatione habitum, ut Iudæis nephas esset ullo alio loco q; illic preces fundere, aut deum alibi q; illic adorare, aut solẽnes festiuitates celebrare. Nã Iudæi dicebãt solam Hierosolymam locum esse, ubi oportet deũ adorare. Quid, nunquid sancta sanctorum illi displicuerunt? At hic locus erat longe sacratissimus totius templi. Quia licet totum templum sacrosanctum fuerat, licet templum deo dedicatum & sacratum erat: tamen præ cæteris maxime religiosus erat ille locus, quem sancta sanctorum appellabant. Nam tam sacer habebatur, ut non alibi q; illic haberetur sacrificium: ut aliis omnibus inaccessibilis erat, præterq; summo sacerdoti ac pontifici, neq; sane ipsemet pontifex intrare potuit, nisi secum attulisset sanguinem, sacrificium & holocaustomata. At quare sanguinem secum afferre solitus est? Certe q; preciosissimus CHRISTI sanguis, in quo & redempti sumus, in illo præfigurabatur. Sed o beatum illum CHRISTI sanguinẽ: in quo sanguine à seruitute Satanæ erepti fuimus, in hoc sanguine etiam seruati fuimus oẽs, in hoc sanguine deo patri reconciliati fuimus, & à peccatis abluti. Porrò teste scriptura Lauit nos in sanguine suo. Atq; hinc factũ est, q; põtifex semper secum sanguinem detulit in sancta sanctorum: ut sic repræsentaret hunc CHRISTI sanguinem, & figura quadam significaret hũc efficacissimum redemptionis nostrę cruorem: præostendens nos debere sanguine seruari, sanguine reconciliari, sanguine item redimi. Erat præterea hoc templum orationis locus, erat & locus reconciliatiõis, erat denicq; & locus refugii & tutelę. Verum situs templi huius forte displicuit. At fundata erat hæc ciuitas, uel propheta teste, in montibus sanctis. Quid tandem, displicuit ne huic uiatori pulchritudo templi? At cuncti parietes eius laminis aureis undiq; præfulgebant. Displicuerunt ne ei alatæ illæ statuæ cherubicæ: quæ duo testamenta omni scientia referta significabant, quæ & corda audientium

diuinæ

Ioan. 4. Sãcta sanctorũ locus sacratissimus in templo.

In sanguine Christi pendet tota salus nostra.

Apoc. 1.

Situs. Psalm. 86.

Pulchritudo.

Statuæ.

diuinæ gratię præsidio confirmabant? An potius mensa propo- Mensa pro
sitionis duodecim panibus instructa, fastidienti illius stomacho positionis.
nauseã fecit? Cæterũ illi duodecim panes non aliud significãt, q̃ Duodecim
q̃ oporteat quemuis credẽtium duodecim articulos fidei custo- panes.
dire, atq; etiam scire & habere aut explicite aut implicite. At nũ
altare illud aureum displicuit? Atq; id significabat super fidem Altare.
CHRISTI unici dei patris filii, & super merito passionis eius,
oportere sacrificium contriti cordis & spiritus contribulati of-
ferri. Sed nunquid candelabrum luminibus plenum, odiosum ei Candelabrũ.
erat? Hoc sane non adeo mirum fuit, quoniam qui á ueritatis lu- Ioan. 11.
mine recedit, in tenebris ambulat, nec scit quo uadit. At uelum Velum.
templi fortasse illi nõ satis placebat. Verũ illud iam in duas par-
tes scissum est, à summo usq; deorsum: ut perspicue inspicias di-
uina illa mysteria huic mũdo pro nostra glorificatiõe data: ut à
sũmo cœlorũ fastigio ad ima usq; terrarum fundamenta nihil sit
occultũ, quod ad utilitatem & salutẽ nostram attinet: sed omnia
quæ seruandis animabus conducũt, abunde nobis patescũt. Sed Longitudo.
nunquid longitudo templi illi minus placuit? At domus dei æter-
nitatem per eam intelligere non dubitemus. Sed num altitudo Altitudo.
eiusdem, illius stomacho fastidium peperit? At per eam ad spem
rerum cœlestiũ inuitamur. An uero latitudo non placuit? At illa Latitudo.
denotat charitatem erga omnes dilatandã & extendendam esse.
Displicuit ne eiuas illud æneum quod mare appellabant, super Vas æneum.
duodecim boues latum? Cæterum id significat nos primo bapti-
zari debere, & si rursum post susceptum baptismum lapsi fueri-
mus & deturpati: oportere nos statim pœnitentię balneo ablui.
Verum nunquid propheţ uaticinantes, docentes & prædicen- Prophetæ.
tes futura, ei displicere potuerunt? At illi homines prænonebãt
& cautos reddebant, ut pauidi & parati aduentum dñi expecta-
rent. An uero ex sacerdotibus illi discrimen ortum est? Sunt ne Sacerdotes.
sacerdotes ecclesiæ CHRISTI ministri: Nõne sacerdotes san-
ctorum sacramentorum ministratione medẽtur putridis animæ
rum uulneribus? Nonne pro salute populi sibi commissi offerũt
sacrificia, oblationes & holocausta, ac etiã precationũ libamina?

Sacerdotes

Sacerdos enim pro te deprecabitur, & ſuis precibus iratum nu-
men placat: tibiq; miſericordiam pariter & gratiam à deo concili-
Hebræ. 5. at. Nam (ut Paulus inquit) Oīs pontifex ex hoībus aſſumptus,
pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad deum: ut offerat
dona & ſacrificia pro peccatis, qui cōdolere poſſit his qui igno-
rant, & errant: quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate. Pro-
pterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro ſeipſo
Ad quid ordinatur ſacerdos in eccleſia Chriſti. offerre pro peccatis. Quin & ſacerdos etiam per ſalubrem ad-
monitionem & doctrinam, animum tuum ad fidem ducit: quo ad
deum eas, iter oſtendit: ac demum te in gratiam dei trahit. Sacer
dos item facit, ut ad cognitionē ſeruatoris tui peruenias: tibi de-
clarans ſummum illum amorem redemptoris tui erga te, decla-
rans urgentiſſimam illam redemptoris tui neceſſitatem, cœleſtē
illam doctrinam, ac æternæ uitæ uiam. Ille enim te, quantum po-
teſt, à mundo auocat, & ad deum pertrahit. Ille ſic doctrina effi-
cit, ut cum deo unus ſpiritus ſias, ut adhuc hic in terra uerſatus il-
lius inſignia feras, per quæ in illius curiam cœleſtem ac familiam
admittaris, ac demum ibi cū beatis angelis coronari. At forteſſis Z.
hic dicturus es ſacerdotem trāſgreſſorem eſſe & nihili hominē,
Solis uirtus. nec te morari illius precationē. O homo, nunquid ſol ipſe eo no-
mine deterior aut contemptibilior habendus eſt, q̄ in fœtidū ac
uile ſterquilinium radios ſuos diffundat? Certe hac de cauſa, nec
deterior, nec fœdior, nec tenebrecoſior erit: ſed ſic ipſum ſter-
quilinium purificat, ſic ipſum fœtorem conſumit & exhaurit, ut
e tam turpi ſterquilinio, ui quadam ſibi peculiari blandos flores
eliciat, quale eſt ſolſequium, liguſtrum & uiola, aliiq; flores non
pauci nō minus fragrantes q̄ ſpecioſi. Adeo ut licet ipſum ſter-
quilinium graue oleat, tamen flores inde enaſcentes, huiuſmodi
ſunt: ut non ſolum ſpecie ſua oculis mire arrideant, ſed & nares
etiam ſuo dulci afflatu ſummopere delectēt: ſunt & palato plauſi
biles, ac toti corpori ſalubres pariter & medicabiles. Eodē mo-
do quamuis ego peccator ſim, quāuis etiam in conſpectu dei mei
uſq; ad grauem fœtorem ſordeſco, tamen ipſe ſol ad me talem,
iubar lucis ſuę trāſfūdit: & quia in eccleſia CHRISTI miniſter
conſtitutus

constitutus sum, hinc fit, ut necesse sit precatiõem meam bonam esse, ita ut deo grata sit & acceptabilis, maxime in ipsa sacra missa. Cæterum ut ad rem acceptam redeamus, quum hæc omnia agantur in Hierusalem, quũ hæc omnia fiunt in templo dei, in domo domini, in ecclesia CHRISTI: mirum alicui uideri potest, quid huic uiatori tantopere displicuerit, nisi forte porticũ illã, quæ erat in foribus templi, superfluam esse iudicabat. Sed considerãdum est per eam nihil aliud significari, q̃ p̃ q̃ ante q̃ ad arcana mysteria cognoscenda & contẽplanda intromittamur, oportet bonorum operum exercitiũ præcedere: ut sic per bona opera aditu patefacto, disponat se homo ad altiora secretioraq̃ mysteria percipienda, & non tantũ per fidem, quod contendit asseritq̃ Lutherus. Nã autore diuo Augustino Non sunt bona opera, nisi quæ per fidem & dilectionem fiunt: quia alterũ sine altero nullius uirtutis fructum parit. Porrò fides sine operibus manca est, mortua est & informis: quemadmodũ & uirtus sine fide similiter informis est & morti obnoxia. Sed fieri potuit ut displicerent fenestræ illæ templi, quæ data opera obliquatę erant: quo A. forent ad recipiendum lumen capaciores. At huius rei rationem facile accipies. Nam quo magis ab interna parte obliquãtur fenestræ, eo maiore claritate lumen quod extrinsecus ingreditur, per omnes templi partes sese diffundit. Eodem modo expedit animam intrinsecus patulam esse, quo efficacius lumen gratiæ expectet & recipiat. Et proinde cor humanum è superna parte latũ & undequaq̃ patulum, inferne uero exiguũ & prope clausum: quo magis idoneũ sit ad susciendũ amplius diuinæ gratiæ lumen, quod desursum est descendẽs à patre luminũ. Displicuit forsitan q̃ templum sic extructum esset dolatis lapidibus, lapidibus magnis, quadratis, pulchris & perfectis. At hoc illi argumẽto esse debuit, q̃ hic prius per oĩgenas uirtutes dolari, quadrari, poliri, & perfici oporteat eum: qui in superno illo Hierosolymitano templo reponi, atq̃ tam sancto ædificio adiungi desiderat. An uero fulgor ille radiãtis auri, quo omnia quæ in templo erant tegebantur, lippientes oculos eius suo splendore obcæcauit?

Porticus.

Augusti.

Fenestræ.

Cor humanum cur supra Latũ, inferne uero angustum. Luca. 1.

Structura lapidũ.

Fulgor auri.

Cæterũ per hoc facile intelligi potuit, quomodo per bona opera charitas fidem nostram commendat & adornat atq; uniuersa delicta & peccatorum multitudinem abscondit & operit. Nunquid obstupefactus hoc nomine in admirationem adductus est: q̃ nec malleus, nec securis, nec ullum aliôqui ferramentum audiretur esse in domo domini, dum ædificaretur? At hoc documentum esse debeat ac uelut præsagium rerum futurarũ: unde perspicuũ sit, q̃ in superiore Hierusalem, q̃ in cœlo, sit perfecta trãquilitas, perfecta quies, cõsolatio, gaudium, gloria: at nulla omnino discrepantia, nihil discordiæ, inuidia nulla, nulla usq̃ incõmoditas: nihil prorsus murmuris aut rebellionis, nihil denique simultatis aut irę. Quin contra, omnia plena undiq; concordantiæ, oĩa plena pacis, unionis & amicitiæ: omnia demum delitiis ac lætitia refertissima. Quoniam per ineffabilem illum diuinæ maiestatis aspectũ, omnia desideria & appetitus humani abunde satiabunt̃ implebuntur q̃. Cæterum quid amplius immoramur hisce huius templi mysteriis explicandis? Præsertim quum nihil in eo templo sit, quod non undiq; admirandis mysteriorum arcanis perfulgeat, nihil quod maximis sacramentis non sit fœcundissimum, nihil quod diuinarum rerum abditissimis arcanis non abundet. O itaq; obcæcate homo, o miserrime deuiator, quid te adegit, ut à tam gloriosa ciuitate decederes? Quid tibi in mentem uenit, ut tam inclytum dei templũ desereres? Quid in causa fuit, ut relicta Hierusalem, ad obscurum pagum uidelicet Hiericõ te cõferres? O infœlicissime, si tã faustus & fortunatus extitisses, ut ad superiorem Sion profectus esses: illic huiusmodi res conspexisses, à quibus nullo aliôqui gaudio diuelli potuisses, persuaderiq;, ut in hanc uallem deuenisses: nec unq̃ postea sustinuisses huius mundi tumultibus perturbari. Porrò in Sion alia superna nihil uidisses præter sacramẽta & maxima mysteria. In Sion uidisses CHRISTVM paschalem agnum una cum discipulis suis mãducasse. In Sion item perspicere licuisset, q̃ innocentem, q̃ simplicem, q̃ mansuetam & humilem uitam CHRISTVS ipse duxerat: nos suo exemplo instruens, quomodo æquum esset & nos conuersari

inter

Malleus, Securis.

3. Regũ. 6. Cælum, locus quietis & gaudij.

In Sion omnia uidere licet.

B.

C.

inter homines. In Sion interno mentis oculo contemplari poterat ipsam diuinam maiestatem humana carne circũseptam, atq; sese humillime inclinantem nõ tantum ut pauperum piscatorum pedes, sed & Iudæ etiam proditoris, abluer et: ut omnes sordes humanorum affectuum deleret, ne amplius abluta peccata renouaremus, ne amplius post eas cõcupiscentias & uitia iremus miseri, quæ manus domini semel absterserat. Si igitur in Sion usq; cõscendisset, gustasset profecto preciosissimum illum cibũ corporis & sanguinis seruatoris IESV, cibũ (inquam) longe delicatissimum, cibum supersubstantialem, cibum superbonum, supersanctum, supernaturalem, superintellectualem, atq; omnem plenitudinem diuinitatis continentem: cibum uitæ æternæ, fontem perennis gloriæ, habentem in se maximam omnis boni copiam & affluentiã, seipsum suis propriis manibus, discipulis impartientem in firmitudinem & robur uirtutis, in rutamentum ac defensionem contra prævalidos peccatorum turbines, in certum argumentũ & signum diuinæ dilectionis ergo nos: quem dignissimum cibum, ipse dilectis apostolis suis ministrabat, ita benigne, ut nec Iudam proditorem à communi mẽsa prohiberet: sed dedit seipsũ proditori suo comedendũ, ut saltem uel hoc dilectionis argumento, eum in gratiam reuocaret, ad quam eũ pridem uocauerat, quãdo eum in collegium discipulorum suorum adoptarat: magis dolẽs q; iã Iudas sua culpa periturus esset, q; q; ipsum esset proditurus. Si itaq; iste quidã homo in Sion perpetuo mãsitasset: uidisset haud dubie cœlestem illam nouitatem in corpore CHRISTI saluatoris, quam secum resurgens ab inferis deportauit. Vidisset etiam incredulitatis Thomæ, palpationis suæ acuerítatis uulnerum declarameta: tum ex esu cibi, tum etiam per tactum & attrectationem membrorum, tũ per cicatrices recentium uulnerum adhuc rubescentes. Vidisset præterea ipsum spiritum sanctum descendentem è cœlis, atq; in specie flammæ igniearum q; linguarũ illapsum in discipulos: quo illos afflatu suo inflammaret, confortaret, confirmaret, ac sanctificaret. Quibus etiam & uariarum linguarum & idiomatum dona cõcessit, adeo

Corpus Christi est cibus omni dilectamẽto plenus.

Dona linguarum apostolis infusa.

ut subito omni sermonis genere loquerentur: latine, græce, hæbraice, arabice, chaldaice, ut etiam aliis linguis omnibus, quarũ usq; locorũ usus esset: ita ut ab omnibus nationibus quæ sub cœlo sunt, intelligerentur, atq; omnes etiam homines intelligerent. Postea in diuersas mundi plagas profecti sunt, sese per totũ orbem dispergentes: CHRISTVMq; crucifixum per omnes regiones ita prædicabant, eo modo passim inculcabant: ut beatissimi sibi uiderẽt, quibus phas esset eos inaudire, illorũ uerba tam mirifica, tam noua, tam inaudita, tam diuiniloqua, eoq; spiritus uigore prolata, ut populus inde mirum in modum inflammarentur, atq; inter ipsa præcordia incenderentur, fidemq; professi ad CHRISTVM conuersi sunt pœnitentiam agentes, accurrentes ad apostolos, clamitãtes certatim & una uoce Quid faciemus uiri fratres? Quibus & apostoli statim responderunt Baptizeẽ unusquisq; uestrum, & agite pœnitentiam ut saluemini. Verum baptizabantur, capita in humum defixerũt, pectora palmis percusserunt, peccata sua deplangebant, uitam priorem lamentati sunt. Sicq; pro CHRISTO accipiebantur, à quo & misericorditer accepti sunt. Hæc oĩa & ipse uidisses, si in Sion ascendisses: neq; uidisses tantum, sed & gratiam quoq; habuisses, ut quod illi fecerant, & tu faceres. Sed heu miser, quid adegit te ut à Hierusalem abeederes? Dices forsasse id factum esse non q tibi displiceret Hierusalem, sed q Hierico tum plus animo tuo arrideret. Sed cur Hierico tibi potior q̃ aut Sion aut Hierusalem uisa est: q in ima ualle sita esset? O stulte, in uallibus sunt fœtentes nebulæ, in uallibus sunt crassi humores, uapores, humiditas & aquarũ inundationes: quid non ibi plenum corruptionis, plenum pestiferi cœli & contagiorum, ibi abundant omnium morborum & infirmitatum genera: ibi gignuntur catarri, opilatio capitis, pituita, tussis, podagra, chiragra, gonagra, omnesq; morbi articulares: ibi gignit scabies, pestilentiæ, plagæ, lues, ac denique mors ipsa. Ibi auferur ipse naturæ uigor, auferur salus corporis: ibi ipsa natura debilitatur atq; uires suas natiuas perdit. Habet insuper & hoc incõmoditatis ipsa uallis, q in profundioribus uallibus

Repetebatur plebs apostolorum prædicatione.

Actu. 2.

Ibidem.

Incommoda in uallibus generata.

adhuc

adhuc uidet atrã nox, quã is in summis mõtibus clara dies fluce-
D. scat, idq; nõ uesperi tãtũ sed ite sub ipso aurorę diluculo. O nequã
iferã eem hominem, o infaustum uitorem, o iniustum iudicum pere-
grinatorem, o mali & inauspicati itineris autorem: quare abce-
dis de Sion? quare decedis á Hierusalem? Cur magis placet te-
nebrosa Hiericq in ualle sita, q̃ Hierusalem aut dõ in edito mõ-
te posita? An magis placere debet Hierico, quæ ex nominis ĩter-
pretatione lunam significat, quæ non raro luminis sui defectum,
patiatur, quæ nunq̃ in eodem statu consistit, quæ quolibet mense
eclipsim suæ lucis sentit, adeo ut uel hac de causa lumen suum in
terram ad plenũ diffundere nequeat: q̃ Hierusalem tam sanctæ
ciuitas, quæ (si interpreteris) pacis uisionem dixeris? Porrò Hie-
rico, quæ (ut modo diximus) lunam sonat, hunc mundũ denota-
re potest, idq; propter luminis uarietatem, propter menstruum
deliquium, propter statum situm subinde mutatum, q̃ nunc cre-
scat nunc decrescat, q̃ nunc in plenilunio uersetur, nunc minue-
tur, nũc soli conjuncta lumine uacet, q̃ nunc in sugimo sit, nũc in
imo, nec unq̃ certũ obseruet cursum, quin etiam quum lucidissi-
ma sit, nõ tamen tenebrecosa quadam nubecula careat, quæ in illi-
us medio cernitur. Quæ certe macula non est aliud, q̃ pars quæ-
dam rarior sui orbis illiusq̃ cœlestis corporis. An non & hic ite-
mundus eiusdem esse naturæ ubi uidetur: modo sublimia petens
modo depressa: Interdum magni momenti uilus, interdum pau-
lus: Aliquando ad plenum ructus, aliquando decrescens: nunc
pulcher & serenus, nunc nursum deformis & tenebrosus? Luna
nunc̃ rectum cursum obseruat in ipso zodiaco, sed retrocedit
fortitan hodie per quatuordecim gradus, cras forte per tredeci-
mi, alio die magis, alio minus unde fit ut necessario toties cõtin-
gat eclipsis. Est præterea & ipsa luna humiditatis domina, mare
subinde in fluxum & refluxum cogens. Idem in hoc mundo fit,
ubi nihil in eodem ordine aut loco diu consistit, sed cuncta mun-
dana modo procedere, modo retrocedere uidẽtur: modo instat
peligi fluunt omnia, statim mutato cursu, refluunt. Quot quæso
per huius mundi præstigias decepti fuere? Quot fuerunt qui in

Interpretatio Hierico & Hierusalem.

Hierico mundum hic significat.

Quid sit macula illa, quam hoiem in luna dicimus.

Mundus uelut luna multiplici errore & continuo uariatur.

uanis huius mundi rebus confisi, ad nihilum redacti extiterunt. D.
qui è supremo fortunæ loco delapsi, sub pedibus conculcati sunt
re? O itaq; adolescens qui adhuc in ipso iuuentutis flore uiges,
caue tibi iterum atq; iterum ab hoc mundo. Tu quidem ætatis
ductu ipsam Hierico deamas, quo fit ut in latrones incidas: tu mũ
Hierico & mũdus, insidiosa ciuitas. dũ huc amplecteris, & in tẽtationes irruis præceps. Quandoquidem multi, multi, imo innumeri sunt, quos mundus huc ad graues
tentationes perducit, ac tandem in æternam damnationem. Hie-
Iosue. 2. & 6. rico enim insidiosa ciuitas est, adeo ut dũ mitterentur legati à Io-
sue, qui tum Hierusalem rex fuit, ut explorarent regionem circũ-
iacentem ac ipsam Hierico cernerent: statim à ciuibus Hierico
insidiis petiti sunt, ita ut uix Raab meretrix, quæ exploratores
Iosue occultauit ab insidiis quærentium, & sibi cohærentes nece
& excidium euaserunt. Qui magis dilexisse uidentur fidem dei, E.
mysterium templi, ac salutem populi: q̃ suorum ciuiũ multitudi-
nem: aut ipsam ciuitatem Hierico, ubi nati erant. Et qua ipsos ex-
ploratores ac legatos populi Israelitici de muro per fenestrã de-
misit, sic eos ab insidiis hostium tutans & seruans: In hoc igitur q̃
fidem & populum dei plusq̃ murorum fastigium dilexerunt, de-
signant eos homines qui se toto animo, tota uita & moribus, my-
steriis diuinis ardentiori studio committunt, q̃ ut inde per friuo
las huius mundi uanitates detineri queant. Mundanis omnibus
placet ipsa Hierico, cuius tamen bona cuncta anathemate per-
cussa sunt: quũ interim boni semper Hierusalem adhærent, cuius
bona cœlestia sunt, & ea quidem bona quæ uidentur in terra ui-
uentium. Sunt quidem ciuitates ambæ, Hierusalem & Hierico,
sed tamen minime similes: utpote inter quas nõ minor distantia
erat nobilitatis, q̃ inter Londinum & Roffam, q̃ inter Londinũ
& Lincolniam. Quare longe imparem commutatiõem oportet
esse, ubi Hierusalem pro Hierico commutatur: ubi mundus pro
2 Regũ. 12. cœlo, anathema pro benedictione. Nam ut testatur & regum
Nachor. historia, Nachor lapidatus est qui tulit palliũ argenteum & aurũ
de anathematizatis, uolente domino. Væ itaq; illi, quisquis huic
mundo mordicus adhæret: post cuius exitum, maledicitur omnis
qui in

qui in eo confisus est. Væ illi, cui Hierusalem displicet ac prouili ducitur: & contra, cui Hierico placet & in precio habetur. Sed uæ illi, cui hæc tã male ominata Hierico tanti sit, ut præ illa, Hierusalem contemnat. Væ illi, qui à deo recedit & mũdo adhæret. Iste itaq; descensus à Hierusalem, non est aliud q̃ auersio à pace, auersio à uirtute, à templo dei & sacramentis eiusdem, recessio à deo, defectio ab honestate, defectio à uita sancta, ab obedientia ecclesiæ. Summopere ergo cauendum est, ne unq̃ à Hierusalem abcedamus. Symei qui Dauidi regi maledixit, ea de causa aufugerat, nec unq̃ ueniam eius criminis consequutus est; donec in Hierusalem usq; deuenit. At post ueniam illic impetratam, iussus est sub capitis periculo ne è prędicta urbe abiret. Verum postea contra mandatum egressus, captus fuit & capitis supplicio affectus. Sic homo iste quidam, de quo loquimur, relicta Hierusalẽ, temere abiit in Hierico. At ecce quantũ discriminis sit, ut ab Hierusalem recedas. Mox incidit in latrões, à quibus captus, & uulneratus, etiam semiuiuus relictus est. Nec immerito sane, quum à murata urbe recessit, ubi tutus esse potuit: quum latrones extra urbem libentius peruagant̃. Nam excludi gaudent, includi uero maxime horrescunt. Merito etiam in latrones incidit, qui altitudinem ac securitatem arcis Sionicę deserit: quum tam altis turribus nequeunt ulli latrones damnũ ullum inferre. Merito item incidit in latrocinantes, qui tam celebrem templi sanctimoniam, totq; præclaras uirtutes deseruit, priusq; ad optatum terminum peruenisset. Sic itidem peccator aliquis sanctissima dei mysteria relinquens, uirtutes omnes postponens, à deo sese auertens: merito reuera & si nõ uisibiliter, inuisibiliter tamen incidit in latrones, hoc est in tetrorum dæmonum potestates deuenit. Verum quid tandẽ illi fecerũt latrones isti, inter quos delapsus est? Certe expoliauerunt eum, exuerunt eum, ac surripuerunt quicquid habuerat. At quid rei abstulerunt ab illo? Profecto tunicam innocentiæ, indusium puritatis, pallam honestatis, cingulum castitatis, memoriam mortis, timorẽ dei. Quid hoc sibi uult, quid est hoc totum? Vultis, ut paucis demonstrem quid sibi uult tota hęc

Ve illi qui a Hierusalem ad Hierico recedit.

2. Regũ. 16.

Luc. 10.

Qui incidit in latrones?

Ibidem.

Expo.

Spoliatio hominis quid significet.

ſpoliatio ac priuatio bonorum? Dominus ac deus noſter ab initio induerat primum parẽtem noſtrum Adam immaculatiſſimo innocentiæ veſtimento: quod quidem quãdiu purum cuſtodiuit, nunq̃ occaſionẽ habuit, unde quicq̃ erubeſceret. Quãdiu hanc veſtem ſibi induram retinuit, nunq̃ corporis ſenſit rebellionem, nunq̃ carnis illecebras aut titillationes, nunq̃ ſenſuales motus aut illicitos appetitus. At q̃ primum deo obedire renuit, ſtatim hoc amictu prorſus diſpoliatus eſt, ac totus pudore & erubeſcentia miſere cõfundebatur: ſeq̃ iam nudũ conſpicatus, cœpit præ pudore ſibi perizomata quædam é foliis effingere. Mox ipſi cœlorum globi, ipſa mundi elementa, ipſa ſuperiora corpora, omnes denique creaturæ, imò proprium ipſius corpus aduerſus eum rebellare cœpit. Neq̃ ille tantum diſpoliatus fuerat, ſed una cũ illo omne genus hominum. Neq̃ adhuc illi dũtaxat qui aut deinceps extitere: ſed cotidie homines à deo deficientes peruitioſam uitã, eccleſiam deſerentes ac uitæ probitatem, mundoq̃ adhærentes indies diſpoliantur, indies per deteſtabilem peccandi conſuetudinem uirtutibus omnibus priuantur, atq̃ in diaboli naſſam irruunt. Eſau autem magnas ac multiplices veſtes habuit, quorũ aliquibus ad ciuilitatem atq̃ urbanitatem dũ inter homines uerſat, uſus eſt: aliquibus uero inter uenandum atq̃ agreſtium ferarum agitationem, quæ illi ſtudio aptiora erant. Quibus indutus, à patre profectus, uenatum abiit: interim elegantibus illis & ciuilioribus veſtibus domi relictis, quibus Iacob frater eius matris ſuæ prudentia contectus, hæreditatem atq̃ benedictionem paternã ab abſente fratre præripuit. Circumſpice ergo o Chriſtiane, ne amittas hunc tam pulchrum innocentiæ amictum, per facinoroſam & abominabilem uitam, per execrabiles peccandi perſuaſiones. Nam ſi ſemel hanc veſtẽ amiſeris, ſtatim perdis benedictionem patris tui cœleſtis, ac etiam cœleſtis hæreditatis poſſeſſionem. Neq̃ ſine cauſa ſit, quum veſtes ſanctimoniæ & converſationis bonæ uirtutumq̃ ornamenta reliquerimus, ut ad feritatem ac uitam beſtialem accedamus hæreditateq̃ paterna priuemur. Nec Ioſeph immerito à latronibus imò homicidis fratribus, tunica

Adã ſpoliatus.

Eſau ſpoliatus.

Genes. 37.

tunica illa talari & polymita ſpoliatus eſt: quia à patre profectus abiit in Dothaim, quæ ex interpretatione uirtutum defectus dici poteſt. Hinc profectus in Aegyptum incidit in laqueum meretricis, quæ erat uxor Putipharis, à qua & pallium honeſtatis ab illo rapitur. Id quod ſæpe uſuuenire ſolet, ut ex mollicularū fœminarum conuerſatione, licet non perditur caſtitas, tamen infamet honeſtas. Noli itaq; innocentiæ ueſtem domi relinquere, quemadmodum fecit Eſau: quando per id non modo benedictionem paternam, ſed & hæreditatem perdidit. Noli recedere à patre, ſicut fecit Ioſeph, profectus in Dothaim: ne uiuendi innocentia diſpolieris, atq; in ciſternam ueterem detrudaris. Noli una cum Ioſeph in Aegyptū proficiſci, ne meretrix illa, uxor ſcilicet Putipharis priuet te caſtitatis uel ſaltē bonæ famæ pallio, atq; adeo nuptiali ueſte. Attamē in hoc Ioſephum imitare, q̄ quando pellex illa uxor Putipharis ſolicitauit eum ad deteſtandam libidinē: ipſe, ne ſi occidendus quidem fuiſſet, tantæ impietati concedere uoluit, ſed aufugit ſeſe in pedes dedens. At illa fugientem retra-
H. here uolens, palliū arripuit & auulſit ab eo. Ille tamen recta abierat, cupiens pallium ſimul & togam citius amittere, ac cætera oīa quæ habuerat una cum ipſa uita, q̄ committere tam nephariam facinus. O itaq; tu iuuenis innocens, & uirgo, mortem potius eligito, q̄ ut tantum ſceleris committas: & ſi forte ſacri cōiugii uinculo teneris, morere citius q̄ ipſum matrimonium uioles. Q̄ ſi uiduus aut uidua exiſtis, ſit potior tibi mortis cōditio, q̄ ut ipſam præſtantem uiduitatem aliqua turpitudine commacules. Amitte tunicam, amitte togam, amitte quicquid habes, amitte etiā ipſam uitam: potius q̄ ipſo peccatorū dedecore denigreris. Serua igit diligenter ſaluberrimum diuinæ gratiæ amictum, indue tibi innocētiæ tunicam: indue ueſtem puritatis & integræ uitæ. Induite nouum hominem, qui ſecūdum deum creatus eſt. Vetus ille homo erat protoplaſtus Adā, nouus uero homo IESVS CHRISTVS: terrenus item homo fuit Adam, cœleſtis uero CHRISTVS deus. Proinde fac exuas ueterem illum hominem, ueterem uitam, ueterem conuerſationem, uitioſa & improba opera tua:

Ioſeph ſpoliatus. Gene. 39.

Noli perdere ueſtē innocentiæ.

Ephe. 4. Expo. Nouus homo quis, & quis uetus.

tua: atq; illorum loco, indue CHRISTVM: sit Christus tibi toga, sit pallium, sit denique animæ tuæ ornamentum, iuxta consilium Apostoli, ubi ait Induimini dominũ IESVM CHRISTVM. Induimini formam CHRISTI, similitudinẽ CHRISTI, sanctitatem CHRISTI, humilitatẽ, castitatem eiusdem, ac obediẽtiam: denique induite CHRISTI uitã, assumite doctrinam & imitamini exemplum. Quantum poteritis, studete ut in omnibus CHRISTO conformemini in uiuendi ratione, in publica inter homines conuersatiõe. Quare fac CHRISTVS tibi uita sit, fac sit exemplar quomodo uiuas, quomodo momentaneam hanc uitam instituas. CHRISTVS ut ad superna conscendit, ita ad inferna descendere non est grauatus: ascendit autem charitate, humilitate descendit. Iam si altitudinem respicias, nullus inuenietur CHRISTO sublimior: si contra, ad dejectionem eius oculos intẽdis, nemo unq; nec humilior nec dejectior CHRISTO reperietur. Descende igitur post CHRISTVM per humilitatẽ, aspera & aduersa patiendo: at rursus assurge cum illo per charitatẽ, cœlestia appetendo. Perge ergo cum CHRISTO, ut per ipsum augearis & in illo accrescas. Nam licet ad omnem statum te se accommodat, tamen talis est: ut imitari poteris, æquare nũq; poteris. Quocirca iuxta Pauli monitionem Induimini dominũ IESVM CHRISTVM, induimini candidissimo innocentiæ uestimento, induite puritatis & castimoniæ uestem: quia iam tẽpus aduenit quadragesimæ, quando is amictus indui debet. Ad sacerdotem accede, ipse te inuestiet. Age pœnitentiam, detege teipsum, confitere peccata, declara cõscientiam, aperi animam, exonera teipsum, noli erubescere ut sic facias. Nõ cõfũdaris pro anima dicere uerum. Sit illa confessio tua uoluntaria non coacta, sit simplex nõ ficta, sit humilis & uerecunda, sit accusans non excusans, sit integra & perfecta, sit lamentabilis & luctuosa, nõ gloriosa aut iactabunda. Quas syncerę confessionis conditiones, alio loco plenius & ad longũ uobis declarauimus. Qua cõfessione sic peracta, sacerdos per absolutionis uim, restituet te antiquę puritati, uestęq; innocẽtię rursum te induet. Et hęc sane Christianorum

Rom. 13. Expo. Quomodo Christus sit induendus!

Eccle. 4.

norum olim uestis est, nisi infeliciter quispiam ea spõte sese spo-
» liet. Quotquot (inquit Paulus) baptizati estis, CHRISTVM Galat. 3.
» induistis. Quam uestem temere prædonibus & expoliatoribus
exponit, qui Sodomam à tergo relictam respiciens, in ueterem
uitam remigrat. Ecce ergo quomodò ubiq; Hierusalē est, ubiq; Hierusalem & Hiericō i quo-
etiam Hiericō. Nec solum hæ duæ ciuitates in quolibet loco in- uis loco & ho-
ueniri poterunt: sed in quouis etiam homine. Nam quādiu uixe- mine reperiri
rit quispiam, habebit & à quo defluat, in quod affluat, & itē quo possunt.
sese profluat. Quādiu in hac uita uersatur aliquis, potest quoties
lubet descendere à Hierusalē in Hiericō: & rursus si uelit à Hie-
rico in Hierusalem transmeare, & illic si uisum fuerit, perpetuo
permanere. Verū postq; dispoliassent hominem, quid ultra se-
» quutum est: quid mali amplius accepit uiator ille miser? Vulne- Luc. 10.
» rauerunt (inquit) eum, & plagis impositis semiuiuus relinquitur.
Et post peccatum semel perpetratum, quid quæso infelici pec-
catori accidit? Nūquid uulnus & liuor? nunquid sanies & tabes,
ac uitiatæ & putridæ conscientiæ grauissimus anhelitus? O sæ-
uissimū illud peccati perpetrati uulnus, o plagam periculosam,
imò millies periculosiorem, q̄ ullum corporis uulnus esse queat.
Porrò nullum uulnus maiori periculo laborare potest, nullū uul-
nus cum maiori discrimine infligi, q̄ illud quod nescienti inge-
ritur. Peccati autem uulnus leprę morbonon est adeo dissimile. Peccatū lepræ
Nam scabies illa leprosi, pruriginis plena est: & simul cum pru- assimulatur.
ritu coniungitur contagio maxima & uis inficiendi. Ex quo lati- Contagio lepræ.
us spargit hæc infectio, eo magis prurit, magisq; fricari aut sca-
bi desiderat. Ac rursus quo magis ac frequētius scabi solet: hoc
maiore oblectatiōe afficitur is qui scabitur: at eadem opera uul-
nus ipsum maius fit & crudius, indies; & crescit ac in maiori dis-
K. crimine uersatur. Simili modo & peccator graui peccati conta-
gio infectus & uulneratus, morbū suum & lethalem ictum nō ad-
hertit, nec uidet quid sit quo lædatur: & quo diutius iam pecca-
to assueuit, eo propensius id desiderat & affectat. Quanto acrius
uicia pruriunt, tanto magis ille scabit & blando fricatu indulgeat:
quo fit, ut quo maiore uoluptate deliniat, eo magis in suā pernicie
ruit,

ruit, nec morbi sæuitiã sentire potest. Vnde euenire necesse est, ut morbus morbo cumuletur: ut peccatum aliud, aliud ad se trahat. Quia peccatũ quod per pœnitentiam non deletur, mox suo pondere se ad aliud trahit. Tanta enim est peccati malicia, tantũ ueneni in se continet, ut habẽtem se ad aliud statim peccatũ pertrahat: quemadmodum superbia ad uoluptates ac illicitas cupiditates impellit, cupiditas gulam secum ducit, gulam comitatur libido, libido ad idololatriam uiam aperit. Nec ꝙ est peccator ullus qui non ad hunc modum in suo peccato afficitur: ut scortator in libidine sua, superbus in suo fastu, inuidus in malicia, uorator in sua gula, auarus in suis desideriis. Iam aliud est, uulnus ac sectionem aliquã percurare in externa corporis superficie: aliud cẽterum aliquem qui iam per carnem ipsam ad os usq; penetrauit, uel impostema in ipso pectoris thorace latitans. In altero facilis cura est ac certa uitæ spes: in altero uero desperatio salutis ac præsens mors. Verum tu interim ais te non posse abstinere, quo minus ulcus sic pruriens frices & scabas, quo minus hoc & illud exerceas peccatũ. O peccator, id ego ingenue affirmare audeo, ꝙ quisquis uere castus est, nõ sentit dimichũ illius tentationis, qui sentit aduleter aut libidinosus: ut nec humilis, in superbia: nec charitate prædiuus, in iracẽtia: nec abstinẽs, in gula: nec liberalis in auaricia. Corpus illud humanum adeo ex sese infirmum est, adeo incõstans, sic corruptum & uitiis imbutum: ut quo altius in peccato demergitur, hoc magis idem eõcupiscit, nihil interim persentiens suum uulnus, aut grauem animi læsionem, ut nec præsentissimum discrimen illud, quod peccatum comitatur. Quod tamen usqueadeo eum inficit, cui adhæret, ut A planta pedis usq; ad uerticem capitis, non sit in eo sanitas. Hæc peccati lues animum undiq; corrumpit, ac corpus quoq; tabefacit. Anima enim (ut infra clarius erit) ad mortem usq; per peccatũ uulnerata est: corpus etiam ex omni parte inficit, uulneratur ac lædit. Quod ne sine scriptura dixisse uideamur, pro prima parte ita scriptum habes Anima mea turbata est ualde. Vt etiam pro secunda parte, ubi ait Non est sanitas in carne mea. Sic illud itẽ, quod modo

Grega. Vnum peccatũ aliud ad se trahit.

Anima peccatrix undique a peccato uexatur.

Psal. 8

Psalm. 6. Psalm. 37.

ex

ex Esaia retulimus: A planta pedis usq; ad uerticem capitis, non est in eo sanitas. Dum ergo peccatū adest, nulla quies, nulla pax aut tranquillitas, in illorū animis regnare potest: sed tantū uexatio, tumultus, agitatio, tristitia ac cōscientiæ stimulus. Corpus itē nulla ex parte sanum, sed à summo capillitio ad imos usq; talos, totum ęgrum est, totum oblæsum, undiq; tabe & contagione infectum. At tu inquis, nō ægrotor, sed sanus sum, nihil morbi sentio: sed iocis diffluo, uigeo corporis robore, lętus sum & prospera ualetudine fruor. Proh pudor o homo, cur non meditaris ut aliquando grauitatem interni morbi tui sentias & prospectū habeas? Conter te primum ad humanos sensus, & mox cernere licebit, q̄ facile ipse oculorū usus amittit à peccatoribus, de qua cæcitate & sensuum uulneratione & propheta hic noster ita habet. Oculos habent, & non uidebunt, aures habent & non audient, nares habent, & non odorabunt, manus habent & non palpabūt, pedes habent, & nō ambulabunt, non clamabunt in gutture suo. Quid hoc totum sibi uult? Peccatū ne aufert tibi usum? aufert peccatum linguæ usum? auditum? odoratum? gustum? tactū? ac ipsum etiā incessum? Maxime. Et quare id quæso? Quia reuera prętaret non habere linguam, q̄ quum lingua adsit, tamen linguæ usum nō habere. Aeque optandum uidetur nullis oculis prędītū esse, q̄ non deesse oculos, & tamen uidere non posse. Quod idem de auribus, naribus, manibus, pedibusq; sentiendum est. In quem quęso alium usum concessa sunt hæc membra, ac corpori adiuncta: nisi ut ad uitales functiones atq; necessaria exercitia prędidio sint? Quare tribuuntur mihi oculi, nisi ut uideam? nisi ut itineris duces sint? ut illorum ope hoc aut illud eligam? Ad similia officia adhibentur manus, os, lingua, aures, nasus, ac pedes. Dantur enim huiusmodi membra non tantum ut corpori auxilio sint, sed ut animum quoq; consolentur, & ut sic in corpore operentur, quo ipsa anima inde mereatur. Graue ergo uulnus esse oportet, quod à peccato infligitur: quo sic totus homo peruertitur, ut nulla pars nec animæ nec corporis, suum officiū recte prætare potest. Non uident ergo quomodo per peccatum

Esa. 1.

Corpus peccatoris peccato uexatur.

L.

Psalm. 113.

Omnia membra peccatoris suis officijs per peccatū priuātur.

Peccator cæcus est, surdus, & mutus.

filii diaboli facti sunt, quomodo ab eodem concathenati, adeo ut
si sic contingeret mori, protinus ad inferni profunda detruderẽ-
Sapien. 2. tur. De quibus & scriptura ita loquit: Excęcauit eos malicia eorũ,
Peccato excæcati, ambulant in tenebris & nesciunt quo uadunt:
donec tandẽ subito in præcipitiũ eunt ac inferos petũt. De qui-
Iob. 18. bus & alio loco habetur In puncto ad infernum descendunt. Et
licet duos oculos corporeos habeant, neutro tamen uident quod
rectum est: sic ut præstaret unum habere oculum qui cernat salu-
Matth. 18. tis uiam, ęp cũ duobus cæcis mitti in pernitiem. Melius enim est M
(teste euangelista) cum uno oculo introire regnum cœlorum: ęp
duos oculos habentes mitti in gehennam ignis. Et quemadmo-
dum nihil uident, sic quoq; nec audiunt peccatores: non audiunt
probas exhortationes, nõ audiunt concionatorum monitiones,
non audiunt uerbum dei ac diuina consilia. Et si forte audierint, N.
neutiq; tamen adimplẽt quod audiunt. De quorum surditate &
Prouer. 1. Expo. dominus per Solomonis os cõqueritur, ita dicens Vocaui & re-
Ingratitudo peccatoris erga deũ uocantem. nuistis, expandi manus meas, & non fuit qui aspiceret. Q2 ait
peccatores uocatos renuisse uenire, satis declarat peccatores sur
dos esse, nec audire deum admonentem. Præterea quando asse-
rit se expandisse manus suas, ut beneficia cõferret, quæ nemo ta-
Ibidem. men eorum aspicere dignatus est: ostendit peccatores nolle nec
uidere nec audire benefaciẽtem deũ. Despexistis (inquit) omne
consilium meũ: nimirũ quod uobis diuinitus inspirabam. Vnde
Ibidem. perspicuum est peccatores nec audire posse inspirantem deum.
Et increpationes meas neglexistis. Vnde apparet peccatores
adeo insurduisse, ut ne cãminantem quidem deum audiant aut
curent. Perdiderunt etiam odoratum bonorum exemplorũ, quę
in aliis hominibus expressa, non tã uidere deberent ęp etiã sequi:
Cant. 1. iuxta illud psalmographi dictum In odore unguẽtorum tuorum
currimus. Nam qui mali sunt, facile malorum exemplorum odo-
ratum insequũtur, improbis moribus sese cito accommodantes.
Omnes sensus per peccatum corrumpũtur. Frustrantur item spiritualibus consolationibus, nimirũ ęp gustus
peccatorum nõ oblectetur deo, nec in diuinis rebus summam sui
gaudii collocat: sed tantũ in uanitatibus, pompis, inani gloriola,
ac huius

, ac huius mūdi uoluptatibus, iuxta illud Pauli Animalis homo nō 1. Corin. 2.
, percipit, quæ sunt spiritus dei. Ad hunc ergo modum & oculi Expo.
procliui sunt ad illicita conspicienda, ut uideant quæ prohibent, Oculus.
ut proni ferantur in omnimodas concupiscētias. Aures item pa- Aures.
tent ad aliorum detractiones audiendas, ad scurrilia, ad uana &
carnalia. Os aperitur ad turpiloquia proferenda, adeffutienda Os.
stultiloquia, ad loquendum detractiones, blasphemias, scurrili-
tates, periuria, mēdacia, ac blandas assentationes. Gustus ad uo- Gustus.
racitatem ac gulam defluit, immodicis ingurgitationibus indul-
get, ebrietatibus & crapulis obruitur. Manus quoq; ad furus ex- Manus.
ercitia festinat, ad inferēdas iniurias parata est, ad furta & latro-
cinia agilis & expedita, ad uulnera infligenda ac sanguinis effu-
sionem nimis uelox. Tangēdi sensus, dum ad omnia uitia pruri- Tactus.
N. & titillatur, per peccatum omnino interficitur. Adeo denicq; he-
betantur sensus omnes per peccati corruptiōem, ut quum à deo
per uarias infirmitates, aduersitates, infortunia, incarcerationes,
pauperiem atq; amicorum mortes flagellantur: ut ad pœnitentiā
se conuertant, nihil prorsus sentire possunt. Quo iam euanuerūt
promissa illa & uota quæ deo uoueras tunc quum ægrotabaris?
quum in bello aut mari aut terra uersabaris? dum uel in carcere
uel in aduersitate detinebaris? Vbi iam sunt ieiunia tua, peregri-
nationes tuę ac precationes, quę tū uoueras? Vbi sunt processiōes,
ubi sunt supplicationes illæ solennes Kyrie eleeson, Christe elee-
son, Kyrie eleeson? Vbi sunt illa, ora pro nobis, ora pro nobis?
Vbi sunt illa, libera nos domine, te rogamus audi nos? Vbi sunt
orationes solitæ, solitæ deuotiones & clamores: quæ olim deo fi-
, eri inter uos consueuerunt? Percussi eos (inquit, pphēta) nec do- Hier. 5.
, luerunt, renuerunt recipere disciplinam. Certum sane mortis ar-
gumentum est, quādo corpus ipsum nec aciem nec ictum gladii
sentire potest. Animam item mortuā esse id indicio esse potest,
quando nec conscientiæ morsum sentit, quando ferienē dei ma-
num non sentimus, nec puncturas nephandor; peccatorum ani-
mam & conscientiam uulnerantium. Sentiunt interim facile uel
minimas iniurias sibi factas, sentiūt & spinā pedē suū pungentē,

sentiunt facile uerbum aliquod quod non satis placet, sentiunt & punctura minimam acus digitum attingentis: quum tamen nõ sentiant corrodentes conscientię ingentes uermes eosq; innumeros, qui animam undiq; uulnerant & macerant: imò nec conscientiæ stimulos illos urgentes, qui pungunt, qui urunt, qui rodunt & cõtra eos reclamãt, persentiũt: tantu stuporis secum attraxit peccatum. De cuiusmodi stupore & sapiens ita loquitur. Vulnerauerunt me & non dolui, traxerunt me & non sensi. Adeo ut totũ corpus (uti diximus) nũc uulneratur, corrumpitur ac mutilatur: oculus uanitati, superbiæ, ac concupiscentiis mancipatur, ac plerunq; animæ homicida est. Iuxta illud Oculus meus deprędatus est animam meam. Auris, uanis fabulis ac detractationibus detinetur. Os, gulæ, luxui, ac crapulis ingerẽdis sese applicat. Lingua blasphemiis, periuriis, mendaciis, turpiloquiis, cæterisq; id genus horrendis uocibus tota intumescit. Manus libidinosis ac fœdis contrectationibus, uerberibus, cędibus, furtis, latrociniis ac sanguine polluunt. Pedes frequentant suspecta loca, suspectas personas, nec gressus suos ad bonum dirigere moliuntur. Vt de tã saucio corpore, illud uere dici potest Insanabilis fractura tua: pessima plaga tua. Neq; solũ corporis partes sic per peccata uiciantur: sed & animæ quoq; partes non aliter ęq; corporis inficiuntur. Nam memoria non raro in recolendis iniuriis, sedulo occupatur. Intellectus sæpe ad decipiendum proximum suum, uires suas exercet. Volũtas ad malum perpetrandum, facile inclinatur. Vnde satis clarum esse opinor, q̃ misere peccator totus, & intus & foris, cruentis uulneribus scateat. Q̃z pestiferum & capitale erat illud uulnus protoplasti Adam? Adeo enim putridum fuit & graueolens, ut contagiosa illius sanie totum humanũ genus infectum sit. Q̃z insanabile erat & uulnus Cain, qui insidiatus, fratrem suum occidere non formidauit? Pro quo scelere ab oĩbus merito reiici meruit, atq; adeo ab his, qui sibi sanguine coniuncti erant. Quod odium ipsemet sentiẽs se incurrisse, dixit Quicunq; uiderit me, interficiet me. Q̃z tabidum & sine omni remedii spe, erat illud nephandum Sodomitarum uulnus? Quæ

Prouer. 23.

Tbren. 3.

Hierem. 30.

Tota anima peccatoinficitur.

Memoria

Intellectus.

Volũtas.

Vulnus Adæ.

Vulnus Cain.

Genes. 4.

uulnera

uulnera licet maxima sint, nõ tamen uidẽtur ab his quibus infligũtur: q̃ peccatum & internos & externos oculos obtenebret, ita ut peccatores à nulla parte cernere possunt. Porrò si peccator uilium rectum haberet, contemplaretur è supernis benignissimum CHRISTVM ac dominum nostrum, quem omnes sæpe & cotidie grauiter offendimus: adeo ut iã per flagitia nostra auersatus, paratus sit cœli ianuas offirmare, ne intrem⁹ miseri. At quando nos forte cum fatuis uirginibus clamitamus Domine domine aperi nobis: ille tamen non secus nobis respondebit, q̃ illis olim respondebat Nescio uos. Si deorsum inferorum locum aspicimus, uideremus quomodo per tot iniquitates nostras & abominationes illuc ire meruimus. Si antrorsum oculos direximus, haud dubie strictum illud iudicium statim cerneremus, in quo necesse est omnia nostra referri. Si retrorsum ad commissa peccata aspexerimus, nihil aliud intuebimur q̃ cõfusissimum ac tetrum chaos peccatorum quæ perpetrauimus. Si rursus introrsum aciem oculorum deflexerimus, uidebimus miserrimam cõscientiam nostram, quam undequaq; innumeris peccatorum maculis inquinauimus. Si extrorsum lumen nostrum uertamus, uidebimus mundum præstigiatorem ac fallaciæ plenum: quem supra omnem modum tam stulte dilexerimus. Si peccator tollat oculos suos in deum, uidebit ipsam dei qualitatem, id est æternam & inexhaustam dei sapientiam ac cognitionem, illud acumen ac perspicuitatem qua omnia uidet & intuetur, quum Omnia nuda & aperta sunt ei. Nam si syncero fidei oculo perpẽderet peccator infallibilem illam dei cognitionem, qua cõtemplatur uniuersa tũq̃ tam pertinaciter diuinis monitionibus reluctarentur. Sed heu miserrime, minime consideras quomodo deus non facta tãtum tua, sed & cogitationes peruidet & cognoscit. Si certo crederes deum ipsum scelera tua uidere: uidere quando, quomodo, & quoties offenderis, eundẽq; esse qui tibi iudex sit futurus: nolles opinor, etiam si sic totum mundum lucrareris, uel unicũ peccatum mortale perpetrare: nolles inter confitendum malefacta tua eglarẽ, nolles tegere tam scelerosas pectoris tui cogitationes.

Vbique Scripturarum. Sursum.

Quocunque peccator aspexerit, uidebit omnia sibi aduersantia.

Matth. 25.

Deorsum.

Antrorsum.

Retrorsum.

Introrsum.

Extrorsum.

Quæ sit dei qualitas, quãtitas, figura.

Hebræ. 4.

Syncera cognitio dei.

Psalm 13. Expo.

De huiusmodi autem cæcis loquitur propheta quũ ait Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Quoniam perinde est negare deum esse, atq; affirmare eundem actus, uerba, ac cogitationes nostras non peruidere. Sed quid tantam hanc cæcitatem sequitur? Audi ppheram Corrupti sunt (inquit) & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Vnde & id factum est, quod sequitur in propheta Deus de cœlo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligens aut requirens deum. Ex hoc cæcorum genere erant, ad quos dominus in euangelio ita loquitur Vt quid (inquit) cogitatis mala in cordibus ueitris? Si peccator attollat oculos suos ad deum, eius etiam quantitatem uideret, potentiam scilicet & iusticiã. Videret quomodo totum genus humanũ punit prounico Adæ peccato, quomodo puniuit Cain, quomodo Nemroe, quomodo Sodomitas, quomodo totum mundum per diluuium, quomodo Pharaonem cum tota Aegypto, quomodo Israelitas in deserto quos antea tantũ sublimabat, quomodo deposuit reges, Pharaonem uidelicet, Balthazarum, Nabuchodonosoꝛ, Senacherib: quomodo Dauidi cum toto populo suo graui pestilẽtia afflixit, propter suum unius peccatum. O peccator, contemplare hanc dei potẽtiam, hanc dei iusticiam. Quod si facias, præstabit quo minus tã alte cæcutias atq; plerisq; huius mundi peccatores. Qꝫ misera cæcitas fuit olim in rege Nabuchodonosoro, quum oblitus sortis suæ, se pro deo coli uoluit: ꝙ cæcus erat quum consecrata templi uasa in concubinarum suarum cõuiuio, prophanare non sit ueritus? ꝙ cæcus erat quum tres illos pueros iustos quidem, in fornacem mitti iussit? At tandẽ sursum aspiciens, deum in fornace cum tribus illis pueris aspexit, quum dixit Tres missi sunt in ignem: & ecce uideo quartum, & quartus filio dei similis est. Sed quis docuit hunc impium hoiem posse discernere filium dei nondum incarnatũ à reliquis tribus pueris? Idem certe filius. Vidit item manum in pariete scribentem, & eum ita hebraicis uerbis admonẽtem, Mane, Techel, Phares. Quin & diues ille epulo iam in inferno sepultus, dum sursum leuat oculos, uidet in cœlo Abraham & Lazarum mendicum recubantem

Ibidem.

Ibidem.

Matth. 9.

Cæcitas Nabuchodonosor.

Daniel. 3.

Idem. 5.

Q. cubantem in ſinu eius. Atutinam aliquãdo & tu oculos tuos ſurſum attolleres, ut deum ipſum conſideraret, ut perpenderes eius ſcientiam & cognitionem, eius potentiam & iuſticiam. Vtinam aſpexiſſes manũ illam quam diximus, hæc uerba in pariete ſcribentem, Mane, Tethel, Phares. Hoc eſt numerauit, ponderauit, ac finiuit. Numerauit oĩa opera tua, tam minima q̃ maxima. Põderauit & grauitatẽ & abominationẽ eorũ. Finiuit, id eſt exitũ uitæ tuæ definiuit & determinauit. Dauid item cũ toto populo ſuo peſtilẽtia graui afflictus fuit, propter ſuum unius peccatum. Sed utinam utinam aliquando oculos noſtros ad inferos deflecteremus, quo liceret audire ipſum diuitem ciulãtem, atq; ſuas pœnas memorantem, & peccata ſua miſere deflentem. Quare o peccator quiſquis es, utinam tandem hanc manum ultricem dei conſiderares: utinam potentiam eius & iuſticiam perpenderes. Verũ tam atrocia uulnera tibi inflicta ſunt, tam miſere per peccatũ obcæcatus es: ut uiſus oculorum animæ tibi ademptus ſit, cæcus q̃ totus efficiaris. Sed unde factum eſt, q̃ oculi tui ſic corrupti ſint? q̃ ſic illicitis uidendis occupentur? q̃ ſic concupiſcentiis, uanitatibus, leuitati? ſic pompis, faſtui, ac uitiorum illecebris dedãtur?

, An non illud ſcripturæ recte iam in te quadrare poteſt Oculus
, meus depredatus eſt animam meam? Quemadmodum peccatores omnes dicere poſſunt Oculi noſtri ſũt tota luxuria noſtra. Sic & aures quoq; uulneratę ſunt, dum non aliud agunt q̃ indulgent audiẽdis detractionibus, ſcurrilitatibus, inanibus & otioſis fabulis. Sic lingua item turpiloquio, ſcãdalis, & obſcenitate diſfluit: ſic reliqui ſenſus uariis uitiis uulnerati, corrumpuntur. Vnde ſcriptum eſt, Senſus & cogitatio hominis prona ſunt ad malũ
, ab adoleſcentia: adeo ut uerum eſſe id, quod alicubi ſcribitur, ſatis liquidum exiſtat Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua. At quare inſanabilis, quare item peſſima plaga tua? Haud dubie q̃ iam diutina conſuetudine inueterata obduruit. Porrò ceſte ſapiente Languor prolixior grauat medicum. Et ſæpe fit ut poſt pueridam illam malæ cõſuetudinis plagam, infligatur plaga lõge adhuc deterior; plaga uidelicet diffidentiæ ac deſperationis

Manus dei ſcribens in pariete quid notata eſt.

Omnes ſenſus humani per peccatum obcæcantur.

Thren. 3.

Genes. 8.

Hiere. 30. Expo.

Eccle. 8. *Deſperatio eſt plaga inſanabilis.*

de uenia & miſericordia dei impetranda. Vt uere dicere poſſit R.
Hiere.17. quiuis peccator de ſemetipſo, Quare factus eſt dolor meus inſanabilis: & plaga mea deſperabilis? Certe id aliunde non accidit, niſi q̃ Aſſuetus uitiis, diſſueſcere nolit, q̃ ſe ſuam peccandi conſuetudinem mutare non poſſe exiſtimet: unde fit ut conſuetudine duce in peccatis maneat, ac indies peius ac peius corruat. Nã conſuetudo peccati longo peccandi uſu inducitur: è conſuetudine naſcit illa plaga peſſima deſperationis. Vſu & longa peccandi cõſuetudine, ad accipiendũ illud lethale animæ tuę uulnus perduceris, p duceris & in extremam deſperationẽ. Quia tũc ubi in mentem uenit uita tua, quãdiu & q̃ abominabiliter in omni peccatorum genere infectus uixiſti: tunc etiam ex altera parte ſubit iuſtiſſimum dei iudicium, quod nemo malus effugere poteſt. Tũ uero ſequitur contemptus dei, ac deſperatio ſalutis tuæ. Iuxta illud. Peccator quũ in profundum malorũ peruenerit, contemnit.
Prouer.18. Tunc enim ipſum peccandi actum ac etiam mũdum contemnis, tunc uitam tuam pro contemptibili habes, tunc corpus tuũ tibi deſpicitur, deſpicitur anima: tunc denique omnia contemnis, imò & ipſum deum, ac immenſam illius miſericordiam: tunc ſtatim
Gene.4. cum Cain blaſphemas & dicis, Maius eſt peccatum meum, q̃ ut ueniã merear. Atq; ſic quidẽ è manu dei elaberis, ſic ſtatim extra ambitũ diuinæ miſericordiæ poſitus es. Quare reſipiſce aliquãdo o miſerrime peccator, abiice aliquando illum ueterem hominem: ac nouum hominem ſtatim induito, ſequutus Paulinum cõ-
Ephe.4. ſilium, qui ſic admonet omnes peccatores Induite nouum hominem, qui ſecundum deum creatus eſt. Recordare, quid in euan-
Matth.11. gelio dictũ ſit A diebus Ioannis Baptiſtę uſq; nunc, regnum ceQui rapiunt eum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Illi qui ſe abſtraxerunt ac quodammodo exules fecerunt ab huius mundi delectamẽtis, á carnalibus illecebris, à deliciis, à uoluptatibus, nec curant in quas incurrant aduerſitates, ſemper parati ut quaſcunq; tribulationes ac ſupplicia pro dei amore æquo animo ferant: ſeſe uariis pœnitentiæ afflictionibus macerantes, nihil nec ſibi nec corpori ſuo parcentes, non ponderantes quicq; quantum pœnarum

ſuſtinent

sustineant pro IESV CHRISTO, modo per hanc uiolentiam liceat irrumpere in regnum dei: modo per talem pœnitentiam, per lachrymas, per lamenta, per uarias pœnas, plas sit abiicere priora peccata, abluere detestabilem uitam, ac sic demum cœlū uiolenter rapere, sic deum ad misereḋum cōpellere, sic ad cōmiserandum adigere, sic cogere eum ad indulgendum, ac tandem per talem uim & uiolentiam, cœlorū ingressum assequi. An non Niniuitæ per huiusmodi uiolentiam mitigauerunt diuinam irā, ac diram cladem iam sibi & ciuitati suæ imminentem propulsauere? Quapropter o miserabilis peccator, si præsens uita durabilis non est, si hic breuis uitæ cursus tot miseriis undiq; circumuallatur, si ex omni parte calamitatibus abundet, si undequaq; grumnis & cruciatibus ineuitabilibus scateat: si contra, uita proba & deo placens, non sit nisi in sacramentis, nisi in mandatis dei exequendis ac uirtutum usu: si beata uita alibi non sit q̄ apud deum, quam & promisit se daturum omnibus se uere diligentibus, ac eam uere quærentibus: ex his duobus uitæ generibus, utrum tibi eligendum & imitandum existimes, ipsemet considerato, mihi sane potius uideť, ut in Hierusalem & Sion hæc qualiacūq; mala transitoria perpetiamur, quæ ad assequenda superna præmia plurimū cōferunt, q̄ temere à Hierusalem abcedere. Mori enim magis expediebat in pace iuxta templum, iuxta sacerdotes & prophetas, iuxta diuina mysteria, iuxta suffragia atq; ecclesiæ sacramenta: q̄ à deo seruatore tuo per pessima uitæ facinora recedere. Elegi abiectus esse in domo dei mei, q̄ habitare in tabernaculis peccatorꝫ, dixit propheta, hoc est q̄ habitare in Hierico, ubi est perpetuus uirtutum defectus. Sed quid opus est pluribus? quid opus ut de hoc misero uiatore plura uerba faciamus? Semiuiuus (inquit) relinquitur. Per hoc declarans hominē è duplici natura cōsistere, ex anima scilicet & corpore: atq; quandocunq; peccatū committit, sese in anima interficere. Sed quomodo fieri potest ut anima, quæ natura immortalis est, moriatur? Certe non aliunde mors illi ingeri potest animæ aliôqui immortali, q̄ per mortale peccatum. Quod & scriptura ita affirmat,

Duo uitæ genera.

Psal. 83.

Luc. 10.

Expo. Homo ex duplici natura cōstitit.

Anima quomodo mori possit cum sit immortalis.

Anima

Ezech.18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Atq; ut clarius percipias quomodo & quot modis moriatur anima, animaduertendū eſt
Triplex mors. mortem tripliciter dici poſſe. Eſt enim mors alia quę naturæ dicitur, alia quæ culpæ, tertia uero gehennę. Iam q̄ ad primā mortem attinet, quæ naturalis appellatur, ſic anima mori non poteſt, quum ſit natura immortalis: at morte culpæ, toties moritur anima, quoties propter peccatū ab ea recedit deus, & aufertur diuina gratia, quæ eſt uera animæ uita. Ac rurſus morte gehennæ mori dicitur anima, quando ob perpetrata peccata nec per pœnitentiam deleta, ad inferos rapitur, illic æternos cruciatus luitura. Neq; eſt ulla pœna apud inferos, quin optimo iure mors dicatur, quod & ſcriptura affirmare uidetur dicens Sicut oues in
Pſalm. 48. inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Quem ſcripturæ locum alias latius declarauimus in ſermone illo cuius initium eſt, anima quæ peccauerit, & cætera. Vt igitur peccatum animæ mors eſt, ita deus uita eſt eidem: quem & peccatū à nobis diuidit, uel Eſaia
Eſai 59. teſtante Nonne iniquitates noſtrę diuiſerunt inter nos & deum. Ipſa igitur anima, quæ natura uiuens eſt, à uita ſua, deo, per peccatum ſeiuncta, mortem quandam patitur. Q̄ ſi hic peccati paries in hac uita non tollatur per corporis mortificationē: ſuperest ut in mortem æternæ damnationis trahatur, dum interim tamen manebit perpetuo uita illa naturalis animæ, quæ ſic natura
Mors eterna. immortalis creata eſt, ut nullo modo poſſit uita illa priuari. Talis tamen eſt ipſa æternæ damnationis mors, ut anima illā patiens, mallet omnino uita exui & naturā habere mortalem, q̄ in omne uſq; æuum in tantis cruciatibus uiuere. Nam qui in ea conditiōe
Apoc. 9. poſiti ſunt, libenter Mori deſiderabunt, & mors fugiet ab eis Et
Matth. 26. hac de cauſa ita de Iuda proditore dictum eſt, Melius fuiſſet homini illi, ſi numq̄ fuiſſet natus. Peccatū itaq; mortale unam mortē irrogat, nimirum diuiſionis à ſua uita, quæ eſt deus ipſe: aliamq̄ & multo triſtiorem mortem poſt mortem corporalem præparat & diſponit, mortem ſcilicet damnationis æternæ. Et tum tota mortua erit anima illa, quæ à deo, hoc eſt à tota uita ſua, impellente peccato, diuortium fecit. Quid ergo ſibi uult, q̄ peccator

dicatur

, dicatur Semiuiuus relictus: quum per inflicta peccati mortalis uulnera, totus mortuus sit? Peccator idcirco semiuiuus relinqui dicit, ꝙ ante mortem corporalem, ante apertam mentis alienationem, liberum arbitrium sibi relictum habeat: quo per gratiam adiuto, á peccato quo prius detinebat recedere possit, atꝙ amissas uirtutes iterꝫ recuperare, & ad deum quem deseruit & à quo auersus fuerat: rursus reuerti, cumꝙ sic diligere & amplecti, eius præceptis sic adhærere, ut tandem deleto peccato, mereatur denuo in filium dei & hæredem regni cœlestis adoptari. Vide ergo quantæ uirtutis sit liberum arbitrium, quantam efficaciam in sese habeat: ut quod contra omnia mala mortem inferentia, adhuc tamen dimidium uitæ retineat, & si præterea per gratiã iuV. uetur, mortem penitus ab anima repellet. Propria tamen resurgendi uoluntas nõ sufficit, nisi per gratiã subueniatur. Sed hactenus iam peccati periculum perspeximus: nũc reliquum uidetur, ut peccati remedium alicunde perspiciamus. Id enim citius inueniemus, si pergamus sequentem euangelii processum perscrutari, ubi iam peccati remedium peruidebimus, quemadmodũ periculum hactenus uisum est. Sequitur continuo in lectione euan, gelica, ad hunc modũ Accidit autem ut sacerdos quidam descẽ, deret, & uiso eo præteriit, similiter & leuita uidens eum pertrã, siit. Samaritanus autem quidam iter faciẽs uenit secus eum, & ui, dens eum, misericordia motus appropinquans alligauit uulnera, eius infundens uinum & oleum, & ponens eum in iumentum suũ, duxit in stabulum & curam egit eius. Sacerdos & leuita uiderũt proximum indigentem, cui suffragari debuerunt: nec tamen quicꝙ auxilii attulerunt. Necꝙ sacerdos officii sui memor, necꝙ leuita scientia legis admonitus, miserum peccatorem sic grauiter suis sceleribus uulneratum, inter cæteros ad agendam pœnitentiam reducere uoluerunt: imò nec ope, nec consilio, nec solatio supportabant, at omnino deseruerunt. Sed prꝫterit sacerdos ac neglexit uulneratum hominem, præterijt item leuites nec remedij quicꝙ misero attulit. Tandẽ uero uenit Samaritanus quidã, nimirũ ipse uerus custos noster, qui accedens ad saucium hoiem misericordiam

Luc. 10. Liberum arbitrium quantæ uirtutis. Peccator cur semiuiuus dicitur.

Remedij contra peccatum quomodo adhibeatur.

Luc. 10. Expo.

Negligẽtia sacerdotis & leuitæ.

Diligentia & misericordia Samaritani.

misericordiam impendere dignatus est, statimq; alligatis uulneribus, oleum & uinum infundit. Sed quid ista significant? Certe non aliud q̄ quoties incidit quispiam in præsentaneum animę periculum, in detestãda peccata, in fœdam libidinem, in scortationem, in ebrietatem, in temulentiam, in crapulã & ingurgitationem, siue in aliã qualemcunq; turpitudinem aut uiuendi enormitatem: sacerdos & leuita, quorũ interesset illius misereri, atq; eius uulneri opem ferre: qui deberent opitulari, auxilium & cõsolationem præstare, nihil penitus affetunt præsidii: sed prætereunt uiso tam tristi spectaculo, subridentac pro ludo habent miserũ peccatorẽ, nulla nec miseratione nec cõpassione dignantes Iesum & uulneratũ. Atq; hic huius mundi cursus est, hic mos X
sæculi istius, hæc hominum ingratitudo est & malignitas. Videt hominem grauiter offendere, & illi interim rident: uidẽt quempiam deo auersari ac permittunt eum suo sensu abundare, prætereunt negligentes proximum: ille uero sic neglectus in periculum animæ præceps incurrit, nec miseretur quisq̄, nullus compatitur, nemo lenit dolorẽ consolatione aliqua, nemo inuisit male habentem, nemo uulnera colligat aut linteolis circũuoluit, nemo adhibet oleum aut uinum: nemo pro commisso peccato obiurgat, nemo dat consilium, nemo corripit, nemo castigat, at oẽs prætereunt, neglectui habentes miserum sauciatum. O ingratissimam huius mundi malignitatẽ. Quis tandem est iste sacerdos? quis leuita? Sacerdos quidem is est, cui præcipue incumbit cura ac solicitudo animarum: sed qui reuera mercenarius est, in eo q̄ fugit ac gregem suum ueniente lupo deserit. Leuita autem ex interpretatione nominis appositum significat, siue assumptum: nimirum q̄ in numerum Christianorũ ac in dei familiam assumat, ut illic ædificet, ut hic in ecclesia CHRISTI laborem subeat, ut consilio iuuet stantes, ut delinquentes corrigat, ut peccantẽ in ordinem aliquem ac modũ reducat. Sed o sacerdos qui curam animarum in te suscepisti, & tamen perpetuo in aula hic manes, & uix semel in trimestri spacio, aut uix semel in toto anno parochiã inuisas: quid de te futurum censes, qui tot uulneratos negligis, &

Quis est iste sacerdos? quis leuita?

Sacerdos ambiens non curãs gregẽ, qualem rationẽ reddet?

omnino

omnino in causa es cur uulnerẽtur? Raro quidem gregem adis, & quum semel aduenieris, ac tuos omnes, alios famelicos, alios sitientes reperis, pascis ne? Vtinam faceres. Prædicas uerbũ dei? utinam id negotii facere nõ grauareris. At uis dicam quid agis? Tondes, rapis, pecuniæ totus inhias, nõ cogitas de suscepta cura, non de animabus commissi populi. Et uel hinc satis declaras animum tuum, ꝙ aut non uenis omnino, aut si quando uenis, id potissimum circa pascha aut in messe facis, quibus temporibus maximum lucri tibi accedit & laboris minimum. Quadragesimale tempus uel hoc nomine abhorres maxime, ꝙ tum tibi cõfessiones essent audiẽdę, ꝙ capitalibus plagis remedia tum essent adhibenda, ꝙ male habentibus sacramentorum medicina tum esset succurrendum, ꝙ uulneratis deniq; olei & uini cataplasmata tunc apponenda essent. O quot Christianorum animæ huiusmodi negligentia ad ima tartara demittũtur? Quam tandem rationem reddẽt huiusmodi pastores, huiusmodi sacerdotes & leuitæ quum coram seuerissimo iudice deo sistentur, pro tot suorum animabus sic æternaliter sua culpa & negligentia amissis? Profecto iudex ille metuendissimus eam sententiam contra tales pronũciabit, quam ita legis apud Ezechielem Erit anima tua pro anima illius, & illud Sanguinem eorum de manu tua requiram. Sed nũquid interim & illi etiam rationem reddent, qui eos à sua cura ministranda detinuerunt? Certe ambo ad reddendam ratiõem cogent, ambo pœnam sustinebunt, quæ faxit deus propitius, ut æterna non sit. Et tu quoq; laice, qui magistratu tenes, qui legem in manu habes, qui publicum officium geris: tu inquã uides scurras, uagabundos ac nihili homines in oppido, cui præes: uides lenones, prędones, aliosq; id genus homines perditos, at interim conniues ac uelut clausis oculis pertransis, dissimulas, nec malos corrigere uis. Quid pro hac tua negligẽtia tibi in extremo die euenturũ speras? Haud dubie, haud dubie & tu quoq; non minus cũ sacerdos, rationem redditurus es. Sed qualem (inquies) rationẽ reddam ego, qui liber sum nec ullam curã gero? Id equidẽ tibi facile expediam, Vnusquisq; curã habet proximi sui,

Y. Ezech. 3.

Laicus etiam rationem reddet pro subditis.

Eccles. 29. 17. Rom. 14. Expo.

Roma.15. fui, ut ait Apostolus Debemus autē nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vt rex curam habet sui subditi, episcopus diocæsani, archidiaconus eorū qui suæ iurisdictioni subsunt, abbas & prior confratris, rector seu uicarius parochianorum suorum, pater filii, herus serui, uicinus uicini, ac ut summatim dicā, unusquisq; alterius curā habet quoties illi ,pdesse potest, quotiesq; opus habet spirituali illius auxilio, cōsilio, consolatione, & fraterna correctione. Samaritanus autē quidam iter faciēs, Venit secus eum, & cætera. Samaritanus cultos interpretatur. Venit ergo custos quidam ad requirendum eum, qui sine uilo custode, quo uellet, pro arbitrio uagabatur. Custos quidam. Quidam de certo aut eximio aliquo dicitur, & idē pene significat, quod singularis. Erat ergo quidā qui descēderat à Hierusalem, & incidit in pericula: & erat quidam etiam qui periclitanti subuenerat, ac misericordiā demōstrauit. Sic erant duo, quorū hic quidam dicitur, alter etiam quidam. Quidam & quidam. Et quidam etiā uenit ad quendam. Alter quidam, pro multitudine scelerum suorum, pro magnitudine iniquitatis suæ nominari non meretur: alter uero quidam, pro sublimitate maiestatis suæ nominari non potest. Vnus quidam iustus est, alter quidā iniustus. Quidam totus sanus est, posterior uero quidam plagis undiq; confectus. Hic quidam gratia uestitus est, ille quidā gratia prorsus spoliatus. Vnus quidam uiuit totus: at reliquus quidā semimortuus. Alter quidam est CHRISTVS deus, alter uero quidam homo luteus. Hic quidam est ipse supernus dominus, ille quidam neq; seruus atq; humi prostratus. Prior quidā est ipse redemptor noster CHRISTVS, posterior quidā miserrimus homo atq; damnatus. Primus quidam angelos regit, secūdus uero quidam à latronibus grauiter saucianus est. Vnus quidā nulla re indiget, alter uero quidam omnium pauperrimus est & item uilissimus. Sed quæ tandem conuentio reperiet inter istos? Certe eadē conuentio quæ est lucis ad tenebras: quę est CHRISTI ad Belial. Sed unde factum est, ut alter quidam qui erat omnium excelsissimus, hunc infimum quendam respicere dignatus sit?

Luc.10. Expo. Samaritanus quis?

Verbū quidam de quo dicitur.

2. Corin.6.

Z.

A.

Id sane

Id sane ex nulla re alia q̄ è diuina bonitate factum est. Nam excelsus dominus humilia respicit. Cui suffragatur & alius psalmographi locus, ita inquiens Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Venerat itaq; reformator hominis ad hominem omnii uitiorum genere deformatissimum. Venit filius hominis quaerere & saluum facere, quod perierat, ut est apud euangelistam. Multa semper itinera confecit saluator noster, per omnes ciuitates proficiscens, pergens per castella, per plateas & uicos, per publicas uias, per sepes etiã & latibula, per abscondita & propatula: imò nusq̄ nõ graditur, ut eos inueniat qui illum inuenire non possunt, nempe peccatores. At ubi tandem inuenit peccatores? Inuenit eos in ualle, inter Hierusalem & Hierico: in ualle quidem huius mundi, in ualle illa quę lachrymarum dicitur, ubi homines facilius tendunt uersus Hierico q̄ Hierusalem, ubi decliuius itur ad uitam diabolicam q̄ uere Christianam. Videns (inquit) eum, misericordia motus est. Tanta enim est dei clemẽtia, ut ubiq; & in omni loco oculi eius super bonos pariter & malos intẽdantur. Ille enim pluit super iustos & iniustos: & facit solem suum oriri super bonos & malos. Iste pius & misericors Samaritanus custos noster & protector deus, considerat in primis peccatorum multitudinem, considerat quanta & q̄ exitialia peccata committunt: considerat & immanitatem sceleris, temporis diuturnitatem, crebram peccatorũ iterationem, nouas scelerum inuentiones, assuefactionem in malis, peccandi occasionem, fragilitatem cadendi, imbecillitatem resistendi, ignorãtiam peccãtis. Perponderat etiam & ipsum peccatum, ponderat grauitatẽ cõmissi sceleris, atq; ipsam etiam flagitii põderat immanitatem: semper obseruans, num se pœnitentia affligere uelit peccator, num pœnitere non grauetur, num peccatũ deserere non pigeat: num non reculet uinciri, inuolui, purgari, secari, ut latens pus ac sanies contracta educi queat: num paratus sit, ut æquo animo ferat chirurgum tam saeuum uulnus exscindere & perserutari impacta ad imũ usq; lanceola: ut sinat fricare, purgare, oleumq; & uinum infundere, num patietur omnia instrumenta uulneri huc

Psalm. 137.

Psalm. 112.

Luc. 19.

Christus ubique hominem quaesiuit.

Peccator in ualle erat iter Hierusalem & Hierico.

Idem. 10. Expo.

Matth. 5. Misericordia dei quomodo nos & nostra considerat.

A.

P 1. arq; illuc

atq; illuc uolui ac adhiberi. Atq; hoc ipsum illud est, quod dicit euangelista Videns eum, misericordia motus. Et ꝙ primum hęc quæ modo diximus, in peccatore cernit deus, ꝙ primum hanc pœnitendi dispositionem uidet, quũ perspicit hunc submittendi modum, hanc pœnitentis humilitatem, statim misericordia motus est. Vtpote qui nihil aliud à peccatore petit, ꝙ cor contritũ & spiritum humiliatum, cor ad agendam pœnitentiã promptũ ac paratũ. Quod ut uidet, mox misericordia motus est. Sed unde est ꝙ tam facile misericordia motus sit? Quoniam quum hæc pœnitentię argumenta uidet in peccatore aliquo, protinus misericors est, protinus prętabilis est super malicią: nec grauat omnes infirmitates nostras & uulnera persanare. Atq; tũ quidẽ, pius accedit, ut sauciatum tangat, ut uulnera cõtrectet, ut abstergat, liget, consolidet ac sanet. Tum quoq; oleum & uinum infundit. Oleum lætitia illa est, qua perfunditur conscientia iam post peccata reualescens. De qua, propheta Vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ. Quin & uinum quoq; lætitiæ symbolum habet: uel eodem propheta teste, apud quẽ sic habes Vinum lætificat cor hominis. Per hoc designans peccatorem conuersum, duplici lætitia perfundi: tum ꝙ iam inferni periculum euaserit, tum etiam ꝙ regni cœlestis promissionem acceperit. Vel ꝙ iam effugatis peccatorum tenebris, quibus modo obcæcatus erat: nũc ad uidendum iusticiæ lumẽ peruenit. Fit & oleum misericordiæ, oleũ sanctificationis, & oleum item spiritualis cuiusdam lætitiæ. Sed ut oleum habet hic chirurgus, sic habet & uinum quoq;. Quum ergo uiderat peccatorem dolentem pro commissis sceleribus, quum uiderat esse cõtrito corde: protinus misericordiæ oleo curat confouendum, atq; concęptam tristiciam abstergendam, & in læticiam conuertendam. At econtrario, quando uidet peccatorem aliquem lasciuia & insolẽtia dissolui, uinum infundere solet, ut uini austeritate correptus, resipiscat. Quotiescunq; igitur corripit aliquem delinquẽtem, uinum illius uulneri infundit: ubi uero blanditur, oleũ infundere consueuit. Porrò peccator interdum blandiciis, donis, uariisq; dei beneficiis ad pœnitentiam ducitur:

Luc. 15.
Psalm. 50.
Iocl. 2.
Oleum quid?
Psalm. 44.
Vinum quid? Psalm. 103.
Peccator conuersus, duplici consepta lætitiam.
Triplex oleũ. Chirurgus habet unum, habet & oleum.
Quãdo oleum est uulneri infundendum & quãdo uinum

B.

ducitur: interdum uero ediuerso, non alia re citius emendatur, q̃ correptionibus, infortuniis, infirmitatibus & miseriis, quemadmodum in proximo sermone sequẽte plenius audietis. Sic curatores ac pastores animarum, in tractando gregẽ suo hac eadem arte uti debent: hoc est ut quem uident pro delicto suo dolentem ac pœnitentem, eũ blandis uerbis consolentur: at si quãdo lasciuientem ac insolentẽ conspiciant, tunc eum seueriorib⁹ uerbis increpent, ostendentes illi uulneris sui grauitatem. Et sequitur in textu euangelico Imposuit eum super iumentum suum, id est super semetipsum. Quia ipsemet dominus naturã hanc nostram sibi induit, ipse portauit omnes iniquitates nostras, quemadmodum fert iumentum onus sibi impositum. Ipse erat iumentum nostrum. Imò & ipse ita de sese loquitur apud prophetam, Vt iumentum factus sum apud te. Deinq̃ duxit in stabulum, & dedit stabulario duos denarios, & ait: curã illius habe, & quodcũq̃ supererogaueris, ego reddam tibi. Hoc stabulum, in quod ductus est uulneratus ille, ecclesia dei est, ubi uiatores quiescunt & sacramentis reficiuntur: ut sic refocillati, fortiter proficiscanẽ in æternam patriam. Sic itaq̃ curam egit uulnerati, pius iste Samaritanus. Aduerte etiã quomodo iste qui plagis affectus erat, nihil fecisse aut dixisse legitur: sed tacente illo, nec quicq̃ agẽte, omnia peraguntur. Deus enim ipse qui omnium hominũ custos est, omnia perficit quæ ad curationem nostram attinent, nos uero ipsi nihil aut q̃ minimum. Et quæcunq̃ huic misero, qui à Hierusalem in Hierico recessit, tunc fecisse memoratur Samaritanus iste, eadem cotidie pro infinita misericordia sua facit clæmentissimus dominus, in peccatoribus conuertendis & sanandis. Sed quis iste stabularius est cui uulneratus committitur? Certe unusquisq̃ qui animarũ curam suscepit, qui pro suo uulnerato aliquãdo huic Samaritano, stricte respondebit. Stabularius erat ille qui dixit Misit me CHRISTVS euangelizare. Stabularius erat ille qui dixit Herodi Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Stabularius magnus erat ille cui CHRISTVS dixit Pasce oues meas. Stabularius erat ille qui dixit claudo sedenti ad

Luc. 10. Expo.

Psalm. 72. Expo. Luc. 10.

C.

Stabularius qui?

1. Corin. 1. Marc. 6. Ioan. 21.

Act. 3. Marc 16. Matth. ultimo.

specioſam portã, In noie IESV CHRISTI nazareni, ſurge & ambula. Stabularii ſunt illi omnes quibus dicitur Ite in orbem uniuerſum, prędicate euangelium omni creaturę. Iterum Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti. Dedit ſtabulario duos denarios. Qui ſunt iſti duo denarii? Intelligentia ueteris & noui inſtrumenti, in quibus expreſſa eſt imago æterni regis: cuius ſanguinis precio, hic uulneratus redemptus eſt: cuius precio uulnera noſtra curãtur, idq; per ſacramentorum adminiſtratiõem, è quibus hoc oleum & uinum de quibus iam egimus, abundanter manant & effluũt. Sed Curam illius habe & quodcunq; ſupererogaueris, ego reddam tibi. Curam illius habe. Curam omnium ſuam: omnibus paſtoribus impoſuit iſte Samaritanus, ſtricte præcipiens illis ut populum ſuum ſolicite docerent, erudirent, baptizarent, ut agnoſcerent uultum pecoris ſui, ut omnibus modis ſaucium & egrotum curarent, ne ſua negligentia ſub manu ſua pereat uulneratus. Et quodcunq; ſupererogaueris. Hoc eſt quicquid ultra debitũ, dili-
genter tua induſtria per gratiam meam tecum cooperantem feceris, ego cum ad iudicium rediero reddam tibi, id eſt condignã
dabo mercedem. De qua mercede & in apocalypſi ita meminit, Ecce uenio cito, & merces mea mecum eſt dare unicuiq; iuxta opera ſua. Sed utinam paſtores ſuum debitum exoluerent, imò D.
proh dolor, largum uictum accipiunt, ſed plebem non inſtruũt, non condigne alunt, nec uita, nec exemplo, neq; doctrina. Quibus & dominus apud Ezechielem ita improperat. Lac comedebatis & lana operiebamini, gregem autem meum non pauiſtis. Beatus ergo ille ſtabularius qui uulneratum miſericorditer recipit. Beatus ille qui uulneratum curat. Beatus ille cui dominus dicit Quodcunq; ſupererogaueris, reddam tibi. Beatus ille cui dominus debitor factus eſt. Vtinam & nos ſimus idonei debitores, utinam quod accepimus exoluere poſſimus, utinam curam ſuſceptam adimplere uelimus. Sed ut ad prius inſtitutum redeamus, tu forte inquies, nõ eſſe rem adeo magnam, ut remittantur peccata. Profecto, tanta res eſt peccatorũ remiſſio, ut nec terra

Duo denarii quid.

Mercet ſtabulario reddida.

Apoca 22.

Ezech. 34.

Remiſſio peccati q̃ magna res ſit.

nec

nec cœlũ eã tibi præstare potest: nec alia creatura ulla præter so-
, lum deum. Quis enim (ut est apud euangelistam) peccatum di- Marc. 2.
, mittere potest, nisi solus deus? Nã peccatũ res talis est, ut nisi de-
us id tibi remiserit, iaceres in inferno dãnatus in omne usq; guũ,
nec unq; cœlum ingredereris. O itaq; miserrime homo, an non
, tanta res multiplici gratiarum actione digna uidetur? Porrò nõ Gregorius.
, est dignus dandis, qui non agit gratias pro datis: ut passim à uul-
go dici solet. Quare quum rem tanti momenti tibi gratis elargi-
tus est: ne sit tibi molestum, ut pro tanto beneficio gratias agas,
ut assidue eum colas, laudes, honores: quia ipse nihil aliud ab ho-
, minibus, quibus benefecit, postulare solitus est, q; ut Annunciẽt Littera.
, in Sion nomẽ domini & laudem eius in Hierusalem. Quare noli
id tam leue ducere, quod nec cœlũ, nec paradisus, nec terra, imò
nec ipse deus sustinere potuit. Siquidem peccati onus ange Onus peccati.
lum è cœlo præcipitauit, Adam è paradiso eiecit: Dathan, Abi-
ron, Chore, ac etiam ipsos Sodomitas, per terrę hiatum ad infe-
ros usq; demersit. De hoc tam graui peccatorũ onere, ita loquit
E. deus Vos estis onus mihi, & ego proiiciam uos. Vbi ergo qui- Hiere. 23.
escit peccatum nisi apud inferos? Pondus, pondus, pondus illud
, peccati infinitum est. Cui & illud astipulatur. Peccatũ quod per Gregorius.
, pœnitentiam non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit. Et
quando homo per diutinam peccandi consuetudinem, in multi-
faria peccata perductus est: tum sæpius secum reuoluere incipit,
quãta sit peccati sui grauitas, q; ingẽs ponderositas, q; sit exacta
dei iustitia: & tunc uitam suam despicit, tũc corpus suum aspere-
natur, tunc animam suam negligit, ac demum deum ipsum cœ-
lumq; contemnit, ac sic ad baratrum usq; delabitur. Nam teste
, scriptura, Quum peccator in profundum malorum peruenerit, Prouer. 18.
, contemnit. Quare perspicuũ est, dei benignitatem ingentia be-
neficia conferre hominibus, quãdo remittit illis peccata sua, neq;
est aliud quippiam quod magis pertinet ad dei laudem, q; ut mũ-
do annunciemus hanc dei misericordiam, quam gerit ipse erga
, homines. Qui ideireo non uult mortem peccatoris, sed magis Ezech. 33.
, ut conuertatur & uiuat: qui hac de causa uult oẽs homines saluos

Littera. fieri, Vt annuncient in Sion nomen domini & laudē eius in Hie-
rusalem. Et quid quæso aliud est annunciare nomen domini in
Sion, q̄ passim prædicare misericordiā diuinam posteris q̄ ma-
nifestā facere: atq; notificare quanta pro peccatoribus sustinuit,
quot cotidie beneficia præbet, siue in donis gratiæ, siue in donis
fortunæ, siue in donis naturæ, in tam gratuita peccatorum dona-
tiōe, neq; id semel, bis, aut septies, sed septuagiesies, sed septuage-
sies septies, sed milliesies, sed millies milliesies: neq; denique toties,
sed plane toties quoties. Optimo itaq; iure debemus hūc Sama-
ritanū, hūc tam piū custodē, hūc tam misericordē deū annūciare
in omni ecclesia sanctorum: hūc omni in loco debemus laudare,
prædicare, exaltare & glorificare. Nec est ulla res alia quæ citi-
us hominem ad unitatem fidei, in amorem dei ac hominum ad-
mirationem reuocet: q̄ diuinæ bonitatis ac beneficiorum decla-
ratio atq; notificatio. Nam sic factū perhibetur in primitiua ec-
clesia, quando tot tam cito ad deum conuersi sunt ex omni nati-
one quæ sub cœlo est: adeo ut uno die tria millia, alio quinq; mil-
lia, acta pœnitentia, ad nostram religiōem peruenerunt, quo tē-
Act. 4. pore multitudinis credentium erat cor unum, anima una in
domino. Ad hanc fidei unitatem, non pauci ex omnibus mun-
di partibus collecti fuerant: inter quos quidam imperatores e-
rant, quidā reges, alii diuites, alii pauperes, simplices, prudentes,
docti, indocti: ac denique ex omni hominum genere. Atq; id
ipsum est quod regius hic propheta noster Dauid, proxi-
mo uersu sequente innuere atq; insinuare uidetur, ita dicens.

Expo. Nulla res citius ad deū trahit, q̄ suorū beneficiorum declaratio.

Vers. 23. IN CONVENIENDO POPVLOS IN VNVM, F.
ET REGES VT SERVIANT DOMINO. In quo
uersiculo duo in primis annotāda ueniunt: unum, q̄ populus uo-
cetur in unum, id est ad unitatem fidei: alterum uero q̄ uocentur
reges, principes & nobilissimi quiq; uiri ut deo cum aliis seruiāt,
ut deum uenerentur pariter & adorent. Ac pro priori quidem
Ephe. 4. illo ita scribitur. Misit deus quosdam quidem apostolos, quosdā
autem prophetas: alios uero euangelistas, alios autē pastores &
doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in
ædificationem

Duo præcipue annotanda in hoc uersu.

ædificationem corporis CHRISTI, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionem filii dei in uirum perfectũ. Hæc tam uaria ministrorum dei diuersitas, typo quodam præfigurabatur per diuersitatem illam ministrorum, quos olim habuit Salomon in celebri illa templi sui ædificatione. Solomon ędificaturus templum illud nobilissimum, auxilium petiit ab Hiram rege Tyri, qui tum quidem rex potens erat & unus ex prędipuis amicis Solomonis. At Hiram amici petitionibus acquiescens, paratuit illi ad triginta millia fabrorum lignariorum, dolatorũ ac sculptorum. Solomon quoq; ipse præter hos missos ab amico rege, elegit ex his qui sub ditione sua erant in Iuda & Hierusalem, octingẽta millia latomorum, & septuaginta millia operariorum, præter non paucos præfectos, superuisores, censores tum operis tum operariorum, præter eos etiam qui negligentes taxarẽt, ac laborantibus debitum stipendium soluerent: qui erant numero ter mille ac trecenti homines. Oportet itaq; hoc ædificium ingens sane & amplum fuisse, qui tot habuit operarios, & tot insuper qui inspicerent ac superuiderẽt, necubi in toto opificio eratum esset quippiam. At quidnam erat hoc totum? Quid significabat hoc tam magnificũ templum? num aliud quicq; ẽ ipsam dei ecclesiam? Sic CHRISTVS quoq; quum in hunc mundum prodiit constructurus ecclesiam suam, primum quidem tam solidi fundamenti lapidem, super seipsum iaci uoluit, ita inquiens: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Verum quum hanc tam spaciosam domum ædificare cõstituit, iam in carne ad nos profectus, non de Iudæis tantum, sed de gentibus etiam sibi adiutores adiungi uoluit: de utroq; populo ministros sermonis sibi assumẽs. Elegit Solomon operarios de omni Israel, per hoc innuens non de una tantum stirpe eligendos, sed undequaq; & ex omni parte inquirẽdos, qui ecclesiam exemplo & uerbo ædificent: atq; isti sine omni personarum acceptione, ad id muneris promouendi sunt. Et qui tales sunt, ad erudiendos infideles, ad arguendos hereticos, ad docendos ignaros, ad reuocandos peccatores & inobedientes, ordinandi sunt: & proinde uidẽdum ut

3. Reg. 5.

Quot operarios habuit Salomon in ædificatione templi

Matth. 16.

strenui

Patronus eccl. ſiæ quales operarios mittere debeat in eccleſiam

ſtremi uiri ſint, qui ad tam arduam prouinciam eligant. Tu quidem mittis operarios in hanc eccleſiæ ædificationem, tu patronatus iure, ſacerdotes ad ſuſcipienda ſacerdotia promoues, & epiſcopo præſentas: fac quæſo bonos mittas, mittas caſtos, uirtute, eruditione, & doctrina inſignes. Q2 ſi alios miſeris, noli epiſcopo ſuccenſere ac ſubiraſci, ſi non quos miſeris ad ſacerdotium admiſerit. Nam ſcito te pro huiuſmodi præſentandis à deo nullam gratiam initurum, ſed potius meritas reprehenſiones & grauem culpam reportaturum. Et quoniam magna erat templi huius ſtructura ac ingens ædificatio, multos & magnos habebat

3. Regũ. 5. Solomon operarios: nempe triginta millia uirorum, qui lingna ſuccíderent & ſcinderent: ſeptuaginta millia eorum, qui onera portarent: octingenta millia latomorum, præter eos qui præerãt ſingulis operibus, qui numero erant ter mille ac trecenti uiri qui laboranti populo præcipiebant. Sic & CHRISTVS quoq; ſaluator non paucos opifices miſit, qui ſibi eccleſiam fidelium ædificandã curarent, ac ſanguine etiam ſuo uelut cemento eam plantare & firmare nõ formidarent. Et hoc eſt quod Paulus dixit ut

Ephe. 4. Expo. ſupra recitauimus, Miſit deus quoſdã quidẽ apoſtolos, quoſdã autem prophetas, alios uero euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationẽ corporis ſui, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionem filii in uirum perfectum. In primis deus miſit apoſtolos, ut qui ordinarẽt ac regerent eccleſiã ſuam. Prophetas item miſit ad futura prædicenda, euangeliſtas autem ad ſcribenda euangelia: paſtores uero, ut qui ſuſciperent curã animarum: deniq; miſit & doctores qui populum dei in moribus & uita inſtruerent. Hos omnes ad prædicãdum euangelium ſuum emiſit, neq; hos tantũ, ſed horum quoq; poſteros ac ſucceſſores ad oſtendendam fidem gentibus errantibus & Chriſtianæ religionis ignaris, ire uoluit: ut ubicunq; opus uideretur, corrigerent, inſtruerent, fouerent, purgarent, ligarent, ſanarẽt: poteſtate illis in hoc commiſſa ac cotidie confirmata, ut errabũdos peccatores in rectam uiam perducerent, ut bona opera ac doctrinã

Quot mittit Chriſtus in ædificationẽ eccleſiæ.

ſanam

ſanam omnibus patefacerent, quo tandē eos ad eam uitę integritatem pertraherēt, quam & fides requirere uideatur. Atq; id eſt, quod innuit apoſtolus quum ait In cōſummationem ſanctorum, ſubintellige operum: ita ut unuſquiſq; pia & ſancta opera perficiat. Siquidem incipere multorum eſt, perficere autē paucorū. In opus (inquit) miniſterii: quatenus ubiq; & in omnibus inducatur honor dei, ſalus proximi, ac meritum operantis. Et ſequit, In ædificatiōem corporis CHRISTI, nempe myſtici, ut qui infideles ſunt conuertantur, ut conterantur peccatores, ut firmentē ac conſolidentur perfecti, ex quibus ueluti uiuis quibuſdam lapidibus ædificatur myſticū illud CHRISTI corpus, quod eſt eccleſia. Donec occurramus omnes in unitatem fidei & in agnitionem filii dei. Quaſi diceret per nulla uſq; ſæcula ceſſandum eſſe his & huiuſmodi dei & eccleſiæ miniſtris, nūq; ceſſandum á miniſterio prædicandi, á labore exhortandi, conſulendi, & uocandi peccatores ad fidem, ad agendam pœnitentiam: nec ab hoc negocio deſiſtēdum eſt, quandiu aut mundus hic durauerit, aut ſuperſit uel unus peccator ad deum nondum cōuerſus. Neq; deerunt unq; uſq; ad huius mundi exitum magni quidem & nobiles reges, principes, heroes, proceres, magnates, cōſiliarii, iudices atq; cæteri id genus publici magiſtratus: qui ſuis laboribus hanc CHRISTI eccleſiam ędificabunt, ac tuebuntur: qui probos ſemper defenſuri ſunt, ac improbos punituri: qui maleficos ac delinquentes coercebunt, atq; ad uirtutem exercendam compellent. Quin & ego hoc affirmare auſim pios ac iuſtos laicos uiros, qui poteſtatē temporalem ſortiunt, dum nepharios trāgreſſores à ſcelere ſuo reuocāt ac legis cancellis coercent & in rectū tramitem reducunt, non carituros quidem ſummo merito, corona ac prēmio: modo illi id pro dei amore & iuſticię faciāt. Quēadmodum nec diuini uerbi cōcionatori defutura eſt ſua merces, ſi ſuo officio recte perfungatur. Neq; ſane temporalis magiſtratus minus laboris ſuſtinet in conſtruenda eccleſia, ſi iuſte & legitime ſuam poteſtatem exerceat, q̄ facit aut ſacerdos aut concionator. Quia nos amplius in hac re procedere nō poſſumus, q̄s ut

admoneamus

admoneamus transgressores, & ut peccati periculum denuncie-
mus, & ut cõtumaces excommunicemus: at tu, ipsum transgres-
Luc. 14. soris corpus supplicio afficere poteris, si facinus quod commise
rit, publicum sit, testibus probatum, aut iure uictum. Compelle,
itaq; eos intrare (ut inquit CHRISTVS) quo impleatur conui-
uium regis CHRISTI. Vocabunt ergo omnes, nec erit quisq;
in eo die qui se merito excusare poterit, qui tum dicere audebit
se non uocatum, aut in excusationem sui illud afferre Nunc; de
te audiuimus, nunc; fides tua erat nobis perlata. Multis ergo &
uariis modis uocabuntur peccatores ad pœnitẽtiam, donec tan-
dem omnes occurramus in unitatem fidei: donec omnes præua-
Ioan. 10. ricatores redeant ad cor: donec conuertantur peccatores ad si-
dem, quãdo demum uocatis & collectis omnibus, Erit unũ ouile,
Luc. 21. & unus pastor. Sed, & in agnitionem filii dei. Nam tunc omnes,
plane cognoscent filium dei, Quando ueniet in nube cũ potesta-
Hierem. 31. te magna & maiestate. Porrò dominus apud Hieremiam ita lo-
Expo. quitur Omnes enim cognoscent me, ac si diceret, multi sunt qui
modo me non adeo ad plenũ cognoscunt: at tum aperte cogno-
scent, nõ me tantum, sed & potestatem meam atq; item maiesta-
Multiplicitermodus deus uocat ad gratiam. tem. Ad hunc itaq; modum misericordissimus deus nos omnes à
principio uocauit ad fidem formatam, atq; adhuc etiam cotidie
non cessat multis modis & plurimos ad fidem uocare, uocare ad
bona opera, ad agendã pœnitentiam, dignosq; pœnitentiæ fru-
ctus, cæteraq; id genus plurima. Nam interdum uocat homines
inspiratione, interdum diuini uerbi prædicatione, aliquando ex-
emplis, aliquando beneficiis, modo blandiendo, modo flagellã-
Primo modo, inspiratione. do, non raro promissione bonorum, aliãs malorum comminati-
one, plurimos sua passiõe attraxit, ac deniq; alios aliis modis. In-
spiratiõe uocat, quoties peccator quispiã in lecto suo decubans,
aut aliãs secum serio reuoluit transactam malam uitam, ac incipit
eam horrore quodam pertimescere: ac tũ statim tædet uitæ prio-
ris, tædet peccatorum suorum, tum incipit grauitatem iniquita-
tis suæ perpẽdere, ac oĩbus modis studet quomodo tot uitæ trãs-
actæ maculas eluere possit. Quoties ergo ita apud te afficieris, K.

non est

non est dubium quin deus inspirat in te bonas cogitationes, loquitur in te per internos quosdam afflatus, per motiones internas: quibus instigaris ad pœnitẽtiam. Quis autem alius quæso ad pœnitentiam te instigat? quis inducit te ad agnoscenda crimina tua, nisi solus deus? Quis te ad confitenda peccata, ad fundendas lachrymas & singultus pro peccatis inducit, præter benignũ deum? Quia ipse deus est, qui ita de seipso ait, Ecce sto ad hostiũ & pulso. Ipse est qui te aut aliũ quemuis persuadet ut à malo horreas, bono uero adhæreas: ipse est qui quod uelit à te factum, loquitur in animo tuo, quemadmodũ & propheta ait Audiã quid loquat in me dominus deus, quid animo meo instillet, quid cordi meo inspiret, ad quid me moueat & instiget: nobis bona inspiret, ipse qui hortatur, ipse qui persuadet, ipse qui perficit. Quia ut ait Apostolus Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex deo est. Quotiescũq; ergo habes in animo tuo bonas cogitationes, quoties sentis te metipsum ad meliora promoueri: toties te à deo uocari intelligas. Neq; unq; aut raro ulla præterit dies, quando nõ incidant in animo tuo cõplures bonæ cogitationes: quare scito nullã aut raram diem præterire, qua non traharis à deo, qua non uocet te aliquo modo. Vnde licet tibi sic dicere cum sancto Iob Vocabis me, & ego respondebo tibi. At quid hoc sibi uult, quod dicit, Et ego respondebo tibi? Profecto nõ aliud, q; quotiescunq; sentiam me bonam habere cogitationem, toties mihi intelligendũ est eam esse diuinam uocationem: studẽdumq; pro uirili ut protinus illi acquiescam. Sic olim uocauit apostolos, sic discipulos, sic alios quos ad se uenire uoluerat. Nã posteaq; dixisset Petro, Andreæ, Iacobo, & Ioanni Venite post me: statim sic cœperãt inflammari in cordibus atq; animis suis, q; statim & cõtinuo deseruere parentes suos, filios & amicos, cymbas & retia: imò totũ uictum suum, totum piscatum, & artificiũ illud unde prius uictitabant. Atq; hæc omnia penitus in propatulo sine ullo discrimine demittebant: ac nudũ CHRISTVM nudi secuti sunt. At quare ita fecerunt, quid pro his relictis à deo repromissum habuerunt?

Apoc. 3.

Psalm 84. Expo.

2. Corin. 3.

Iob. 13. Expo.

Matth. 4. Apostoli q̃ primum uocati, statim relictis sunt, uenerunt.

buerunt: Certe ne unus quidē obulus, non quadrans, aut ulla quidem merces promissa fuit. Quid ergo compulit illos hæc omnia quę habuerant, deserere: Profecto q̄ deus ipse illos iam uocauerat, non tantum hoc uerbulo Venite, sed magis per internam inspirationem, per internam motionem intus attraxit corda illorum. Interdum uocat & prædicatione, quando per urgentem quandā uim & uirtutem uerbi sui, animum tuum ad se rapit, incendit, ac attrahit. Hoc uerbo totus mundus perdocetur, hoc uerbo lux datur toti terrarum orbi, hoc uerbo peccator ad contritionem perpellitur, ac tandem acta pœnitentia in bono consolidantur. Quot hominum millia, q̄ innumeri peccatores per hoc uerbum sani & salui facti sunt? Noli igit̄ o peccator hoc tam efficax uerbum spernere, noli tam salubre uerbum surda aure pertranſire: imò audias libēter, diligas ex animo, ac re ipsa adimpleas. Nam uel teste euangelista, Beati qui audiunt uerbum dei & custodiunt illud. Hoc nomine beata erat Maria magdalena uocata, quando audiebat CHRISTVM uenisse in domum pharisæi in Hierusalem, afferens alabastrum unguenti, atq; ingressa in domum dum prandirent, amarissimis lachrymis tota obruta, nec populum accubantem nec tantam multitudinem curans, nec curans tā opiparum conuiuii apparatum, nihil minus in animo habens q̄ tam lautum prandium, non animaduertēs uerba illa quæ conuiuantes inter sese haberent, quum certatim dixissent, quid hic negotii habet hæc mulier? Est ne hæc illa meretrix & pstituta mulier? adeo ut ipsemet etiam pharisæus, qui eos ad conuiuium inuitauerat, qui erat illic paterfamilias, ita intra se tacite cogitaret, Si hic propheta esset, sciret utiq; quæ & qualis esset mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. Illa tamen hæc omnia minime curabat, sed accedens ad CHRISTVM, irruit prona ad pedes eius, ac profusissime lachrymata est, usqueadeo ut etiā lachrymis suis pedes eius rigare cœperit, & capillis capitis sui tergere: osculabatur quoq; uicissim pedes eius & unguēto ungebat. Atq; ad hunc quidem modum per prædicatiōem uerbi dei uocata est Magdalena: sic uocati sunt & alii multi. Nam ut etiam in actis apostolicis

12. Prædicatione uocat. Virtus uerbi dei.

Luc. 8. Magdalena uocata.

Luc. 7.

apostolicis legitur, cꝫ primum spiritus sanctus cecidit in discipu- Act. 2.
los in linguis igneis, illi statim per totum orbem dispergebant se
ac CHRISTVM crucifixum predicabant: quibus auditis, po-
puli pœnitentia ducti, cateruatim ad eos fluebant, clamitantes,
Quid faciemus uiri fratres? Quibus & apostoli responderunt. Ibidem.
Baptizetur unusquisq; uestrū & pœnitemini, ut deleantur pec-
cata uestra. Atq; hoc modo reliquus item mundus per prædica- 43.
tionē uerbi dei, ad deum accersitus est. Multos quoq; ad se uocat Exēplo uocat deus.
deus, per salutaria tum sanctorū tum proborum uirorum exem
pla. Nam quotiescunq; aut audis aut uides sanctum quempiā &
pium, quoties ascultas aliquem moribus & uirtutibus inlignem:
toties uocat te deus, toties intus pulsat præcordia tua, toties mo-
net, toties instigat te ad sequendam meliorem uitam. Quia, ut est
autor Gregorius, Nunc̄ peccatores ad lamentum pœnitentiæ Gregor.
redirent, nisi aliqua essent bonorum exempla, quę mentes eorum
traherent. Plus enim mouent exempla cꝫ uerba. Quandocunq;
audio aliquem probatum uirum ea proferentem quæ ad pietatē
spectant, multum sane moueor: at quum uideo eadem factis ex-
pressa multo magis moueor. Quum uidet superbus aliquis aliū
humiliantem se & deiicientem, mox intus in conscientia secum
damitat, o me miserū, quomodo fas mihi erit per superbiam in-
trare in regnum dei, quū illuc nulli aditus sit nisi per humilitatē?
Non habitabit in medio domus meæ, qui fecerit superbiam, ait Psalm 100.
dominus. Similiter gulosus aliquis uidet alium ieiunantem, cor- Gula uarijs mo
pus multa abstinentia macerantem, super nudam terram decu- dis punitur.
bantem, non habentem lectum quo se fessum deponat, multiplī-
ces pœnas ac miserias perpetientem: ac tum secum submissa uo-
ce suspirat, o me infœlicem peccatorem, quantam abstinentiam
sustinet iste pauperculus? quot & cꝫ assiduis ieiuniis, quot uigili-
is, laboribus, & piis exercitiis corpus suum extenuat: quum ego
cōtra, laute uestior, delicatissimis ac exquisitissimis epulis pascor
& saturor, raro aut nunc̄ ieiuno, uigilias sacras aut alia statа ie-
iunia floccifacio: quid ergo tandem de me futurum est in extre-
mo illo die & strictissimo iudicio? Sed o gulose fac memineris

Luc. 16. historiæ illius, quæ in euãgelio de diuite epulone & Lazaro mẽ-
dico narratur: quomodo ille purpuratus cotidie splendidis epu-
lis indulgebat, hic uero ulceribus plenus ad fores eius iacebat
mendicans, cupiẽs saturari de micis, quę cadebant de diuitis mẽ-
sa, at nemo illi dabat. Sed quum tãdem iam ambo mortui essent,
Diues in infer-no clamat. gulosus & immisericors epulo in inferno sepultus est: Lazarus
uero, qui hic toties inedia, fame & siti laborabat, in sinum Abra-
hę deportatus est. Sed utinam ad spaciũ aliquod temporis apud
portas inferorum existeres, quo liceret audire diuitem illum iã
uel unam guttulam aquæ postulantem, qua ardentem linguam
Nullum solacium in inferno. suam infrigeraret: quam tamen nemo ei daret. Illic enim nihil so-
lacii est, nihil quietis: nemo qui fesso moueat puluillos, nemo qui
male habentis caput intra manus suas contineat, nemo qui admo
neat, quota hora fuerit, nemo qui sitienti poculũ præbeat, nemo
deniq; qui succurrat, qui consoletur, qui det quod absit misero.
Attamen neutiq; desunt qui illud ingeminant, percute miserum,
dilaniato peccatorem, ure, seca, torque, interfice. Memẽto item
gulam in causa fuisse, q; in lauto & luxurioso conuiuio, apparue-
rit Balthazaro regi manus illa diuinæ iræ index, quæ in pariete
Daniel. 5. spectantibus uniuersis sic hebraice scriptitabat, Mane, Tethel,
Phares: quibus uerbis regni priuatio & summa miseria signifi-
cabatur. Quare facito abstineas aliquando, quo gratiam apud
deum ineas: saltem ab uno aliquo consueto ferculo aut edulii ge-
nere tempera inter prandendum. Perpende tecum in quod cibi
genus appetitus tuus maxime propẽsus sit: atq; ab eo hodie pro
amore dei abstineto, & tamẽ nemo interim perspiciet, quid hoc
nomine tibi uis: at deus tamen qui intẽtionem tuam uidet, qui a-
nimum tuum cognitũ habet, qui deuotionem pectoris amplecti-
Malorum tole-rãtia regnum dei acquiri-tur. tur, ipse tibi mercedem dignam retribuet. Quin præterea si cre-
bro huiusmodi exercitiis & parsimonię assuescas, tandem fiat, ut
omni molestiæ sensu deposito: te tandem uelut in habitum quẽ-
dam uirtutis temetipsum perducas. Nam cœlum non deliciis &
uoluptatibus, sed parsimonia, sobrietate, ac frugali uictu quæritur.
Act. 14. Per multas enim tribulatiões (ut ĩquit scriptura) oportet intrare

in

, in regnum dei. Quia ut dicit Paulus Non est regnum dei esca & Rom. 14.
, potus. Oportet ergo multa pati pro regno dei: nec satis tibi pu-
, tandum est si multa pro deo feceris, nisi etiã multa quoq; pro eo-
, dẽ perpetiaris. Potrò ut testis est diuus Petrus, CHRISTVS 1. Petri 2.
, passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini
, uestigia eius. Et illud. Oportebat CHRISTVM pati, & sic in- Luc. 24.
P. trare in gloriam suam. Cæterum, ut ad propositũ redeamus, Vi- Luxurioso ut vi-
det libidinosus castum ac uelut castrantem sese cotidie propter deni castum,
regnum dei: dũ sese quodammodo mortificat, dum macerat car- emendatur.
nalia membra sua continuis laboribus, ieiuniis, afflictionibus: dũ
incedit cilicio & sacco clam indutus, dum melotis & barbarum
pilis utitur pro ueste: dumq; aliis multis modis & macerationibus
corpus debilitat, interim assidue clamans apud se: o me omnium
longe infœlicissimum & impurissimum peccatorem, iste angeli-
cam uitam in mortali corpore meditat atq; exercet, ipse omnes
huius mundi uoluptates propter deum aspernatur, carnis illece-
bras abiicit, blandicias omnes superat, omnes oblectatiões pro-
cul repellit ac despicit. At ego contra, perpetuo in peccatis de-
gens, in fœdissimo omnis turpitudinis cœno, uelut immũdus sus
uolutans carni adhæreo: totum melioris ætatis spaciũ misere &
damnabiliter tero. Væ mihi infœlicissimo, uæ mihi perdito ho-
mini: quid tandem de me futurum est? Quo me uertam? quo fu-
giam à terribili manu domini? quid agam miser, quo aliquando
ueniam merear? Orent quæso pro me sancti omnes, oret pro me
sancta dei ecclesia: & misereatur mei clæmentissimus deus, pro-
pitiusq; sit peccatis meis. Atq; ad hunc modum nõ raro fit, ut ab-
iectissimus peccator uitam suã odio habens, & sanctorũ uirorum
uitam sibi dari cupiẽs, quæ pura sit, quæ sancta, ac plane cœlica
, quædam: tandem fœlici curru ad pœnitentiam trahatur. Nonne
, sic fecit adolescens prodigus in euangelio, qui quum accepisset Luc. 15.
, portionem substantiæ suæ quam petierat à patre suo, abiit pro-
, cul in longinquam regionem, ubi aliquandiu luxuriose uiuens cũ
, meretricibus, totum patrimonium suum & substantiam acceptã
, à patre consumpsit: ita ut ad postremum ad eam inopiam & ne-

cessitatē redactus est, ut uilissimis porcorū siliquis saturari optā-
ret. Vnde factum est, ut ad se reuersus ac pœnitudine ductus, ita
dicere cœperit. O quot mercenarii in domo patris mei abundāt
panibus, & ego hic fame pereo: surgam & ibo ad patrem, & di-
cam, pater peccaui in cœlum & corā te, nec dignus sum uocari
Aulici iuuenes plerique patri monium cōsu munt. filius tuus, sed fac me sicut unum de mercenariis tuis. Hic fac me-
mineris o aulice, recordare o iuuenis, sis memor o adolescens: q
iste qui portionem patrimonii sui à patre petiit, iuuenis fuerat, q
iuuenis erat qui profectus est lōginquas regiones peruisurus, q
iuuenis item extitit qui sic luxuriose uixit, qui patris substantiam
ac patrimonium suum sic turpiter inter scorta exhausit: q etiam
iuuenis fuit qui semet per suam negligentiam ad tantam penuria-
m redegit, ut etiam de porcorum siliquis uentrem famelicū sa-
turare concupierit. Verum o iuuenis, o adolescens, iuuentus aut Q.
adolescentia tua te non excusabit, dum interim conscientia tua te R.
grauiter accuset. Nec excusare poterit ætatis teneritudo, ubi uis
& libertas arbitrii adest. Nec te per tuam iuuentutem excusan-
dum putes, quando præsto adest libera electi uoluntas. Nec
pubertas excusabit eū, qui nouit se à patre secerni, & iam sui iuris
esse. Nec error ullum dabit excusationi locum, præsertim in eo,
qui iam bonum à malo nouit distinguere. Imò nec mentis leuitas
excusabit eum, qui discrimen nouit inter suum & alienum. Nec
est aliud quippiam, qui eum excusare potest: qui sponte sua pa-
trem relinquit, qui recusat iam amplius esse sub potestate pater-
na. Quid enim illum apud deum excusare poterit, qui nequiter,
libidinose, & sponte exhaurit bona sua, qui eneruat proprium
corpus cum fœdissimis scortis & meritricibus. Neq; per igno-
rantiam excusabitur ullus, qui nouerit quid agat. Sed iterū atq;
iterum recordandum est, hunc fuisse iuuenem, qui hęc tanta ma-
la temere incurrebat. Nam publicus ille inimicus noster diabo-
Diabolus maxi me inuidet iu uentuti. lus ex omni ætate maxime iuuentuti inuidet: utpote quam præ-
cipue cupit delictis & peccatorum maculis obfuscare & deni-
Genes. 8. grare. Nouit enim ille q Sēsus & cogitatio hominis prona sunt
Prouer. 22. ad malum ab adolescentia. Nouit q adolescens iuxta uiam suam
graditur,

gradit, & quũ senuerit non recedit ab ea. Nouit q; hęc prima & tenella ætas, uelut recens cera, in quamuis formam aut qualitatẽ, facile trahitur: nec nisi tarde & cum maxima difficultate ab eisdẽ retrahitur. Nouit q; hæc tenera ætas sit tanq; tabula rasa in qua nihil depingitur, apta tamen depingi, apta ad omnem formam suscipiendam, dei imaginem uel diaboli. Nouit q; iuuentus uelut uas nouum saporem illius liquoris attrahit, quo primum imbuit, iuxta illud Horatii. Quo semel est imbuta recẽs, seruabit odorẽ testa diu. Adeo difficile est deponere primũ saporem, quo quis cœpit ĩbui. Implicatiões ubi semel inter sese cohęserit, uix unq; diuelli queũt, uix unq; explicari possunt. Quin etiã & tenera uirgulta dum adhuc recentia sunt, facile in quosuis circulos detorquentur: at ubi semel desiccata fuerint, nulla arte ad rectitudinẽ deflecti ualeant, sed frangũtur citius, q; possunt in antiquum statum redire. Maximum itaq; diaboli studium est iuuenem ad sese rapere, priusq; adhuc capax fuerit per rationis usum, quid bonũ aut malum fuerit: nec cessat unq; niti ut quoscunq; possit in partem regni sui capiat, donec armis iniquitatis suæ assuescat, ut fiat tandẽ in peccatis strenuus miles & bellator. Proinde adolescens inter fœdas uoluptates enutritus, educatus inter mãmillas meretricum, iudicat castitatem omnino absinthium esse amarissimũ, imò usqueadeo gustum deprauatum habet, ut quamlibet uirtutẽ absinthii plenam arbitretur. Vnum & idem dolium cõtinet purum uinum, continet clarum uinum, continet etiam & feces. Iam uero adolescẽs oĩbus uitiis deformatus, propinat lympidũ suę iuuẽtutis uinũ diabolo: deo uero feces tantum suæ senectutis reseruans. Sed iam uidendum est quid adolescentior iste apperat tanto opere? Certe portionem suam & patrimonium. Sed quam patrimonii partẽ sibi dare cupit? Profecto ut liceat sibi & suo uentri uiuere, ut liceat sequi pernitiosas uoluptates, suo appetitui indulgere, omnia ad uotum suum suppeditari, non habere ullũ superiorem, non ferre censuram alicuius, nullis legibus subdi, ut pbas sit omnibus rebus uti & abuti, nõ secus q; semetipso etiam.

Difficile est id relinquere, in quo a puero q; ducatus es.

Flaccus.

Adolescẽs non luptuose educatus, castitatẽ amaram uidetur.

Quæ est illa portio, quã petijt filius prodigus?

Abiit in regionem lõginquam. Quid hoc est, abiit in regionem longinquam?

Luc. 15. Expo.

Abire in regiõi longinqui, quid?

longinquam? Videtis quomodo fit multoties, ut in una ciuitate simul sit Iudæus & Christianus, fidelis simul & paganus. Sepe in eadem domo uersantur bonus & malus, imò in eadem mensa, in eodem cubiculo, ac non raro in eodem lecto. Ecce isti, quos modo dixi, in eodem loco sunt, & unus tamen istorum prope est, alter longe abest. Porrò Christianus prope est, Iudæus longe distat: fidelis prope, Ethnicus procul recessit: bonus prope, malus lõge semotus. In his & similibus, uides quomodo nulla loci distãtia sit, at uitæ & morum ingens discrimen. Nam in his dissimilitudo religionis, longinquitatẽ facit regionis. Nec alia potest esse maior distantia & dissimilitudo, q̃ est ea, quæ ex diuerso legis, moꝛis, & cultus nascitur. Disparitas enim uitæ, longinquitatem & propinquitatẽ efficit. Q̃ si testimoniũ quæras, audi scripturam ita dicentem: Prope est dominus omnibus inuocantibus eũ, omnibus inuocantibus eum in ueritate. Contra uero dicitur in prouerbiis Solomonis: Lõge est dominus ab impiis. Hic uides ipsum deum, qui ubiq̃ præsens est, qui omnem locum sua maiestate replet, à nobis tamen impijs longe abesse. Sed ut hæc res adhuc etiam clarior euadere potest, imaginemur duas regiones inuisibiles, quarum altera bona est, altera mala: una uirtutum regio, altera uitiorum: una pacis, altera discordiæ: una lucis, altera tenebrarum: una quæ sub diuinis legibus uiuit, altera in propriis directiõibus. Imaginemur etiam duos item homines, in uita pariter ac moribus omnino dissimiles: quorũ hic quidem proximum suum sicut semetipsum diligat: ille uero cõtempto prorsus proximo, seipsum solum diligat, quorum unus quoq̃ communia priuatis præferat, alter contra, propria cõmunibus anteponat. Fiat præterea ut unus ex istis honori dei uacet, alter oblectamentis huius mundi: habeatq̃ prior gaudium suum in rebus internis collocatum, alter uero ab externis tantũ solacium quærat: fiat ut gemat unus, ac plaudat alter: unus abstinens parsimoniæ operam det, alter suo genio tantũ & ueneri indulget. Ac ut paucis rem absoluam, sint isti duo tales, quorum unus omnibus uirtutibus operã impendit ac studium suũ applicat, alter e cõtrario,

Psalm. 144.

Prouer. 15.

Quomodo quis longe uel prope sit deo?

qui

qui omnibus uitiis ſeſe accommodat atq; addicit. Lõge ergo & procul peregre à deo profectus eſt, qui talibus ſceleribus ſe cõmittit coinquinandum: quum ſic uiuendo tandem à domino eliõ-
T. gabitur. O tili, noli ſic nequiter peregre proficiſci, o adoleſcens adoleſcens, cur ſic uiuendo delectat à uero patre tuo nempe deo recedere? Aut quid mali uides o peccator in clæmentiſſimo deo
, tuo, cur ſic libeat ab eo elongari, quum nemo bonus ſit, niſi ſolus Marc. 10.
, deus? Arbitraris ne deum inuidum eſſe? Inuidia nõ niſi inter pares coaleſcere ſolet: at deum nec ſuperiorem nec æqualem habere certum eſt. Arbitraris ipſum eſſe ſuperbũ? ſua humilitas per totam eius uitã ſatis patet. Sed nunquid auarus eſt? Id quomodo illi tribuatur non uideo, quum is unus omnia poſſideat: nec ſibi quicq; minui ſenſit, quum omnia omnibus abũde elargitur. Eſt ne iracundus? certe hoc minime poteſt, quum nullæ nec paſſiões nec perturbationes deitatem ullo modo attingant. At dicis fortaſſe, ſi ab iracundia ita prorſus alienus eſt: quid ſibi uult, q; non raro punit & flagellat? Profecto hoc ipſum facit, ne ab eo incautus diſcedas: aut ſi forte receſſeris, ut rurſus ad eum redeas, ſine quo, tibi nunq; bene eſſe poteſt: imò ſine quo, ſemper tibi male & infœliciter in omnibus ſucceder. O itaq; adoleſcens, quid do- *Adoleſcẽs noli a deo recedere.*
minum deum tuum ita deſeris? quid à tam benigno patre recedis, qui tã liberaliter tibi omnia, quibus opus erat, elargitus eſt? Cur tam longe ab eo peregrinaris? Cur uitam tuam in tali miſeria tam miſere conteri ſinis? Cur tam imprudẽter diſſipas & exhauris portionem ſubſtantiæ atq; hæreditatis in fœdiſſimis peccatis? cur tam ſcelerate rationem tuam exhauris? Cur uoluntatẽ tuam cõteris? cur denicq; cætera dona ſiue gratiæ, ſiue naturæ, ſiue fortunæ, ſic turpiter delapidas? In qua re diſplicuit tibi deus, q; ſic eum deſeruerís? Tu quidem peccas, at ille peccanti parcit: tu peccas, at ille peccantem ſuſtinet: tu peccas, at ille pro clæmẽtia ſua adhuc tibi opitulatur: tu peccas, at ille non ceſſat clamare
, cum propheta dicente. Tu fornicata es cum multis amatoribus, Hierem. 3.
V. tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te. Reuertere, inquã, reuertere, cur ſic te à deo elongas? cur ambulas poſt uanitatem

tuam?

tuam? cur substantam acceptã à patre sic stulte dissipas? cur portionem datam perdere festinas? cur rationem tuam negligis? cur liberum arbitrium tuum pessundas? cur dona dei quibus te sic dotauit, sic stulte delapidas? Quare abuteris diuinæ gratiæ donis, in pompam huius mundi & uanam ostentationem? Quare etiam turpiter consumis eam donorũ portionem, quam ipsa natura tibi impartita est? formositatem uidelicet, uultus lineamẽta, robur corporis, ingenium, & alia id genus: quibus non sine graui culpa, in dedecus corporis tui & animæ, ac fœdas illecebras misere abuteris? Quare insuper consumis patrimonii portionẽ, quantum ad naturæ dona pertinet? nempe bona externa, diuitias, possessiones, ac alia his similia? Quare hæc oĩa tu adolescens tam turpiter in fœdis corporis tui uoluptatibus profundis misere & dispergis? Sed unde fit, ꝙ ista tam luxuriose, tam petulanter & damnose consumas, dum sic uiuis & uersaris cum meretricibus? Quæ est hæc tam effrænis luxuria, & quæ sunt istę meretrices? Principio notabis hanc uocem luxuriam non semper pro re uenerea poni, sed pro quouis excessu in rebus omnibus, quæ in uita hominum exercentur. Quicunq; ergo nimis delicate uiuit, aut ulla superfluitate lasciuit, siue ea sit cibi aut potus superfluitas, siue uoluptatum usus immodicus, siue curiosior uestium apparatus, siue nimius sumptuũ excessus, siue immoderata oblectatio, illecebra, delitię, uoluptas, petulãtia, aut denicq; ullus alius uitæ excessus: is sane luxuriose uiuit. Prꝛterea meretrices istæ, quibus cum adolescentes sic patrimonia sua exhauriũt, sunt sensualitas, uoluptas, carnalitas, ac noxia huius mundi blandimẽta, qualia oblectamenta carnis, blandimenta populi: quæ scorta facillime hominibus imponũt. In his enim iuuentus adhuc incauta & inconsulta decipitur sæpius, cum his fornicatur atq; omnẽ modum excedit, in has substantiam paternam delapidat, in his abutitur sese, & totum corpus eneruat, ac seipsum à deo elongari facit. Abyssus abyssum inuocat, abyssus expẽsarum, abyssum inuocat rapinarum. Quia quum omnia bona tua in hæc prostibula dedecorose consumpta sunt, incipis statim cum maiori de-

Luxuria quid significat?

Quis uiuit luxuriose?

Meretrices, quibus adolescentia decipitur.

Psalm. 41. Expo.

X.

Y.

decore

decore rapinis ac furtis indulgere: ac per talia facinora, à deo e-
, longari. De quibus & scriptura ait Ecce qui elongant se à te, pe- Psalm. 72.
, ribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. Elongant enim Expo.
se à deo qui peccatum committunt mortale, quod solum hominẽ Perẽũt omnes elongantes se a deo.
à deo longe separari facit. Hoc itaq; est illud ingẽs chaos firma-
tum inter deum & peccatores: de quo & Abraham dixit diuiti
, iam damnato & petenti guttulam aquæ à Lazaro sibi dari, Fili Luc. 16.
, recordare q; recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter ma-
, la: nũc autem hic consolatur, tu uero cruciaris. Et in his omnibus
, inter nos & uos, chaos magnum firmatũ est, ut hi qui uolũt hinc
, transire ad uos, non possint: neq; inde huc transmeare. Aduerte
, etiam quomodo superius dictum, Qui se elongant à te, peribũt. Psalm. 72.
Non ait, tu domine teipsum à nobis elongas, qui ubiq; locorum Expo.
, es, qui omnia imples, omnia reples. Nam dominus prope est o- Psalm. 144.
, bus, licet non uno & eodem modo: quũ malis per iusticiam pro-
pe adsit, bonis contra, per gratiam: quum longe sit à peccato-
bus per gratiam, prope tamen per iusticiam. Atq; hinc est q; di-
, cat, Qui elongãt se à te, peribũt: ac si diceret, nos ipsi sumus qui Psalm. 72.
nosmetipsos à deo elongamus, idq; nostra culpa, nostra incuria,
Y. atq; operibus nostris. Et merito sane perit, qui se ultro & spõte
sua, ab ipsa uita elõgat. Merito haud dubie in perditionẽ irruit,
qui à deo fornicat, idq; aut spirituali fornicatione siue corporali.
Quam uiuẽdi semitam quisquis sequetur, tandem ad tantam fa-
, mem reducetur, ut cupiat uentrem suum porcorum siliquis satu- Luc. 15.
, rari: nec quisq; tamen quicq; ei dabit. O adolescens qui mũdum Adolescens male tẽpus cõsumis.
fusq; deq; perlustras, omiserrime peccator non sine causa famẽ
pateris, qui sic à deo per lasciuiã recedis: merito inedia torque-
, ris, qui ab eo deficere non abhorres, qui unus dat escã omni car- Psalm. 135.
, ni. Atq; tales sunt illi de quibus ita conqueritur prophera hic no-
, ster Dauid, dicens Tempus faciendi domine, dissipauerunt le-gẽ Psalm. 118.
, tuam. Vtinam hæc uerba in aures omnium adolescentulor: e-lim Expo.
cacciter insonarent: quum iam tempus sit bene faciendi, tempus
recte operandi, tempus quo possint & debeant in deo laborare,
Illi enim adolescentes male dissipant tẽpus istud faciendi, illi legẽ

dei

dei uiolant, illi perdite exhauriunt ſubſtantiam ſuam, non in alia re q̄ deliciis enutriti, uoluptatibus inuoluti, turpibus libidinibus inebriati, ſuum corpus ad omnem turpitudinem & immūdiciam exercentes. Corpora ſua quę ſacro baptiſmatis lauacro ſanctificata ſunt, ipſi impie omni uitiorum generi ſubiiciūt: ſic conſtituentes ea quę CHRISTI membra eſſe deberent, ut ſint membra diaboli. Quin & animæ etiam illæ, quæ & CHRISTI ſanguine tinctæ lotęq; fuêre: per peccatum turpiter polluę & coinquinatę ſunt, omni prorſus uerecūdia procul abiecta: adeo ut ſæpenumero illi ſibi maxime adblandiunt, ſeq; maxime laude dignos putant, qui ad peccandum ſunt audaciſſimi, & qui maxima ſcelera intrepide perpetrare non uerent. O miſerabilem huius mundi conditionem, o diabolicum peccandi morem. Nunc itaq; non tam faciendi q̄ fugiēdi tempus eſt, tempus eſt etiam fortiter reſiſtendi, atq; à uitiis abſtinendi. Tempus eſt fugiendi, quo te mūdus perſequitur: tempus eſt reſiſtendi, quo te mala occupare cōcertant: tempus eſt abſtinendi, quo furibundus ſanguis in libidinem exagitur: tempus eſt diſciplinę & cautelę, dum te illicit corrupta caro. Tempus eſt ut iam priorem uitam permutes, ut deo adhæreas, ut interim dum tempus datur in agenda pœnitētia labores, ut lingua preceris, ut ore acclamites, ut genua humiliter inflectas, ut inundantibus oculis lachrymeris, ut manibus pectora tua percutias, ut in humum corpus tuum proſternas & deuoluas. Et ut apoſtolus monet, tempus eſt Vt ſicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immunditię & iniquitati ad iniquitatē: ita modo exhibeatis eadem membra deo in ſanctificationem. Tempus itaq; eſt faciendi, tempus ſtrenue agendi & operandi: dū adhuc nec fortitudo animi, nec robur corporis aut membrorū uires nos deſtituant. Nam hæc omnia ipſam ſenectutem deſerunt & effugiunt, id quod cotidiana experientia facile nos docet. Porrò ſeneſcentium tempus non eſt aliud q̄ quieſcendi tempus, q̄ conſulendi tempus, q̄ tempus meditandi, & tempus aptum quo totam ſpem, totam animi curam in deum collocent. Robur & firmitas corporis membra ſenio cōfecta deſerit: pallentem ſenis faciem, rubicundus

Tēpus faciendi & fugiēdi.

Rom. 6.

Tempus ſenectutis, tempus quieſcendi.

Z.

rubicundus iuuentæ aſpectus non admittit: in rugata facie iuuentus minime delectatur: iuuenis, caput canum facile deridet. Quin & imperator aut dux belli, phibet ueteranos milites, quũ primũ emeriti fuerint & rudi donati, amplius militiam exercere: ſic & ſenes iam non ſatis apti ſunt, ut deo militẽt, niſi prius militare incœperint, dum corpus ad agendam pœnitentiam adhuc ſatis ualidum fuerit. Quare princeps huius mundi diabolus non multum curat ſenes, quos ſcit contra eum in hac uita nec diu nec ſtrenue militare poſſe. Nõ tamẽ omittit, quo minus ſenes (quoſcũq; poteſt) uinctos detineat, aut auaricia, aut pertinacia, aut iracundia & bili, cæteriſq; uitiis quibus nouit ſenes maxime deditos
A. eſſe. Quare ơ adoleſcẽs fac memor ſis, tempus tuum tempus faciendi eſſe, tempus laborandi nõ ociandi aut diſſipandi tempus. Sed adoleſcentes pro maiori parte legem dei diſſipant: diſſipant & legem quoq; luxuriоſi, diſſipant delicati, doloſi, fraudulenti, auari, temulenti: quum interim tamẽ ſuum tempus, tempus faciendi ſit, & tempus implendi legẽ dei. Nunc tamẽ (proh dolor) totus mũdus in maximis periculis uerſatur, in ſummo diſcrimine ponitur: Quũ populus eius cæcus ſit, quũ fides decreſcat, charitas paſſim frigeat, caſtitas labefacta ſit & pereat, obedientia facta ſit rebellis, temperantia fugetur, CHRISTI religio uacillet & mutet: quum denicq; uirtutes omnes pene exulent ac terga uertant. Sed quis tandem eſt hic mundus, an aliud prꝛeter homines in eo habitãtes? Surge itaq; tu o homo, Surge qui dormis, Ephes. 5.
, exurge à mortuis, & illuminabit te CHRISTVS. Quare imi-
, tare & tu illum adoleſcentiorem filium, qui quum ad tantam fa- Luc. 15.
, mem redactus eſſet, ut uentrem ſuũ ſiliquis ſaturari optaret, tan- Filius prodigus quomodo diuerſus eſt ad paternam.
, dem tamen reuerſus ad ſe dixit, O quot mercenarii in domo pa-
, tris mei abundant panibus, & ego hic fame pereo. Surgã & ibo
, ad patrem, & dicam, pater peccaui in cœlum & coram te, & iam
, non ſum dignus uocari filius tuus, & cætera. Ecce quomodo pec Expo.
cator penuria oppreſſus, tandem ad rationem reuertitur: abundantiam domus paternæ recordatur, ſe perire uouit, init ſecum rationem de redeundo, proponit confiteri, ſeſe humiliat indignũ

Mundus in periculo uerſatur.

R. appellans,

Modus uere conuersi.

appellans, gratiam à deo postulat & peccatorum suorum cõdonationem. Hic o pœnitens uidere licet totũ conuersi processum. Nam ad se reuertitur, qui per condolẽtiam & compunctionem B. cordis, se peccasse recognoscit: ad se item reuertitur, qui conscientiam suam discutit, ad se reuertit̃ qui pœnam quam iuste meretur agnoscit ac libenter sumit, qui dei miserẽtis benignitatem recte considerat, ad se reuertitur qui uidet & fatetur se iniquitatibus nequiter inseruiuisse, qui fœliciter diaboli iugũ à collo suo excussit, qui regni cœlestis iugiter memor est, qui de amissa innocentia sua grauiter indoluerit, qui nouit q̃p sit fœlix & faustum sub suaui diuinæ legis iugo uiuere, q̃p sit iucundũ cõsortia sanctorum consequi: & postremo, q̃p sit beatũ in diuino fauore persistere. Proinde prodigus ille filius, in se reuersus aiebat. Quot mercenarii in domo patris mei abundant panibus, & ego hic fame pereo? Abũdantia omnium bonorum est in domo patris, in domo dei, in ecclesia CHRISTI, atq; in obseruatione mandatorũ eius. At iuuenis ille ait, Et ego hic fame pereo. Quid hoc mirum est o adolescens, si sic fame pereas, quum sic stulte à deo recesseris? quum ecclesiam dei reliqueris? quum ecclesiæ consilium male contempseris? extra quam nulli omnino salus contingere potest. Periit enim oĩs quisquis ab ecclesia alienus fuerit, at omnis peccator qui letali macula conspersus est, extra ecclesiam esse cognoscitur: omnis item excommunicatus, donec iterum matri suæ reconcilietur, donec rursus ad ecclesiam pro pabulo refugerit, extra ecclesiam est. Sed ubi tãdem erat hæc tanta fames? Hic certe, sed in quo loco? Profecto in regione lõginqua, in hoc præsenti mundo, ubi temporalia bona pluris æstimantur q̃p diuina. Fac reuertaris ergo q̃p potes celerrime ad domum patris tui, redi rursus ad ecclesiam sanctam, catholicam & apostolicam, si perire nolis. Dic itaq; intra temetipsum Surgã, quod merito dices, quũ iam lapsus es & cecidisti: adde etiam, Ibo, quia ultro iam recesseris, & uoluntarie. Adde, Ad patrem insuper meum, quem per sceleratam uitam tuam reliqueris. Et cũ ad eum perueneris, fac dicas ei ex animo, Pater peccaui in cœlũ & corã te. At quid hoc

Luc. 15. Expo.

Expo.

Extra ecclesiã non est salus.

Expo.

hoc dictu est, peccaui in cœlũ & coram te? Is proprie in cœlum peccare dicit, qui propter terram & terrena, cœlum ipsum contemnit & cœlestia. Qui per scelerosam uitam suam, illinc repelli C. meretur. O peccatum grande & ingens scelus, ut quis adeo demens sit, ut cœlo & cœlestibus contemptis, rudera terræ ac stercora amplexetur, ut contempta cœlesti & christiana uita, diabolicam & bæluinam insectetur. Et is coram deo peccare dici potest, qui considerat deum, se, & scelera sua spectantem, & cuius arctissimum iudicium effugere nullo modo potest, tamen eius timore á peccando neutiq; desistit. Quare quũ iam profitetur se indignum esse, ut iam amplius tãti patris filius appelletur: postulat saltem ut uelut pro mercenario recipiatur. In lege Mosi filius contumax lapidibus obruebatur, in lege autem cælarea abdicat & hæreditate priuatur: atq; in lege morali, malus filius bono patre indignus habetur. Præterea nobili patre indignum se facit filius male morigeratus: quemadmodũ & filius item profusor & prodigus, opulẽto patre indignissimus uidetur. At in lege gratiæ aliter sentimus. Nam in hac sola lege, quæ gratiæ lex dicitur,
» Accipimus omnes potestatem filios dei fieri: neq; id tamen per
» naturam, sed per adoptionem, sed per gratiam: quę fecit ut & filii dei efficeremur. Ad se itaq; reuerti dicit, qui ab improba uita resipiscit, qui per actam pœnitentiam & conscientiæ remorsum, ad deum strenue cursitat: qui pro priore uita male acta, toto corde compungitur: quem pudet scelerum eorum quę commiserit, ac totus uerecũdia confunditur: propterea q; benignissimo deo infœliciter peccauerit: uicissim iam bonis operibus operam impendens, iam serio pectus cũdens, lachrymis iam neutiq; parcẽs,
» atq; deniq; iam ad deum patrem humiliter clamans Pater pecca-
» ui in cœlum & coram te, fac me sicut unum de mercenariis tuis.
» Quod si sic facere non graueris, citra dubiũ ipse qui solus pater
» est misericordiarum & deus totius consolationis, recipiet te denuo misericorditer in familiã suam. Quot quæso mercenarii sunt in domo dei? Quot peccatoribus ad se aliquando conuersis peperçit clæmẽtissimus dominus, ac immortali bonitatis suæ mẽsæ

Quis dicitur peccare in cœlum?

Quis dicitur peccare in deum.

Contumax filius ut in omni lege præterq; in lege gratiæ iudicatur.

Ioan.1.

Quis dicitur ad se reuerti?

Luc.15.

2.Cor.1.

Nullus ad deũ conuersus, repellitur.

In domo dei mercenarij multi.

refocillans appoſuit? Quot, quanti, & quales peccatores, uenią ab eo miſericordiſſime cõſequuti ſunt? Quot miſere afflicti, miſericordiam dei tempeſtiue ſibi impartiri perſenſerunt? Quot profugi, ubi ſemel reuerſi fuerint, gratis recepti ſunt? Quẽ unq̃ nili nolentem excluſit à ſe diuina miſericordia? Quãdo unq̃ auditum fuit, aliquem à diuina benignitate propelli? Cui poſtulanti negata eſt unq̃ gratia dei? Perſcrutare ſi uelis, perſcrutare ſingu D.
las totius ſacræ ſcripturę paginas, nec inuenies ulli occluſum aditũ ad diuinã gratiam reuertenti: ſed omnes prorſus receptos reperies, & in primis publicanum peccatorem, mulierem adulteram, Matthęum telonariũ, mulierem patientem ſanguinis fluxũ, mulierem Chananęam, Petrum ſe negãtem, mulierem peccatricem amare flentem ſua crimina, latronem deniq̃ dexteri lateris, fatentẽ peccata ſua & ueniam ab eo poſtulantẽ. In genere, omnes ſeſe humiliãtes amplectitur miſericordiſſimus deus. Veniat igit̃ in memoriã omnibus peccatoribus id, quod ſaluator noſter docuit ac pollicitus eſt uniuerſis, dicens Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur uobis. Petite ueniam, & accipietis eam, quærite miſericordiam, & inuenietis: pulſate gratiæ ianuam, & aperiet̃ uobis. Quot ſacræ ſcripturæ loca ſunt, quot item uerba dei, quæ non aliud q̃ miſericordiam & benignã reuertentium receptionem reſonant? Quæ, ſi omnia ad plenũ declarata eſſent, ingẽs uolumẽ perficerent. Sed quid pluribus uerbis opus eſt, quum & ipſe dominus animos addit ipſis peccatoribus, ut uelint reuerti ad ſe & ueniam petere? Derelinquat (inquit) impius uiam ſuam, & uir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominum & miſerebitur eius, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Quod & alius item propheta in hunc modum confirmat, Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me & ego ſuſcipiam te. Vocat etiam deus per beneficia, & per dona cotidiana, quoties quiſpiã intra ſe diſcutit ac numerat, quot dona illi præſtiterit deus: qualia ſunt ſanitas corporis, fortitudo animi, prudentia, uenuſtas, honores, poſſeſſiones, dignitas, officia, autoritas, diuitię, fauor principis & populi, aliaq̃

Matth 7. Expo.

Eſai. 55.

Hiere. 3. 4.

Vocat nos deus per beneficia.

F.

E

aliaq; multa his neutiq; diſſimilia, quæ ſingula ſpeciales quædam uocationes ſunt. Sic uocauit tres illas Marias, ſic uocauit Lazarũ, ſic ſurdum & mutum, ſic complures cæcos: quibus miraculorũ beneficia in hoc ipſum oſtẽdit. Neq; poteſt eſſe aliud maius beneficium dei erga nos, q̃ q̃ fecit nos eſſe quũ non eſſemus: quẽadmodum & reſtituit nos, quũ periiſſemus: idq; non aliter q̃ per ſuſceptam mortem, ut nos ſuo ſanguine liberaret: ſic & ad inferos deſcendit, ut nos de faucibus mortis æternæ eriperet. In temetipſum ergo deſcende o peccator, & tecũ diligenter perpẽde: num deus ipſe aliqua ex his donis tibi elargitus ſit? Hæc omnia & iſtorũ ſingula, ſpeciales quædam uocationes ſunt. Vocat etiam flagellis aliquando deus, illos qui lenitate duci nolunt. Quemadmodum & pater aliquis naturalis, quando uidet filium ſuum ſe totum in luto uolutantem, accerſit ad ſe, ille tamen uenire recuſans, paternã iã uocatiõem ſpernit. Adhuc pater nõ deſiſtit, ſed ut filium ad ſe alliciat, pomum, ceraſum, panem, aut cibũ oſfert: apud illum tamen ludi, ioci, & laſciuiæ plus ualent, q̃ ut uenire uelit. Tandem pater ubi expertus eſt ſe beneficiis filium allicere non poſſe: ſeueritate, pœna, aut ſupplicio uocare pergit: coercet, uerberat & flagellat, quo uel ſic ad ſe reducat. Idem experimentum & deus in nos peccãtes exercere ſolet. Si beneficiis & donis prouocatus uenire dedignaris, ſi tot dei inſpirationes non aduertis, ſi tot ſacras conciones ac dei uerbum, ſi ſana conſilia negligas, ſi præterea bonorũ exempla, ſi dei beneficia agnoſcere contemnas: tum ad flagella itur, ad uerbera, ad infortunia, infirmitates, paupertates: tum per famem, inediam, incarcerationes, quibus eos uocare mittit, qui aliãqui uenire recuſarunt. Atq; per hunc modum uocauit filium prodigũ, ſic uocauit Nabuchodonoſor, uidelicet per afflictiões, per pauperiem, per flagella, & per dira uerbera: dum ab hominibus reiectus, beſtia factus ſit per ſeptem annos & dimidium, & fœnũ ut bos comedit, ut apud Danielem uidere licet. Cæterum de hac uocatione figuram habemus de patrefamilias qui mittebat famulos, qui inuitarent cõuiuas ad cœnam, miſſo etiam ſeruo ſuo qui moneret inuitatos ut

.50. Vocat deus per flagella.

F. Item & deus facit.

Daniel. 4.

Luc. 14.

uenirent, ꝙ iam parata essent omnia. Illi tamen excusantes se, re-
cusarunt uenire: causantes uaria negotia quibus essent præpedi-
Luc. 14. ti. Quorum primus aiebat. Villam emi, eo uidere eam: habe me
excusatum. Alius dixit, Quinq; iuga boũ emi, & eo probare ea:
habe me excusatũ. Tertius uero dixit, Vxorem duxi, & ideo nõ
possum uenire. Cumq; seruus renunciaret excusationes eorum, G.
iratus paterfamilias, mandauit ut quoscũq; in plateis & uicis ciui-
tatis, pauperes, debiles, cæcos & claudos inueniret, introduceret
ad conuiuium. Ac tandem loco uacante, iussit dominus ut quos-
cunq; inueniret in uiis & sepibus, compelleret intrare ut imple-
retur domus sua. Hæc compulsio, qua hos cõpulit intrare, aliud
non est, ꝙ uocatio illa, qua per aduersitates, infirmitates & mise-
rias, uocat peccatores deus. Quibus aduersitatibus, ecs quodã-
modo compellit, ut sese agnoscant, ut peccata relinquant, ut pœ-
nitentiam agant, & ut ad deum currant. Et qui sic uocati uenire
noluerunt sua sponte, flagellorum impulsu sunt compellẽdi, atq;
Gregor. coercendi pœnis & uerberibus. Mala (inquit Gregorius) quæ
Reliquæ creaturæ pro nobis ciuilibus sæpe percutiuntur. nos hic præmũt, ad deum ire compellunt. Scias itaq; quoties ali-
quam aduersitatem sustines, toties te à deo uocari, ut temet emẽ-
des. Nec alio nomine mittuntur tempestates, tonitrua, grãdines
& huiusmodi mala quę passim segetes conterunt & reliquos ter-
Tempestates pro nobis fiũt. ræ fructus: unde & fames & penuria rerũ inducitur. Tu hic per
uiam equitas, insurgit procella, tonitruũ, fulgur, ignis è cœlo mi-
cat: fulgure percutitur canis tuus, equi collum inter cadendũ col-
liditur, at ipse illæsus euadis. Cur hoc quæso? neq; canis est neq;
equus qui peccauit, qui huius tempestatis causa fuit: tu ipse es qui
peccasti, propter te hæc omnia fiunt, ut tu sic monitus à peccan-
do surgas, ut temet emendes. Quemadmodum ergo iumentum
aliquod errabundũ percutimus ut in uiam redeat: sic & nos pec-
cantes castigat deus, ut agnoscentes erratum nostrũ, in uiam re-
deamus rectam. Vnde patet uerum esse quod Augustinus ait,
Augustꝰ. Siue flagellemur siue alii flagellentur, admonemur à domino ut
corrigamur. Sed heu ꝙ nimis pauci sunt, qui hęc intelligunt, qui
Psalm. 91. hęc animaduerũt aut curant. Naim uir insipiens non cognoscet,
&

& stultus non intelliget hæc. Quotiescũq; itaq; uides tantas & tot aëris procellas, ut passim terræ fruges obruant, ita ut ad nullum prouentum peruenire ualeant: statim misericordiam diuinam inuocato, quia hæc tui gratia peraguntur. Idem facito, quoties magna pecoꝝ lues accidit: idem, quando pestem, quando plagam, bellum, aut aliquid tale tibi immitti sentis. Tunc enim præcipue manus deo attollito, ueniam ab eodem postulãs & implorans: quandoquidem hæc omnia ob tuam admonitionẽ gesta sunt. Et ut magis credatis quæ dico, audite dominum per
, scripturam hæc eadem commemorantẽ, Si non obseruaueritis Leuit. 16.
, inquit mandata mea, uisitabo uos in egestate, & dabo uobis cœ-
, lum sicut ferrum, & terram æneam. Si confugeritis ab hostibus
, in urbes, mittã pestilentiam in medio uestri, terra non dabit fru-
H, ctus. Quare quando uel dolore dentium, aut oculorum, capitis, pedum, manuum, aut alicuius aliôquí membri cruciaris: quoties premeris aliqua infirmitate, aduersitate, paupertate, infortunio, displicentiá ue, aut quocunq; incommodo, scias hanc esse uocem
, dei & domini uocatiõem. Iuxta illud Esaiæ. Domine in angustia Esai. 26.
, quæsierunt te. Et sic quidem uocauit Pharaonem, neq; id semel tantum sed multis & uariis modis. Vocat etiam frequenter & 6.
præmii promissione, promittit bene agentibus regnum cœlorũ, Vocat deus præ-
, promittit semetipsum. Ego ero merces tua nimis, inquit. De qua mio.
mercede iam sæpius mentio fit, q̃ humana ratio facile indicare Genes. 15.
possit, ut aliãs fusius ostensum est. Quantum gaudium tunc erit, ubi habebis deum patrem tuum & incomparabilem mercedẽ: ubi habebis & gloriosam uirginẽ, matrem: ubi angelos fratres, ac omnes denicp sanctos & electos dei consortes ac cognatos? Vocat nonnunq̃ & comminatione pœnarum: id quod facit ubi 7.
, dicit. Quicũq; blasphemauerit nomẽ domini, morietur. Nisi con- Vocat deus per
, uersi fueritis, gladium suum uibrabit, arcum suũ tetendit, & pa- comminationem.
, rauit illum, & in eo parauit uasa mortis, sagittas ardentibus effe- Leuit. 24.
, cit. Iterũ Luce decimo tertio, Nisi pœnitentiã habueritis, oẽs Psalm. 7.
, simul peribitis. Illud etiã, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spi- Luc. 13.
, ritu sancto, non potest intrare in regnum dei. Quarum minarũ Ioan. 3.
Cõminationes scripturarum multe in promissores.

Psalm.100. Expo.

scriptura ubiq; plena est. Cuiusmodi est & illud psalmi, Non habitabit in medio domus meæ, qui fecerit superbiam. Signanter quidem nec sine causa dicit, in medio domus meę. At cur nō potius dixit in angulo? cur nō post hostium, post fenestram, aut alibi q̄; in medio domus? Certe q; in domo dei non est ullus angulus, non est ibi post hostiū, post fenestram: in domo dei, non est longe, procul aut propè. Sed ibi medium est, ibi omnes in medio stant, nec secedunt unq; in angulos, nec in latebras: ut illic in medio semper stātes uideant omnia, quę in domo gesta sunt, omnia late prospiciant, nec lateat eos quicq; eorum quæ illic agantur, omnia illorum oculis sint præsentia: deum omnes uident, & qui propè, & etiam qui semotim consistūt. Vnus tamen intimius & intensius q; alter, iuxta illorum merita. Ibi itaq; dico mediū est, non angulus. Porrò in angulis; puluisculi, sordes, putredines, ac ea quæ ex omni ędium parte abstergūtur, abscondi soleant. At in dei domo non est ullus locus huiusmodi, aut sordidus angulus. In domo dei omnia munda, omnia tersa, nitida & polita: omnia grata & desideranda, omnia prędentia. Quoniam deus ubiq; hic præsens est, omnibus per gratiam suam hic semper adest: in domo domini deus ubiq; & semper præsens est, per gloriā omnes eum ibi uident, omnes ibi in eo gloriant̄, omnes eodem perfruūtur. Sunt tamen nonnulli, quos uariæ uitiorum pestes remorantur: quo minus ad hanc tantam fœlicitatem aspirare ualeāt. Atq; inter istos in primis numerandi uenium quos recensetapostolus

Non est angulus i domo dei, sed ubique medium.

1. Corin. 6.

Neq; auari, neq; adulteri, neq; fornicatores, neq; molles, aut masculorum concubitores, regnū dei possidebunt. Quin & hoc idem multis aliis in locis in sacra pagina manifeste apparet.

Vocat deus per passionem suam. Ioan. 12. Expo. Omnia Christus ad se trahit.

Vocat quoq; idq; efficacissime per amarissimam illam dirę mortis suæ passionem: per quam, genus hominum redemit ab æterna morte. Si exaltatus (inquit) fuero à terra, omnia trahā ad meipsum. Ac uere dixit Omnia traham ad me, cū exaltatus fuero. Nam dum exaltatus erat in cruce, omnia ad sui cognitionem attraxit, omnia ad lugendū passionem suam pellexit. Velum templum scissum est, terra terribili motu quatitur, scinduntur petræ, sol eclipsatur,

eclipſatur, mortui è monumentis reſurgunt & multis apparue-
runt: & ipſi crucifixores agnoſcunt ſcelus ſuum, pectoraq; tun-
, dunt clamantes, Vere filius dei erat iſte: & qui in dextris pende- Matth. 27.
, bat, ad pœnitentiam tractus clamat, Memento mei domine: quẽ Luc. 23.
eodem die in paradiſum rapuit CHRISTVS: angeli è cœlo
deſcendunt & flentes amare, obſequium præſtant creatori ſuo
illic in cruce pendenti: & ſanctos quos in inferno inuenit, ſecum
adduxit & in paradiſo cõſtituit. Neq; quicq; adeo efficax eſt ut
ad pœnitentiam & lachrymas trahamur, atq; memoria huius ad-
mirandæ paſſionis CHRISTI. Has itaq; & alias huiuſmodi uo-
cationes nemo contemnere debet, qui recte ſapit: nemo ſe excu-
K. ſare, quo minus uocatus ueniat. Sed uæ nobis miſeris peccatori-
bus: conqueritur dominus de ingratitudine populi ſui, per ſapi-
, entem ſuum Solomonem ita dicentem. Vocaui & renuiſtis, ex- Prouer. 1.
, tendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret, deſpexiſtis omne
, conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Tu qui at-
cupio das operam, ſi accipiter tuus ad eſcam deuolare non uult,
ſi oſtenſa cruda carne, uenire nolit: tu mox excandeſces aduerſus
eum. Magis tamen & iuſtiore de cauſa iraſcêris, ſi forte famulus
uocatus uenire detrectet: quem tamen non cibo tantum & potu,
ſed & ſtipendio quoq; non contemnendo alis. Cæterũ CHRI-
, STVS dominus, qui nobis cĩbus unici magiſtri loco eſt, (Vos, Ioan. 13.
, inquit ipſe, uocatis me magiſter & domine, & bene dicitis, ſum
, etenim) largitur nobis uictum, ueſtitum, ſtipendia, hereditatem,
uitam, & deniq; quicquid nobis neceſſariũ eſſe uideat: ille oſten-
ſa eſca & multimodis promiſſionibus, nos uocare ad ſe pergit,
ille oſtenſa cruda carne ſua, & corpore in cruce dependente, te
aliosq; omnes aſſidue uocitat, tu tamen longe ingratiſſimus uenĩ-
re recuſas. Quid quæſo ad hanc tantam obdurationem addi po- Multis modis
teſt: ſunt autem quidam accipitres, qui cantu fiſtularũ accerſun- allicit nos deus
tur, quidam clamoribus, quidam ſcapo pinnarum, quidam cru- ad ſe, quemadmodũ accipi
da carne. His omnibus modis uocat nos deus. Clamore uocat, accipitrẽ.
, quũ pendens in cruce clamabat, Pater ignoſce, ignoſce illis, quia Luc. 23.
, neſciũt quid faciũt. Cũ clamauit, Heloy heloy lamazabatani Quũ Matth. 27.
clamauit

Ioan.19. clamauit, Sitio. Quũ clamauit, In manus tuas domine cõmendo
Luc.23. ſpiritum meum. Quũ expirando clamore ualido clamauit, Cõ
Ioan.19. ſummatum eſt. Ad cuius uero clamorẽ, omnes mundi creaturæ
terricæ fuerunt & tractæ, ut paulo ante oſtenſum eſt. Vocat &
ſcapolo illo pennarum. Eſt enim ſcapum res quædam confecta è
pennis, auis ſpeciem præferens, cui caro cruda alligatur, ut ſic
facilius ad ſe alliciat accipitrẽ. Scapũ iſtud quo te CHRISTVS
uocat, eſt imago ſua in cruce pendẽs: quo ſi non mouearis, oſtẽ-
dit adhuc & crudam ſuam carnẽ, quam hic apud nos pro nobis
reliquit in ſacramento altaris: quam & tibi offert ut quotidie in-
ſpicias, ut quando eſuris, comedas atq; alaris. Non partem cor-
poris ſed totũ corpus, totũ ſanguinem præbet tibi. Et ſi hæc uo- L.
cationum genera ad te accerſendum non conducent, fruſtra
adhibebitur fiſtularum cantus, qui nõ eſt aliud q̃ muſica ac dul-
ces cõcentus, qui in eccleſia CHRISTI in uſu ſunt, ac per mini-
ſtros eiuſdem excercentur, qui ſi cum feruente quadam deuo-
tione fiant, ſi fiant cum humilitate, ſi cum legitimis quibuſdam ri-
tibus & debitis circumſtantiis peragantur, haud dubie populũ
ad deuotiõem multum compellũt, incitãtq; ad deum. Mox enim
audita ſuaui armonia, probo uiro in mentem uenit cœleſtis illius
melodiæ, quæ omnem humani ſenſus captum exuperat: ſtatimq;
intra ſe dicere occipit. O quanta ſuauitas eſt in cœlo? quanta co-
ram deo melodia, ubi cantat uniuerſus angelorum chorus? Idem
facturus eſt uir bonus poſt lautius aliquod cõuiuium, & menſam
dapſiliorem: idem poſt res quaſlibet ſuauiores. Nam quiſquis
integer eſt, de rebus omnibus quod optimũ eſt, eligit, ac omnia
in pietatis materiam uertit. Videns enim hanc mundanam glo-
riã & magnificentiam ſæculi, ſtatim hinc monitus, in cœlũ rapit,
ac cœleſtis gloriæ ac gaudii recordatur: ſicq; quicquid hic fieri
uidet, in ſuum uſum uertit. Sic etiam ex cõſpectis CHRISTI
Imagines cur in templo eruantur? & ſanctorũ imaginibus, accreſcit pietas & deuotio bonis uiris.
Hæc ergo crucifixi imago cæteræq; omnes ſanctorum imagi-
nes in templo erectæ, prouocamenta quædam ſunt pro ſimplici
populo erudiendo, hi laicorum libri exiſtunt. Per has non parũ

docetur

docetur ignari uulgi ſimplicitas, per has in cognitionẽ non pau-
carum rerum perducuntur: per has denicp reducuntur in memo-
riam uitæ CHRISTI, admonẽtur de paſſione eiuſdem, ad ſan-
ctorumcp ſanctimoniam incitant plurimum, dũ ex illoꝝ ſculptu-
ris aut picturis quaſi uitam perlegunt ac meditantur. Porrò ſi
, CHRISTI paſſio (ait Gregorius) ad memoriam reuocetur, ni- *Gregor.*
, hil tam aſperum aut atrox, quin facile & æquo animo toleretur.
M Quando igitur per latos campos peruagaris, accipitrem abſen
tem predę lenocinio ad te alliciens: fac memineris huius CHRI-
STI aduocamenti, & cp multis modis omnes homines ad ſeſe at-
trahere ſtudeat, cp uelit ut denuo ad ſe uocãtem reuertaris, qui
iam ab eo per flagitioſam uitam tuam deuiaſti. Quare ſi ipſe cu-
pieris falconem tuum, quũ auolauerit, ad te denuo redire: an nõ
æquum eſt & te ad herum tuum toties te accerſentem aduenire?
Proinde o uiri Chriſtiani plurimum uobis omnibus cauendum
cenſeo, ne uocati tardetis uenire: ne id quod dudum è Solomone
, citaui, in uos merito CHRISTVS iaciat. Vocaui & renuiſtis, *Prouer. 1.*
, extendi manus meas, & non fuit qui aſpiceret, deſpexiſtis omne *Expo.*
, conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Vocaui, in- *Quibus modis allicit nos Chriſtus.*
quit, primo per legem, deinde per pphetas, ac demũ per uaria
aliorum doctorum hominũ documẽta, uocaui etiam & ore pro-
prio: uos tamen uelut duræ ceruicis populus, uenire renuiſtis.
Extendi manus meas, per multipharia beneficia, quæ abundan-
tiſſime in uos cõtuli, tum aliâs, tum potiſſimũ ipſo paſſionis meæ
tempore: & non erat qui tot & tanta beneficia aut aſpiceret aut
, agnoſceret. Præterea deſpexiſtis omne conſilium meum, quod *Ibidem.*
non ſemel uobis inſpiraui. Denicp increpationes meas, hoc eſt
flagella & ſupplicia illa, quę uobis aliquando inflixi, ut uel ſic uos
in uiam reuocarem, penitus neglexiſtis. Sed cauendum ſummo-
, pere id quod ſequitur, Ego quoqp in interitu ueſtro ridebo. Cui *Ibidem.*
, nec illud diſerepat quod alio loco ſcribitur, Lætabit iuſtus, quũ *Pſalm. 57.*
, uiderit uindictã. Ecce ergo quanta ſit noſtra contumacia & per- *Quanta cõtumacia peccatoris.*
uerſitas, cp quamuis benigniſſimus dominus ex immenſa miſeri-
cordia ſua, nos cotidie ac multis modis ad ſe uocet & attrahere
conetur:

conetur: plurimi tamẽ sunt, qui uocantem dominum nec audiũt, nec se illi aperiũt, nec sane quicq̃ responsi dant. Et isti sunt, qui N.
nec per diuinam inspiratiõem, nec per prædicatiõem uerbi dei,
qui nec per exempla, nec per beneficia, flagella, promissa cœli
gaudia, minas aut terrores inferorũ: imò nec per amarissimam
illam CHRISTI passionem, à solita duritia mitescere aut emoliri queunt. O pessimos & induratissimos homines, o perditos filios Belial, o longe duriores quouis lapide adamantino. Isti sunt,

Zachar. 7. Expo. Durities cordis peccatoris.

de quibus & Zacharias olim uaticinatus est, inquiens. Cor suum ,
posuerũt ut adamantem. Adamas enim licet nec malleo nec ullo ,
ferro confringi potest, licet nec igni comminuatur: calido tamẽ
hirci sanguine edomatur & mollis fit. Verũ isti indurati corde,
nec duris illis inferos malleis, nec ullo infirmitatis aut infortunii

Cor durũ Pharaonis & Balthazari.

igni, imò nec ipso sanguine domini nostri IESV CHRISTI,
quod multo plus uigoris habere debeat, emoliri possũt. Pharao
ipse cæteriq̃ Aegyptii corde suo adeo indurati fuerunt: ut de-
cem illis miris & inauditis plagis á priore malicia reuerti recusa-
uerint. Videbãt illi aquas per uniuersam Aegyptum in sangui-
nẽ conuerti: obstinati tamen, credere noluerũt. Et quemadmo- O.
dum induratum est cor Pharaonis, sic quoq̃ & cor Balthazari
induratum postea fuit: & ut manus domini in Pharaonem grauis
fuit, sic & in Balthazarum grauis erat. Quin & tu Christiane uir
uides mirabilia plurima, uides prodigia, uides cotidie nouas &
subitarias populi afflictiones: deo tamen toties monitus, adhæ-
re nõ uis? Tu uides preciosissimũ CHRISTI sanguinem gutta-
tim per lignum crucis distillantem, & eundem quoq̃ cotidie in
sacratissimo eucharistiæ mysterio oblatum: attamen non cõuer-
tis te adhuc ad tam clementem dominum deum tuum, sed indies
noua ac recentia peccata committis & perpetras. Subeat quæso
o homo memoriæ tuæ cõ sit damnabile miseris peccatoribus, si
non permittant se sacris concionibus reconciliari, si rectis con-
siliis parere noluerint: si nec promissionibus, nec minis, aut exẽ-
plis, aut exprobratiõibus superari queãt. Nã hæc eadem etiã de-
testãdis illis ciuitatibus facta fuisse cõmemorat CHRISTVS.

ita

, ita in euãgelio clamitans. Væ tibi Corozain, uæ tibi Bethſaida, Matth. 11. Expo.
, quia ſi in Tyro & Sidone factę fuiſſent uirtutes, quæ in uobis fa-
, ctæ ſunt: olim in cilicio & cinere pœnituerent. In cilicio (inquit) Quanta cõmo-
& cinere, in humũ ſtatim proni corruiſſent, miſericordiam dei ratio ſit nobis Chriſtiani. ibidem.
, implorantes. Vnde & ſequitur. Ego autem dico uobis, quia mi-
, tius erit Tyro & Sidoni in die iudicii, ꝙm uobis. Quia ſine omni
dubio & controuerſia, malus & impius Chriſtianus profundius
quouis pagano aut ethnico, apud inferos cõdemnabitur: & pro-
pter uotum, & propter cognitiõem, & propter beneficia colla-
ta, cęteraq; his ſimilia. At quid nobis Chriſtianis iſta exprobra-
P. tio inſinuet? Non aliud ſane, ꝙm illi qui euangelium audiũt, qui
etiam miracula CHRISTI uiderunt uel audierunt, qui diuina
myſteria cognita habent, qui promiſſiones dei acceperunt, qui
tot minas in malefactores uibratas intellexerũt, qui tot mãdata,
præcepta & conſilia reſpuerũt, nec tamen ad pœnitentiam con-
uertuntur: non reſipiſcunt, nec à peccando deſiſtunt, nec ſe præ-
bent uirtutibus morigeros, nec corruptos mores in melius mu-
tare ſtudent, nec ueterem ſuam & deprauatam conſuetudinem
reiiciunt. Quo fit ut grauiore & magis horrenda eondemnatio-
ne mulctari mereantur, & durius item iudicium ſubdiuti ſint re-
probi Chriſtiani, qui iſta uident & audiunt, & tamen facere cõ-
temnunt, ꝙm olim commerciti ſunt Corozaitæ & Bethſaitæ illi.
Audiunt iſta nonnulli, ſed nec reſpondent uerbis, nec factis imi-
tantur: ſed quũ Moſen habent & prophetas quos audire debẽt, 10.
tamen expectant forte, ut ueniat dominus qui per ſemetipſum Varij uarie Chriſtum uo-
illis loquatur. Sed caue tu ſi ſapis o peccator, ne amplius tibi lo- cẽtem audiũt.
quatur deus, ne tibi durius quippiam cõcingat. Olim enim quã-
, do tradidit deus legẽ Moſi ſeruo ſuo in monte Sina: cũctus po- Exod. 20.
, pulus Iſraeliticus uidebat lampades, audiuit uoces & ſoniũ buc-
, cinæ, montemq; totum horrende fumantem: & mox perterriti
, ac ingenti pauore conculſi, ſteterũt procul, & Moſi in hunc mo-
, dum dixerunt. Loquere tu nobis & audiemus: non loquatur no-
, bis dominus, ne forte moriamur. Quia in hoc mundo non ultra
loquetur nobis dominus, donec uenerit in iudicium in illo die

Ecclesiastes. tremendo, quando cœli mouendi sunt & terra, quando contra hostes suos iudicium feret. Sed quid nobis tum faciemus in illo metuendo die, quum mũdus ipse horribiliter tremet & mugiet, præcinentibus angelorum buccinis? quando uenturus sit dominus in nubibus cœli cum potestate & maiestate magna? quando ueniet iudicaturus orbem in iusticia & stricto iudicio? quãdo loquetur nobis in ira sua, & in furore suo conturbabit nos? Tunc enim omnes nos integris corporibus resurgemus & apparebimus ante tribunal CHRISTI, recepturi digna factis nostris, prout in corpore gesserimus siue bona siue mala. In illo die ostẽsurus est dominus quid pro te egerit, quot dona & beneficia in te contulerit, quid ab infantia sua pro te passus sit: quas cõtumelias, quos dolores, quos illudentium cachinnos, palmas, & sputa tulerit: quomodo acetum cum felle mixtum biberit, cẽ saeuis flagellis sit cæsus, acutis uepribus & spinis coronatus, rigidis clauis cruci affixus, diris uulneribus pertossus, ac denique amarulentissimam mortem perpessus. Et quid interim tu CHRISTO iudici respõdebis, quando hæc & his similia tibi dicturus sit? Quando tecũ expostulabit, cur hæc suæ passionis merita quæ pro te pertulit, sic demẽtet perdideris? Cur ingratus peccator tuę redẽptionis gratuita munera acceptare renueris? Cur illi nõ dedisti animam & uitam tuam, pro quã ipse suam dedit & libens exposuit? Cur non illi animam tuam præbes, cui etiam iure debetur, quam sic indesinenter peccatorum uulneribus occidis? Cur templũ & habitaculum spiritus sancti, quod in te consecrauerat, luxurię sordibus sic turpiter polluistis? Cur totũ corpus tuũ, quod in sacro baptismatis fonte consecratum erat, tot pitiorum spurcitiis sic commaculasti? Imò cur ipsam animam, inquiet, quam ego non alio precio cẽ charissimo sanguine meo mercatus sum, quam eodem sanguine emi, hui, & sanctificaui: denuo iam tot fœdis maculis denigrasti? Cur denique me indies acerbiore eorum criminum cruce affligis, cẽ fuit illa, in qua olim suspensus pro omnium salute pependi? Quanto grauior multo & molestior apud me est harum horum peccatorum crux, quam nolens & inuitus patior: cẽ fuit

Luc. 21.

Psalm. 2.

2. Corin. 5.

Interrogationes iudicis in extremo iudicio.

illa

illa prior, in quã per ingratissimos Iudæos pro redimendis pec-
, catis tuis sublatus fueram, utpote quam uolens subii, patri factus Philip. 2.
, obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Quid quæso ad
hæc & his similia respondebis o peccator? Dices forsasse te hoc
aut illud opus pro deo & in illius honorem effecisse: dedisse elee-
mosynam, pauperes esurientes aluisse, cæteraq; id genus per fe-
R, cisse multa. Hæc sane si rite & recte feceris, bene profecto fe-
cisti, & ut probum Christianum facere par est: sed nunquid id sa-
tis esse arbitraris, ut hinc tibi æternã uitam iure uendices? Certe
hoc nequaq; satis est. Nam dum hæc loquor, mihi in mẽtem ue-
nit historiæ cuiusdam, quæ de uiro quodã prædiuite in hunc mo-
dum alibi memorata est. Fuit quondam uir quidam opibus cla- Somniũ Vuhtẽdon Londini ut fertur.
rus, qui ad ampliandũ dei honorem, collegium quoddam ædi-
ficari fecit, conductis etiã non paucis sacerdotibus, qui inibi deo
assidue inseruirent: constituto insuper, eodẽ quoq; loco, non uul-
gari etiã zenodochio, ubi aliquot pauperes & inopes gratis ale-
rentur. His omnibus in hunc modũ cõstitutis, cœpit de his factis
suis plurimum gaudere, & ita his rebus confidere, ut ratus sit se
propter hæc cœlum ex cõdigno posse promereri. Progressu ue-
ro temporis, accidit quadam nocte, ut sibi uisus esset, cum ingẽti
multitudine ante tribunal CHRISTI iudicis ac sedẽtis in thro-
no suo sisti, ac præsens exhiberi. Quibus, posteaq; tanus iudex
sua ostendisset uulnera, ac totum corpus adhuc uerberibus liui-
dum, ac uibicibus plagarumq; uestigiis plenum: tandem unum
quendam uirum percontatus est, quid ille pro suo amore per fe-
cisset: Qui respondens aiebat, tales eleemosynas ac tales, in ege-
nos homines, p te elargitus sum: & iudex illi benedixit. Rursum hoc
idẽ ab alio quoq; opulẽto percontabat. Qui respõdebat, se hæc
& illa ob eius amorẽ effecisse: atq; sic singulatim rogati, respõde
runt. Quibus etiam singulis & iudex ipse benedixit. Cogitabat
interim iste dormiens apud se, non usqueadeo anxie sibi curan-
dum, quid pro se responderet, quum adse tot rerum furiet: præser-
tim quando certus esset se nõ pauciora bona sed plura eiusmo-
di fecisse, q̃ illi alii: ut qui zenodochium ædificasset, qui sodalicium
R 1. sacerdotum

sacerdotum ac pauperũ suis sumptibus constituisset: unde & ra-
tus est se multum laudis & gratiæ consequuturum. Tandẽ uero
effectum est, ut idem iudex eum appellaret, percontatus ab eo,
Quid tu pro me sustinuisti? Atq; hic obmutuit prorsus, non ha-
bens quod ad hæc responderet aut hisceret. Interim etiam & iu-
dex ille uisus est tantam displicentiam præ se ferre, ut præ nimio
terrore euigilaret: tantoq; timore per hoc somniũ perculsus est,
ut postea per omnem uitam, suum corpus pœnitẽdo maceraret,
sanctissime uixerit & plane angelice uitam concluserit. Nemo igit
sibi nimium placeat de suis actibus, nemo plus æquo meritis suis
tribuat, nemo de uita innocenter acta plus q̃ par est applaudat:
præsertim quum nemo in cõspectu dei mũdus sit. Porrò si quæ-
siuisset iudex iste, quid pro se fecisset dives ille? Respondisset in-
constanter se sacratum templum extruxisse ob amorem illius, cõ-
stituisse collegium, parasse zenodochiũ, ac imposuisse sacerdo-
tes qui illic psallerẽt, ac pauperes qui orarent. Sed tum eum fru-
stratus est iudex, quum quæreret quid pro se sustinuisset? Non
ergo satis ut agamus & operemur bona, nisi etiam ad patiendũ
mala & pœnas corporis parati simus. Leuis pœna est tibi opu-
lento, ut unũ aut alterum denarium imò totũ staterem in eleemo-
synam elargiaris: sed curandũ tibi est præterea, ut corpus ipsum
per quod offendebas, per quod tãta mala perpetrabas, suas etiã
pœnas luat: aliõqui cœlum nunq̃ ingredietur. Nam corpus erat
quod inani gloria intumescebat, corpus gula perditũ erat, cor-
pus fœda libidine ꝓputruit, corpus carnis illecebris ac uoluptа-
tibus indulsit, corpus peccatis atq; iniquitatibus operam dedit:
quare oportet etiam ut corpus dignas item pœnas & supplicia
sustineat. Hinc est q̃ ita nos omnes CHRISTVS dominus ad-
moneat Nisi pœnitẽtiam egeritis, omnes similiter peribitis. Cui
succinit & illud Petri. CHRISTVS passus est pro nobis, uobis
relinquẽs exemplum, ut sequamini uestigia eius. Et illud Opor-
tebat CHRISTVM pati & sic intrare in regnum dei. Non est
enim regnum dei cibus & potus. Sed oportet ut multa dura &
aduersa patiamur, si uelimus cœli introitũ nobis pãdi & aperiri.

Corpus pœnas sustineat, si ad cœlum peruenire cupiat.

Luc. 13.
2. Petri. 2.
Luc. 24.
Rom. 14.

Nam

Nam sic olim introierunt cœlum sancti martyres, sic sancti confessores, sic uirgines ac sanctæ uiduæ ac cæteri oēs sancti. Quid enim malorum non passi sunt illi, ut cœlum intrare potuerint? Lapidati enim sunt (uel teste Paulo) secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii occisi sunt: errabāt in melotis, in pellibus caprinis, destituti, pressi, afflicti, angustiati, quibus indignus erat mūdus. Hebre. 11.

Isti sunt qui clamabant ad deum cum propheta. Propter te mortificamur toto die. Qui ergo agendo pœnitentiam ac duram disciplinam corpora sua castigare ac in seruitutē redigere nolūt: certe in dei indignantiam incurrent, triste ac terribile iudicium domini subituri, sub ipso extremi iudicii die. Tunc enim (ut inquit hic noster psaltes) Loquetur ad eos in ira sua. At quid tandem loquetur? quid illis iratus dicturus est? Certe illam metuendissimam sententiam, scilicet Ite maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Vbi perpetuis & nō tolerādis suppliciis, apud iferos sine omni fine torrēdi sunt miseri: nec unq̄ inde aut ipsi eximendi sunt, aut tam atrox pœna sustollenda. Quia in inferno nec redemptio est ulla, nec ullum refrigeriū. Non est hic ullus tam pauper qui aliqua ægritudine aut infirmitate laborat, qui grauat morbo, quin habet aut amicos, cognatos, aut aliquid tale, unde solatiū aut refrigerium recipiat, unde parentur remedia, quibus tollatur morbus: nunc per potū, nunc per molle stratum aut cubile, interdum per pharmaca, interdum per cibos salutares, aut denic̄ alio quouis modo: at in inferno nihil tale aderit, nihil quod tantos cruciatus uel aboleat uel mitiget, nulla salutis spes, sed omnia plena doloribus, plena desperationibus & miseria. Sunt insuper nonnulli, qui CHRISTVM uocantem audiunt, qui fatentur eum esse deum: non tamen ut deo eidem obsequuntur. Cuius gregis sunt illi quidam, qui se peccatores confitentur esse: cæterum nec peccata deserunt, nec sese emendant: Atq̄ hi illis assimilari poterunt qui ad cœnam uocati, uenire recusarūt: sese omnes humili quodam prætextu excusantes. Non penitus uenire negarunt, sed se excusari petierūt: quasi dicerent, q̄ alio tempore liberā electionē ueniēdi habere uellēt, &

Psalm. 43. Sancti quare pro regno dei passi sunt?

Psalm. 2.

Matth. 25. In inferno refrigerium nullum, sed dolor perpetuus. Cant ecclesia.

V.

Luc. 14. Expo. & interim libertate ſua gaudere. Quorum unus aiebat Rogo te, habe me excuſatum, quia quinq; iuga boum emi: & eo nunc probare ea. Quid eſt eo probare ea? Certe non aliud q̃ ut proficiſcatur probare ſenſus ſuos, qui eis ex ſeſe ſatis prurientibus, ad res nimis curioſas abutitur: ut certo experiatur, quid delectationis in his reperire queat. Sed cautus eſto o homo & undiq; circumſpectus, in probandis ſenſibus tuis: ne forte te præcipitẽ in pernitiem ducant. Quid enim citius aut uehementius incendiũ libidinis excitat, q̃ uidẽdi ſenſus? Quot quæſo extitêre & q̃ præclari uiri, qui (ut ſapiẽs inquit) Propter ſpeciẽ mulieris perierũt multi? Hiſtoria geneſis teſtatur, quomodo filii dei uidentes filias hominũ, q̃ eſſent pulchrę: acceperũt uxores ex omnibus quas elegerant. Propter quod uitium corrigẽdum, poſtea inductum fuit uniuerſale illud diluuium, quod ſub Noe totam terram inundauit & demerſit. Aegyptii quoq; quũ ſic uidiſſent Saram uxorem Abrahæ, q̃ eſſet pulchra: nũciauerunt id Pharaoni & mox ſublata eſt mulier à marito ſuo. Nec aliud Sanſoni exitium tulit, q̃ q̃ uiſam Dalidã nimis dilexit. Sic & Dauid tantus rex & propheta, ut conſpecta Berſeben potiretur: ſimul in adulterium & homicidium prolapſus eſt. Quin & ſenes illi iudices ubi Suſannam nudam contuiti eſſent, tanta rabie concitati fuerunt, ut uoto ſuo fruſtrati, innoeentem fœminam falſo teſtimonio opprimere niterentur. Atq; hac de cauſa CHRISTVS ſaluator noſter, nos ita monitos uoluit, Si oculus (inquit) tuus fuerit neq̃s, totum corpus tuum tenebroſum erit: hoc eſt, ſi externus corporis oculus nimis circa pernitioſa ſpectacula delectat̃, ſi nimis frequẽter circa pruriẽtes corporis illecebras fuerit detẽtus: tandẽ fiet, tandẽ ut totũ corpus fœdis uitiorũ maculis deturpetur, ac triſtes peccatorum tenebras animæ ingerat. Atq; hinc eſt q̃ & apoſtolus Petrus quoſdã merito reprehendat, Oculos (ut eius uerbis utar) habentes plenos adulterii, & inceſſabilis delicti. Nec aliud eſt quod ſic conqueritur beatus Hieremias, inquiens Oculus meus deprędatus eſt animam meam. Multũ etiam periculi nobis imminet à turpi & ſhoneſto tactu: adeo ut quidã ſic ſcribat, Omnis tactus inordinatus extra matrimonium, mortifer eſt. Eiuſdem

Quinque iuga boum proba-re, quid?

Cautus eſto in probando ſenſus tuos.

Quanta mala homini per ſenſum.

Eccl. 9.

Gene. 6.

Gene. 12.

Iudic. 14.

2. Regũ. 11.

Dauid. 13.

X.

Matth. 6. Expo.

2. Petri. 2.

Threno. 3.

Teſtur inordinatus multa mala ingerit.

item

item conditionis sunt & reliqui sensus, auditus scilicet, gustus, & olfactus. Hæ sunt illæ quinq; fenestræ, per quas (ut ait propheta) mors intrare solet. Hæ etiam sunt illa quinq; iuga boum, ad quæ probanda proficiscitur is, qui uocatus ad cænam, se excusauit, quemadmodū & cæteri quoq; fecerunt. Non negarunt ergo penitus se uenturos, sed per negotia (ut iam diximus) se excusari postularunt: quasi dicerent, se non posse nunc per negotia uenire: cæterum alio tempore, ubi omnibus sensuum oblectamentis perfuncti essent, libenter esse uenturos. Atq; sic quodammodo ostendunt se cupere duobus dominis inseruire: in iuuentute uidelicet diabolo & carni suæ, in senectute uero omnipotenti deo. Vel (ut aliter exponamus hunc locū) qui in una aliqua re diabolo, mundo, aut carni obsequi nituntur: in alia uero re diuinæ uo-
Y. luntati morem gerere uolunt. Quemadmodum & ille facit, qui apud se decreuit, q̄ non esset amplius scortaturus, q̄ nollet amplius inebriari, aut dei nomen blasphemare: sed solitam & consuetam superbiam non curaret dimittendam, nec pecuniam illā restituere uellet, quā per usuram, rapinam aut malū dolū extorsit. Quid tamen proderis maiores ciuitatis ciuispiam ualuas aduersus hostes occludi, si per minores portas ac postica ingredi permittantur? Quid prodest tibi si superbiæ dæmonem expuleris, si adhuc sinas malicię dæmonium intra pectus tuum residere? Aut quid prodesse tibi putas, si dæmonium illud quod gulæ præest abieceris à te, modo interim libidinis dæmon intra te maneat? An non meministi ita scriptum esse Qui in uno reus est, in omnibus reus est? Deterſus enim & perpurgatus ab aliis oībus capitalibus peccatis, unico tamē relicto, damnaberis. Ne tardes itaq; conuerti ad dominum deum tuum, ne differas de die in diē: subito enim uenit ira eius, & in tempore uindictæ disperdet te. Sis itaq; integer, quia deus aut totum uult aut nihil: totum mundum, totum purum & perpolitum esse oportet, quisquis cœlum intrare cogitat. Nam nullum inquinamentum intrabit illuc. Dices hic fort esse, si damnabitur quicunq; uel unico letali uitio moritur obnoxius, non secus q̄ si plura facinora commisisset: tum

Excusatio prohibita quinque iuga boum.

Non satis est unū dæmonem expellere, nisi simul omnes expellas.

Iacob. 2.

Eccle. 5.

Apoc. 22. Qui pro unico peccato damnatur, minorem pœnā sentiet q̄ qui pluribus.

præstat in omnia penitus peccata prolabi; quo fatẽ licerat in hoc mundo suauiter & cum uoluptate uiuere. Absit o Christiane homo, absit à te ut tibi tue aut cogites, aut dicas, aut sentias. Tamen uerum est quod dixi, eum uidelicet qui uel unico mortali peccato denigratus fuerit ac sic moritur, eternaliter damnandum esse: uerũ qui discedit plurimis peccatis & eisdem mortalibus obnoxius, is multo grauiore pœna ac profundiore damnatione mulctabitur, acq; torquebitur acrius. Porrò ut sunt gradus uarii in peccatis, ita sunt etiam gradus in damnatione & pœnis. Et sicut sunt multa & uaria crimina, quorum alia aliis sunt atrociora: ita sunt & multæ & diuersæ pœnæ pro peccatis constitutæ, quarum aliæ aliis multo sunt & grauiores & acriores. Cauẽdum ergo est uehementer cuilibet homini Christiano, ne putet nihil referre: nũ quis uno tantũ aut pluribus peccatis letalibus moriatur infectus.

Sicut sunt gradus peccati, sic sunt & gradus pœnæ.

Z.

2.

Sunt & alii adhuc qui CHRISTVM libenter audiunt, qui saeras CHRISTI monitiones & doctrinam æquo animo admittunt, qui se peccatores agnoscant, idq; non grauatim fatentur & aperiut, & ad tempus etiã peccata relinquũt: at CHRISTVM diu retinere nolunt, nec diu apud se tantum hospitem requiescere sinunt, sed utlut pauperculum aliquem & abiectum reiiciunt. Quemadmodum faciunt illi, qui quum in concione aliqua audiunt de damno aut malignitate peccati alicuius, puta superbiæ, inuidiæ, gulæ, luxuriæ aut alicuius talis, continuo corde compunguntur, ac animo contrito deum recipiũt: at mox reiiciunt, mox in priora uitia prolabuntur, idq; aut per peccati delectationem, aut per consensum, aut per actum, aut recidiuationem. Deus tamen hæc omnia summopere odit, & ut aufugias quoq; diligenter præcipit dicens. Salua animam tuam, & noli respicere post tergum tuum. Et in euangelio quoq; idem repetit, ad hunc modum, Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno dei. Melius enim esset omnino non recipere paupẽrem in hospitium tuum, q̃ interdiu tantummodo recipere, noctu uero contemptibiliter reiicere. Melius est enim CHRISTVM non recepisse in animam per gratiam, q̃ ubi receperis,

Quãdiu ad tempus Christum recipiunt, sed statim reiiciunt.

Gene. 19.

Luc. 17.

receperis, postea contumelioſe abiicere. Melius denicp est CHRISTI religionem & fidem non profiteri, cp postcp professus fueris, rursus repellere ac contemptim despicere. Siquidē omnes doctores & sacræ scripturæ interpretes in hoc consentiunt, cp mali Christiani omnibus infidelibus profundius in inferno damnantur. Nam ut ille ait, Omnium damnatorum infimus Augusti.
A. erit in inferno falsus Christianus. Quare consultū foret, ut Paulum audiretis, ita uos recte admonentē. Sicut exhibuistis membra uestra seruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem; ita Rom. 6.
modo exhibete eadem membra seruire iusticiæ in sanctificationem. Seruire immundiciæ (inquit) & iniquitati ad iniquitatem; Expo.
quod fit quoties os gulæ inseruit, quoties oculi uanitati & impudicitiæ, aures obtrectationibus, lingua mēdaciis & blasphemiis, renes ac lumbi luxuriæ & libidini. Aut seruire iniquitati ad iniquitatē, est inseruire peccatis spiritualibus, eor ipsum malis cogitationibus inficere, illicitis peccandi oblectationibus & cōcupiscentiis corrumpere, ac per delinquendi consensum perdere. Isti itacp licet quum uocantur, ad tempus aliquod uenire prętendunt: tandem tamen refugiūt, nec ad numerum electorum accedunt. De quibus & CHRISTVS in euangelio suo ita ait Multi Matth. 22.
sunt uocati, pauci uero electi. Nemo mortalium est, qui se excusare possit, quin ad participandum regnum cœleste uocatus sit á deo: uerum cp tam pauci ad fruendum cœlesti hæreditate eligantur, hominum improbitas in causa est. Proinde & apostolus Paulus ita hanc rem confirmat, dicens Omnes quidem currunt 1. Cor. 9.
sed unus accipit brauium: unus dumtaxat saluabitur. Quid ergo Expo.
faciemus nos omnes, qui reliqui sumus? Profecto adhuc nihil Inter currentes unus solus brauium accipit.
ominus ad brauium currendum est. Sed tu forsan dicis te sedulo currere, alium tamen tibi pręcurrere, & te quoqp inter currendū anteuertere & prærcurrere. Quid tum? Fac tu ut semper curras, fac tu ut semper aliquid agas, ut tu is sis qui brauiū cōprehēdas: quia (ut iam prędixi) unus accipiet brauium, unus tantum palmā & cursus uictoriam & præmium consequetur. Sed quis est iste unus? Certe quisquis in currendo pleuerauerit, quisquis semper Sola perseuerantia coronam meretur.
in bono

Matth. 24. in bono pergit consistere. Nam ut CHRISTVS ipse ait, Qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Neq; enim satis est hodie & cras bene & beate uiuere, ac perendie & tertio ab hinc die malefacere ac perdite uiuere. Non enim promittit scriptura eum salutem futurũ, qui bene ab initio exorsus fuerit, sed contra, illum qui usq; in finem perseuerauerit bene agere, qualiscũq; fuerit ab initio. Q2 si exemplum desideres, habes satis euidens de Paulo & Iuda proditore: quorum uitæ ratio & uitæ exitus multo diuersissimus extitit. Porrò Paulus male quidem incepit, egregiũ

Paulus. Philipp. 1. rum fœlicissime è uita exiit, cupiens sæpe dissolui & esse cum CHRISTO, utpote cui unus CHRISTVS uita erat & mori lucrum. Iudas econtrario, primo optimus usus est, ad dignitatẽ

Iudas. apostolicam á CHRISTO accersitus: at tandem tam benignũ magistrum prodidit & paucis denariolis uendidit, ac misere de uema desperans ad laqueum confugit, ac suspensus crepuit medius. Quare & beatus ille Ioannes, qui CHRISTO à secretis

Apoc. 2. simis fuerat, ita unumquemq; nostrum admonet, dicens Esto fidelis usq; ad mortem: & dabo tibi coronam gloriæ. Nam ut quidam eleganter ait. In cassum bonum agitur, si ante finem uitæ de-

Gorgo. ser. 8. seratur. Postremo sunt quoq; quidam qui in huiusmodi monitionibus CHRISTVM libenter audiunt, & ita audiunt, ut etiam se aperiant per ueram pœnitentiam, CHRISTVMq; permittunt apud se quiescere per continuam perseuerantiam: nec ulla prorsus occasione à deo se separari permittũt. Siquidem nullus omnino contemptus, nulla cõtumelia, nec usuras ulla nec damnũ, nec paupertas, nec penuria rerum aut egestas, eos à domino IESV CHRISTO separare poterũt. Imò mendicare potius uolunt & omnẽ corporalem pœnã sustinere, imò insuper & ipsam quoq; mortem intrepide adire: cp uel in modico deum uoluntarie offendere. Q2 si aliquãdo ex infirmitate aliqua humana peccent ac labantur, protinus ubi se peccasse sentiunt, ad planctum statim & contritionem se conferunt, compunguntur corde, cõfitentur ore ac satisfaciunt corpore: sicq; surgunt iterum atq; ad dominũ statim reuertunt denuo, illud apostoli semper in ore suo habentes

habẽtes Quid ſeparabit nos à charitate CHRISTI? tribulatio? Rom. 8.
angustia? incarceratio? nuditas? gladius, aut mors? Et ſequit ibi-
dem, Scio q̃ neq; uita, neq; mors, neq; initãtia, neq; fortitudo ali- Ibidem.
qua ſeparabit nos à charitate dei, quę eſt in CHRISTO IESV
C. domino noſtro. Atq; ſic continuo uocari ſolet populus in unum,
hoc eſt in unitatem fidei: ut omnes unam fidem, pitteamur, unam
eccleſiam, unum item baptiſma, unum euangelium, unum deniq; Regni, princi-
deum ac dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM. Neq; ſo- pes & potentiſſimi una cũ
lus populus, non ſola plebs & promiſcuum hominum uulgus in plebe conueni
hanc fidei unitatem cõueniunt: ſed nobiliſſimi quoq; principes, unt in unitate
potentiſſimi reges, & clariſſimi quiq; uiri. Vnde & propheta fidei.
hic in litera ſubiungit Et reges ut ſeruiant domino. Et reges in- Littera.
quit. Qui ſunt iſti reges? Certe non ſolum per reges hic intelli- Expo.
gendi ſunt imperatores, reges, ac principes: uerum etiam cunctꝰ
qui cæteris præſunt, prætecti, magnates, tribuni, centuriones
quinquagenarii, decani, aliiq; omnes qui in dignitate aliqua con-
ſtituuntur. Omnes enim iſti uocantur ad cognitionem dei, ad uni-
tatem fidei, ut deo inſeruiant, ut deum timeant, honorẽt, colant:
ut deniq; eius præcepta diligenter obſeruent. Et certe inter oẽs Reges præci-
Chriſtianos, imò inter omnes omnino homines, ipſi principes pue deo obſe-
præcipue deo obſequium præſtare debent: ob eum uidelicet a- quiũ præſtare
morem, quem præ cæteris deus illis demonſtrare dignatus eſt. debent.
Vnde & Gregorius ait Quum augent dona, etiam crescunt ra- Grego.
tiones donorum. Tanto ergo humlior atq; ad ſeruiendum deo
promptior quiſq; debet eſſe ex munere: quanto ſe obligatiorem
eſſe cõſpicit, in reddenda ratione. Nam cui multum datur, mul-
tum quoq; ab eo quęretur. Quare ab eo cui maius tribuit, maius
quoq; exigetur: cui minus, minus. Verum plus à deo conceditur
regibus ac principibus q̃ aliis: itaq; & ab illis plus quoq; exigẽ
q̃ à cæteris. Quomodo exaltati ſunt illi quæſo in maiestate, in Reges quantũ
magnificentia, in poſſeſſionibus, in dominis, in diuitiis, in potẽ- deo teneãtur
tia & honore: nõne plus q̃ reliqui mortales? Illi enim ſolium glo- 2. Regũ. 2.
riæ tenent in hoc mundo, utpote quibus omnes alii ſubiecti ſunt,
quos omnes ueneramur & extollimus, illi in manibus ſuis uitam
ſubditorum

subditorum habent, habent & mortem. Et quid amplius quæso potuit deus eis cõferre in hoc sæculo? Quare & ipsi merito præ aliis deo inseruire debẽt, debent deũ colere, deo obsequi & placere, dei causam agere & promouere, CHRISTI ecclesiæ patrocinari, ac eius fidem defendere & propugnare. Porrò iam D
diximus ad eos spectare potissimum ut deum ultra alios colant, ultra diligant & reuereantur: q̃ eos aliis omnibus honoratiores & magnificẽtiores effecit, q̃ eos supra alios sublimauerit in gloria, in officio, in autoritate, dominio, & possessione. Reges enim plusq̃ alii omnes, donis ac beneficiis à clementissimo deo decorantur. Cæterum q̃ ad naturæ & gratiæ dona attinet, aliis hominibus similes & æquales existunt: at fortunæ donis, alios omnes longe superant. Nã ut & diuus Augustinus inquit, Rex, dei imaginem habet, sicut & episcopus CHRISTI. Quum igitur rex, dei imaginem gerit, quum potestatem suam non ab alio q̃ à deo acceperit: optimo iure in primis debetur illi honor ab omnibus, debetur ueneratio, debetur obedientia, reuerẽtia & timor: idq̃ tum ob ordinem regiũ, tum propter officiũ à deo optimo maximo donatum, & á quouis rege susceptũ. Atq̃ hoc est quod Paulus ita docet nos omnes Omnibus potestatibus sublimioribus subditi estote: non est enim potestas nisi à deo: quæ enim sunt, à deo ordinatæ sunt. Atq̃ hinc est q̃ etiam ethnicum & gentilem regem, quando in regia potestate positus sit, honorificemus & præferamus aliis omnibus, qui reges & principes non sint: licet tamen indignus omnino sit qui talem ordinem atq̃ officiũ á deo accipiat, pro quibus non deo, sed diabolo & idolis ipse gratias agit. Potestas enim exigit, q̃ illi habeat honor. Et hoc sané nomine Pharaoni regi reuelatum fuerat futuræ famis somnium. Sic & Nabuchodonosor rex solus, quum tum multi alii adessent, uidebat filium dei in illo ardente camino ignis: non tamen merito suo, qui se in idolo adorari præcepit, sed ex merito ordinis suscepti & regii officii. Porrò uel Augustino teste, Rex honoratur in terris, quasi dei uicarius. Verum quemadmodũ ipsa potestas regia suprema est & maxima, & honore pariter & autoritate, si

Reges dono naturæ similes alijs, dono fortunæ longe alios superant. August. 35. q. ultima & noui testamenti.

Roma. 13. Expo.

Reges ratione officij alios dei donis superãt.

August. 4. 91. uetus & noui testamenti.

rite &

rite & legitime geratur: ita ecõuerso, longe periculosissima est, si quis ea aburat. At sicut omnibus periculis refertissima est, quoties quis ea male utitur: ita longe felicissima erit, quando sancte & recte obseruatur. Nã merito nec sine iusta causa dicimus eos felices, si recte & iuste imperent, si inter tantos honores nõ extollantur, si se semper homines & mortales meminerint: si suam potestatem ad dei cultum dilatandum exhibeant, si deum timeant, diligant & colant: si dei regnum & iusticiam illius pluris faciant cũ hoc caducum & terrenum regnum, si tardiores fuerint ad uindicandum, & ad ignoscendum promptiores, si eam uindicandi occasionem pro necessitate regẽdæ tuendæq; rei publicę, & non pro odiis suis saturandis exerceant: & contra, si ueniam hanc non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis concedant. Et si quid aliquando asperius aut crudelius cogantur decernere: id misericordia, lenitate & beneficiorũ largitate cõpensandum est. Si subiecti populi uitia coercebunt & corrigẽt, si malos & improbos punient, si bonos alent & enutrient, si orphanos, pupillos & uiduas defendent, quando regna sibi commissa bene rexerint & ordinauerint, si sanctam pacem seruent, si populo prosint, si reipublice prospiciãt & prouideant, si iustas & equas leges condant, iniustas uero & iniquas abrogent & adnihilent, si prouinciis deo placere studeant, si CHRISTI eccle-
F. siam & eius fidem protegant & tueantur. Modo hæc omnia faciant ex animo & reipublicę zelo, & non ex inani gloria, sed ob dei amorem interim pro peccatis suis sacrificiũ humilitatis, miserationis & orationis deo assidue immolãtes. Quæ quidem uirtutes per tria illa munera significantur, quæ à tribus illis regibus, qui ab oriente profecti uenerant olim uisuri CHRISTVM, stellam apparentem pro duce habentes. Tales sane reges & imperatores merito Christianissimos dicimus. Tales etiam non tã felices, cũ etiam longe omniũ felicissimos iustis de causis censemus pariter & nominamus: ut qui non hic tantũ coronant reges, inunguñt reges & regnant: uerum in dei etiam regno futuri sunt reges, regnabunt & corona immortalitatis & sacra unctione

August. Boni regis conditiones.

gloriæ inſignientur. Ad hunc itaq; modum omnes prorſus homines, cuiuſcunq; fuerint ordinis aut ſtatus, ad ſeruiendum dño uocant: ſiue fuerint populi, ſiue reges, ſiue ſacerdotes, ſiue denique cuiuſcũq; conditionis hoïes. Sed quare (inquies) uocant iſti oẽs, ut ſeruiant dño? Certe ob id quod in ſequẽte uerſu proponitur.

Verſ. 14. RESPONDIT EI IN VIA VIRTVTIS SVAE, PAVCITATEM DIERVM MEORVM NVNCIA MIHI. Poſteaq; hic propheta noſter declaraſſet immenſam dei miſericordiam in tam multiplici populi ſui uocatione ad fidei unitatem, ad numerum & ſocietatem eccleſiæ ſuæ, ad agendam pœnitentiam, quo poſſent eſſe uiua membra corporis ſui myſtici, ut deo ſuo famularentur, ut deũ metuerent ac diligerent: nunc uero patefacit cõformitatem, pronitatẽ ac promptitudinem populi, nimirũ q̃ pie, q̃ ſtudioſe & q̃ aſſidue omnes ſeſe applicant huic diuinæ uocationi: q̃ tenaciter deo adhærent per fidem, per bona opera, per ſanctam uitam, per internam & externam pœnitentiam. Et licet non omnes iſta perficiant, magna tamen hominum pars, multi ſane mortales iſta ſedulo ſectantur: idq; partim nobiles & magnates uiri, partim item uulgares, ac complures etiam ex quauis ſorte, ex quouis loco aut gradu, reſpondent huic diuinæ uocationi, idq; in uia uirtutis ſuę, dicit propheta Reſpondit ei in uia uirtutis ſuæ. Quis ergo eſt, qui reſpondit? Profecto pœnitens, fidelis homo recta fide prędituſ, & qui ſancte itẽ & pie uiuit. Et cui quæſo reſpondit? Certe deo uocãti. Quomodo reſpondit? Reuera factis & operibus bonis, operibus fidei, operibus & factis, quæ Chriſtianum hominem deceant. Deus itaq; ſic per gratiam uocat, & homo pius & probus ei reſpõdet: non quidem per uerba & uocem corpoream, ſed per ſynceram fidem: non per ſonantem linguam, ſed per integram uitam. At ſi tu, quando te deus uocare dignat præcipiens ut recte uiuas, male uixeris: uocationi eius nequaq; reſponderis. Verũtamen quando ſic uitam inſtituis tuam, ut per uitam tuam laudetur deus: uocationi dei recte quidem reſpondes. Porrò Hieruſalem uocata erat, at reſpõdere noluit. Sed quomodo (inquis) uocata erat illa?

Audi

Pronitas quorũdam ad pœnitẽtiam & fidem.

Littera. Expo. Quis reſpõdet deo uocãti, & quis non?

G.

Audi CHRISTVM ita in euangelio ad eam clamitem Hieru-
, salem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad Matth. 23.
, te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos quemadmodū Luc. 13.
, gallina cōgregat pullos suos sub alas: & noluisti. Vnde & sequi-
, tur ibidem, Ecce relinquetur domus uestra deserta. Relinquetur Expo.
domus cuiuslibet uestrū deserta & desolata: adeo ut ne lapis quis Desolatio erit non audientibus deū & scripturam suam.
dē super lapidē remansurus sit, quo minus singulorū ædes deserā-
rant, atq; solo æquent miserabili ruina. Et ea de causa missi sunt
Titus & Vespasianus Romani imperatores, qui ita funditus euer-
terunt templum Hierosolymitanum, ut nō sit relictus lapis super
, lapidem, eo modo ut nūq; rursus ædificabitur, ita ut teste Daniele Danie. 9.
H. le usq; in finē mundi perseuerabit desolatio. Quapropter si deū Domus impiorum desolata erit.
ipsum audire non uis, si uocationi diuinæ aures præbere grauā-
ris, saltem prophetas illius ausculta: aliōqui haud dubie domus
, uestra, imò domus tua relinquetur deserta. Domus tua deserta Matth. 23.
, relinquetur, id est anima tua sterilis erit & uacua ab omni gratia,
ab omni merito, ab omni dei præsidio, & nomen quoq; tuum
delebitur penitus de libro uitæ, si CHRISTVM & eius
prophetas audire cōtemnas. Neq; liberi tui aut legitimus hæres
possidebit domum tuam, prædia ac cætera quæ ad hæreditatem
spectāt: quin omnia erunt desolata, omnia deserta, quod & pro-
, pheta quoq; hic noster alibi ita declarat Fiat habitatio eorū de- Psalm. 68.
, serta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Domus tua
deseretur, domus tua tota corruet, successio tua & posteritas pe-
ribit prorsus, hæredes tui nunq; fruent tua hæreditate, exequu-
tores tui testamentum nō adimplebunt, quin omnia tibi præpo-
stere fient, omnia retro cedent atq; ruent deū aut prophetas au-
dire nolentibus, & ædes ipsæ atq; ædificia & aurea tecta in ruī-
nam & præcipitium ibunt, & una cū hæreditate peribunt quoq;
, & ipsi hæredes. Iniusti punientur (inquit psalmographus) & se- Psalm. 36.
, men ipsorū peribit. At pro iusto homine ita quoq; in eodē psal-
, mo scriptum reperies, Iusti autem hæreditabunt terram. Cui etiā Ibidem.
& id belle cōsonat, quod in eodē quoq; psalmo habetur in hanc
, formam, Non uidi iustum derelictum, nec semencius quærens Ibidem.

panem. Misericordissimus ergo dominus dolens ciuitatem Hierusalem toties uocatam respõdere nolle, ita eam cum summo affectu compellat. Hierusalem, Hierusalem, & cętera. Hæc autem tam uehemens conduplicatio, est miserentis dei, est dei multum compatientis ac ualde & penè immodice diligẽtis ac deamantis. Hierusalem (inquit) Hierusalem. Hic autem nõ ipsa urbis saxa, non mœnia, non parietes, non ædificia ciuitatis: sed ipsos urbis incolas & inhabitatores uocat & appellat, imò indulgente & paterno affectu deplangit ac secũ dolet, iam præuidens tam lamentabilem ciuitatis ruinã & diram plagam à Romanis ducibus illi propediem infligendam. Recordabatur enim sanguinis sanctorum suorum, qui tũ illic effusus fuerat, & qui postea quoq; in eodem loco effundendus erat. Et proinde addit Quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt. Porrò tu o Hierusalẽ, prophetam meum Etiam ad te olim à me missum, dira morte lectionis occidisti. Seruum quoq; meum & eundem prophetam Hieremiam, duris lapidibus obruisti, & ad necem usq; lapidasti. Ezechielem autem per pauimenta & lapides platearum distractum, crudeliter excerebrasti. Quũ ergo hæc & his multo atrociora cõmisisti o Hierusalem, quomodo fieri potest ut salua fias: præsertim quum ad chirurgũ, & eum qui te curaturus esset, uenire recusas? Quomodo tu (inquam) o misera Hierusalem saluari poteris, quæ sic trucidas prophetas, prædicatores, atq; alios dei seruos, quos hac de causa ad te mittit clæmentissimus dominus, ut te à damnabili uita tua auocent atq; ad dei gratiam perducant? Tu quidem eo sceleris progressa es, ut prophetas interficeres, ut interficeres patriarchas, ut ipsum summũ prophetã prophetarum IESVM CHRISTVM non horreres neci dare, ut ipsos etiam apostolos uariis cruciatibus & mortibus afficeres. Quo enim pacto potes tu sperare te aliquando seruandam, quæ tam benignam dei misericordiam ac tam crebram uocationem toties reiicis & aspernaris? Quoties (inquit ipse dominus) uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cõgregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce quomodo CHRISTVS se gallinæ

Expo.

Matth. 23.

Crudelitas Hierusalẽ occidẽdis prophetis.

Eadem

gallinæ assimulat, quantum ad proprietatem spectat. Nam gallina ex omni auium & uolucrum genere, maxime exhibet probæ matris specimen: ex omnibus auibus nulla est quæ uehementiorem affectum & amorem erga pullos suos præstat, q̃ facit ipsa gallina. Gallina enim ita amat pullos suos, ut etiam infirmetur cũ illis: nec est ulla alia auis, quæ tam pia mater inuenitur erga fœtũ suum, q̃ gallina. Nam passeres, hirũdines, ciconias, coruos, miluos, columbas, aliasq; aues q̃ plurimas nidificare quidem uidemus: at aliâs, matres nõ agnoscimus, nisi quoties in nidis ipsis cõspicimus. Gallina uero semp mater est & matrẽ se semper ostendit, semper quos genuit propugnat & defendit. Quin & si pulli sui matrem imitari recusant: tamen solitum fauorem & affectum non deserit. Alas suas undiq; demittit, plumas ac pennas omnes erigit, se huc atq; illuc inclinat, nec desinit crocitare atq; suo quodam modo pullos suos compellare, donec eos sequi cogat. Et si quis é pullis forte abierit quopiam, non cessat donec denuo ad se reuocauerit. Alis quoq; suis pullos defendit & protegit, si uel à coruo, à cornice, à miluo, aut accipitre periculum ingruat: cum quibus illa pro pullis suis pugnare non detrectabit, à quibus tamen omnes uolucres ac præcipue ab accipitre, naturali quodam timore abhorrent. Si quis tentet gallinæ eripere pullos, illa statim non formidabit inuolare in faciem eius. Q̃ uehemens quæso affectus est iste & naturalis propensio in tam minuta auicula? quæ mori citius mauult, q̃ sinere pullos suos sibi eripi. Sic & CHRISTVS ipse nobiscum quodammodo infirmatur, defatigatur in itinere humanæ carnis sibi assumptæ, de carnis naturæ pondere fessus efficitur: tamen protegit interim hanc nostrã infirmitatẽ, aduersario nostro diabolo fortiter resistit, ne hos uelut leo rugiens inuadat & rapiat. In qua defensione, id quod gallina materno quodam affectu aduersus miluum sedulo conatur: idem illud CHRISTVS IESVS sua solius potestate aduersus diabolum præstat & perficit. Nam (ut Paulus autor est) Quod infirmum est dei, fortius est hominibus: id est idipsum quod ipsi deitati infirmitatem attribuere uidetur, nihilum q̃ deus passus

Christus seipsũ gallinæ assimulat propter aliquas eius proprietates.

Gallinæ proprietates.

1. Cor. 1. Expo.

sit, q deus mortuus perhibeat: longe fortius est hominibus, hoc
est continet multo maiorem sapiẽtiam, maiorem uirtutem, q̃ ab
Ibidem Expo. ullis hominibus ad plenum capi possit. Ipse tamen est, qui porta-
uit infirmitates nostras. Ipse infirma mundi elegit, ut confundat
fortia: stulta mundi elegit ut confundat sapientes, ignobilia mũ-
Tria elegit deus in hoc mundo. di & contemptibilia elegit. Tria ergo sunt, quæ in hoc mundo
elegit deus, stulticiam uidelicet, infirmitatem & ignobilitatem.
Stulticiã contra sapientiam: infirmitatẽ contra potentiam, igno-
Cur stultos, imbecilles & ignobiles elegit Christus. bilitatem cõtra nobilitatem & nõis celebritatem. Primo stultos,
rudes, & mundanæ sapientiæ imperitos elegit, ut confunderet
sapientes. Elegit etiam infirmos, hoc est impotentes, non reges,
non imperatores, nõ senatores, non philosophos, non oratores:
sed pauperes, sed humiles, indoctos & oĩ infirmitati obnoxios,
tenues piscatores: non prudentes huius mundi, non diuites, non
sanguine insignes, sed tales plane per quos, omnes huius sæculi
Quæ sit infirmitas dei. sapiẽtes, diuites & nobiles cõfunderet. Et ob hos infirmos, ipse-
met infirmus est effectus: dum pro nobis patitur dira illa passio-
nis supplicia, dum moritur, qui aliõqui immortalis habebatur.
Deitas tamen interim nihil passa est, sed tantum ipsa, quæ infir-
ma erat, humanitas: cuius meritum ratione deitatis, cui adhæsit,
sufficientem efficaciam habuit ad genus humanum redimendũ,
id quod tota humana natura nec præstare potuit, nec mente ca-
pere. Sicq; in CHRISTO unico deo & domino nostro inueni-
mus & uirtutem & imbecillitatem, inuenimus fortitudinem pa-
riter & infirmitatem, potentiam & debilitatem, robur deniq; &
impotentiã. Virtus CHRISTI est eius deitas: at eiusdem imbe-
cillitas sua humanitas est. Per suam uirtutem, potentiam & deita-
Psalm. 32. 4. tem Omnia quæcunq; uoluit, fecit in cœlo & in terra & in omni-
Ioan. 1. bus abyssis. Hac sua fortitudine mediante Omnia per ipsum fa-
Ibidem. cta sunt, & sine ipso factum est nihil. Contra, per eius infirmita-
tem, Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Et iuxta hanc
Esai. 53. sui partem portauit CHRISTVS omnes infirmitates nostras,
tulit omnes languores nostros, & dolores nostros ipse portauit,
naturales scilicet, qui homini naturaliter accidũt. In quo genere

sunt

sunt fames, sitis, æstus, frigus, infirmitas, imbecillitas, languor, labor, sudor, tædiũ, mœror, mortis formido, ac ipsa denicp mors. Hæc & huiusmodi sunt, quæ apostolus hic infirmum dei appellat. Hæ erant illæ infirmitates, quas pro nobis assumpsit CHRISTVS dei filius: sic ipse ob imbecillitatem nostram factus est imbecillis iuxta carnem assumptam, cum ipsa incomprehẽsibilis deitatis nihil quicp sui infiniti uigoris amisit. Verũ hæc omnia, M ea sunt quæ Paulus hoc loco meminit, ubi dicit Quod infirmum est dei fortius est hominibus, id est ea quę uidentẽ gentibus asscribere imbecillitatem CHRISTO deo, nempe quod sit passus, cp mortuus: fortius est hominibus, hoc est maiorem uirtutem continet cp potest humanum ingenium aut exprimere, aut cogitare. Quis enim æquo libramine perpendere potest quantum uirtutis, uigoris & efficaciæ, ex hac CHRISTI tolerantia & passiõe secutum sit? Porrò eũ plane fortissimũ esse oportet, qui in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum: hoc erat in principio apud deum. Sed uis ne aliud adhuc diuinæ fortitudinis argumentũ audire? Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Quin & hæc omnia sine labore & fatigatione facta sunt, omnia sine ullius adiutorio, sine cõsilio alicuius, utpote solo dei uerbo, Ipse enim dixit & facta sunt omnia, ipse mãdauit, & creata sunt uniuersa. Sed uis ne tam ex altera parte uidere cp infirmus sit iste idem dei filius? Audi euangelistam ita eius infirmitatem depingẽtem. Verbum caro factũ est & habitauit in nobis. Hic uides hanc dei infirmitatem, hanc CHRISTI humanitatẽ. Siquidem ęternus ille deus, homo factus est: deus immortalis, mortalis est effectus: deus omnipotens, hic quocp impotens factus est, infirmus & debilis. Et quemadmodum fortitudo CHRISTI te condidit & creauit, sic imbecillitas eiusdem te perditum restituit & quodammodo denuo creauit. Fortitudo CHRISTI fecit, ut quod non erat, esset: at infirmitas fecit, ut quod erat non periret. Vnde planum esse poterit, cp sit uerũ illud Pauli, Quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Adeo enim fortis erat hæc CHRISTI infirmitas,

Quante uirtutis sit dei infirmitas.

1. Corin. 1.

Ibidem.

Psalm. 148.

Ioan. 1. Expo.

1. Corin. 1.

ut totam ſalutem noſtram operata ſit. An non omnem rationem longe ſuperat, ut mors mortem deſtrueret? ut mors uitam repararet? ut mors inferos ſpoliaret? ut mors ipſum diabolum deuinceret? ut mors denique clauſos aliôqui cœlos aperiret? Quare, quemadmodũ nos ſua fortitudine cõdidit CHRISTVS dominus, ita relapſos ſua infirmitate quæſiuit, & quæſitos antiquæ felicitati reſtituit. Ipſe itaque infirmus nos infirmos nutrit & fouet, non ſecus quã gallina pullos ſuos. Cui auiculæ ſe ſimilem facit, dicens. Quoties uolui congregare filios tuos ſub alas tanquã gallina pullos tuos, & noluiſti. Quaſi diceret, ſemper uolui te ac filios tuos mihi per ſynceram fidem ac bonos mores adiungere: neque id ſemel, bis, aut ter, ſed ſane multoties tentaui, idque omnibus uiis ac modis, per homines, per angelos, per pphetas, per patriarchas, per meipſum, per euãgeliſtas, per apoſtolos, per prædicatores, per doctores. Quare ſi huic dei uocationi te minime accommodes, ſi uitam tuam non reformes, ſi ſolitos mores ac priorem cõditionem non corrigas: certe huic diuinæ uocationi neutiquã reſpondes, ſed damnaberis plane, quototies uocatus uenire noluiſti. Oportet igit oportet ut huic dei uocationi temet accõmodes, ut te deo ex toto animo applices, ut obeundæ dei uolũtati ac beneplacito adaptes: reſpõde domino deo tuo per ueram fidem, per probam uitam, per Chriſtianam conuerſationem, ne quando id tibi merito obiiciat, Vocaui & renuiſti, ne tibi id improperet, Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quoties uolui cõgregare filios tuos quemadmodũ gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Ille mittit ad te prophetas, quos tu occidis: mittit ad te apoſtolos, prædicatores, doctores, quos tu tamen lapidibus obruis. Neque id euidentius facis unquã, quã quando illorum doctrinam non imitaris, quando illorũ dictis non credis ſed cõtradicis. Crede igitur crede, crede ſacræ ſcripturæ, crede prophetis, crede apoſtolis: quia perinde eſſet eos aut mortuos eſſe aut nunquã ſcripſiſſe, ſi illorum uerba nullum unquã effectum caperent. Hæc & huiuſmodi cotidie clamat CHRISTVS ad te ſuum populum, per ſanctam ſponſam

Matth. 23. Expo.

N.

Prouer. 1. Matth. 23. Expo.

Occidere prophetas & apoſtolos, quid ſit?

ſponſam ſuam eccleſiam: tu tamẽ nequiter pergis occidere pro-
phetas CHRISTI, & lapidare eos qui ad te miſſi ſunt per eum,
nec dignaris illorum dictis fidem adhibere. Nonne memineris
quæ dixit Abraham diuiti epuloni iam ardẽti apud inferos, atq;
, eum ita interpellanti Rogo te pater Abraham ut mittas unum è Luc.16.
, mortuis in domũ patris mei: habeo enim quinq; fratres, ut teſte-
, tur illis ne & ipſi ueniant in hunc locum tormentorũ? Cui Abra-
, ham reſpondit, Moſen habent & prophetas, audiãt illos. At ille
, rurſum dixit. Non pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis ierit
, ad eos: pœnitentiam agent. Cui adhuc Abraham. Si Moſen &
, prophetas nõ audiunt, neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit, cre-
, dent. Porrò deus iam certe decreuit, ſe nõ amplius uobis in pro-
pria perſona loquuturum: deus ſecum ſtatuit nulla maiora mira-
cula uobis demonſtrare, deus eccleſiam ſuam & fidem firmauit,
o, audiant illas. Q; ſi ergo nec Moſen nec prophetas audire uis, ſi
CHRISTVM deum ac eius ſanctos apoſtolos auſcultare nolis:
deus tibi amplius loqui non uult, donec ueniat ultimus ille iudicii
dies, quando deus iterũ loquetur. Caue ergo caue, ne loquat tibi
, deus, ſed potius cũ populo Iſraelitico ita Moſen interpellato Lo- Exod.20.
, quere tu nobis, non loquatur dñs ne forte moriamur. Tũc enim Pſalm.1.
, loquet ad eos in ira ſua, & in furore ſuo cõturbabit eos. At quid
, tum dicet? Certe terribilem illam ſentẽtiam Ite maledicti in ignẽ Matth.25.
, æternum, qui diabolo paratus eſt & angelis eius. Si ergo Moſen
non audis, ipſum quantum in te eſt, occidis: eodem modo ſi pro-
phetas audire recuſas, eos quodammodo interficis. At ſi crede-
res Moſen & prophetas cum deo & apud deũ uiuere: certe cre-
deres item dictis & ſcripturis eorundem. Cæterum in hoc q; illis
, diffidis, nec fidem habes: uideris arbitrari eos aut apud deũ non
, uiuere, aut certe non uera ſcripſiſſe. Atq; quum ſic facis, eos ex
conſequenti infamas, deshoneſtas, & quod in te eſt, occidis, lapi-
das & condemnas. Quare interim noli putare hæc uerba, quæ
, iam aliquoties recitauimus, uidelicet Hieruſalẽ, Hieruſalem quæ Matth.23.
, occidis prophetas & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, & cætera,
dicta tantũmodo fuiſſe antiquis illis, qui occiderũt & lapidauerũt

prophetas

prophetas & prædicatores ad ſe miſſos: ſed eque ad eos qui hodie uiuũt ac præſentes ſunt, pertinere. Siquidem & tu ipſe ſi hodie prophetę cuiuſpiã uerbã negligas audire, ſi ſalubria eius monita aſpernaris: ipſum prophetam lapidas & (quod in te eſt) occidis, utpote cuius uerba reiicis, nec exempla imitaris, ſed plane pro mortuo ducis. Viuito ergo laudabiliter, atq; huic dei uocationi reſpondeas. Reſpõde illi, reſponde, inquam, illi. At quid hoc dictu eſt Reſponde illi? Certe ut ne cõtemnas illius uocationem. Quid eſt Reſponde illi? Non contemnere eius uocationẽ. Quid eſt Reſponde illi? Profecto ut dei uolũtatem adimpleas, ut mandata eius cuſtodias. Quid eſt Reſpõde illi? ut uita tua diuinæ uoluntati reſpondeat. Quia tum optime deo reſpondes, quum uitã tuam illius uoluntati adaptes. Quin & hac ſimilitudine diſcere licet, quid ſit deo recte reſpondere. Homo aliquis in terram cultã & aratam ſemẽ iactat, terra benigna dat fructum ſuum: ſicq; terra reſpondet expectationi & labori agricolæ ſeminantis & colentis terram. Contra, fit interdum ut quum aliquis terram bene coluerit, ac ſemen recte iecerit: cæterũ ipſa terra non fructificat, nec reſpõdet uotis coloni, quia eius expectationem protſus fruſtrat ac illudit. Sic & deus pater, qui (ut ſcriptura teſtatur) agricola eſt, quemadmodũ & uos (teſte Paulo) dei agricultura eſtis: ſic deus (inquam) colit te & arat per ſuam uocationem: iactat & ſemen ſuum in te per ſuum uerbum, Nam ſemen eſt uerbum dei. Pluit inſuper ſuper te per ſuam gratiam & inſpirationem: tu tamen non fructificas, nec bene uiuis: non reſpõndes iã deo, quandoquidem deus ſuam expectationem in te fruſtratur. Fac igitur fac ita illi reſpondeas, ut illa huius prophetæ ſententia de te uerificari poterit. Reſpõdit ei in uia uirtutis ſuæ, hoc eſt in ſyncera fide CHRISTI, qui eſt uia, ueritas & uita. Ex quibus ſatis euidẽter patet, eos qui male & peruerſe uiuunt, deo non reſpondere: ſed illi qui deo gratias agunt, qui deum laudant, qui fructum centeſimum, ſexageſimum, uel triceſimum in cordis ſui innocentia afferunt. Is item in uia uirtutis reſpondet, qui per reſurrectionẽ CHRISTI in nouitate uitę ſtudet eidem conuiuificari. Nam

Quid eſt, reſpondere deo?

Similitudo.

Ioan. 15.

1. Corin. 3.

Luc. 8.

Littera.

Ioan. 14.

P.

Q.

uia

uia uirtutis est ipsa resurrectiõis gloria. Quia nulla est alia uia uel ad fidẽ uel ad salutem potior: q̃ indubitãter credere q̃ CHRISTVS pro nobis mortuus fuerit & sepultus, ac tertio postea die resurrexerit. Porrò non est uia ulla efficatior ad salutem, q̃ credere q̃ IESVS sit CHRISTVS: quemadmodum & euangelista quoq; testatur dicens. Omnis qui credit, q̃ IESVS sit CHRISTVS, ex deo natus est. Sed quis est qui non credit q̃ IESVS est CHRISTVS? Reuera quisquis aliter uiuit, q̃ ipse CHRISTVS præceperat. Multi enim sunt, qui semper in ore habẽt, Credo, credo, credo: at hoc neutiq̃ satis est, ut hinc saluus fias. Nam fides sine operibus mortua est, teste Iacobo. Quare si uere est quod ais, si uere credis, ostẽde mihi hãc tuã fiduciã, ostẽde fidem, ostende opera tua bona. Siquidem & ipsi Iudæi dixerunt, Filii Abrahæ sumus, ac de ea re solummodo gloriabantur, Q. q̃ essent filii Abrahæ. Quum tamẽ ipse CHRISTVS, qui cordium scrutator est, ita aiebat Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: sed uos ex patre diabolo estis, ideo opera eius facere uultis. Multi enim sunt qui clamant cũ fatuis uirginibus, Domine domine, aperi nobis. Quibus item respõdebitur, sicut & illis olim erat responsum, Nescio uos. Non ergo satis erit inculcare illud Domine domine, nisi operam des, ut dei uoluntati respondeas. Nõ omnis (inquit scriptura) qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui fecerit uoluntatem patris mei, qui est in cœlis. Quemadmodum nec illi audientur, qui CHRISTO dicturi sunt Nonne in nomine tuo prophetauimus, dæmonia eiecimus, & multas uirtutes fecimus? Qui tamẽ à CHRISTO audiẽt Amẽ dico uobis, nescio uos. Quapropter nuda fides satis non erit, nisi fuerit charitate & dilectione circũsepta. Vt sit (quemadmodum apostolus iubet) fides quæ per dilectionem operetur. Porrò opera tua quæ feceras anteq̃ crederes ac fidem retinẽres, uel nulla erant omnino, uel si bona uidebantur, erant prorsus inania. Q. si nulla erant, sic eras ipse quasi homo alioquis aut sine pedibus, aut certe uexatis pedibus: ita ut inambulare nõ ualeres. Si autẽ bona uidebãtur anteq̃ credere, currebas

Quid sit uere credere deo?

1. Ioan. 5.

Iaco. 2.

Ioan. 8.

Ibidem.

Matth. 25.

Ibidem.

Idem. 7.

Ibidem.

Gala. 5.

Opera ante fidem, qualia reputanda?

currebas quidem, sed inaniter, & extra uiam, dum cursus tuus à recta uia errabat, impeditus eras ne quo uelles peruenire liceret.

Qua uia ercdendum.

Nobis itaq; duplex incumbit necessitas, non solum ut curramus, sed etiam ut in uia recta curramus. Qui præter uiã currit, errans & auius inaniter quidem currit: non tamẽ præter laborem & sudorem suum. Et tanto magis errat, quanto celerius & tamen extra uiam decurrit. Sed quæ est hæc uia, per quã nos currere debemus? Ipse CHRISTVS tibi dicit, Ego sum uia. Quis tamen hic modus currendi erit, aut qua ratione curremus? Audi CHRISTVM. Ego sum ueritas. Quis locus aut finis huic cursui præfigetur, ad quem uelut in scopum aut metam cursum hũc dirigamus? CHRISTVS id etiam ibidem paucis demonstrat, inquiẽs. Ego sum uita. Quare ut scias totũ cursus tui processum, in CHRISTO curris, per Christum curris, ad CHRISTVM curris, ac in CHRISTO denicq; quiescis. Et ut facilius curramus per illum, extendit se usq; ad nos. Nos quidem longe erramus deuii, lõge peregrinati fuimus: at ipse CHRISTVS, qui uera uia est, ad nos errãtes & peregrinos ultro peruenit. Vnde opus est, ut per ipsum salui simus, ut per ipsum ambulemus semper. Atq; hoc ipsum est credere, q; IESVS sit CHRISTVS: sicut credunt Christiani omnes, qui non solo nomine Christiani sunt, sed etiam uita & operibus. Quæ fides à fide illa dæmoniaca (de qua loquitur Iacobus) longissime distat, ubi dicit Dæmones credunt & cõtremiscunt. Sed semper in memoria habendũ, q; fides sine operibus mortua est. Nam quod ad uocalem fidem attinet, quomodo potuerunt dæmones plus credere, q; ut dicerent: Scimus qui sis, tu es filius dei? Nam quod hoc loco dixerunt dæmones, hoc idem dixit Petrus, quum à domino interrogaretur, Quem illum dicerent homines? Respondentes autem discipuli. Alii quidem dicunt te esse Ioannem Baptistam, alii Heliam, alii Hieremiam, aut unũ è prophetis. Et ille, Vos autem quẽ me esse dicitis? Respondens autem Petrus, ait. Tu es CHRISTVS filius dei uiui. Et mox uicissim audit à dño, Beatus es Simõ bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis

Ioan. 14. Christus nobis est uia, ueritas & uita.

Fides approbãda, quid?

Iaco. 2.

Ibidem, Differentia inter fidẽ dæmonum & fidẽ Petri. Marc. 8. Matth. 16.

» in cœlis. Videte quæso quæ & quòd laudes prosequamur hanc
» fidem. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam Ibidem. §
» meam. At quid est super hanc petram ædificabo ecclesiam meam? Profectò super hanc fidem, super id quod dictum est Tu es Expo.
» filius dei uiui. Perpendite modo, quomodo ubi Petrus dixit Tu es
» filius dei uiui: dæmones etiã alijs uerbis idem referũt. Scimus qui Marci. 1.
§. sis, Tu es filius dei, sãctus dei. Quod ergo Petrus dixit, idẽ dixerunt & dæmones: uerba penè eadem erant, at animus longe diuersus. Sed unde hoc constare potest? Certè q̃ Petrus hoc cum dilectione dixit, dæmones uero sine omni dilectione. Cæterum Christiani fides semper in dilectione consistit, dæmonis uero sine dilectione. Sed quomodo sine dilectiõe? Nimirum q̃ Petrus hæc diceret, quo CHRISTVM amplecteretur, dæmões uero idẽ dicebant, ut CHRISTVS ab eis recederet. Porrò priusq̃
» dicerens Scimus qui sis, tu es filius dei: dixerunt eidem Quid no- Ibidem.
» bis & tibi est? quid uenisti ante tempus perdere nos? Aliud est ergo confiteri CHRISTVM, ut teneas ipsum: aliud sic cõfiteri CHRISTVM, ut uelis CHRISTVM à te repellere. Quid ergo magni momẽti est si dicant hæretici, si dicat male Christianus: nos credimus, ego credo? Ideo enim hoc de dæmonibus exemplum posui, ne nimis gaudeatis ad uerba dicentium se credere: sed exploretis facta uere credentium. Curre igitur curre, sed sic, ut desiderium tuum assequaris. Quod & apostolus quoq̃
» sic uobis faciendum admonet, Sic currite, ut comprehendatis. 1. Corin. 9.
» Omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium. Curras itaq̃ ad ipsam uiã, ad uiam uirtutis, ad ueritatẽ, ad ustum, ad CHRISTVM, qui est uia uirtutis & ueritatis. Porrò inter legendum Quintuplex uia.
» quinq̃ uiarum genera reperio, uiam scilicet hominis, uiam iustitiæ, uiam iniquitatis, uiam ueritatis, & uiam mandatorum dei. Prima autem uia, uidelicet uia hominis, non est aliud q̃ uoluptas Via hominis quæ sit
» & desiderium carnis, sensualitas, delectatio, concupiscentia, fornicatio, adulterium: quiescere, sternere, inebriari, crapulari, iocari, delitiari, comedere, bibere, tripudiare, ludere, comminari, aucupari, uenari, ac denicq̃ tempus inaniter transmittere ac uitã

V. uoluptuosam

uoluptuosam transfigere. Sed quotiens uel inuitus, uel inuitus tristis laboris in rebus bonis agis, CHRISTO insumere animum, quibus cum circa ea quæ corporis sunt, imò discipli, sunt, non grauaris. Vigilabis enim usq; ad inopportunam noctem, ob uoluptatem corporis: ut ob dei amorem, ne horam quidē mane uigilare uis, leuiusculis item per totum diem obtrudaberis quibus interuenis dum uilipendas aut tacitus, seriusq; non horaris unius peccatorum redēptione. Saltare quidem aut choreas ducere ad ſuadorem usq; quidlu anhelitus tibi in corpore non perturbet, et, usq; dum ipsa præcordia grauiter palpitent: at uigilare in dei seruitio tātundem inuidare sustineres. Sed tu id ad salutem corporis tui non parum cōducere, & recte quidem; at ego uicissim affero alterū illud ad animæ tuæ salutem magis conferre. Nam uel Paulo teste Multi ambulant, quos sæpe dicebam uobis: nunc autem flens dico, inimicos crucis CHRISTI, quorum finis interitus est, quorum deus uenter est, & gloria eorum in confusione, qui terrena sapiunt. Tantum itaq; quæso te, pro seruanda anima satage, quantū pro corporis sanitate facere non grauaris. Non est enim anima tua res reiicula, non est res uilis aut contemptibilis: anima tua non est calceus, non pileus, non caliga, aut aliquid tale. Quare, quum curam habeas ut calceus tuus, ut pileus, ut caliga, munde & pure seruentur: cura item magis ut anima munda fiat. Verum ut ad institutum reuertamur, de hac prima uia ita scribitur. Vias meas enūciasti, & exaudisti me. Sed quæ sunt istæ uiæ meæ? Quæ sunt istæ uiæ hominis, & qui ambulant in eis? Ille itaq; ambulat in uia hominis, qui carnis uoluptatē facit, qui sequitur desiderium carnis suæ, qui uitia iuxta appetitum & concupiscentiā huius mundi, qui per eas uias ambulat, in quibus gaudet & oblectat, qui fornicat, qui adulterat, qui uoluptuose agit, qui dormit somnolētus, qui lectis eburneis incubare gaudet, qui inebriatur, qui crapulat. Hæc & huiusmodi, uia hominis dicuntur esse. Cui similia sunt superbire, super alios exaltari uelle, alios despicere & contēnere, rixari, insidere, detrahere, iurare, peierare, aliena rapere, defraudare, & quæ cum istis affinitatem habent. Sunt & mille

Philipp. 3.

Plus laboris sumēdum pro anima quā pro corpore.

Psalm. 118.

mille alia flagitiorum genera, quæ mundus hic in usu habet, quæ omnia uitæ hominis appellãda sunt. Hæc ergo omnia uitæ hominis sunt, hæc omnia deferenda sunt, relinquenda sunt: hæc omnia tanq̃ pestilentes quosdam errores, & uenena animę opus est ut ingenue confiteamur, ut coram deo nos iuste accusemus, alioquin nunq̃ iustificabimur coram eo. Vnde scriptura dicit, Iustus in principio accusator est sui. Quapropter qui se de erratis suis coram deo accusat, iustus esse incipit: quia ut sibi non parcit ipsum accusando, ita & dei iusticiæ consulit, quem punire nihil iuuat. Vt enim ab initio Adam se prius accusare maluisset, q̃ commissum suum frustra tutare. Non tamen satis est, ut errorem nostrũ palam confiteamur, nisi etiam deum studiose postulemus, ut doceat nos iustificationes suas, ne postea errare possimus. Atq̃ hæc est secunda uia, de qua supra, mentionem fecimus: uia scilicet iustificationum siue iusticiarum. De qua uia & in eodem psalmo ita sequitur, Viam iustificationum tuarum instrue me: quasi diceret uias meas, id est uias hominum prorsus damno, quãne postulo ut tu domine uelis me instruere uiam iustificationũ tuarum, hoc est modum certum & ordinem adimplendi uirtutes. Siquidem modus rei est formalior ipsa re. Porro uel Flacco autore, Est modus in rebus, sunt certe denique fines, ultra quos citrãq̃ nequit cõsistere rectum. Nihil ergo modo & ordine præstantius esse potest, quo facile scitur, quid prius, quidue posterius fieri debeat. Nam peccat, neq̃ id leuiter, qui quippiam prępostere & inuerso ordine agit. Scire enim quid facere debeas, nec tamen scire quo ordine id agas, non est profecto perfectæ cognitionis: neq̃ sane id uiro prudenti quadrare potest, ne cordato, aut uidenti acceptabile esse queat. Quippe offendunt plerumq̃ præpostera, & quæ ordine quodam retrogrado fiunt. Quare rectissimus ordo, quo uenias ad dei iustificationes, est ut primo incipias iustificare teipsum. Et rursus primus ordo ad iustificandum temetipsum, est teipsum cõdemnare & simul accusare. Nã ut iam antea dicebã, Iustus in principio accusator est sui. Ista autem accusatio sui, est confessio peccati & eorum quæ commiseris: quam cõfessionem

Prouer. 18.

Via iusticiæ.

Psalm. 118.

Philosophus. Flaccus.

Prępostera offendunt.

Prouer. 18. Expo.

Confessio qualis esse debeat.

oportet esse uoluntariam, spontaneam, & non coactam: præterea ut sit simplex & non ficta: humilis, amara & cum uerecundia: fidelis & integra: accusatoria non excusatoria. Quandoquidem oportet omnino peccata detegere omnia, ostendere omnia & accusare. Videmus autem istos, qui cibū in stomacho inclusum & adhuc indigestū habent, qui molestam aliquam humoris aut flegmatis materiam stomacho suo imminere sentiunt: si forte eo uomere queant, cōtinuo releuari ac bene habere. Sic qui peccatis onerantur, si occultēt & retineant intra se peccatum suum, intrinsecus in conscientia sua urgent, in periculoq; sunt, ne à flegmate aut humore peccati præfocentur. Cæterum si ipse qui peccauit, sui in primis accusator fiat, si seipsum accuset & confitetur: simul & euomit delictum, & omnem morbi causam digerit. Siqui dem, peccatum quod per pœnitentiam non deletur, mox ponderе suo ad aliud trahit: ac tandem in malam scabiem erumpit.

Simulatio.

Grego.

Plus curemus corpus q̄ animam. Prouerb 18.

Corpus.

Oculus.

Anima.

Qui si ergo aliquis è uobis sibi cōscius sit de aliquo delicto, interim ita apud se securus quasi nihil mali fecerit, saltē uel ex hoc sermone moueat, qui dicit. Iustus in principio accusator est sui. Si in corpore tuo macula aliqua aut uulnus oriatur, si uel summa cutis intumescat: statim de ea re non parum solicitus es, atq; toto studio curas aliquid remedii illi malo adhibendū, quo reddatur corpori antiqua sanitas. Si quis forte acerbus humor circa oculos tuos exoriatur, non parum solicitus es, quomodo tam periculoso morbo succurras, quomodo cæcitatem præuenias & abigas. Ecce nunc quum anima tua ad mortem usq; grauiter ægrotet, & undiq; uariis peccatorum languoribus urgeatur: securus es: gehennam contemnis: nec ignem illum inextinguibilem formidas? At tu istæc omnia nihil pendis, hæc non curas, sed omnis cæco euentui permittis, inferos aspernaris, gehennæ tormenta despicatui habes, iudicium dei derides, ecclesiam CHRISTI floccifacis quum te admoneat, contemnis rectum consilium, neq; formidas separari à corpore CHRISTI mystico: tu ad mēsam CHRISTI accedere arrogas, ac si mundus esses & totus purus, nihil interim deū curans, nec cogitas omnino quomodo liceat

eundem

Y.

X.

Z.

euadere iudiciū dei, miriq; memoriæ me reuocās quod scriptū sit

Y, Multi in uobis infirmi & imbecilles, & dormiūt multi. At quæ- 1. Corin. 11.
dicis apostolus, q multi sint infirmi, multi ægri, & dormiūt multi? Expo.
Non alia de causa, nisi q multi sint qui seipsos nō examinant; qui
cōscientiæ suæ lucas nec ruminant nec rimantur, qui seipsos nec iudi- Præsumentes
cantes nec culpantes, priusq; ad sanctissimū Eucharistiæ sacramen- indigne accedere ad Eucha
tū accesserint, q nō tantæ magnitudinis peccatorū suorum, sed ri- ristiam.
dicanter peccata sua quantumuis grauia fuerint, aut parua sane, aut
prorsus nulla putantes se in fauore dei esse, quū sint interim fla-
gitiosissimi peccatores, iam non quatriduani cæcitis, sed tam mul-
tos annos in peccatis mortui, ac in fœtido uiuorū sepulchro iam
grauiter olentes. Isti idem patiuntur quod febricitantes inter dū
pati solent: qui dum sanorū cibos recipere solent, sibi ipsis nō ra-
ro exitiū inferūt. Atq; hac de causa monet Paulus, ut Probet se Ibidem.
ipsum homo, & tunc de pane illo edat & de calice bibat. Nā qui
cunq; manducauerit panem hunc & calicem pe. bauerit indigne:
iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.
Considerem itaq; uitam tuam, inspicias cōscientiam, iudicas quo
modo peccata deleas, quomodo purges, quomodo defidas, quo
modo mūdes & purifices. Etsi forte nulla in te sanies fuerit, si pu
ra fuerit conscientia tua, si sit sine omni ruga aut macula, fac gau-
deas: ac cum timore, ac reuerentia dei, ac cum ardenti desiderio
accedas, comedas, atq; perfruaris. Siquidem medicina est, reme-
dium est, salus est, sanitas est, uia est, uita est. atq; denique omnia ti-
bi est, tātum ac tam salubre sacramentum. Vnde & propter hoc Via iniquitatis.
prophetā hic ita clamitat. Viam iniquitatis amoue à me, id est, Psalm. 118.
amoue à me omne peccandi desiderium, omnem concupiscentiā Expo.
malam, quibus tanq; per uiam quādam ad iniquitatem & pecca-
tum itur, & à deo recedit: denique dele à me omnem iniquitatis
speciem, ne ego in illorū uiam curram, quibus dicetur. Discedite Matth. 25.
Z. à me maledicti. Sed quare optat tātopere propheta uiam iniqui-
tatis à se amoueri? Profecto quo possit liberius uiā ueritatis adhærere Via ueritatis.
re. Atq; hinc est, q mox subiungat Viā ueritatis elegi. Hæc autē Ibidem.
ueritatis uia est ipsemet CHRISTVS, qui dixit de seipso loquēs

Ioan 14. Ibidem.

Ego sum uia, ueritas, & uita. Et rursus, Nemo uenit ad patrē nisi per me, qui scilicet recta uia sum. Neq; est quisq; qui recte dicere potest Viam ueritatis elegi, qui in uano aliquo dogmate aut hæresi uersatur. Certe nullus Arrianus hanc sententiam proferre potest: nullus Sabellianus, nullus Manichęi dogmatis sectator, imò nec Lutherus hoc dicere potest, aut Lutheranus quispiam. Nec auarus hoc recte dicere potest, qui nihil præter seculi uia & materialia cōcupiscit. Nō est enim uia scilicet ueritatis fundū habendi, non est amor pecuniæ aut possidendi cupiditas. Quomodo autem illa uia ueritatis dicenda est, quum ille qui in hoc seculo diues est, nequeat suas diuitias secū transferre: adeo ut post mortem incipiat uel Lazaro mendico egentior fieri. Nō est uia ueritatis honor huius seculi, non solicitudo mundi aut mundanorum. At quare quæso? Profecto q̄ ipse CHRISTVS qui uia nostra est, non sic olim ambulauerit. Breuiter qui uiam ueritatis uere elegit, is paulo post apud eundem prophetam, hæc etiam uerba subiungit Auerte oculos meos ne uideant uanitatem. Vanitas enim rerū temporalium est, ueritas autem æternorū. Qui ergo uult per uiam ueritatis ambulare, sæculum hoc imitari non debet. Neq; enim hic te excludo o pœnitens, à commercio huius sæculi ut nullam scilicet rem mundanam agas: sed q̄ in rebus mundanis finem ac ultimum scopum non ponas, q̄ in his non statuas fœlicitatē tuam, q̄ in his nō confidas, sed dum inter illas lubricitates uersaris, ut sēper timeas & expauescas ne deum ipsū offendas, ne à deo recedas. Memento semper q̄ sit uere dictū in euāgelio, Nemo potest duobus dominis seruire, deo uidelicet & mammonæ. Quinta autem uia, uia mandatorum dei dicitur, de qua ibi Viam mandatorum tuorum cucurri. Ex his ergo patet multas esse uias, quæ ad cœlum ducunt: & illæ generali nomine uiæ uirtutum appellantur, per quas probi homines rectà ad paradisum tendūt, per quas etiam à mūdi huius præstigiis & à peccato recedunt. Sicq; quælibet uirtus, uia quædam est, qua in cœlum itur. Ex certe istæ uirtutum uiæ ab omnibus qui CHRISTI fidem professi sunt, omnino obseruandæ & tenendæ sunt, idq;

Qui non eligunt uiam ueritatis

Psalm. 118.

Matth 6.

Quinta uia. Via mandatorum dei. Psalm. 118.

Cur uię uirtutum ambulide sunt.

A.

B.

quatuor

quatuor potissimum de causis, nimirum & sint plures, puriores, breuiores, tutiores. Primum ergo tenendæ sunt uiæ ueritatis ob illarum multitudinem, eò & plures sint: quandoquidem ad quælibet ciuitatem plures uiæ dirigunt. Vnde fit ut aliquando una uia asperior sit & strictior pro peditibus, alia uero amplior & latior pro equitibus, una secretior pro familiaribus, alia directior pro indifferentibus. Sunt rursus aliquot uiæ per terram, aliquæ per aquam, atq; aliæ denique alio & alio modo. Nam & tutius & melius est habere plures uias, habere plures semitas, & tantum unam: ut si homo aliquis in una uia errauerit, saltem ad aliam se conuertat. Siquidem uel paruulus cuniculus plures uias habet ad subterraneas illas cauernas suas: ut si canis, uiuerra, aut laqueus in una insidias parauerit, saltē per aliam libere in latibuli introire queat. Ad eundem modum & deus ipse constituit nobis plures uias ad paradisum, hoc est plures uirtutes ac plurima probitatis opera. E quibus uiis quædam faciliores sunt & spacioliores, ut sunt eleemosyna, charitas, puritas, castitas, mundicia, innocentia, continentia: de quo uiarum genere & ab eodem psalmographo ita scriptum habes Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Quædam rursus uiæ asperiores sunt & maioris itē difficultatis, ut sunt ieiunium, pœnitentia, peregrinatio, afflictio corporis, orandi assiduitas, sanctæ uigiliæ. Sunt etiam aliæ quædā planiores, demissiores, molliores, & leniores: quales sunt humilitas, simplicitas, patiētia, mitigas, benignitas, mansuetudo, pietas, clæmentia, misericordia, & compassio. Quædam denique uiæ etiam per aquas patēt, quoties uel cymba aut nauigio aliquo iter facimus: cuiusmodi sunt contritio, fletus, dolor internus, odiū & displicentia peccati, deuotio in deum, desiderium cœli, contemplatio diuinorum, gaudium spirituale. Atq; sic plures uiæ á deo datæ sunt, per quas humanæ saluti consulitur: ut si contingat nos in una illarum deficere, ad aliam statim curramus, ut si tentatio diaboli nobis in una insidietur, mox per aliam tuto ambulemus. Sic etiam si per pœnitentiam nō poterimus ambulare: (diabolo uidelicet, mundo, aut carne nostra impedientibus) licebit tamē

Vie ad paradisum sunt multæ.

Psalm. 118.

B.

ad misericordiam confugere. Q2 si per flammeum ductu intrede-
re, per humilitatem tamen pharetram ingredi. Q2 si adhuc per eã
ire nequeas, per fletum tamen & epentitionem iter facere pote-
ris. Verum si nec per hanc uiam liber transitus cõceditur, restat
ut per contemplationem eiusdem adornes, aut per aliam aliquam
uirtutem. Sicq; de una uia in aliam, de uirtute in uirtutem nobis
discurrendum est, donec tandem ad æternam gloriam perueni-
amus. Sed quid diutius certamus de tam uarijs uirtutum uijs, quã
sit ipse CHRISTVS præcipua & generalis uia, per quam nos
ambulantes nec aberrare nec deficere unq; poterimus. Ecce ergo
quomodo CHRISTVS ipse, ipse saluator tibi uia tutissima
factus est. Surge itaq; o homo, surge, atq; in hac uia sedulus am-
bulato, habes quo sit eundum, noli ergo pigrescere. Q2 si quæ-
ras quo ducat hæc uia? Certe ad ipsam ueritatem ducit, ducit ad
illũ ipsum qui de seipso dicit Ego sum uia, ueritas & uita. Si igi-
tur ipsam ueritatem ames, si desideres æternam uitam, si cupias
ad ueritatẽ & uitã accedere: noli à recta uia, noli à CHRISTO
deflectere. Sed forsan inquis, uideo quidem uiam & cupio in illa
ambulare: sed nimis arcta est, nimis aspera est, nimis dura & in-
suauis. Aspera est uia (ais) quæ ducit ad uitam: sed tamen ipse
CHRISTVS hanc quantumlibet asperam prius pertransiuit.
Quum ergo CHRISTVS eam pertransiuit, adhuc aspera est
dicenda? Sed CHRISTVS (inquis) & deus & homo est, ego
uero tantum mortalis homo. Vnde quæso quot hominum milia
per hanc asperam uiam transierunt, martyres, cõfessores, uirgi-
nes, & adhuc tibi aspera est? Vide etiam quales fuerunt illi, qui
prius transierunt, nimirum senes, iuuenes, pueri, infantes, delica-
tæ puellæ, reges, principes, milites, pontifices, cardinales, sacer-
dotes, denique ex omni conditione hoies: & inter eos, aliqui etiam
delicatissime haud dubie enutriti. Isti omnes pertransierunt hãc
uiam, quã tu adeo times: illi hanc tibi iam tritam fecerunt. Quare
fac ut eam intrepide inambules, ambula securus, nec metuas tam
tritam uiam ingredi. Quid enim est quod in hac uia timendum
duxeris? Mortem ne? Quid mortem times, qui ad uitam curris?

Christus uia præcipua ad cœlum.

Ioan. 14.

Christus asperam uiam ante se pertransiuit, ut & martyres, confessores & uirgines.

Si

Si autem bonus es, bene quidē in hac uia curris: sin malus es, ad hūc curre, & ad uitam uenies. Siquidem mors tibi inimica erit, quę te ueræ uitæ repræsentet, tantum abest ut mors tibi uitam auferat. Quin & ipse deus te ad hanc uiam uocat, ad hanc ambulationē te inuitat: utpote in cuius persona apostolus ita clamitat. Ambulate in uocatione, qua uocati estis. Quum ergo te uocat deus, fac deo suo respondeas; at non in uoce sed in fide, non in uerbis sed in operibus uirtuosis ac Christiano homine dignis. Atq; hoc C. ipsum est quod ait ꝓpheta. Respondit ei in uia uirtutis suæ. Vbi Litera. & continuo sequitur. Paucitatem dierum meorum nuncia mihi. In quibus uerbis non mediocrem instantiam facit propheta hic noster, ut deus sibi reuelare dignetur mortem suā. Superius enim in hoc eodem psalmo dixit propheta. Dies mei sicut umbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui. Vbi & præsentis uitæ breuitatem declarabat, quod idem & hic quoq; aliis uerbis ostēdit, idq; propter ipsius rei certitudinē, ita dicēs Paucitatē dierū meorū nūcia mihi. Quid tandē est quod petit, quū ait, Paucitatē dierū meorū nuncia mihi? An licitū est ut petamus scire ipsam mortis horā, quū deus eā oībus incertā esse uoluit, ut homo ita uiuat, ut semper ad mortē paratus sit? Respondeo q; regulariter & absolute, non licet id facere: quū id magis ad curiositatē quandā pertinet, q; aut ad salutē propriā, aut ad dei honorē. Porrò reuelatio diei aut horæ mortis, ut in pluribus, magis obesset morituro q; ꝓdesset. Ea enim cognitio efficeret hoīem nimis tristē, nimis dolorosum, mœstū ac melancholicū: adeoq; humanas mentes occupatas teneret, ut illis neutiq; iucundū foret, nec laborare, nec arare, nec terrā colere, nec seminare, nec plātare, nec arbores cōserere, nec ꝓdes extruere, nec ullū artificiū exercere: sed tota illorum mens semper circa mortē detēta esset. Qualē enim appetitū haberet quispiā ut hodie laboraret, si certo sciret se cras moriturū? Et tamen tenet unusquisq; ita hodie laborare ac si semper uicturus esset: ac rursus ita hodie uiuere, ac si cras illi moriēdum esset. Homo enim nascit naturaliter ad laborem, ait Iob. At tu negas. Iob. 5. Ais enim te generosum esse ac nobilem, & proinde á labore immunem:

Exod. 4. Ibidem. Expo. An licet petere, quando fit moriturus?

Quilibet cuiuscunque fuerit cõditionis, ad laborem nascitur.

mũc: at ego cõtra, dico unũquemq; hominẽ ad laborẽ nasci, ut in ea arte, quam callet, operam impendat. Vt me eatorem deceat in mercimoniis suis seculum esse, presbyterũ precibus suis, contemplationi & studiis uacare, aurifabrũ suo artificio inuigilare; pannarium, scillorem uel sutorem, latomum, fabrum ferrarium, colonum atq; agricolam: denique quemq; in sua arte occupatũ esse. Tu tamẽ e nobili prolapia natus es, tu ad nihil horum generis, tu nullius artificii, sed tantum ut hoc tibi natus uideris, ut generosum præstes, ut auceperis, ut uenaris, ut iocaris, ut ludas, ut choreas ducas, ut denique omnimodas delitias sequaris. Ad hunc autem modum loquuntur & illi perditi gulones apud Esaiam, Esai. 22. Comedamus & bibamus, cras enim morimur. Nec solus alixerunt illi apud sapientem, Fruamur bonis, utamur creaturis, non Sapien. 2. prætereat nos hos temporis, ne consumantur uita nostra sine uoluptate, sine ioco, sine mundanis delitiis. O generose, o uir nobilis, o uir magnę, cuiuscunq; gradus es aut dignitatis, tamen ad laborem nasceris, præsertim in ea facultate quam calles. Audi apostolum tibi ita clamitantẽ, O homo tu quis es, qui respõdeas deo? Roma. 9. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non figulus habet potestatem ex eadem massa facere aliud uas in honorem, & aliud in cõtumeliã? Figulus enim ex una terræ massa fingere potest aliud quidem uas honorificũ, aliud uero quod contumelijs subseruiat. Eodem modo & deus ipse creauit te & me, diuitem & pauperem, omnes ex una & eadem materia: illum quidem in cõtumeliam, ut esset uilis ac nihili homo, ut esset lixa, ardelio, aut seruus reiiculus, ut esset auriga, platearũ aut cloacarum purgator, denique ut esset huius aut illius occupationis: at te finxit in uas honestatis, in uas reuerentiæ & honoris. Quid est hoc uas? Tu ne uas es? Etiam certe, id quod facile fateberis, si audire libet quæ deus Ananiæ loquutus est de Paulo, iam nuper apud Damascũ conuerso. Vas, inquit, mihi electionis est, ut portet nomen meum coram regibus & gentibus & filiis Israel. Hic audis Paulũ uas uocari à domino, neq; uas simpliciter sed uas honorabile, uas electiõis, uas mundum, purum & precioſum, quod

Figulus ex una massa, uas uile & honorificũ fingit.

Quilibet homo uas est.

Actu. 9.

Paulus nomen Iesu per mundũ deportauit.

posit

pulcro tristionem suum nihil sordium unq; contrahit. Hic nihil
mutat IESV per multitudinem mucum deportauit, nec fœtidabat
illuc ridere, attuncitare, predicare, & ostendere coram uiris gibus,
principibus & tudibus interrit: & quantum uirtutis, pietatis nomi
ni inest. Hic nihil aliud loquitur, nihil aliud crepat in suis epistolis
præter IESVM CHRISTVM, hunc eundem crucifixum: hunc
frequens habuit in ore nomen IESV adhuc uiuens, ut etiam in
ipsa morte post ꝙ caput à collo abscissum esset, cor saltaret, ut
etiam nomen IESV inuocaret: in quibus locis & ex eo etiam fon
tes aquæ saluberrimæ ubertim effluxerint. Quin & diuus Atha
nasius tanto amore hoc nomen IESV prosequutus est, ut nomē
hoc in corde suo scripū haberet: quemadmodū apparuit, quan
do post mortem cor eius in frusta dissectum erat. Isti ergo usq;
fuerunt in honorem, qui nihil nisi syncerum CHRISTI dogma
sectati sunt. Isti ut ad laborem se natos agnoscebant, ita egregie
in uinea domini Sabaoth, laborarūt semper. Quare ne tibi per
suadeas te in nihil aliud à deo creatum, ꝙ ut generose uiuas, ꝙ
ut nihil laboris subeas. Noli sic credere, noli tibi persuadere:
finxit enim te deus ad laborādum, & licet nec in hoc quidem uili
artificio, tamen ad laborem aliquem te cōstituit, omnesq; hos su
periori uestro ac principi seruos esse uoluit, omnes deo inseruire
re ordinauit. Atq; ob hoc te etiam uas honoris efficit, ut uel regi
obsequium præstes, ut regiæ mensæ inseruires: atq; ut ita face
res, te hæreditatibus, muneribus, feodis, & officiis largiter dota
uit: unde & plusq; alius quispiam tuus & negligentior, ad inseruien
dum domino deo tuo obligatus es. Nam teste Gregorio, Cui
multum datur, multum quoq; ab eodem quæritur: cui autem tri
buitur minus, minus quoq; requiritur: cui autem plus, & plus
exigetur. Sed nunquid credis te aliquando rationem reddi tu
rum pro patrimonio aut hæreditate tua, pro feodis, pro officiis,
pro salario aut stipē dio, & qua itē ratione id insinuas? quomodo
in hoc tibi datum est, ut inde deo famulatū præstares, in exhibē
do te hospitalē, in danda eleemosyna aliisq; charitatis operibus
perficiēdis? Tu tamē hæc omnia exhausisti, aleæ, taxillis, chartis,
aliisq;

Nobiles etiam pro hæreditatibus suis ratio nem reddent.

Grego.

aliisq; id genus friuolis ludis indulgendas patrimonii dilapidatis
in superbiæ operibus, in gula, in luxu & libidine, in fœdis uolup-
tatibus ac carnis cõcupiscentiis, interim nihil minus q̃ scriptu-
Matth.5: ram audiẽs, quæ ita loquitur. Tradet te aduersarius iudici, inde ex
ministro, ut in carcerem mittaris. Amen dico tibi, nõ exibis in-
de donec reddas nouissimũ quadrantem. Nõ est ergo ulli mor-
talium ocio indulgendum, sed semper in ea facultate laborandũ,
Ephe.4. quam nouit quisq;. Ambulate, inquit Paulus, in ea uocatione qua
Nobles etiam laborare debent. uocati estis. Laborate ergo, laborate in eo studio & artificio, ad
quod à deo uocamini. Verum ad quod artificium uocaris tu, qui
nobilis es & ex claro sanguine natus? O, ad præclaram sane artẽ.
Sed ad quam tandem artem quæso? Certe ut deo obsequaris, &
ut in deo labores. Est igitur ars tua ut laborem subeas. Tamẽ ut
Triplex labor. interim scias quot modis laborare poteris, est sane triplex labor:
1. corporalis uidelicet, spiritualis & æternalis. Corporalis adhuc
duplex, uirtuosus scilicet & uitiosus. Virtuosus autẽ corporis la-
bor, est tẽporalis quidam labor: quo quispiam studiose & recte
in arte sua mœchanica sese exercet, ut liceat indeuictum suum
Eccle.9. iuste acquirere. De quo laboris genere & scriptura ita meminit.
Similitudo. Quodcunq; potest manus tua facere, instanter operare. Cæterũ
corporalis labor & idem uitiosus, est ille, quo miserrimus pecca-
tor laborat, & corpus suum totum in peccatis, totum in spurcis-
simis uoluptatibus ac carnis delitiis occupatum tenet. Isti non dis-
similiter pueris faciunt, qui incessanter totos dies discurrunt per
plateas, qui in luto & limo laborant fessi, fatigati, esurientes, siti-
entes: cæterum adeo ut his nugis oblectantur, ut quandiu lux ulla
fulgebit, nec dum atra nox aduenerit, nõ cessant se cum summo
labore huiusmodi sordibus contaminare, unde fit ut nocte do-
mum redeuntes defatigati, ac sic sordibus turpiter maculati,
à parentibus uerberantur. Ad eundem modum multi qui uitiis
& grauibus peccatorum morbis laborant, sese fœde maculant
uoluptuose uiuẽdo: tandem quãdo mors aduenerit, quando cor-
pus ad sepulchri latebram deducit, anima coram deo coinqui-
nata apparet, luto sã, commaculata, & peccatis omnigenis deturpata:

para: quam & deus uerus ille & unicus parens æternæ damnatio-
nis pœna uerberat, in quo supplicio semper ac sine omni fine
laborabis. De quo labore & psalmographus ita scripsit habet,
G. Laborabit in æternum, & uiuet adhuc in finem. At utinam utinã Psalm. 48.
tantum laboris pro seruanda anima susciperes, quãtum pro car-
nis & corporis uoluptatibus sustinere non grauaris. Non tibi
molestum est ad mediam usq; noctẽ, imò per totam noctem pro
complendo animi tui desiderio uigilare: ac ut id pro amore dei
uel horam unam facias, nullo modo adduci poteris. Nec pigebit
te totũ diem ieiunare, dum ex aucupio tuo aut uenatiõe uolupta-
tem capias, dum uulpeculam aliquam aut castorem insequaris, ac
pro redimenda anima tua, nõ sustinebis uel ad unam horam tan-
tũ sudoris subire. Saltare ac choreas ducere ad sudorem usq; nõ
grauaris, imò donec iam respirare amplius uix poteris, adeo ut
amisso iam anhelitu pro refrigerio sedere cogaris: ac utinam tã-
tum sudoris in dei tui seruitio tolerare non pigeret te. Sed dicis
hęc pro sanitate corporis à te facta esse. Ez bene quidem ais. Nã
tum huiusmodi relaxatio animi cum uirtute coniuncta est, quoti-
es sumitur aut pro corporis salute, aut pro depellendo ocio: ne q
sit sumpta, uoluptas dicenda est. Cæterũ ille labor qui circa pię
catis ac probibitis studia sit, ut magis pro animæ salute facit, ita
nec corpus quicq; lædit aut deterius facit. Atq; ad hunc laborẽ
hortat nos Paulus, ita dicens. Labora sicut bonus miles CHRI- 2. Tim. 2.
STI. Tertius autem labor spiritualis dicitur, ut in spiritu labore-
mus, ut laboremus in contemplatione, in deuotione, in studio, in
oratione: ut & pectora etiam tundamus, ut in lamentum usq; pro-
sternamur, ut in cubiculo patrem cœlestem qui uides in abscon-
dito procũbens preceris: ut ibi sis magis feruidus, magis studio-
sus, ac matioris zeli, magis cupidus in deo, in contemplatione ac
deuotione q̃ soleas. Quũ ergo homo quisq; ad laborem ita sese Mors certa, ipsa
tur, quum nulli mortaliũ notum esse possit quanto spacio uictu- pœna incerta, & quare?
rus sit: omnibus assidue uigilandũ est, ut parati sint quandocun-
q; hinc euocandi sunt. Ad quod & ipse CHRISTVS nos in hor-
tat in euãgelio suo Vigilate, quia nescitis neq; diem neq; horam, Marc. 13.

nescitis quando dominus veniet, sero an media nocte, an gallicinio an mane: ne quam venerit repente, inueniat vos dormientes. Nihil enim morte certius est, at hora mortis nihil incertius, ut inquit Bernardus. Certi ergo sumus nos morituros, tamen incerti sumus ubi, incerti quãdo, incerti quomodo, incerti denique & quo mortis genere. Atq; hac de causa, propheta hic noster deũ precatus est, ut sibi notum faceret vestigium dierum suorum, dicens, Paucitatem dierum meorum nũcia mihi. Verum exilibus istis rationibus hanc petitionem nequam & irrationabilem esse, quando deus ipse hanc cognitionem soli sibi reseruare voluit: nec permisit ullum hominem id scire, ut esset semper paratus: Dico q̃ non licet regulariter & absolute, quam magis ad curiositatem pertinet, q̃ ad salutem propriam aut dei honorẽ. Nam talis reuelatio horae mortis, ut in pluribus obesset q̃ prodesset. Porrò si haec mortis hora bonis constaret, & præcipue perfectis: qui in mũdo sunt quasi non essent in mũdo, qui sic uiuunt quasi nõ uiuerent: si isti, inquã, constaret se diu uicturos esse, maximo mœrore afficerentur, q̃ statim non liceret dissolui & esse cũ CHRISTO. Iis hoc grege sunt illi, de quibus Paulus ad Hebræos ita scripsit, Circumierunt in pellibus caprinis, in melotis, egentes, angustiati, afflicti, in mõtibus errantes, in spelũcis, in cauernis terræ, quibus dignus non erat mũdus, isti mundũ ipsum ac omnes mundanas voluptates penitus aufugerunt, aspernati sunt & omnes corporis appetentias & consortium hominum, uixerunt in solitudine, in cauernis, in spelunceis & antris, in foraminibus terræ, induti ouinas pelles, cilicium ac animalium exuuias, repleti fame, siti, frigore, afflictionibus, tribulationibus, ac corporis angustiis: semper eamen studentes in deo, atq; quodam spirituali feruore ac deuotione in coelos usq; rapti. Quibus dignus non erat mundus. Quare non his dignus erat mundus? Propterea certe q̃ illorum uita tam longe distabat à uita mundanorum, in eo q̃ penitus à mundo & mũdanis remoti fuerunt: ut pro uitæ suæ ratione, alieni potius à mundo q̃ de mundo iudicarentur. Tam procul enim differebant à consuetis hominum uitis, ut uiderentur potius esse de alio mũdo q̃ de hoc

Bernardus.

Litterã.

Quid faceret homo, si illis cõstaret hora mortis?

Hebræ. 11. Expo.

mihi uita est, CHRISTVS dator uitæ meæ est, CHRISTVS continuator uitæ meæ est: in CHRISTO ergo tota uita mea collocãda est, sine quo uiuere, uita omnino non est, sed mors. Ille enim nobis uiuendi exemplum exhibuit, in humilitate, in patientia, castitate, reliquisq; id genus uirtutibus. Quas si sequamur, procul dubio CHRISTVS nobis uita erit, moriq; summum lucrum erit, ut huius mundi ærumnis liberemur: in quo (ut modo dixi) nõ est aliud q̃ continuum bellum, assidua pugna, lis, & tribulatio iugis. Hic enim assidue contra diabolũ, mundum & carnem, pugnãdum est: cotidie cum auaritia, impudicitia, odio, ira, & ambitione fit congressio. Hic cum carnalibus desideriis, cum illecebris secularibus, assidua, iugis ac molesta colluctatio est: L. uixq; fieri potest ut homo tot insultibus resistat. Nam si auaritia semel prostrata est, mox insurgit libido. Si libido forte supprimatũ, succedit in illius loco ambitio. Si ambitio contempta iaceat, statim exasperat ira, inflat superbia, uinolentia ad uaria uicia inuitat, inuidia rumpit concordiam, amicitiam odium & peruersus zelus abscindit: adeo ut cogaris maledicere, quod lex diuina penitus prohibet: ut iurare cõpellaris, quod sane minime phas est. Tot itaq; persequutiones patitur cotidie animus hominum, tot corpus urgetur periculis: ut multo præstet magisq; optandũ sit ad CHRISTVM ipsũ festina morte properare, q̃ inter tot & tantas huius uitæ angustias diutius uiuere. Quis enim nõ festinat ad lætitiam? Quis non optet carere tristicia? Sed quando tandẽ mutabitur hæc miseria nostra in lætitiam? quãdo uertetur tristicia nostra in gaudium? Audi ipsum dominum ita tibi dicentem. Iterum uidebitis me & gaudebis cor uestrũ: & gaudium uestrũ eriꝫ plenum, & nemo tollet illud à uobis. Quum ergo perfectum gaudiũ sit, ipsum CHRISTVM uidere, non potest uerum gaudium nostrum alibi cõsistere, q̃ quum CHRISTVM uiderimus. Quanta ergo animi cæcitas est, quæ maior demẽtia, q̃ has huius mundi pressuras, huius mundi pœnas, & lachrymas adamare: & non festinare potius ad illud ineffabile gaudium, quod nunq; auferri poterit? Sed unde prouenit hæc tã misera cæcitas,

Ioan. 16. Verum gaudiũ in quo cõsistat.

nisi q̃ fides nobis deest, q̃ non credimus uera esse quę promittit deus, qui uerax est: cuius sermo his qui uere credunt, firmus & æternus est. Si uir quispiam grauis & honestus aliquid tibi pro certo polliceretur, haberes pollicenti fidem, nec te falli aut decipi ab eo crederes, quem suis sermonibus ac factis semper stetisse cognoueris: & nunc quũ CHRISTVS ipse tibi ore proprio loquutus est, quũ CHRISTVS ad te etiam scripsit, quũ insup scripta sua etiã passione obsignauit, nõ crediturus es? CHRISTVS tibi in suo recessu à mũdo, promisit uitã ęternã, idq̃ sub proprio sigillo: & adhuc tã ueraci pollicitatori credere recusas? O ĩcredule christiãe, quid agis? Recordare q̃ iustus ex fide uiuit. Si ergo iustus es, ex fide uiuas necesse est, atq̃ ut in deũ inhęsitãter credas. Sed tu in deũ te credere ais. Si uere in deũ credis, cur de eius promissis & pollicitatiõibus dubitas? Simeõ ille iustus, qui expectabat redemptionẽ Israel, qui uere iustus fuit, uere plenus fide, qui dei præcepta seruauit, quando ei diuinitus responsum esset Non se uisurum mortem, nisi prius uideret CHRISTVM domini; quum CHRISTVS infans una cum matre uirgine in templum uenisset, agnouit in spiritu natũ iam esse CHRISTVM, de quo sibi antea prædictum fuerat. Quem ubi semel uidisset atq̃ in ulnis suis amplexatus esset: certo sciuit se iam moriturum. Lætus itaq̃ de morte iam instante, & item de uocatione hac & accersione securus: accepit puerum IESVM in manibus suis, & benedicens deum clamauit, dicens. Nũc dimittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuũ: probans ac testificans tunc esse seruis dei pacem, tunc liberam & tranquillam quietem: quando de huius mundi turbulentiis extracti, æternæ uitæ portum petimus, quãdo per corporis mortem ad animę immortalitatẽ peruenimus. Ibi enim pax est, & trãquillitas: ibi etiam stabilis & firma gloriæ securitas est. Hæc igitur & his similia cõsiderans apostolus Paulus, clamauit, dicẽs Cupio dissolui & esse cum CHRISTO. Sed quare tanopere sitiebat mortẽ Paulus? Ipsemet alibi aperte nos docet, ubi ita ait Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. Vere

Fides dicti est promissi dei. Abac. 2.

Luc. 2.

Ibidem.

Philipp. 1

2. Corin. 5.

profecto,

hoc in quo uixerunt. Ipsi se nunq̃ mundanis rebus implicuerũt, nec in aliud uixerunt, q̃ ut ieiunarent, precarent, studio ac contemplationi uacarent, & deo adhærerent. Ad hunc ergo modũ turbas hoĩm refugerunt, & pœnas sustulerunt, tantum ob dei amorem. De quo hominum genere & philosopus ita loquitur.

Philosophus.

Qui hominum consortium aufugit, aut bestia est, aut melior homine. Nam qui ob delicta & culpã suam aufugit, bestia est: quales sunt uulgo malefactores omnes, ut fures, latrones, homicidæ, proditores, & horũ similes. Si uero propter deum eremum petunt, quo liceat illic liberius deo inseruire: certe homine meliores sunt, quia uita eius angelicæ uitæ similior est q̃ humanæ. Ideoq̃ illis dignus non erat mundus. Qui autem sic uiuunt, semper (uti prius dixi) cupiunt dissolui & esse cum CHRISTO. Sed si hoc

I. idẽ malis etiam cõstaret, quã creditis uitã ducerẽt illi? Quid faceret usurarius, si certo sciret se ad multos annos uicturum, qua falsitate, quo scelere, qua fraude, quibus dolis & extortione uteretur? Q̃z item detestabiliter uiueret nec̃q̃ scortator, si certum foret se ad quadraginta aut quinquaginta annos in uita superstitem futurum? Nec secus sentiendum de tyranno, non secus de gulone, nõ secus de luxurioso, inuidioso, aliisq̃ innumeris peccatoribus. Multi enim peccatores, multi (inquã) à peccando abstinent, idq̃ magis timore mortis, q̃ eius tempus incertum sit, magisq̃ inferorum terrore, q̃ ullo dei amore, q̃ ulla uirtutis deuotiõe, q̃ denique ullo cœli merito. Sed tu forte dices, deum ipsum non semel multis & diuersis è sãctis suis ipsũ mortis suę diem reuelasse: sicut fecerat diuæ uirgini ac matri suæ, Ioanni euãgelistæ, beato Martino, ac aliis non paucis. Hoc sane factum est ex speciali quadam gratia & priuilegio: at priuilegium paucorum nõ facit communem legem. Erant insuper isti quos recitas, sancti & perfecti, qui omnia fecerunt pariter ad profectum animæ suæ, & etiam ad honorem dei. Qui non in alia re q̃ in solo deo gaudebant, qui tantopere deũ sitiebant, ut nihil magis q̃ mortem desiderabant, ut possint aliquando cũ deo uiuere, quibus & ipsa mors summi lucri loco ducebat, adeo ut merito cũ apostolo dicere potuissent.

Quomodo uiuerent mali, si scirent horam mortis suæ.

Philipp. 1. Expo. Mihi uiuere CHRISTVS est, mori autem lucrum: id est, CHRISTVS ipse mihi uita est, CHRISTVS mea uita est: quoniam solus ipse totius uitæ meæ & operationis est principiū.

Mori bonis lucrum. Cuiuslibet enim sancti & probi Christiani uita est CHRISTVS: sine quo, nemo nec Christiane nec meritorie uiuere potest. Mori autem lucrum. Viro sancto ac probo, lucrum haud dubie erit mori: quandoquidem mors tali accelerans, omnes huius mundi angustias ac miserias, quas habet longior uita, suo aduentu tollit atq; lucrifacit. Non timebit iam amplius caro corruptionem, nō amplius patietur famē, non sitim, non morbos, aut ægritudines, nō denique acerbos casus aut aduersitatis procellas. Non est mirū ergo Paulū sub cuiuslibet sancti ac probi hois persona dixisse Mihi uiuere CHRISTVS est, mori autem lucrum. Maximū enim lucrum reputauit ille, non amplius tam huius sæculi laqueis detineri, non ullis peccatorum ac uitiorū discriminibus obnoxium fieri, ab angēnibus pressuris exemptum esse, de faucibus diaboli liberari, ab hac mortalitate ad æternā uitam CHRISTO uocante proficisci, ac tandem ad ipsam immortalitatē peruenire. Illa enim est pax nostra, illa fida tranquillitas, illa, stabilis, firma, & perpetua securitas. Nam in hoc mundo nulla quies datur, quū

Iob 7. Expo. Vita hominis (uel teste Iob) sit quasi militia super terram. Non est hic aliud q̄q̄ continua pugna & colluctatio inter diabolum & animam humanam, inter corpus & animam, atq; inter mundum hunc & animam item nostram. Porrò ubi semel abieceris superbiæ dæmonem, mox succurrit dæmon uanitatis. Q̄ si etiam hūc depuleris, succedunt continuo eius loco, dæmon ambitionis, dæmon iræ, gulæ, socordiæ, ac libidinis. Atq; his omnibus abiectis, succedit & alius dēmō tentatiōis: nec te unq̄ quiescere sinet. Cōtinuo enim tentat diabolus, ut saltem uel tædio uincat, ut est autor Gregorius. Tentat autem periculis fluminū, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. Ne mireris igit̄ si Paulus hæc pericula passus, ita de se scribat Mihi uiuere CHRISTVS est, hoc est, CHRISTVS

Bellū continuū in hac uita.

Quam prompti sint dæmones ad tentandū homines.

Grego.

2. Corin. 11.

Expo.

mihi

finitam illam dei potentiam & ineffabilem maiestatem, iuxta tuã
P. fragilitatem & impotentiã æstimare. Verum hoc loco mihi in
mentem uenit historiæ cuiusdam, quæ mihi ab homine quodam
qui à recta fide aberrauerit, relata fuerat: quæ huiusmodi est.
Homo hic, quem dico, inter cæteros errores suos: mihi uisionem
quandam narrauit, quã dixit se uidisse. Dixit ergo se uidisse cœ-
lum aperire, sedisseq; ibi deum ipsum in iudicio priuato tales ac
tales uestes habentem: togam uidelicet holosericam ac splendidi
coloris, caligas uero purpureas, & ita de cæteris uestibus. Quib-
q; egomet hic dixerim deum ipsum nullis uti indumentis: statim
sic exclamare cœpit. Quid ais domine? uis ne ut ego credam de-
um ipsum, qui nos omnes peruestiuit, nudũ & sine uestibus abi-
re? Hoc certe equidem nunq; credam. Tandem tamen pœnitẽ-
tia ductus, se ecclesiæ subdidit & documentis eiusdẽ, errores suos
agnoscẽs & recantans. Sic sunt nonnulli qui in crassam aliquam
imaginationem incurrentes, cogitant id apud deum impossibile
esse, quod sibi ac suo rudi ingenio impossibile uident: quũ tamẽ,
, uel scriptura teste, Deo omnia possibilia existunt. Ille enim, de Marc. 10.
quo modo loquebar, iuxta crassum & phantasticum ingenium
imaginabatur deum ipsum cæterosq; cœlicolas etiam in cœlo
uestimentis uti, edere, bibere, atq; etiam igne egere. Sed o stoli- In cœlo non est opus his quibus hic egemus.
dissime homo, illic nec cibo opus est, nec potu: illic nec uestes
nec ignis in usu sunt, nec demum quicq; tale, quali hic hominum
infirmitas indiget. Nã quid opus est corpori uel uestimento, uel
cibo, uel potu, in illo loco ubi æterna beatitudine glorificabitur?
Sed quid est hoc glorificari? Profecto ego tum tibi dicam, quã- Quid est glorificari?
do id usurus sum. Nam talis futura est hæc corporum nostrorũ
glorificatio, tam longe omnem humanum captum, sensum & in-
Q. tellectum superabit: ut Paulus de illa sic scriptũ reliquerit: Ocu- 1. Corin. 2.
, lus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: quæ
, præparauit deus diligentibus se. Quare quũ deus arbores uesti-
uit foliis, quũ uestiuit & arua floribus: poterit & tua ossa in resur-
, rectione peruestire. Propheta Ezechiel aliquãdo de hac re sub- Ezechie. 37.
, dubitare uisus est: quũ uisione quadam imaginaria à deo de-
, ducitur in campum quendam mortuorum ossibus confertissimum,
ubi

Visio Ezechielis de resurrectione mortuorum.

ubi & ipsa ossa nimis sicca erant, quasi illic diu à morte corporũ iacuissent arefacta. Prophetæ ergo huc ducto, ita ait dominus, Putas reuiuent ossa ista? Cui & Ezechiel respondit. Tu scis domine. Et dominus ad eum: & tu dices eis. Ossa arida dicit dominus, & dabo uobis neruos, carnes & cutem. Ecce ego intromittã in uos spiritũ, & uiuetis: & dabo super uos neruos, & succrescere faciam carnes, & superextendam cutem. Et statim erat commotio ossium ad ossa, ossium ad suas iuncturas currentiũ: & nerui, & carnes, & cutis ascenderũt, & spiritum habebãt, & reuixerunt & steterunt super pedes suos, & erat exercitus grandis nimis ualde. Et sequitur ibidem. Ego aperiam tumulos uestros, & educam uos de sepulchris uestris, & dabo uobis spiritum & uiuetis, subaudi in æternum. Postq; igitur uidisset propheta ossa arida rursus suis neruis colligari, rursus uenis intexi, carne contegi, cute uestiri, ad uitam reuocari, consurgere homines uiuos, atq; in pedibus suis recte cõsistere: satis de mortuorũ resurrectione confirmatus, eandem uisionem scribere adorsus est, ut tantę rei cognitio ad posteros peruueniret. Huc suffragat & alius propheta, ita clamitans. Exurgẽt mortui & resurgent qui in monumentis sunt. Adhuc tamen tu qui non credis, de hac re dubitas? Verum ne amplius dubius sis, audi ipsum CHRISTVM ita dicentem, Venit hora, in qua omnes qui in monumẽtis sunt, audient uocẽ filii dei: & procedent qui bona fecerũt, in resurrectionem uitę, qui mala egerunt in resurrectionem iudicii. Huc pertinet & alius scripturæ textus, qui ita habet, Oportet nos omnes manifestari ante tribunal IESV CHRISTI, & cætera. Et reuera si sancti apostoli, si sancti martyres de resurrectione dubitassent: certe mortem timuissent, post quam, nullam ulteriorem gloriam expectassent. Sed illi nec mortem, nec ulla tormẽta, nec cruces, nec ignes, nec carceres, imò nulla omnino cruciatuũ genera recusarunt: quod certo argumento esse potest, illos certissimam resurrectionis spem habuisse. Nam si hanc resurrectionis certitudinem non cõcepissent: nunq; sane per tam acerbos cruciatus, nũq; per tot pœnas ad ipsam mortem quasi ad maximum

Ezech. 36.

Ioan. 4.

1. Corin. 5.

lucrum

profecto, uere non aliud q̃ peregrinatio est, quicquid est quod
N. in hoc mundo uiuimus. Porrò nos in hoc sæculo peregrinantes
incertis sedibus peruagamur, laboramus assidue, multumq̃ de-
sudamus, uias difficiles cotidie inambulantes, uias periculorum
plenas: ubi instant undiq; insidiæ tam à spiritualibus q̃ etiã à cor-
poralibus inimicis, ubi & deuii tramites atq; calliculi errabundi
undiq; præparantur. Et quum tot & tantis periculorum generi-
bus passim urgeamur omnes, non solum ipsi ab his liberari non
cupimus, sed etiã liberatos & CHRISTO defunctos, tanq̃ pe-
reuntes lugemus & plangimus. Quid enim emolimenti contulit
nobis CHRISTI passio, si iam nobis metuendũ sit cum illo mo-
ri? Quid profuit nobis baptismus, aut quid gloriamur q̃ renati
simus ex aqua & spiritu sancto, si iam mori grauaremur. Quid
meriti ex morte nobis speremus: si ipsam mortem iam inuiti pa-
teremur? At cur non potius audimus ipsum CHRISTVM ita
omnibus clamitãtem Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi
ego sum, illic & minister meus erit? Qui mihi (inquit) seruus est &
minister, oportet ut me etiam insequatur: ut me in uita sequatur,
ut me sequatur in morte, ut me tãdem etiã sequat in gaudio: ut &
illic etiam sit, ubi & ego sum. Si rex quispiam terrestris aliquem
conuiuiam ad palatium suum aut conuiuium uocitet: nonne libẽs
ac gratulabundus illuc ire properaret? Et quanto magis quæso
ad cœlestem illum regem currendum est? Qui quos semel excæ-
perit, non solum conuiuas, sed & cõregnatores efficiet: quemad-
modum & à Paulo quoq; scriptum habemus. Si commorui su-
mus (inquit) & conuiuemus: si sustinebimus, & conregnabimus.
Nec tamen hæc dico, ut quis sibiipsi manus inferat, aut sibi mor-
tem conscisca contra uoluntatem dei cõditoris sui, aut ut aliqua
ui animam è corpore suo abigat: sed ideo hæc dico, ut lætus sit ac
gaudens, quando aut ipse à deo uocatur, aut alii qui illi proximi
sunt mortem naturalem obeunt, ut hinc migrantibus congratu-
letur. Hæc enim plena est, tota est, & summa Christiani hominis
perfectio: ut uerã uitam & gloriam æternam expectet post mor-
tem. Recordare semper o Christiane, q̃ anima tua immortalis

Mũdus peregrinatur a domino.

Bono uiro non est metuenda mors.

Ioan. 12.

Expo. Minister Christi, Christũ sequatur.

2. Timoth. 2.

Anima immortalis.

sit: de cuius immortalitate nec ethnicus philosophus, nec paganus, nec iudæus, nec saracenus, nec turcha, nec denique ullus infidelis ambigit, aut subdubitat. Nec mors quicq̃ aliud est, q̃ animæ separatio à corpore. Et quoties anima ipsa, quæ immortalis est nec mori potest, quæ in corpus ipsum per dei opificiũ inspiratur, à corpore ipso diuellitur: nunc cõrpus moritur, ac sic mortuum iacebit, usq; ad iudicii diem: quando & anima denuo resumet corpus suũ, apparebitq; ante tribunal CHRISTI, ac de transacta uita sua responsum dabit. Q. si de hoc aut hac resurrectione dubitas quicq̃: audi ipsum apostolum ita te corripientem, Insipiens tu quod seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur. Granum autem tritici quod seminas, aut alterius cuiuscunq; seminis, mortuũ aut aridum sine humore, quũ semel putrefactũ fuerit: fœcundum cõsurgit, uestitum folliculis, ac demum aristis undiq; armatũ. Qui ergo granũ tritici suscitat iam in terra mortuũ propter te: te nõ poterit suscitare propter se? Qui solem cotidie uelut de atro noctium sepulchro suscitat, & qui lunam semel singulis mensibus quasi de nihilo reparat, qui tempora recedentia semper ad utilitatem reuocat: nos ne homines, propter quos omnia condidit, non requiret? Patietur ne optimus & benignissimus dominus cineres illos corporis extingui, quos suo flatu accendit, quos suo spiritu animauit: ut non perpetuo iam uiuat homo, qui eum pie & agnouit & coluit? Si adhuc iterum dubitas o homo quomodo fieri possit ut post mortem repareris: quomodo post cineres & ossa semel consumpta restituaris: dic quæso qui olim fueris priusq; in utero matris cõcipereris? Certe prorsus nihil eras. Deus itaq; qui te quum adhuc nihil esses, è nihilo creauit: nõne facilius potest facere, ut id sit quod aliquando fuit, qui potuit creare quod antea non fuit? Qui te è gutula informis liquoris & materiæ adhuc in matris tuæ utero, in neruos, in uenas, in carnem, in ossa, in crines & sanguinem excrescere fecit: idem ne poterit de utero terræ te rursus generare, & in pristinã formã redigere? Sed times fortasse, ne ossa tua iam arida facta, pristina carnis molla uestire ualeant? Noli, noli o homo, noli infinitam

Mori, quid?

1. Corin. 15. Expo. Resurget homo totus & integer in iudicio. Granũ nõ resurgit, nisi prius mortificatum.

Sol.

Luna.

Homo.

lucrum peruertissent. Non enim cogitabant supplicia præsentia, sed tantum futura gemmia. Sciebant autem, sciebant & id uere scriptum sit à Paulo. Quæ uidentur, ad tempus sunt. Sed uultima inuisibilia nequeunt. Ipsa fortissima Machabæorum septem fratrum mater, filios suos inter medias torturas ad mortem gloriosam adhortabatur. Videbat sancta fœmina filios suos duris uinculis cædi, ferro ponderibus, ictu sartaginis assari, maximis tormentis defatigari, & tamen non lugebat mulier, non fundebat lachrymas ullas, nullos edidit ululatus, nullos singultus, nullum signum doloris: sed lætabatur potius, sed gaudebat intus, eos sollicite ad tolerantiam semper adhortans. Et quia ad filium nauis minimum deuentum fuerat, qui iam solus agoni superestabat: ut eum ad fortiter moriendum animaret, omnibus modis persuasit, ac uerbis impulit arripuit eum ad hanc fortissimam pugnam, semper obsecrans ne ullis blanditiis à fratribus suis euelleret, sed ut gloriose moreretur, quo gloriosam & immarcessibilem martyrii coronam sibi pararet. Non tamen crudelis erat hæc mater, sed fidelis. Amabat filios suos, sed non delicate, at fortiter, non carnaliter, sed spiritualiter. Horrabatur filios non ad aliam passionem, nisi quam illa libens & gaudens pertulit. Et quare id? Certe quia tam de sua quam de filiorum resurrectione secura esset, & certissima. Sed quid de uiris loquor? quid de fœminis, quid de pueris, quid de puellis: qui nihil hactenus dubitarunt, pro CHRISTO mori? Quid loquar quomodo de huiusmodi tam gloriosa morte minime lamentis sed summis celebritatis sese semper ad cœlestem militiam transtulerunt, gaudentes pro CHRISTI amore dira pati ac contumelias affici. Sic Iacobus gaudentes apostoli à conspectu concilii, pro nomine IESV contumeliam pati. Poterant tamen diuinis uiuere si uoluissent, quorum ipsis adesset electio, uellentne negando CHRISTVM uiuere, an confitendo mori. At illa potius usum est, hunc si poterat nullam animare, ut illam æternum ullam fumum crudelis error exhaustis uolebat, ut cœlum incolere possent. Propter hanc ergo cruentissimæ mortis corporis huius, & rursus propter firmissimæ futuræ resurrectionis spem, ut securius hinc prophetæ noster discedat,

1. Corin. 4.

2. Machab. 7.

De fide resurrectionis, quæ habuit mater Machabæorum.

discedat, ut & propensior, apeior & acceptior deo fiat, vtq; tandem in illo die sanctorum socius inueniatur: ita ad deum clamat;

Littera. Paucitatem dierum meorum nuncia mihi: id est fac me attendere,

Expo. & q; breue sit residuum uitæ, ad q; exiguũ tempus sim uicturus; ne rebus friuolis & transitoriis nimis mordicus inhæream. Multum namq; ad animæ æternitatem proficit: quum benignus deus breuitatem uitæ sibi ad memoriã reducit. Nam quoties quispiã cogitat apud se iam extinum uitæ imminere ac in proximo esse; minus eerte ad peccandum pronus est, minus delectat uitiis indulgere. Hinc est q; sic nos moneat scriptura, dicens Memorare nouissima tua, & inæternum non peccabis. Sic Hieronymus, Philosophia uera est, assidua mortis meditatio. Proinde septem sunt utilitates, quæ præcipue ex hac frequenti recordatione ac mortis meditatione prouenium. Quarum prima est acquisitio quædam ac præparatio sapientiæ. Porrò ueluti summa stultitia est non cogitare de morte, iuxta illud Gens absq; consilio est & prudentia: utinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent: ita contra, summa prudentia est semper habere mortem in memoria, seq; ad illam diligenter præparare. Quãdoquidem Sũma philosophia est (ut uere dixit Hieronymus) assidua mortis meditatio. Secunda autem utilitas, quam ab hac mortis meditatione capimus, est cuitatio peccatorum. Quia ut est apud eundem Hieronymum, Non facile in peccata labitur, qui se semper moriturum cogitat, & deum fore iudicem non ignorat. Ista recordatio hominem in omnibus actionibus dirigit: atq; in omnibus tentatiõibus suis defendit, atq; tutum reddit. Nam sicut aues sese cauda moderantur dum per aërem uolant, sicut & pisces in aquis se cauda sua uelut remo quodam regunt, sicut canes insert currendum se quoq; cauda sua in quamuis partem deflectunt, sic eus quoduis penè animal eaudq; agitatione muscas & culices à se abigit: sic & homines cauda sua, id est memoria ultimi finis sui, nempe mortis, ad humilitatem reuocantur, ne eleuentur in prosperis nec franganur in aduersis, atq; denique ut omnes tentationum muscas penitus à se expellant. Vnde & Iob ita ait,

Interroga

Litera.
Expo.
Eccle. 9.
Hiero. Septem utilitates ex recordatione mortis.
1.
Deute. 32.
Hiero.
2.
Idem.
Mors sæpe meditanda.
Aues. Pisces. Animalia
Semi tudo.

, Interroga iumenta & docebũt te: ac uolatilia cœli & piſces maris & annunciabũt tibi. Quaſi diceret. Quemadmodum nates & piſces ſeſe ſua cauda dirigunt, quemadmodũ iumenta & animalia ſe ſua cauda à muſcis defenſant: ſic tu o homo memoriã mortis, tuam uiam ubiq; dirige, ſic totam uitam tuam à diaboli inſidiis defende, ſic temet á tentationibus libera. Videmus etiam ipſum nauis gubernatorẽ, qui regere debet nauim, ſeſe in nauis puppe ad clauum ſeu temonem collocare: ibiq; ſedens nauim gubernat à periculis, nauẽ dirigit & conducit ad portum: ſic & homo per hanc memoriam mortis meditationem, per recordationem finis ſui, ad bonum exitum ſe perducere debet. At tertia utilitas, quæ hinc uenit: eſt uoluptatum dimiſſio ac renunciatio. Quando uel , Gregorio teſte, Nihil ſic ualet ad uitia carnis edomanda, q̃ cogitare qualis homo erit in morte. Multi enim dũ adhuc ſani ſunt, cum nihil minus q̃ mortem in memoria habent: nihil omnino elargiuntur pauperibus, imò aliena rapiunt potius aut ui detinẽt. At quum iam præſentem mortem adeſſe ſentiunt, tum demum aliena reſtituere, tum eleemoſynas diſtribuere incipiũt. Quæ ſanctiFactio ut penè ſera eſt, ita pauciſſimis tempore mortis dari cõtigit. Cæterum quarta utilitas eſt rerum aduerſarum deſpectio, & contemptio. Nam ut & diuus Hieronymus autor eſt Facile , contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat moriturum. Quinta utilitas eſt gratiæ diuinę cõſeruatio. Siquidẽ ſicut cinis calidus ignẽ conſeruat, ſic calida id eſt recens ac frequens mortis & incinerationis memoria cõſeruat ac retinet gratiam in aliquo, diſponitq; ad bona opera perficienda, ad ſobrie, ſancte, & caſte uiuendũ: ac demum incẽdit in feruorem quendam amoris erga deum. Id quod etiam diuus Ambroſius ita ſuo teſtimonio approbat, dicẽs , Valde ſe ſolicitat in bono opere, qui ſemper cogitat de extremo V. fine. Sexta inſuper utilitas, quam ſecum affert hæc mortis meditatio, dicitur interna quædam futurorum dilectio. Quandoquidem, ut ait Gregorius, Qui ſe cotidie recordatur moriturũ, cõtemnit præſentia, & ad futura feſtinat. Quis enim ad æterna illa non feſtinet, non ſuſpiret: qui recordatur quomodo omnes ad

Iob. 12.

Deu. 32.

Greg. in Homilia.

Hiero.

Simbolo.

Ambro. ſermone.

Greg.

Omnia ad mortem transeunt quamuis sublimia.

2. Regū. 14.

unū & sine omni discrimine ad mortē transeūt? Transeūt trāseunt imperatores, reges, cardinales, episcopi, sacerdotes, duces, milites, domini, mercatores, reginæ, dominę, iuuenes, senes, pulchri, deformes, sani, ægri, diuites, pauperes, denique ex omni sexu, ex omni ætatē, ex omni ordine, statu, & conditione. Morimur enim omnes & quasi aqua dilabimur. Omnia pergunt ad suū finem, omnia mortalia ad mortē properant. Vbi quæso nunc sunt illi maximi huius mundi gubernatores, qui circa sexagesimum abhinc annum floruerunt? Quot ex eo tempore pontifices habuit Roma? Quot ex eo tempore fuerunt imperatores? quot reges? quot cardinales? quot episcopi? & ita de aliis huiusmodi statibus? Quo iam abierunt tot illorum diuitiæ? quotanta potētia? quo denique tam magnifici honores? Vbi nunc est tantus ille gemmarum splendor, ubi regia sceptra? Vbi coronæ & mitræ? Vbi purpuræ, paludamenta, pallæ, crustes, peda, ac rubentes amictus? An non mors hæc omnia una cum ipsa uita, qua nihil charius esse potest, penitus abstulit? Videtis ergo ęp infœlix sit, qui suam spem in rebus mortalibus collocat aut reponit: ut est e contrario longe omnium fœlicissimus, qui semper uitæ memor

Quæ commoda sequūtur mortis memoriam.

mortis, qui se semper breui hinc abiturum recordatur. Magna ergo mihi crede & admirabilis uirtus est, hæc mortis recordatio: ut per quam homines filii dei cōstituuntur, per quam expelluntur uitia, per quam & tetri dæmones effugantur, per quam scelera & flagitia prosternuntur, & contra, uirtutes non modice inaugēntur: per quam denique diabolicæ fraudes ac potestates deuincuntur prorsus. Ad hæc per mortis meditationem cor ipsum humiliatur, corpus ne contra animam insurgat refrænatur, uirtus sopita denuo excitatur, anima sanatur saucia, gratia acquiritur & infunditur, peccatum remittitur, gloria inuenitur eaq; illa æterna, quæ semper duratura est, ab omni mortis insultu multo tutissima. Non est mirum igit prophetam hunc nostrū, hanc tā tam uirtutem, uidelicet mortis recordationem, à deo suppliciter

Littera.

expoſcere, ita dicētem Pauciratem dierū meorum nuncia mihi. Atq; us haberet satis spacii, quo in hac uita perfectā & absolutā

pœnitentiam

pœnitentiã ageret: pgit postulare à deo optimo maximo, ne uelit illum in dimidio dierum suorũ ab hac uita reuocare, ita dicẽs,

X. NE REVOCES ME IN DIMIDIO DIERVM MEORVM: IN GENERATIONE ET GENERATIONEM ANNI TVI. Propheta autem hic noster importune desideranss se ita expediri posse, ut in itinere suo neutiq; impediretur: postulat impense ne in medio itineris sui cursu reuocetur. Nam si homo Anglus confecto penè itinere ab Hispania uel Candia reuerteretur in Angliam, quumq; iam medium maris cursum pertransisset, ac penè in conspectu domus suæ esset, rursus iam subita procella ex aduerso in uelum inflante reuocaretur in Hispaniam: magnũ sane foret impedimentum nec leue itineris dispendium. Eodem modo si homo aliquis quando iã duce diuina gratia per multos sudores in itinere uirtutũ & pœnitentiæ, deum uersus diu pertransiit: non parum certe impedimenti sibi opponi sentiret, & multum illi aduersaretur, si iam tentationum procellis retrocedere cogeretur, probamq; uitã suam in malam ac improbam commutare. Iustus igitur & pius propheta ne in uia hac qua ad cœlestem portum properat, aut ab huius mundi delitiis aut à carnis illecebris aliquo modo reuocetur à deo, reuocetur à bona & uirtuosa uita: prosperum uentũ ac fœlicem ducatum, à deo exoptat & desiderat. Siquidem qui iam pie, sancte & glorioſe ad quadraginta annos uixerit, & tunc male, carnaliter & diabolice incipit uiuere: magnam sane iniuriam sibiipsi facit, magnumq; sibi parat impedimentum. Nam ea tam priorem uitam sancte quidẽ actam, inficit: meritumq; eiusdẽ amittit, & nihil penitus in gloriã & coronam agit, nisi mox resipiscat, nisi pœnitentiam agat: quo fiet ut prospero ac fausto pœnitentiæ uento flante, denuo in rectum iter reducatur, ac tandem ad portum fœliciter perducatur. Mare autem istud quod dico, est hic turbulentus mundus: uia autem & iter non aliud significat Y. ẽ hanc præsentem uitam. Sed o Christiane, Christiane, o inquã Christiane siue uir es siue fœmina, nosti me, adhuc ne memor es ubi te superiore anno dimisi? An non dimisi te ultimo die

Verſ. 25.

Similitudo.

Vita probitas in medio curſu non deſerẽda.

parasceues in salubri quodam fletu & planctu cum tribus illis Mariis, uidelicet Maria magdalena, Maria Iacobi, & Maria Salome: ut cum illis tres etiam inunctiones ad inungendum beatissimum CHRISTI corpus ad eius sepulchrum deferres, nempe contritionem, deuotionem, compassionem, siue pietatem? Caue ergo ne ab hoc sepulchro abeas, caue abeas ab hoc tam precioso corpore: ne deseras lamenta tua, fletum ac uitam pœnitentis. Diu iam diu probe & bene uixisti, ne discedas ergo à solita illa uitæ tuæ integritate. Ne sinas ut amor huius præsentis mundi, te ab amore domini dei tui distrahat aut auellat. Nec permittas ullas delitias, ullas uoluptates, aut uana huius mundi lenocinia & oblectamenta, te à domino deo tuo separare. Nam qui nõ aliud cp̃ huius mundi illecebras ac carnalia desideria in mente habet, parum à bruta pecude distat. Pórrò pecus non aliud cupit cp̃ ut liceat perpetuo edere, bibere, quieti ac ocio se dare, deliciari, ludere, se sensuali appetitui ac carnalitati mancipare. Memento te rationabilem creaturam esse: memento te CHRISTI sanguine redemptum fuisse. Memento te in sortem domini uocatum esse, ut sias unus è familia eius, ut de futuro sæculo dies noctesq; semper cogites, non de hoc præsenti sæculo: ut uni deo semper adhæreas, carni uero nunc̃p. Memento cp̃ sit hæc uita momẽtanea, quia uel teste Iob, Ventus est uita hominis super terram: & quæ omnibus miseriis sit plenissima. At si hic uitalis uentus se semel immutare cœperit, de te actum est: si hic halitus te semel deserat, si semel è corporis domicilio euanuerit, tu statim mortuus iaces, quando ut iam dixi, uita tua aliud non sit cp̃ uẽti flatus, qui ad breue tempus perdurat, & tamẽ nullis omnino calamitatibus uacat. Quot quæso morbi? quot ægritudines regnant iam ubiq; in hoc mũdo? quot febres? quot podagræ? quot hydropũ genera? quot pustulæ & mentagræ? quantum pestilentiæ & uariarum plagarum? quot oblæsiones corporũ? quot infectiones, passiones, quot pœnarum ac cruciatuum rationes? quot deniq; molestiæ, anxietates, ac mœrores animorum undiq; homines circumuallãt, atq; etiam cor ipsum tristicia afficiunt? Quantum flagitiorũ, quantũ abominationis

Vita pecuina.

Quam breuis uita & malis undique repleta

Iob. 7.

Z.

C.

largam, tam liberalem & benignã oſtendis, promittens te nunq̃ defuturam: ut tandem hinc ſubito abeat impœnitẽs. Atq; ex hac tam beneuola uitq; promiſſione, tu iuuenis aulice tibiipſi proſpicis ut ſolet hæc tua ætas, tunc mercimonia parum frugi exerces, tunc uerſuras facere non pudet, tunc hæreditatẽ tuam obpignorare non piget, tunc á nullo non mutáris, tunc prędia tua diuendis, ac omnia quæ habes profundis uel in corporis ornatu, uel in ludendo aleam, uel in fœdis uoluptatibus, quemadmodum fecit & filius ille prodigus dum in laſciue uiuendo omnia quæ habuit amiſit penitus, ſemper expectans diem aliquem commodiorem. Dũ ergo in hoc ſtatu uerſaris, omnes faſtidiunt conſortium tuũ: & qui leuiores ſunt, te deridendum propinant & digito demonſtrant: ſeniores uero ſua capita erga te mouent. Atq; ſic fecit filius ille prodigus, qui portionem ſuam conſumpſit male uiuendo. Sed rurſum o uita aliis quibuſdam teipſam nimis anguſtam exhibes, tamq; anguſtam, q nõnullos ad eam neceſſitatem redigis, ut penè nullam prorſus opem habeat quis, nihil prorſus ſolatii, ſed ut tandẽ ad extremam pauperiem & impatiẽtiam redactus, cogatur quodammodo blaſphemare ac cõtra deum murmurare: intantum ut in inopia conſtitutus dicat, o bone deus quid me ad hãc extremam paupertatem detrudis, quid feci ego, quid cõmerui, cur ſic ſupplicio afficiar? Audi audi tu homo Paulum ita tibi reſpondentẽ. Numquid dicit figmẽtum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatẽ figulus luti, ex eadẽ maſſa facere aliud quidẽ uas in honorẽ, aliud uero in cõumeliã? Nõne ſic deus fecit uaſa iræ apta in interitũ, & alia uaſa gloriæ præparata in gloriam? Quare conſultius erit ut ſic cum ſapiente mediocritatem quandam uitq; à deo poſtules. Diuitias & paupertates ne dederis mihi: ne forte uel diuitiæ nimium exollant in ſuperbiã & faſtũ, uel cõtra, extrema penuria in impatiẽtiam deiiciat. Et licet aduerſitas multos haud dubie frangat, tamẽ proſperitas ac res ſecundæ multo plures efferunt & in altum eleuant. Quod & pſalmographus innuiſſe uidetur, quum ait: Cadẽt à latere tuo mille, ſed decem millia à dextris tuis. Habet hic mundus duas

Aulicus iuuenis q̃ inconſulte aliquãdo ſaciat.

Luc. 15.

Murmur quorundam.

Roma. 9.

Prouer. 30. Expo.

Pſalm. 90. Expo.

manus suas, dexteram uidelicet & sinistram: per dexteram autē prosperitas, per sinistrā uero aduersitas designat. Vnde & propheta ait à sinistro latere, id est, in aduersitate plures quidē, nēpe mille casuros: at à dextris tuis, hoc est in rebus prosperis multo plures, uidelicet decem millia. Quapropter quū utrobiq; immineret grande periculum, sapiens utrunq; declinare cupiens, medium quoddam petit ita aiens Diuitias & paupertates ne dederis mihi, sed tantum uictui meo tribue necessaria. Erat enim hic idem sapiēs Solomon diues ualde, unde & extolli metuit: at rursum paupertatem formidauit, ne per urgētem necessitatem, aut rapinam, aut periurium, aut blasphemiam incurrere cogeretur. Nam quot quæso in inopia cōstituti, rapinam cōmittunt? Quot falso peierant? Et quot denicq; dum per alearū, chartarumq; ludum lucrum quærunt, detestabiliter blasphemant nomē dei sui? Rursus q̄ multi qui foris uidebantur sancti, ceciderunt propter diuitias, ab altitudine cordis sui, deiectiq; & fracto animo uixerunt? Q̄ multi egestate compulsi, in morositatem quandam ac impatientiam irruerunt? Rarus sane rarus, imò rarissimus inuenitur Iob in terra, qui diuitias oēs, filios, domū, armēta, greges, imò & corporis etiā sanitatē amisit: attamen à charitate dei neutiq; separari ualuit. Vtpote qui in omnibus non peccauit labiis suis, nec stulte quicq; contra deum loquutus est: sed semper benedixit deum, dicens Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomē domini benedictum. Quin & dominus ipse sciens nos tam fragiles esse, ut uel minimo negotio frangi soliti simus: ita apostolos suos, & per eos, alios omnes alloquit, Non turbetur cor uestrū neq; formidet. Si quis uehemens terror ingruerit, statim acclamat tibi CHRISTVS, Nō turbetur cor uestrum neq; formidet. Q̄ si persequutor aliquis supplicia ac dira tormenta inflixerit, adhuc dicit IESVS: non turbetur cor uestrum neq; formidet. Si autem aliqua aduersitas tibi obiiciatur, audi apostolum Paulum ita dicentem: Non sunt cōdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in uobis. Si denicq; nauiganti tibi in mari fluctus aliquis

Prouer. 30. Expo. *Paupertas urgens quàta mala secū trahat? & quàta item diuitiæ?*

Iob. 1.

Ioan 14. Expo.

Rom. 8.

D.

A.

abominationis uiget hodie per omnes mundi partes? Quantum
ſuperbiæ, inobediẽtiæ, inuidię, gulæ, maliciæ, diſplicentiæ, odii,
perfidiæ, furti, fraudis, blaſphemię, periurii, libidinis & luxurię:
ſanguis, ſanguis, ſanguis ſuper ſanguinem, ſcelus ſceleri additũ,
cæteraq; huiuſmodi infinita facinora, quæ paſſim per totũ hunc
mundum regnant. Sed audite quid uos moneat beatus Ioannes,
, ita ſcribens. Nolite dilígere mundũ, neq; ea quę in illo ſunt: quo- 1. Ioan. 2.
, niam tranſit mundus & cõcupiſcentia eius. Retrahat quæſo uos
retrahat ab amore huius mundi, illorum mors qui uos anteceſſe-
rũt aliquando. Memẽtote q̃ ſit hæc uita incerta, quomodo mors
nulli ætati parcit, quomodo iuuenes non minus q̃ ſenes moriun-
tur ſubinde. Sed ſunt nonnulli qui quum iam ſint quinquaginta Quidã etiam ſenes ſe falſo de uiribus ſuis ſtuant.
aut ſexaginta annorum: aiũt ſe nunq̃ fuiſſe agiliores, nunq̃ ue-
getiores aut fortiores q̃ tunc ſint, iactitantes ſe nunq̃ fortiorem
arcum tendere ac flectere potuiſſe q̃ tunc: nunq̃ uectem eiacu-
lari longius, nunq̃ appetentiorem ſtomachum habuiſſe, nunq̃
nec equitaſſe melius nec laborare poſſe, q̃ ea ætate. Atq; ad hũc
modum ſæpenumero in ioculariũ malum facile inducitur aliquis,
putaq; ſe diu poſſe uiuere, quum iam morti proximus exiſtit, ſu- Quãdo præ ſtipio regnat in quibuſdam.
bitoq; & moritur ac ſe periculo damnationis obiicit miſer. Sunt
& qui ſibiipſis ſic dicunt. Equidem adhuc iuuenis ſum, multosq;
annos uicturus: tempus ergo meũ in uoluptatibus & delitiis trã-
ſigam, & quum primum conſenuero, pœnitentiam acturus ſum,
deus ſemper miſericors eſt: ſi ego acclamauero illi, peccaui: ille
remittet peccatum meũ. O peccator peccator, o præſumptuoſe Quot mundus decepit.
homo, qui ſic de dei miſericordia præſumis: ſubito morieris,
obliuiſceriſq; inuocare miſericordiam dei, obliuiſceris æternæ
damnationis ſupplicium. Memẽto quæſo iuuenis euangelici, qui
poſt impleta præcepta, iuſſus diuitias ſuas abiicere, abiit triſtis
A. nec rectum conſilium ſequi uoluit. Memento quomodo mundus
, etiam deceperit diuitem illũ qui dixit O anima, multa bona habes Luc. 12.
, in annos plurimos poſita: comede, bibe, & crapulare, & cętera.
, Cui & ita reſponſum erat ibidẽ, Stulte, hac nocte repetent dę-
, mones animam tuam, & quæ parafti cuius erunt? Moueat ergo

uos mors anteceſſorum ueſtrorũ, quid uos iacere oporteat. Attendite quot calamitates pertulerunt, conſiderate illorum ſepulchra: quid fuerint uidete, & quid iam ſint. Quid iam confert illis hic mundus? Ecce iam nihil de eis ſupereſt, præter ſolos cineres. Et reuera ſi iam loqui poſſent, hæc uerba haud dubie ad uos facerent. Vt quid o infœlices homines tantopere pro huius ſæculi uanitatibus concertatis? Vt quid tam uoluptuoſæ uitæ indulgetis? Contẽplamini oſſa noſtra, uidete ſepulchra, & carnes etiã ſi quæ adhuc reſtent: ut uel ſic uobis inhorreſcat miſerrima uita ueſtra. Perpendite quod uos iam ſitis, ut & nos aliquando fuimus: uerũ quod nos iam ſumus, uos omnes poſthac eritis. Quare conſilium eſt, ut diem mortis ueſtræ ante oculos proponatis: & ad emendandam priorem uitam, quantum poteritis, feſtinetis. Quærite primum regnum dei: & hæc omnia adiicientur uobis, id eſt omnia neceſſaria uobis aderunt. Et iterum, Theſaurizate uobis theſauros in cœlo, ubi nec erugo nec tinea demolit, ubi fures non effodiunt nec furantur. Atq; utinam uos, quibus mundus ad nutum adblanditur, conſideraretis intra uoſipſos q̃ ſit laborioſa hæc præſens uita, q̃ fragilis & faſtidioſa, q̃ ſit paſſim omnibus grumnis & ſcandalis pleniſſima, q̃ caduca, miſera, deceptrix, doloſa ac fraudulenta. In luctu naſceris, in labore ac ſudore uiuis, ac tandem in dolore moreris. Tu teipſum oſtendis meliorem q̃ ſis, ueriorem, pulchriorem & iocundiorem. Tu te aliis alium oſtendis, diuerſis diuerſum. O miſerrima huius falacis mundi uita, q̃ multos decipis, q̃ multos ſeducis: tu plane omnes hallucinaris atq; excæcas, qui te amant. Tu teipſã aliquibus longam ſimulas, ut in fine eos perdas: aliis rurſum nimis breuẽ, ut quando uellent pœnitentiam agere, non permittas. Sicq; quã te nimis anguſtam oſtendis, efficis eũ qui te habet, hærere: adeo ut dubitet cogitans uitam ſuam tam breuem, ut non ſit ſpacium quo pœnitentiam agat, uel ut ſufficientem ſatisfactionem perficiat pro peccatis, atq; ſic tandem cum Cain & Iuda in deſperationem incidit infœlix. Sicq; fit ut alius ſeſe ſuſpẽdat, alius ſeſe immergat, alius ſe ſubito interficiat. Ac alicui alteri eadem uita ſe tã

Mortui etiam male uiuentes reprehendũt.

Matth. 6.

Ibidem.

Mũdus plenus fraude & deceptione.

largam

impetuosior insurgat, si tempestas aliqua atra insaeuiat, audi CHRISTVM ita te consolantem Ego sum, noli timere. Verũ quemadmodũ tota spes tua in deo semper collocãda est, ita ecõuerso summopere tibi cauendum esse cẽseo, ne huic fallaci mũdo fidem adhibeas, ne nimium confidas huic tam fragili uitae, sed fac semper cum propheta hoc aeclamites Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Ne permittas me optime IESV, ut aliquando à te seperar: ne sinas ut delitiae huius mundi ac uanę uoluptates diuortium faciant inter me & legis tuae amorem: nec patere ut huius caducae ac momentaneae uitę oblectatio mẽ à tua bonitate reuocent. Ne permittas me obsecro ut moriar in dimidio aetatis meae: hoc est in ipsa iuuentute. O bone IESV quid sibi uult propheta hic, ꝙ tantopere precetur ne moriatur in iuuentute sua? Quid tandem uiderat in hac ętate cur tantopere recusaret in illa mortem obire? Profecto non alia de causa magis, q̃ ꝙ uiderat omnem carnalitatem, omnem uoluptatem, illecebras carnis atq; adeo omnigena peccata, in hac ętate regnare potissimum: nisi dei gratia, nisi ipsa hominis ratio fortiter resistant his uitiis quae iuuentutem maxime infestant. Quare si ea aetate moriar (inquit) tot mihi impedimẽta undiq; obstabũt, uel per huius mundi auocationem, uel per dolosam illam diaboli fraudem, uel per corporis huius fragilitatem, uel per inordinatum quẽdam amorem ac desiderium, quod tunc ad hanc praesentem uitam haberem, ut facile omnipotentis dei pariter atq; mei ipsius animi E. obliuiscerer. Consideranit ergo secum propheta iste, quamopere iuuẽtus mortem detrectat ac reformidat: quantumq; huic demenți mundo inhaerescat, adeo ut citius deum ipsum deseruturus sit ꝙ hunc mundum: & si penes se electio foret, ut iam moreretur mox in coelum ipsum transferendus: potius tamẽ haberet, ut hic liceret uiuere gaudiisq; humanis frui, q̃ ut relicta hac uita iã coelos ipsos penetraret. Quot autem ex his qui hic praesentes sunt, huius opinionis existunt: Vereor sane ne nimium multi. Et quid in causa est, cur haec ita sese habeant: Cerue inconsulta iuuentus, & stultus hominum appetitus. Audiui ipse nõnullos sic dicentes, equidem

Iuen. 6.

Litera. Expo.

In iuuentute quam ardere gaũ & quam ea etiam uana desiderat

equidem etiam si certus essem me statim hinc in cœlũ usq; recta profecturũ, tamen adhuc mori nollem. Quandquidem quid hic sit, certus sum: at quid illic futurũ, incertus prorsus: quod hic est scio, quod uero illic ignoro. O pagane, o infidelis, o false Christiane, o homo ab omni fide prorsus aliene: si fides tua perfecta esset, si fides tua sana esset, uelles semper in desiderio esse, ut cum deo uersareris: si fides tua perfecta foret, ipsa tibi indicaret quãtum gloriæ, quantum gaudii, quantum deniq; fœlicitatis in cœlis maneat beatos. Et econuerso quantum miseriæ, quantum uanitatis, quantum etiam periculi in hoc mundo existat: quantũ abominationis, quantum damnationis sit apud inferos, nec sineret te hęc fides ut unq; à deo abesses, præsertim in amore & desiderio.

Fides quãta operatur in homine, si uera sit?

Hebræ. 11. Expo. Fidei definitio.

Et ut scias quid sit ipsa fides, ita à Paulo diffinit. Fides est sperãdarum rerum substantia, argumẽtum non apparentiũ. Est ergo fides fundamentum unde totum ędificium erigendum est, modo ad res sperandas deuenire uelis, hoc est ad æterna & certa gaudia. Atq; hac de causa fides primo promittitur in baptismo, quãdo polliceris te in deũ perfecte creditum: ter repetens post ternam interrogationem, Credo, Credo, Credo. Est itaq; fides argumentũ ac probatio rerũ, quæ neutiq; apparẽt. Fides est uelut lympidissimum speculum, in quo ipsum deum ac cœlos uidere poteris, in quo contemplari licet illud ineffabile gaudium quod ibi existit, & contra, pœnas ipsas quę apud inferos existũt. Porrò ut ait Paulus, Iam uidemus per speculum in ænigmate, id est in imagine quadam obscura: tunc autem facie ad faciem. Falsum ergo est quod ait Lutherus, falsum, quod affirmant omnes Lutheriani, qui dicunt solam fidem etiam in peccatoribus adulteris satis esse ad salutem. CHRISTVS tamẽ dicit, q̃ Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. Et rursus si uis ad uitam ingredi, serua mãdata. Et negligentibus facere bona opera, ita à CHRISTO dictum est Ite in ignem æternum qui præparatur diabolo & angelis eius. Cum etiam Abraham non tantum ex fide, sed etiam ex operibus iustificatus sit, ut est autor Iacobus apostolus. Cui astipulatur & Solomõ ita inquiens

1. Corin. 13.

Opera ad fidẽ requiruntur.

Matth. 3.

Idem. 19.

Idem. 25.

, inquiens Quicquid potest facere manus tua, instanter operare. Eccle. 9.
Siquidem & dæmones ipsi fidem habent, utpote qui apud Mar-
cum fatentur CHRISTVM esse filiũ dei: & ut Iacobum inquit, Marc. 2.
, Dæmones credunt & contremiscũt. Quoniã ergo iuuenum mã- Iacob. 2.
gna ex parte inconsulta est & temeraria, nec satis in fide cobo-
rata & stabilis: petit a deo pphetã hic mulier, ne in dimidio die-
rum suorũ hinc reuocetur, propter tam multiplicia pericula quæ
, illam ætatem circumstantium. Cui suffragatur quoq; prophetæ Esa. 38.
, Esaias, ita dicens Ego dixi in dimidio dierum meorum, ibo Expo.
, ad portas inferi. Quæsiui residuum annorum meorum, dixi non
, uidebo dominum deum in terra uiuentium. Et hæc ipsa sanctæ Vere parturi-
bat boni cuiuslibet pœnitentis, & timentis peccatorum suorum entis pœnitẽdi tem-
pœnam ac strictam punitiõem: quasi diceret, quilibet uere pœ- pus desiderat.
nitens. Ego tantum deliqui per mea demerita, per malam & im-
probam uitam meam: ut pro tot transgressionibus meis ex me-
ra iustitia ad inferos merito detrudendus essem, atq; ibidem æ-
ternaliter damnandus, adeo ut gloriam dei nequiq; attingere ua-
leam ex meritis meis. Verum si quando eam gloriam assigero,
hoc erit ex meritis IESV CHRISTI illiusq; ecclesiæ, quæ coti-
die pro miseris peccatoribus, ut pœnitentiã agant, assiduas pre-
ces perfundit. Atq; hinc est q; Esaias petat à dño residuũ anno-
rum suorum sibi dari, quo dignam pœnitentiam agere possit.
Tribue ergo (inquit) domine residuũ annorum meorum. Nam
residuum annorum meorum non dederis, nisi tempus pœniten-
tiæ concesseris: nec uidebo te in terra uiuentium, nec perueniam
unq; ad regnum cœlorum, nisi prius pœniteam. Quãdoquidem
ipsa iuuentus tam plena est de mundanis appetitibus, tam plena
uoluptatibus & carnalitate, tã plena lasciuiis & petulantiaz quã-
bus tam ægre diuellitur hæc ætas, ut pro his potiundis dei quo-
dãmodo obliuiscatur. Viue ergo bene in iuuentute tua, quo dies
tuos bene finire liceat. Quoniã sunt quidã, qui dies suos nec bene
incipiunt nec bene finiunt. Sunt etiã & qui recte incipiunt, attra-
men male finiunt. Sunt denicq; qui ut probe incipiũt, ita etiam &
probe finiunt. Illi autem nec bene incipiunt nec bene desinunt, qui

Quidam bene incepũt & bene finiunt, quidã male incipiunt & male finiunt, quidam nec bene incipiunt nec bene desinunt.

qui parentum ſuorum negligentia neq́uiter ęducantur, licẽtiæq́ ſuę indulgere permittuntur, qui pro arbitrio ſuo uiuunt, qui quo uolunt ire ſinuntur: qui ſic in inſolentia enutriuntur, ut talem lemiram ac curſum peccandi ſibi acquiſierint, ut ſemper poſtea ferroces ſint, uitioſi ſint, atq; ad peccandum proclíues. Quidam bene incipiunt, at male deſinunt. At iſti ſunt, qui in ægypto naſcũtur, ibiq; ſub Moſe in legibus dei enutriti, & qui etiã ab ægypto proficiſcuntur in deſertum, ibi manna paſci & coturnicibus: ac terum quum in deſertum uenerint, ibiq; comederint cepas, allia, porra, radices, mora, recordatiq; fuerint carnis ac delitiarũ quas in ægypto habuerunt, non contenti manna & coturnicibus, rurſus in ægyptum reuertuntur. Iſti ſunt qui in peccato enaſcuntur, (quemadmodũ & nos oẽs ſumus) qui etiam in lege dei educant ac deſerunt hanc ægyptum, hunc mũdum, atq; in deſertum pœnitentiæ fugiunt. Verum quum illic aliquantiſper cõuerſati ſunt, reminiſcuntur carnes illas ac delicias quas iamdudũ in Aegypto habebant, ac ſtatim à pœnitente uita ſua recedũt, rurſuſq; reuertuntur ad carnalem ac fœtidum appetitum ſuum ac ſolitũ uiuendi inſtitutum. Quidam rurſus bene incipiunt, & bene etiam deſinunt: uidelicet qui bene educantur, qui bene uiuũt & bene moriuntur. Vnde fit ut & propheta hic noſter precatur deum, quatenus ſic liceat uiuere & ſic quoq; mori, ita ex imo corde deũ orans Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: id eſt antęq; morituruſ ſum, des o optime deus ut bene, recte, iuſte, & in te etiam uiuam: antęq; morituruſ ſum, fac, fac, fac, ut uere pœniteam, fac ut dignos pœnitentię fructus agã, fac ut hic peccata mea fleam, ut hic gemam, hic lugeam, hic lamenter: fac ut hic iuſtas pœnas luam pro cõmiſſis meis, ne forte abſq; penitentia moriẽs, ad inferos uſq; deſcendero. Atq; eadem de cauſa petiit Iob tempus lugẽdi peccata ſua antęq; morereturDimitte, inquit, me domine ut plangam paululum dolorem meum antęq; uadam, & non reuertar ad terram tenebroſam, & cætera. Hoc eſt concede quæſo mihi tempus pœnitentiæ in hac præſenti uita, antęq; uadam, antęq; recedam, antęq; moriar: ut plangam, ut fleam, ut doleam,

Littera.

Expo.

Pœnitẽtiæ tempus a bonis deſideratur.

Iob. 10.

Expo.

doleam, ut commissorum me pœniteat, ne quãdo ad terram tenebrosam id est infernũ uadere pergã. Qui, domus erit cuiuscq peccatoris qui hic pœnitentiam non egerit. Da mihi ergo uere pœnitere & reuoca me à peccando: da mihi uere pœnitere & uoca nunc dum uelis, ut sic per hanc temporalem mortem, æternam illam uitam possidere merear. Atq sic homini licitũ est desiderare huius uitæ elongationem, ut ipsam uitam emendet, ut ipsam corrigat, non ut in illa fœlicitatem suam collocet, sed ut seipsum puniat. Quod & ipsa ecclesia petit in principio cuiuslibet
, missæ & in absolutionibus ministrandis, ita dicens Spaciũ ueræ Ecclesia.
, pœnitẽtiq & emendationẽ uitæ, gratiam & consolationẽ sancti
, spiritus tribuat uobis omnipotens deus. Hinc igitur est q propheta
H. pheta incessanter clamet, Ne reuoces me in dimidio dierũ meo- Littera.
, rum. Quid sibi uult totum hoc q propheta hic tam instãter orat Expo.
ne in iuuentute sua moriatur? Num idcirco, q cupiat iucundã illã & suauem iuuentutis uitam ducere? Non sane, non, non. Sed q nollet in ea conditione mori, in qua pro maiori parte uiuũt iuuenes pleriq: q nollet in eo periculoso tempore mori, quo nõnulli iuuenes moriuntur, dei obliti. Sic ergo pœnitens propheta obnixe orat, ne in hoc tanto huius ætatis periculo moriatur: in qua omnis lasciuia uiget, nec aliam curam habet q̃ ut carnalitates ac uoluptates suas adimplere conetur: sed ad maturitatem uitę perueniens ęternitatem domini consequi ualet. De qua & hic statim
, subdicur in eodem uersu In generatione & generationem anni Littera.
, tui: id est duratio tua domine æterna est, fœlicitas tua perpetua. Expo.
Verũ huius literæ expositionem tandiu differemus, donec priorem literam alio modo posse exponi declaremus, hanc uidelicet
, Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Et quemadmodum abhinc iam septimana reliquimus hunc propheta nostrũ clamitantẽ ad deũ, sic & adhuc clamitare pergit: Ne reuoces me in di- Expo.
, midio dierũ meorũ. In hac oratiõe cõtinuo persistit, Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ. Quæ oratio licet breuis sit & ãgusta, tamen affectibus plena est, tantaq efficaciæ, ut in uno aut altero uerbo comprehẽdi nõ possit, ut breui & succincta oratione exprimi nõ queat: sed opus est ut tractum quendã habeat ac spaciũ

Cur tantopere orat propheta ne iuuenis moriatur.

temporis pro expressione illius & declaratione. Iam audiuistis
ꝙ cupidus sit prophetæ ille, ut ne moreretur in iuuentute sua:
neq; id quo uitam suam iuuenili more præteriret, non uoluptu-
ris iuuenilibus lecteretur: sed qui timeret ne discrimini obnoxium illud iu-
uenilis temporis tempus se diuersum adeo raperet, imò quum iam senex
effectus est, eandem prorsus orationem habuit, scilicet. Ne re-
uoces me in dimidio dierum meorum, ne iubeas me iam retrò ad
annos iuuentutis: quoniã pro luctando toto hoc mundo, nollem
Tempus iuuentutis periculosum. iam denuo iuuenis fieri. Vsque adeo periculosi sunt ipsi iuuentu-
tis anni, tempus iuuentutis tam plenum omni discrimine existit,
tam fragilis est & ipsa iuuentus, tã prona, tam in uitiũ prompta,
tam impetuosa, tam ferox, tamq; præceps in omne nephas ruit:
adeo ut totius ætatis hominum, hoc tempus sit maxime lubricum
ac periculo proximum. Quod & sacra scriptura ita attestatur,
Gene. 8. Sensus & cogitatio hominis prona sunt ad malum ab adolescen-
tia. Pugna pugna est illa ætas & contentio quædam continua:
Gala. 5. Quum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus
carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non quæ unq;
Quanta pugna inter carnẽ & spiritum. uultis, illa faciatis. Non enim facitis quicquid facere uelletis, non
habetis quicquid habere cupiatis. Porrò spiritus ieiunare cupit
atq; orare, corpus tamen utriũq; horum recusat. Spiritus se castũ
præstare ambit atq; puram uitam agere, at corpus totum hoc ne-
gat, & ita de similibus. Est enim uelut contentio mortis, quando
quod uolumus, facere nequimus. Et quare id? Quia uolumus q
nullæ omnino essent cõcupiscentiæ: sed quod uolumus perficere
nõ possumus: quia uelimus, nolimus, eas semper habituri sumus:
uelimus nolimus illæ nos semper titillant, blandiuntur, stimulãt,
& infestant. Surgere uolunt, premuntur non raro: sed tamen pe-
nitus extingui nunq; poterũt, quandiu in nobis caro concupiscit
aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. At nũquid idem
futurum est, quum mortuus fuerit homo? Absit. Nam quũ mori-
ens deponis carnẽ, quomodo fieri potest ut carnis concupisce n-
tias tecum hinc trahas? Certe nullo modo. Veruntamen quãdiu
hic uiuit, imò & in ipsa extrema senectute, nunq; deest pugna,
nunq;

nunq; desunt hostes: quilices tum minores sunt q̃ in iuuentute, tamẽ non curemus omnino: licet imbecilliores sint, habemus tamen. Fatigati sunt quodammodo iam hostes nostri atq; per senilem ætatẽ repressi, sed tamen quatenus fatigati, non cessant suis illicitis motibus ipsam senectutis quietem turbare quibus possunt. Multo tamen acrior est illa iuuenum pugna, quam nouistis plerique & per eam trãsistis. Sic ergo Caro concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem: ut non quæcunq; uelis, illa faciatis. Quid enim uelis o uos sancti, o uos strenui propugnatores, o fortes CHRISTI milites? Quid uelis, quid nolis: nunquid ut non sint omnino cõcupiscentiæ malæ? Hoc haud dubie nullo modo fieri potest. Nunq; triumpharetis, nunq;, si nullum omnino bellum foret. Nunq; uictores eritis, si omnis tentatio procul absit. Exercete ergo bellum, pugnãtes resistite fortiter, & cersũ sperate triumphum. Modo enim interim dum adhuc uiuimus, pugnãdum est: modo instanti hosti acriter resistẽdum. Desideria mala insurgunt, concupiscentiæ crescunt, titillationes carnis pruriunt: ac noli obedire, noli consentire, sed arma teipsum aduersa hostes, indue tibi loricam, sume tela bellica. Sed quæ sunt hæc tela bellica? Quæ sunt ista arma tua? Certe arma tua sunt dei præcepta. Si ergo insurgat aduersum te inordinata dilectio mundi huius aut creaturę alicuius: indue arma tua & oppone illi præceptum illud diuinum, quo dicitur Diliges dominũ deum tuum ex toto corde, tota anima & ex tota mente tua. Item Dominum deum tuũ adorabis & illi soli seruies. Si insurgat contra te ira, si inuidia te lacessat: oppone præceptum illud, qui scribitur Non occides. Si infestet te luxuria, oppone præceptum, quod dicit Non mechaberis, non concupisces uxorem alterius, ancillãue alienam. Si cupiditas habendi te adoriatur, oppone illi præceptũ illud, quod te ira monet Non concupisces rem proximi tui: & ita de reliquis uitiis ac præceptis quæ illis aduersantur. Si ergo in hisce cæteris q̃ huiusmodi tentationibus, semper cum huiusmodi armis paratus sis, si cũ his sis telis sis præsto, ne dubita quin de uictis hostibus triumphabis uictorq; abibis. Ac contra, si hæc

Præcepta dei sũt arma spiritualia, quibus hostes nostri sunt uincendi.

Matth. 22.

Idem. 4.

Exod. 20.

si hæc arma ad manū prompta non fuerint, si obliuiscaris induere isthęc arma, si hęc tela sumere negligas: saltem ad illa genera lia arma confugito, quorum meminit diuus Petrus, nempe fidē, Cui resistite, inquit, fortes in fide. Adhibe tibi fortē fidem, & facile superabis omnes diaboli tentationes atq huius mundi insultus. Quoniam fides docet omnia peccati discrimina, ut illa fugias: docet & fides uirtutū merita, ut illa amplexeris. Sed uix hoc ipsum satis est in ipsis carnis tentationibus. Illæ enim tam assiduę sunt, tā feroces sunt, tam sunt impetuosæ: ut quodāmodo ipsum corpus ad peccandum compellāt. Quid hic ergo remedii inueniri poterit? Quod armorum genus hic tibi induas? Est ne hic fides satis? Vix sane uix. Quid ergo remedii iam reliquum est? Profecto non aliud præter solam fugam. Apostolus Paulus quādo de fornicationis uitio loquitur, quando mentionem facit de adulterio & hac fœtidissima carnis abominatione: non aliud remedium ostendit quo illam effugere licet præter solam fugam. Fugite, inquit, fornicationem. Fugite fornicatiōem, fugite adulterium, fugite incestum, fugite, fugite omnia turpis libidinis genera, fugite omnes occasiones perditæ societatis: modo in hoc certamine uictoriam reportare uelitis, fugite. Fugite ergo fugite, quandoquidem non est hic aliud remedium, nisi ut fugiatis, fugiatis. Et proinde in euangelio ita scribitur, Si oculus tuus fuerit nequam, si oculus tuus te scandalizet, id est si præbuerit occasiōem ruinæ tuæ aut mali, ērue eum & proiice abs te. Quid hoc sibi uult? Eruturus ne sum oculum meum è capite meo? Minime. Quid tum faciam? Audi quid ipsa scripturæ alibi dicit, Auerte oculos tuos ne uideant uanitatē: & tunc uere fugitas. Curate igit iuxta apostoli consilium Vt non regnet peccatū in mortali corpore uestro, ut obediatis concupiscentiis uestris. Quādiu enim hoc mortale corpus circumfertis in hoc mundo, tandiu semper habebitis impugnationes, stimulationes, instigationes, impulsiones, & crebras carnis tentationes: sed cauete ne regnent in uobis, ne permittatis ut in uobis imperiū teneāt. Tunc enim regnant, quoties illa admiseris: regnant, quoties in his delectatus fueris:

regnant,

1. Petri. 5. *Fides armatura est contra hostes inuisibiles.*

Fuga, remedii contra fornicationem.

1. Corin. 6.

Matth. 5. Expo.

Psalm. 118.

Roma. 6. Expo. *Quādo regnat peccatū in nobis.*

regnant, quoties his consenseris, atq; in illarum perpetrationem incideris. Nolite (inquit Paulus) nolite exhibere membra uestra arma iniquitatis peccato. Deus cõcessit tibi potestatẽ membrorum tuorum, ut illa teneas, ut illa gubernes, ut illa ordines: cohibe ergo illa ne ad res illicitas corruant. Q; si ineffrenata sensualitas contra te insurgas, tene membra tua. Custodi omnia membra tua, ne in peccata declinent, ne ad peccandũ uergant. Tene manus tuas ab omni scelere, tene oculos tuos ne illicita uideant, tene aures tuas ne libidinis uerba exaudiant libenter, tene linguam ne falsa, ne periuria, ne blasphemias, ne turpitudines aut scandala proferat: tene denicq; totum corpus, tene latera, tene summa, tene ima, tene omnes corporis tui partes, ne in prohibitã libidinem profluant. Sed quid tandem facit ipsa libido? Insurgere ex se nouit, uincere autem ex se nõ nouit. Quid ergo tibi cauendũ? Certe hoc, ne scilicet perficiat libido id quod facere satagit. Insurrexit libido, suggessit uenenum suum: ne audiatur. Ardet ipsa nec se compescere uult, at uelles ut ne arderet quidem: noli dare membra tua ita ut ardendi materiam habeant, & statim consumet se. In te ergo sunt ipsæ concupiscentiæ? Sunt profecto. Sed noli omnino illas perficere: sed ipsum apostolum audi, ita omnes nos admonentem. Spiritu ambulate & cõcupiscentias carnis ne perfeceritis. Non dicit, ne habueritis, sed ne perfeceritis, ita ut non perficiant in uobis. Decreuisti facere, perfecisti. Perfecisti nimirum si decreuisti faciendum adulterium, & alio nomine non fecisti, q; quia locus inuentus non est ubi oportune facere potueras, uel quia fortasse illa casta est, in quam uidebaris commotus. Ecce iam illa (quam concupieras) casta est: quam tu miser adulter omnes. Quare? Quia tu perfecisti id quod cupiebas. Quid est ergo perfecisti? Nõ aliud certe q; in animo tuo faciendum adulterium decreuisti: & in peccatũ deuolutus es per illud decretum. Suscitauit CHRISTVS mortuam puellã filiam uidelicet uiri principis synagogæ id q; in domo sua. In domo mortua est, sed nondum elata. Sic & homo flagitium aliquod facere deuoluit, iam intus in corde suo mortuus est: sed adhuc intus latet.

Rom. 6. Expo. Quomodo mẽbra sunt tenẽda in tentationibus?

Gala. 5. Expo. Consilium peccandi mortem generat.

Marc. 5. Tres mortui a Christo resuscitati, quid significãt

At si semel usq; ad actũ peruenerit, iam foras ad sepulturã efferetur. Suscitauit etiam & iuuenem quendam filium uiduæ, quando iam aliquando mortuus extra portam ciuitatis efferebatur. Eodem modo & tibi dicam, decreuisti in corde tuo male facere: si hic ab actu reuocaueris temet anteq; perpetres, sanatus eris. Si enim egeris in corde tuo pœnitẽtiam, quia rem malam & damnabilem decreueras, ubi pridem mortuus latebas, nunc intus resurrexisti & iam uiuis. At si iã perfeceris, statim foras elatus es: sed licet perpetrasti, pœniteat te, & redi de proximo, noli in sepulchrum uenire. Sed adhuc tertius quidam restat, qui etiam ad sepulchrum usq; perductus erat. Diu in flagitiis exercitatus fuisti, diutina iam & immodica cõsuetudine degrauaris: sed est qui ita tibi acclamitat Adolescens tibi dico surge. Quin & CHRISTVS quoq; clamat Lazare ueni foras, nam longa & pessima peccandi consuetudine & nimia delictorum frequentatione iam grauiter putes & totus fœtes: sed CHRISTVS ad te clamat uoce magna Veni foras. Isti tres mortui, quos iã diximus repræsentant q; in omni ætate quidam peccant & nequiter uiuunt. Puella hæc duodecim annorũ erat quod ad ætatem attinet: in qua ætate multi etiam peccant, quamuis tamen non tam grauiter q; faciunt alii. Peccat & adolescens, quemadmodum magna ex parte faciunt multi circa id tempus, idq; grauius q; in cæteris ætatibus. At Lazarus senectutem significat, in qua ætate non pauci etiam per diutinam consuetudinem grauiter offendunt. Surge ergo peccator, quãdo uocat te deus. Ille clamat, Puella surge: clamitat etiam & Adolescens tibi dico surge, clamitat deniq; & Lazare ueni foras. Surge itaq; o homo ab hac tua dementia, surge ab oĩ specie peccati, surge à corrupta peccandi cõsuetudine, surge ad agendam pœnitentiam de commissis. Ad CHRISTI clamorẽ exiit Lazarus è sepulchro, surrexit ad uitam: surge & tu similiter adolescens è peccati sepulchro. Porrò ad CHRISTI clamorẽ multi tales, licet mortui sunt, licet fint sepulti, licet in sepulchro fœtentes, tamẽ resurgũt cotidie. De nullo ergo desperandũ est, quantumuis diu in peccatis iacuerit, quin sub tali saluatore facile resuscitari

Luc. 7.

Ioan. 11. Expo.

In omni ætate uocat deus ad pœnitentiam.

resuscitari poterit. Ex his igitur uides opinor, q̃ sit atrox iuuenili pugna, q̃ sit plena periculi, plena discriminis, plena tentationibus, plena illicitis desideriis, plena uoluptatibus, plena concupiscentiis, plena delectationibus, plena illecebris, plena denique omnigenis uanitatibus. Hæc enim ætas uidere cupit pariter & uideri, cupit ostentare formam suam, cupit adornare corpus suum, amictum suũ sibi concinue adaptare, tentare uires suas, edere, bibere, iocari, ludere, deliciari, tempusq̃ inaniter terere, impudita sectari, musicis instrumentis operam dare, cantare, confabulari. Ad hunc modum consumit iuuenis preciosissimum ætatis suæ tempus: sic unus iuuenis ad alterũ clamitat, sic se inuicem ad suam pernitiem inuitãt. Venite fruamur bonis quæ sunt, utamur creatura tanq̃ in iuuentute celeriter: uino precioso & unguentis nos impleamus, nõ prætereat nos flos temporis, coronemus nos rosis anteqũ marcescunt, nullum pratum sit quod nõ pertranseat luxuria nostra: opprimamus pauperem iustum, non parcamus uiduæ, non uereamur canos, sit fortitudo nostra lex, & cætera. Ecce iuuenes quasi nihil in futura uita expectantes, quasi nõ sperantes aut quieq̃ præmii pro bonis, aut pœnam pro malis: putantesq̃ licitum esse q̃ homines sine ullo freno ferantur ad eõcupiscibilia mundi, ad delectabilia carnis, existimantes in his duobus ipsam beatitudinẽ constare, nempe carnis illecebris & huius mundi oblectamentis, atq̃ hinc est q̃ dicunt Fruamur hisce uoluptatibus, & utamur creatura, quasi dicerent, utamur huiusmodi creaturis ad explendam libidinem nostram, ad libitum & delectationem. Et addit In iuuẽtute celeriter, hoc est tanq̃ iuuenes & qui in talibus uanis obtectationibus maxime delectant, quemadmodum & ipsa iuuentus exigit. Celeriter, inquiunt, faciendũ est quod facere instituimus, quia tempus breue est, adeo ut si tã non compleamus, nunq̃ post hac complebimus: quoniam iuuẽtus deliciarum tempus est. Comedamus ergo & bibamus, cras enim moriemur, id est cito & intra breue spacium mors aderit: quasi diceret inconsulti iuuenes, dum in hac uita sumus, omnibus delitiis affluamus. Vino precioso, hoc est optimo & fortissimo

iuuentus q̃ pleraq; uitiorũ sunt inuenta.

Sapien. 2. Expo.

Esa. 22.

una cum electuariis utamur, quo melius & prolixius cõbibamus. Et non prætereat nos flos temporis, id est ne præterlabatur ipsa iuuentus sine uoluptatibus, in qua ætate homo floret maxime. O iuuenis, o imprudens, hanc ne pessimam persuasionem exaudire uis? huic perditissimo cõsilio acquiesces? tam peruersæ suggestioni patentis consilium: porrexit pomum uoluptatis, atq; ad peccandum pertraxit. Quod si spiritualiter intelligatur, hęc Eua cotidie ipsi primoplasto pomum hoc gustandũ offert: quoties sci-

Eua adhuc suo pomo tentat.

licet caro spiritui suggeris uoluptatis affectum. Porrò ipsæ carnis illecebræ pomo per similitudinem bene comparari possunt. In pomo tria quædam sunt insignia: odor uidelicet, color, & sapor. Quemadmodum & in uoluptate tria his haud dissimilia inueniuntur: nempe fauor, honor, & amor. Sicut enim dulcis odor ipsis naribus attrahitur, sic fauor famæ secularis totis animi uiribus ac desideriis affectatur. Et sicut pomum coloris sui pulchritudine se ab arbore sua auelli facit atq; comedi, sic & uoluptas se honorari facit omni honore mundanæ potestatis. At sapor odorem sequi solitus est, uidelicet quãdo desiderium uoluptatis, opere adimplet quod desiderauit. Monstrat itaq; diabolus Euæ huius pomi colorem per tentantem suggestionem, per pulchritudinem reiantopere amatæ: atq; Eua pomum odorat per delectationem, & Adam per delectationis amorem Euæ consentit & comedit. Hæc autem omnia in nobis cotidie fiunt. Nam diabolus nũq; suggerere cessat, caro delectatur, ac demum spiritus cõsentit. Quare diligens custodia adhibẽda est ne unq; sensualitas spiritui dominetur, ne ratio succumbat uicta, ne ipsa carnis stultícia animum rationis uiribus priuet. Nam ubi maior demẽtia reperiri potest q̃ in iuuenute, quæ totam fœlicitatem suam in hoc caduco & trãsitorio mũdo collocat. O itaq; iuuenis, o adolescens, ne sinas ut ulla mũdana uoluptas te à domino deo tuo auellat: ne permittas ulla iuuenilis desideria te à deo tuo separare. Quia si hunc mundum recte inspicias, causam habebis cur eũ merito despicias: si etiam ipsam iuuentutem exacte consideres,

Voluptas pomo cõparatur, propter tria.

Cauenda uoluptatibus.

non

ꝫ uidebis certe ullam causam cur rursus fieri iuuenis expeteres,
ed multo citius cum propheta hoc ad dominū clamares Ne re- Littera.
oces me in dimidio dierum meorū. Caue ergo o iuuenis ne ulla
reaturarum pulchritudo, ne ulla terrena species, ne ullus metal-
orum aut gemmarum fulgor te à deo tuo reuocet: caue insuper
e ulla nemorum amenitas, ne ullę florum purpurę, ne ullus uel
aturalis uel aliunde adhibitus corporis ornatus, ne ullus quorū-
bet instrumentorum musicorum sonus aut concentus, ne ulla o-
orum iucūditas, ne ulla denique saporum suauitas te sic decipiat,
t te ab amore creatoris tui retrahat. Quandoquidem Momen- Gregor.
aneū est quod delectat, æternū uero quod cruciat. Gloriari uis In quibus tan-
ey iuuenis, uis ne amare? Gloriare in deo, & sapientiam amato: ni gloriandum
ic ambias ut ad eam tandem peruenias. Ipsa enim sapientię fi- sit
bi donabit, unde deo tuo complaceas. Quare iuxta consilium
olomonis Tantum dilige eam & seruabit te: circunda tibi eam Prouer. 4.
t exaltabit te, honora eam & amplexabitur te, ita ut det capiti
uo coronam gratiarum. Sit ergo una sapiētia amor tuus, sit glo- Sapientia quæ
ia tua, sit uita tua, sit denique & uia tua: quoniam uia sapientię uiti re sit amplecti
acifica est & immaculata, uia recta & secura, lucida & læta, iu- da.
unda, placida & sublimis: & quæ facile ab his inuenitur, qui illā
iligunt. In hanc ergo uiam suspirate, in hanc exardescite, in hāc
iam deperite: utpote cuius conuersatio nullam prorsus amari-
dinem sibi commixtam habet. Quare si amatores estis, hanc
mate: & si strenui iuuenes sitis, uincite in primis diabolū, fugite
uenilia desideria, eligite sapientiam. Quoniam si sapienter hanc
uentutis uiam consideres, facile eam despicies: nec quicq; in ea
idebis, unde optares ut deus te rursus ad iuuentutem reuocaret,
uin multo potius cū propheta hoc ad deum ita clamares Ne Littera.
euocces me in dimidio dierum meorum, ut hic uiderem in terris expo.
ucius uitam, ut in hac lachrymarum & miseriarum ualle longius
orer: sed potius mortem ad me mittendam curares, ut postmo-
n illa æternitate uitam, ubi miseria nulla est, sed sempiterna &
gis beatitudo. Quandoquidem ut præsens uersus cessat: In Littera.
eneratione & generatione anni tui, nimirū ut per hoc ostendat

uitam

uitam suam, hanc præsentem uoluptatem paucorum dierum appellatione significari: æternam uero in generatione & generationem annorum permanere. Vnde fit, ut sapiens & prudens uir per hoc intelligat futuræ felicitatis longitudinem, & pariter labentem huius temporalis gloriæ breuitatem. Hinc est quòd dicit, In generatione & generationem anni tui. At contra in hoc ipsum do Generatio uadit & generatio uenit, ait Ecclesiastes. Respicite ad has hominum generationes in terra, respicite, & facile uidebitis non absimiles esse foliis arborum: quæ modo crescunt ac mox decidunt, nunc uirescunt, at paulo post, arescūt penitus. Nam terra homines ferè nō secus ac folia, & quemadmodum in foliis alia defluunt, alia rursus succrescunt, sic & inter homines alii moriuntur, alii nascuntur & in mortuorū loco succedunt. Atq; ad hūc modum fuit generatio illa prima sub Adam, sed transiit. Inde tanq; folijs quoddam ex arbore Abel defluxit: inde Seth, inde Enoch. Qua etiam generatione transeunte, uenit repente diluuium sub Noë: quando non plures q; una tantum domus remansit. Et illa quidem generatio paucos aliquos dedit, uidelicet ipsum Noë, & filios suos, Sem, Cham, & Iaphet: una cū quinque uxoribus suis. In tota ista domo tria folia sunt, è quorum generatione totus terrarum orbis adimpletus fuit & adhuc est. Sic hac generatione electus est sanctus Abrahā, electus est Isaac, Iacob, aliiq; sanctissimi patriarchæ, qui deo tam opere placuerunt. Quin & illa generatio dedit etiam sequentes generationes, dedit prophetas, dedit & præcones dei: ex quibus iuxta tempus uenit postea & ipse CHRISTVS dns noster IESVS saluator ac redemptor totius mundi. Illius temporibus fuerunt sancti apostoli, aliiq; summa sanctimonia præditi: post quos etiam alii sancti q; plurimi, ut & nūc quoq; sunt alij, & quicūq; sunt erunt q; ullo sæculo sancti. De tot enim generationibus colligere licet omnes sanctas proles omnū generationum: unde & unam quandam ac generalem generationem efficies. In ista ergo generatione & generationē anni tui, id est æternitas illa semper durabit in generatione illa erit, quæ de omnibus generationibus colligitur.

Ecclesi. 1. *Homines in suis generationibus, foliis comparātur.*

Noë.
Sem.
Cham.
Iaphet.
Abrahā.
Isaac.
Iacob.
Patriarchę
Prophetę.
Christus.
Apostoli.

Littera.
Expo.

& in

& in unam quandam æternam generationem redigentur, ubi & generatio etiam cessabit nec prorsus ulterius. Filius hoc mundo generatio una est quæ parit mortales: altera uero nouella est, quæ & æternos parit. Et certum quomodo hæc generatio quæ adhuc in carne est, huic aliquando stabilibit: sed erit alia quædam in qua semper uiuitur, ac per omnem ætatem perdurabitur. In ista generatione mortales sumus & filii corruptionis eramus: in alia uero erimus immortales, eritque filii resurrectionis & regenerationis. De qua & ita in euangelio legitur, Vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ: sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Et sequi paulo post, Et uitam æternam possidebitis. Et hæc quidem generationum repetitio, perpetuitatem significat: quam omnes homines possidere desiderant. Verum ut eius ad illam æternam generationem peruenias, ita tibi subinde cum propheta hoc clamandum est. Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Multa haud dubie sunt nostrorum delicta, uaria, magna, parua, nephãda: & ut semel dicam, omnium generum malorum species in ipsa iuuentute committuntur. Quæ flagitia tam horrida fortasis sunt, ut quis homo ad annos discretionis peruenerit, pro toto hoc præsenti mundo nollet perpetrasse. In ipsa enim iuuentute magis solet peccata committi q̃ aliis, quando uidelicet propter naturæ fragilitatem, homines ad malum perpetrandum proniores sunt, q̃ aliis suæ uitæ ætatibus. Neq; solum fragilitate lubricæ ætatis prolabitur iuuenis: uerum etiam & ignorantia mãdatorum dei plerũq; grauiter delinquit. Non dicit ergo pœnitens propheta, Delicta senectutis meæ & scientiæ meæ ne memineris, quæ facile corriguntur & emendantur uitia iuuentutis: sed iuuentutis ætatem atq; ignorantiam præcendit propheta iam ex animo resipiscens, & etiam errorem prius corrigit, q̃ discat esse lapsum alicuius erroris. Sunt autem nonnulli iuuenes qui cito uolunt ad maturitatem ætatis peruenire, neq; id alio nomine q̃ ut ne diutius subiaceãt seniorum arbitrio, ne iuuentutis oblectamenta & uoluptates relinquere cogantur.

Duplex generatio, terrena & cælestis, mortalis & immortalis.

Psal. 24.

Expo. Delicta iuuentutis uaria, magna, parua & nephanda.

Quare iuuenes festinent, & senes iuuentutem exoptent.

Sunt

Sunt cõtra & senes, qui si phas esset etiam ad iuueniles annos redire uellent: ut illius ætatis floribus iterum iam coronarentur. At equidem neutrorũ ex his duobus uota approbo. Quoniam iuuenes non alia de causa nouam hanc uiuendi mutationẽ requirunt, q̃ q̃ præsentium rerum fastidio teneantur: senes uero non aliud quærere uidentur q̃ uicinæ mortis dilationem quandam, quam possit & iuuentus, si uelit, moribus consenescere, ut & senectus studiosis exercitiis egregie uirescere. Sed iuuenibus semper in memoria habendum est, quod ait propheta hic noster Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Sunt enim plura uitia, ad quæ iuuenes faciliter & item quasi naturaliter inclinantur: nimirũ q̃ in ea ætate homo tẽtationibus maxime subiiciatur, q̃ tum potissimum mũdus oblectat iuuenes, q̃ caro allíciat, hostis q̃ acriter impugnet. Quandoquidẽ ut paulo superius recitauimus, Sẽsus & cogitatio humani cordis prona sunt in malum ab adolescentia. Sunt enim iuuenes proni in omne malum, procliues ad superbiam, ad arrogantiam, uanam gloriam, odiũ, displicentiam, fornicationem, adulterium, derisionem, indignationem, gulam, curiositatem, iuramẽta, blasphemias, mendacia, multiloquia, uaniloquia, scurrilia, cõuicia, ad prodigalitatem, ad lasciuias, atq; ut generaliter dicam, ad omnia flagitia perpetranda. Non sine causa igitur dictum est, Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt in malum ab adolescentia. Tunc enim uariis affectibus & perturbationibus agitantur, tunc sunt passionum sectatores, tunc in uerbis facile procaces, in linguæ lapsum præcipites, in sensu suo abundantes & pertinaces: sunt tum potissimum animosi, feroces, temerarii, & ad omnia uitiorum genera inclinati. Vnde & apostolus huiusmodi monet, ita ad Romanos scribens, Nõ regnet peccatũ in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscẽtiis uestris: sed sicut exhibuistis membra uestra seruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, ita modo exhibete eadem membra seruire iusticiæ in sanctificationem. Quare dimittantur omnes istæ lasciuæ cupiditates, subiice carnalia corporis desideria, teq; sanctitati adapta: obliga te ad necessitatem quandam

Psalm. 24. Expo. Quibus uitijs obnoxia sit iuuentus.

Gene. 8. Expo.

Roma. 6.

Necessitas necessitatem excludat, & cõsuetudo cõsuetudinem.

quarida cõtra neceſſitatẽ, ad conſuetudinẽ contra cõſuetudinẽ, ad affectionem aduerſus affectionem: donec tandẽ acquirere poteris delectationẽ quandam aduerſus delectationẽ, ad uoluptatẽ cõtra uoluptatẽ. At quid ſibi uult totum hoc? Non aliud certe nõ aliud, niſi ut eadem neceſſitas, qua olim ad peccandum trahebaris, nunc contra ad uirtutis exercitium te compellat. Similiter ubi pridem te ad peccandum aſſueuiſti, nunc ediuerſo, ad uirtutem frequentem temet aſſueſce: ibiq; tene affectionem tuam, ibi delectationem & uoluptates tuas, quandoquidẽ in peccatis nulla uera uoluptas conſiſtere poteſt. Quod & Paulus hiſce uerbis innuere uidetur, Quem fructũ tunc habuiſtis, in quibus nunc erubeſcitis? Finis enim illorum mors eſt. Quem fructum (inquit)? quod dedecus? quam erubeſcentiam? quam confuſionem, quantum incommodorum ex peccando habuiſtis? nec demum alium finem q̃ mortem, niſi mature reſurgatis. Nunc quidem pudet uos eorum quæ iuuenes egiſtis: rubore ſuffundimini, quoties illorum recordamini. Surge itaq; o peccator à ſolita inſcicia, reſipiſce, & age pœnitentiam de commiſſis tuis. Inglorium enim & dedecorolum ut quis nõ tam prompte iam uirtutibus inſeruiat, atq; olim uitiis inſeruiuit. Olim nãq; currebant pedes tui prõpte ad effundendũ ſanguinem, ad lupanar, aliasq; diaboli officinas, ad dæmonum ac idolorum delubra: nunc contra currant ad ſacratam CHRISTI eccleſiam. Et ut Paulus monet, Sicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire iniuſticiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita modo exhibite eadẽ membra ſeruire iuſticiq; in ſanctificationem. Quare ubi pedes tui olim ueloces erant ad effundẽdum ſanguinem: nunc contra, properent ad liberandũ innocentem & ſeruandam uitam. Vbi extendiſti prius manus tuas ut aliena deriperent: nunc mutata uice ad tua egentibus elargienda protendantur. Oculi tui olim peruagabantur in mulierem compta, in alienum aliquid concupiſcendum: at nunc ad pauperes, ad debiles, claudos, egenos, ad commiſerandum ſeſe deflectant. Aures tuæ prius ad audienda uana & turpia pruriebant: nũc uero ad audienda eloquia dei conuertant ſe, nunc ad legis diuinæ

Ibidem Expo.

Expo.

Mutacio uite quando fiat?

explanationem ſe accõmodent, nunc ad ſapientiam & diſciplinam capeſſendam adaptandæ ſunt. Sic lingua quæ olim conuitiis, maledictis, turpiloquiis ac uaniloquiis affluens erat: nunc ad dei laudem exercendam conuertatur, ad proferendum ſanum & honeſtum ſermonem, ad dandum bonum & utile conſilium, ad ueritatem egregie pronunciandam & defendendam. Sed quid opus eſt hæc ſingula membra, uniuſq; cuiuſlibet mẽbri miniſterium, quod uitiis exhibuit, iam contra, uirtutibus aptare? & actũ quem pridem immundiciæ exhibuit quiſpiam, nunc econuerſo ad caſtitatem & ſanctimoniam conuertere? Videtur profecto apoſtolus hoc loco iuſticiã pro omnibus uirtutibus nominaſſe: ſicut ediuerſo, iniquitatẽ pro omnibus ſimul uitiis poſuiſſe. Addit enim iuſticiæ ſanctificationem, propterea q uitæ ſanctimonia ad æternitatem illam, ubi ſemper uiuitur, recta perducit: quę non immerito generatio generationum appellatur. Quoniã de omnibus huius mundi generationibus, colligũtur ſancti aliquot: è quibus efficitur una certa generatio in CHRISTO IESV.

Iuſticia omnes uirtutes continet, ut iniquitas oia uitia.

Littera.

Expo. In iſta ergo generatione generationum anni tui, id eſt æternitas illa erit aliquando in illa generatione, quæ ex omnibus generationibus colligitur, in unamq; generatiõem redigetur: & ipſa particeps erit æternitatis tuæ. Et non ſine cauſa dicunt anni tui perpetui o domine, & in ſæculum ſęculi duraturi: quũ ipſe æternus exiſtas, omnem creaturam præcedens, nec præcedens tantum, ſed etiam creans & formans unumquodq; illorum quæ uſq; ſunt in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis. Vnde & hic quoq; apud hũc prophetam noſtrum ita ſequitur,

Verſ. 26. INITIO TV DOMINE TERRAM FVNDASTI, ET OPERA MANVVM TVARVM SVNT COELI. Poſteaq; propheta hic noſter Dauid demonſtraſſet breuitatem humanę uitæ, pericula & incõmoditates eiuſdem, ad quas naturaliter inclinatur, deum inſtanter precatus, ut illi aptus fiat priuſq; ab hac uita decedat, & ſupra omnes res mundanas deſiderans cũ deo eſſe, ſupra omnem modũ cupieris eſſe in illa æternitate cũ illo, ubi eſt generatio ſine omni generatione, generatio

Ingẽs prophetæ deſiderium eſſe cum deo.

X.

æterna:

æterna: nūc ostendit ac declarat ipsam dei omnipotentiā, ipsam immensam potestatem, qui ex infinita potentia sua, creauit ac fecit cœlum ipsum, ipsam terrarū molem, & omnes præterea creaturas, quæ in eis sunt. Et quoniā ipsa terra, mūdi centrū existit, supra quam terram omnia terrena suam stabilitatem habēt: primo ab ipsa terra exordiur, se postea ad cœlū conuertens. Initio, inquit, tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarū sunt cœli. Quomodo autem deus ipsas terras fecerit, nō narrat ipse: qua tamē ratione cœlos creauerit tum indicat, quum ait esse manibus suis fabricatos, inquiens. Opera manuum tuarū sunt cœli. Primus ille omnium prophetarum Moses, historiam suam quā primam omnium scripserat, ita inchoauit, In principio creauit deus cœlum & terram. Alter ergo istorum duorum prophetarum cœlum primo loco recēset, terram illi subiūgens: alter uero terram præponit ac tum cœlum addit: & tamen nulla inter eos contradictio est, licet uerba ipsa ita collocētur. Quia ut Solomō testatur Ecclesiastici decimo octauo capite, Qui uiuit inæternū, creauit omnia simul, id est simul & uno tempore creata est substantia omnium rerū: sed tamen non est simul idq; per distinctas species formata. Quia primo materiam creauit sed adhuc informem, nempe terram, quæ inanis erat & uacua: at postea per uarias formas ac species distinctas formata, uidelicet in opere sex dierum. Moses igitur cœlum terræ præponens, ostendit maximam illam dei potentiam, quomodo ex ipso officii modo, diuinę potentiæ dignitas enitescit ac clara euadit. Nam deus contra humanum morem supraq; humanam rationem, & ita ut homines quoq; tam immensam illius potentiā agnoscerent pariter & profiterentur, suum perficiens ædificium, prius cœlum extendit, ac postea ipsam terram substernit: primo structuræ suæ fastigium ac culmen apponit, ac postea locat fundamentum. Quis talem ædificandi morem audiuit unq̄? ut prius figat̄ cacumen domus, ac postea iaciatur fundamētum? In humanis operibus nihil unq̄ tale conspectum est: uerum iubente deo, omnia parent ac cedut uoluntati eius. Cæterum propheta hic noster Dauid longe aliam

Littera.

Cœlum & terra prius creata fuerūt.

Genes. 1.

Eccle. 18. Expo.

consideratione habuit in exprimendo hoc dei ædificio. Quoniam quum omnes homines eiusdem ac paris capacitatis nõ sint, quum non sint pari ingenio prædit, adeo ut multi sint qui res altas & arduas intelligere nequeant nisi per familiariora, & crassiora exempla: idcirco ad introducendos eos qui tardiori sunt ingenio ad intelligentiam ac noticiam dei atq; operum eiusdem, primo apponit terræ creatiõem, ac tum postea cœlorũ structuram addit. Primum ea quę uisibilia sunt ponit, ab his potissimum exorsus, quæ tardos & indoctos ad inuisibilium rerum cognitionem perducerent. Et sic exorditur propheta ut materiam hãc dilucidius aperiat: primo scilicet à terra ac tũ ad cœlos pergens.

Littera. Sed quare quæso non æque in fundanda terra apposuit manus dei, atq; fecit in condendis cœlis? Dicit enim Opera manuũ tuarum sunt cœli, & non opera manuum tuarum sunt terra. Quare apponit manus dei in uno, & non item in altero? An non creauit deus terram manibus suis, quemadmodũ & cœlos manibus suis cõstituit? Maxime. Intelligetis ergo nõ esse in deitate huiusmodi manus, caput, pedes, ac corpus, nulla huiusmodi lineamenta, qualia in humanis corporibus reperiuntur. Quandoquidem deus ipse substantia incorporea est, nec opus habet huiusmodi manibus: quum manus pro humana necessitate constitutæ fuerunt, quibus ad laborandum ac desudandum uteretur, quo sibi uictũ compararet, quibus quidẽ deus neutiq; eget. Eius enim manus sunt uerbum suum: eius manus & uerbum suum pariter sunt & uolũtas: eius manus, uoluntas, ac uerbum, illius potestas sunt: denique manus eius, uoluntas eius, uerbum eius, potentia eius, mandatum eius, omnia hæc una & eadem res est. Ipse enim dixit, & facta sunt omnia, mandauit & creata sunt uniuersa. Nec aliud quicq; per cœlum innuit Dauid q̃ res cœlestes ac cœlicas creaturas: sicut rursus per terram creaturas terrestres. Mãdato itaq; suo, uoluntate sua, ac uerbo suo, fundauit deus terram hanc: & opera manuum eius sunt cœli. Sed nolite ex hoc putare quasi deus aliud manu sua fecerit, aliud uero uerbo oris sui: quia quicquid uerbo suo fecerit, idẽ fecit & manu. Quia, ut est autor Augustinus,

Expo.

Deus in sua essentia nõ habet lineamenta corporis.

Manus dei quæ sunt?

Psalm. 148.

Z.

A.

, nus, Non eſt diſtinctus corporeis membris, qui dixit, Ego ſum Auguſt.
, qui ſum. Et fortaſſe uerbum eius aliud nō eſt q̄ manus eius. Cer-
, te, teſte eodem Auguſtino, Manus eius eſt uirtus eius. Quando-
, quidem ipſe in principio dixit, Fiat firmamentum, & factum eſt Gene. 1.
, firmamentum: uerbo itaq; feciſſe intelligitur. Quia uerbo dixit, Ibidem.
, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrā: quod
dicens quaſi manu feciſſe uidetur. Iuxta hanc ergo rationem di-
, ctum eſt, Opera manuum tuarum ſunt cœli. Quia quod uerbo
dicit, etiam manibus feciſſe uidet. Quod & ſcriptura alio quoq;
, in loco dicere uidetur hiſce uerbis, Verbo, inquit, domini cœli Pſalm. 32.
, firmati ſunt: quemadmodum & hoc eodem loco, Opera manuū
, eius ſunt cœli, adeo ut uerbum eius, manus eius, uoluntas eius, &
potentia, omnino eadem res ſint. Porrò deus ipſe inuiſibilis eſt, Deus inuiſus eſt, inuiſibilis, incorporeus, & cætera.
immenſus eſt, incorporeus eſt, incircumſcriptus, illocabilis, im-
mutabilis, immortalis: non habens corpus, non habens caput, nō
oculos, non os, non aures, non pedes, nō manus: nam hæc omnia
hęc omnia, homini data ſunt propter eius neceſſitatem. Deus nō
occupat locum, non laborat, non tranſit pedibus, non equitat.
Porrò caput dei eſt illius eſſentia: oculos dicitur habere pro eo Oculi dei, aures, os, facies & pedes quæ ſint.
q̄ omnia uideat, nec eum quicq̄ lateat, oculi eius dicuntur gratia
& miſericordia. Aures autem dicitur habere, ex eo q̄ omnia au-
A. diat, omniaq; cognoſcat. Eſt præterea facies eius, nō aliud q̄ ue-
ritatis cognitio. Eſt & os dei, uerbum illius: pedes, ſtabilimentū
& uirtus eiuſdem. Sic & manus dei poteſtas eius eſt: de qua &
, ita ſcribitur, Sicut lutum in manu figuli, ita & uos in manu mea. Hiere. 18.
, Et alio in loco Extēdam manū meam ſuper Iudam. Vides ergo Sopho. 1.
quomodo manus dei, uerbum dei, uoluntas eius, mandatum eius
atq; poteſtas, penitus una & eadem res ſint. Nam ut iamdudum
, diximus, Verbo domini cœli formati ſint: ut & idem quoq; pro-
, pheta hoc loco, Opera manuum tuarum ſunt cœli. Quin & ter-
, ram quoq; fundauit dominus, ut initiū huius uerſus teſtatur, Ini- Littera.
, tio, inquit, tu domine terram fundaſti, terram firmaſti, & ſtabili- Expo.
iſti. Q̄ autē firma ſit, q̄ ſtabilita terra, etiam oculorum conſpe-
ctui facile apparet: at quomodo fundata ſit, quomodo ſtabilita &

Terra quomodo in medio aëre firmiter pendet.

firmata, uisu admodū mirabile exiſtit. Siquidem terra in medio aëre dependet, in ſeipſa, per ſeipſam, & ex ſeipſa. At uis uidere quomodo? Terra cœli centrum eſt, & eſt pars à cœlo maxime diſtans: ut eſt centrum, punctum & circuli medium à circumferẽtia. Cape circinū, traheq; circulum, unusq; circini pes circumit in eodem loco, nec facit aliud q̄ punctulum quoddam: alter uero pes ambit totum ſpacium & facit ingentem circulū, ac amplam circumferentiam. Punctum illud in medio, uocatur circuli centrum: extrema uidelicet pars ab ipſo circulo, ac æqualiter diſtãs ab omni parte eiuſdem circuli. Quin & quælibet linea quoquouerſum pertracta ab hoc cẽtro ad circulum, eiuſdem longitudinis eſt & diſtantiæ. Quem circulum Euclides in hunc modū definit. Circulus eſt figura plana una linea contenta, quæ circūferẽtia appellatur: ad quam ab uno ſigno introrſum medio exiſtente, omnes prodeuntes lineæ in ipſius q̄ circuli circumferentiam incidentes ad inuicem ſunt æquales, & ipſius centrum circuli ſignum appellatur. Centrum eſt ſignum uel punctum in medio circuli æqualiter diſtans ab omni parte circumferentiæ. Et quemadmodum ſignū in medio circuli æqualiter diſtat ab omni parte circuli: ſic terra & terræ centrum æqualiter & maxime ab ipſo cœlo diſtat. Et rurſus ipſum terræ centrum, eſt ipſum terræ medium. Imaginemur aliquod foramen ab hoc loco directe per totam terram in cõtrariam terræ partem: quo facto, coniice in illud foramen magnam aliquam glandem tormentarem, quæ cadat cadat perpetuo quouſq; poteſt. Sed quouſq; quęſo, nū per totam terram? Nequaq̄. Quia quum ad cẽtrum terræ uſq; peruẽtum fuerit, ubi locus eſt, ubi corpus graue naturaliter quieſcit, ultra mouere non poteſt, niſi quantum uiolentia tam longi curſus efficit. Quemadmodum fit quoties pilam, lapidem in ſublimem aerem iactas, uel quoties ſagittam aliquam in ſupernū ejacularis: quãdiu brachii tui impulſus, aut arcus tui impetus durat, tandiu lapis, pila aut ſagitta ſurſum aſcendit: at quum ea uis ſemel deficere incipit, lapis ille, pila, aut ſagitta rurſum cadit, ac ſic in centrum prolaberetur, ſi nihil interim impedimento eſſet. Lapis

Euclides.

Circuli deſcriptio.

Centri deſcriptio.

Omne graue centrum petit.

ergo

ergo iſte tormentaris rectà ad centrum proficiſcitur, ubi infima mundi pars eſt: quia quicquid graue eſt naturaliter deorſum tẽdit ad locum ſuũ, ubi naturaliter quieſcit, ita ut ad eum locũ premitur quicquid graue exiſtit, ibiq; quieſcit. Vſqueadeo ut illuc tendat cadatq; arena ad arenam, puluis ad puluerem, lapis ad lapidem, terra ad terram, gleba ad glebam, fruſtum ad fruſtum, portio ad portionem, pars ad partem, totum ad totum, atq; poſtremo totum ſimul: ſicq; omnia hæc pendent, ſic trutinantur, ſic ſeſe uelut in æquilibrio librant, ſic terra in ſeſe & ex ſeſe dependet, firmiſſimaq; ac ſtabiliſſima in ſeſe efficitur, unde & terrenã omnia ſuum ſtabilimentum & fundationem ſortiũtur. Q; ſi hęc rãtio tibi ſatisfacere non uult, ſume rationem quam ipſa ſcriptura ſuppeditabit: quæ ait terram ibi pendere ideq; ſtatu dei, uerbo dei, poteſtate dei, uolũtate dei, manu dei, ibiq; firma & fixa eſt, prorſusq; immobilis extat. Fũdaſti, inquit, terram & permanet. Et alibi. Et opera manuum tuarum ſunt cœli. Ad hunc ergo modum terram fundauit & ſtabiliit, ſic cœlos quoq; opificio manuum ſuarum fabrefecit, ſic omnes creaturas ſiue in cœlo ſiue in terra condidit & creauit. Cœlos inſuper ornauit deus innumeris angelis, beatis ac glorioſis creaturis, gloria, gaudio, ac fœlicitate: qualia Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽderũt, quæ præparauit deus diligẽtibus ſe. Quin & hoc etiã inferius cœlũ adornauit ſole, luna, ſeptemq; planetis, duodecim ſignis, ſtella polari, maiori urſa & minori, uulture, ſerpẽtario, aquila, equo, tauro, leone, uirgine, ſcorpione, cete, orione, coruo, aliisq; ſtellis innumerabilibus, quarum omnium & ſingularum, ſolus ipſe nomina nouit: nouit & influentias, mirificasq; operationes, quas in hiſce inferioribus corporibus exeroẽt. Aerem uero omnigenis auibus repleuit, uariis picturis & formis prędictis, partim in pluma, partim in colore, in ſpecie, in forma & factura: in cantu etiam, in tono, ac notis iucundis & ſuauibus. Replera eſt & aqua innumeris piſcium generibus, quorum quidam aſpectu mirabiles ſunt, ad uſum autem multum proficui, ad eſum iucundi & ſalubres. Terra uero animãtibus ornata & induta eſt, ornata uolucribus

Quomodo terra ex ſe pẽdet?

Pſalm 118.

Deus cœlos ornauit angelis, ac ſpheras ipſe uiuens ſtellis, aerem uolucribus, terrã animãtibus & aquas piſcibus.

1 Cor. 2.

Cœlum.

Aër.

Aqua.

Terra.

uolucribus hisq; ex omni genere nõ minus utilibus, suauibus inter comedendum, q; etiam ad alẽdum salutaribus: ornata fructibus, segetibus, herbis, stirpibus, arboribus, metallis: auro, argẽto, stanno, ære, ferro, calibe, orichalco, plumbo: preciosis lapillis, gemmis, margaritis, atq; hæc omnia, in hominis gratiã fiunt, ut per has creaturas, homo ad dei agnitionem perducatur & amorem. Quod & Paulus sic confirmat, dicens, Inuisibilia dei à creatura mundi per ea quæ facta intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas. Facile ergo deũ è suis creaturis cognoscere poteris, facile cognosces illius formam, illius gloriam, & quantum melodiæ illic sit, quantum uoluptatis, quid ciborum quidq; alimentorum sit in cœlis, quando has terrestres intueris. Facile scire poteris, q; sit mirabilis hic deus, qui has tã mirabiles creaturas fecit. Ita q; sint inexcusabiles. Non enim excusare te poteris q; deum non noueris, quum habeas hos libros creaturarum eius coram oculis tuis. Hoc enim te docet, ut deum noscas, hoc te docet ut deum laudes, ut eum honores, ut uenereris, & colas. Sed omnia hæc præpostere fiunt. Hunc enim amorem erga creatorem tuum obseruare debes: sed tu eum in creaturas uertis. Illud oblectamẽti, illud uoluptatis quod deo debes, in creaturas uertis. Deum deseris, amoremq; tuum in hunc mũdum defigis. Cœlestem enim amorem deseris, eumq; totum in mundanum hunc amorem uertis. Spiritũ quidem relinquis, corpusq; tuum sequeris. At uæ homini illi, qui delectationem suam in his mundanis creaturis collocat. Væ homini illi qui se inordinate amat, huic mundo adhærens, corpori suo seruiens, corporales illecebras sectans, at animam suam prorsus negligens. Væ homini illi qui res terrenas imitat, at cœlestia prorsus fugit: itaq; sint plane inexcusabiles. Nõ enim potes excusare te q; deũ ignores. At paganus, infidelis, turcha, saracenus, machometa, qui nec libros habent, nec scripturã, nec conciones, nec doctrinam, nullam de deo demonstrationem, nullam legis diuinę noticiam, nullam fidem, neq; cœli neq; inferorum: isti se excusare nõ possunt, nec dicere se deum ignorare. Poterant enim & illi deum scire in his

Roma. 1. Expo.

Creatura mũdi docet hominem cognoscere creatorem.

Idem. Expo.

Mali Christiani deũ suis creaturis postponunt.

D.

E.

in his creaturis suis, & supra res omnes in illum credere, ac cum illo esse desiderare. Atq; idcirco iure damnãtur, si quidem damnentur. At quid tunc dicam ad falsum Christianum? Tu quidem has creaturas habes, quas contempleris, tu habes euangelia, epistolas, uitam CHRISTI, apostolorum acta, sacra biblia, ipsam sacratissimam scripturam: tu insuper habes concionatores, habes doctores, miracula, declarationẽ sanctæ scripturæ, dei, fidei, cœli, inferorum, gaudii ac pœnarum. Tu quidem multis ac multis modis uocaris, ut scias, ut ames, ut timeas, ut uereari dominũ deum tuũ, ut à peccato fugias, ut in uirtute uiuas. Quid damnationis passurus es tu false Christiane, qui habes hanc tantam scientiam, & non uis neq; amare neq; timere dominum deum tuũ? si aliquis locus infernalis est inferior aut crudelior q̃ alter, tu illũ habebis. Sanctus Augustinus dicit q̃ Aristoteles omnium philosophorum infimus iaceat in inferno. Et quare? Quandoquidẽ inter omnes philosophos maximam cognitiõem habuit corporum superiorũ & inferiorum, motuum, naturarum, influentiarũ & operationum eorundem: & inter eos philosophos præcipuũ quoddam ingenium & naturæ cognitiõem, & potuisset per has creaturas noscere deum, & eundem notum colere. Et quia hanc de deo intelligentiam sortitus est, nec tamen deum coluit, quod facere potuit, ille igitur, ut autor est Augustinus, apud inferos infimus iacet, ultra oẽs alios philosophos dire cruciatus. Vbi ergo tu iacebis apud inferos o false Christiane? Quantum illic pœnarum sustinebis? præsertim quum tot occasiones habeas ut deum agnoscas, nõ per creaturas tantũ, sed per libros, per conciones, per doctrinas, per reuelationes, per miracula, per fidem. O false & infidelis Christiane, equidem uereor quid tecum agat deus. Cogor non parum metuere, quoties uitam tuam eõsidero, & tamen ipse nihil interim uereris, donec ipsa mors in te irruat, ac tũ quidem nimis serum erit. Cognosce igitur cognosce, cognosce, inquam, dominum deum tuum in creaturis suis, sena dominum deum tuum ac metue. Ne permittas ut creaturarum amor te ab amore dei diuellat: quia si sic feceris, suppliciũ haud dubie feres.

Mali Christiani tanto plures inferent cruciatus apud inferos.

Augus.

E.

Nolite

1. Ioan. 2. Expo.

Nolite ergo diligere mundum, neq; ea quæ in mũdo sunt: quia mundus transit & cõcupiscentia eius. Nolite diligere mundum, inquit, quoniam mundus hominem quietum esse non sinit, sed eũ disturbat, hac atq; illac eum distrahit, cumq; quantũ potest à deo diuellit. Sed uæ homini illi, qui ita à mundo agitatur. Nolite diligere mundum, quoniam mũdus fallax est & deceptione plenus. Promittit enim abundantiam omnium rerum, at miserias exhibet: promittit mundanas opes & magnas diuitias, præbet tamen inopiam: promittit sanitatem corporis, uarios tamen morbos mittit: promittit se tecum permansurũ, at mortem secum affert. Væ igitur homini illi, qui mundo huic fidem habet: & econuerso beatus erit ille, qui mundo restitit, beatior qui pericula mundi euitat: beatissimus tamẽ erit, qui mundũ superat & euincit, quia iste in cœlo coronabitur. Porrò in hoc mundo nihil certi habemus. Tu quidem uxorem habes, habes liberos, at de his tamen certus nõ es: quandoquidem morientur. Habes terras, diuitias, ac multiplicem thesaurum, at de his nullam certitudinem habes: quando nihil est in hoc mundo, de quo certus esse potes, non de tunica, nõ de toga, non de teipso. Nam mens tua uigeties in hora una mutaẽ, huc atq; illuc uagatur, donec tandem fiet ut moriẽte te, é corpori demigret. De qua re ergo certus es? De prosperitate? Minime. De salute corporis? Nequaq;. De forma? Nihil minus. De magnatũ patrocinio? Ne id quidem, atq; ut id quod res est dicã, de nulla re certus es, nisi de sola morte. Omnia enim alia incerta sunt, una tamen mors certissima. Nam ut hodie nosti qui sis, ita nescis quid cras futurus sis. Hodie peccator es, hodie ergo scis quisnam sis: nescis tamen quid crastino die eris. Speras pecuniam tibi prouenturam, incertum tamen est an proueniet. Speras liberos, at incertum an nascentur tibi. Nati sunt. incertũ an sint uicturi. Viuũt, incertum tamẽ an profecturi aut defecturi sint. Deniq; quocũq; te uertis, incerta omnia, sola autem mors certa. Pauper es, incertũ an ditescas. Diues es, incertum an breui spoliaberis. Indoctus, incertum an erudiẽris. Infirmus, incertum an conualescas. Natus es homo, certũ ergo quod morieris:

Quam fallax & nemo sit mundus.

dies

F. dies tamen mortis tuæ omnino incertus. Alloquantur ergo iam omnes amatores huius mundi, quibus aliquãdo florem iuuentutis præstitit, quibus diuinam uitam promisit, quibus promisit diuitiarum copiam, abundantiam amicorum & familiarium, pacis tranquillitatem: dicant (inquam) omnes isti, loquãtur cuncti, surgat in primis uenerabilis pater Adam cũ filiis & tota sobole sua, & uno ore loquantur omnes, utrum in præsenti uita gaudium sine dolore habuerint: num tranquillam pacem sine omni discordia, rium quietem sine metu, nũ sanitatem absq; morbo, num denicq; risum sine fletu? Nolite ergo diligere mundum. At uide hic quæso stulticiam hominum: hic mũdus licet transitorius sit, licet undicq; uariis turbulentiis scateat, tamen à maiori parte immoderate amatur. Mundus enim fallax est, nec in illo ulla certa fides: & à nonnullis tamen reputat & habetur pro certo & fide digno. Hic mũdus occidit, mactat, ac hominem ad ipsam usq; mortem perducit: & tamen non secus q; ipsa uita à non paucis desideratur pariter & amatur. O fallax munde, si semper apud homines duraturus esses, si semper floresceres, si semper prosperares, quid non facerent tibi isti amatores tui, qui iam tibi sic mordicus & inordinate adhærent? Verũ tu semper instabilis extas, semper iniustus, semper fallitate & impostura plenissimus, omni asperitate refertus, plenus turbulentia, plenus ærumnis, plenus omni uexatione, plenus iniuriis, plenus fraude, plenus miseria, plenus calamitate & morte, mors enim mors omniũ mundanorũ exitus est & conclusio. Nolite mundum diligere, neq; ea quæ in mundo sunt: quoniam mundus transit & concupiscentia eius. At uis uidere quomodo? Principio, mundus ipse in septem ætates diuidit, in septem quædam tempora siue temporis spacia. Nã tempus (iuxta philosophum) est mensura motus: omniaq; mensurat quæcunq; in hoc mundo existũt. Sic & tempus ipsum diuiditur in minuta, quatuor autẽ minuta faciunt unũ gradum, quindecim gradus faciunt horã, quatuor & uiginti horæ faciunt unũ diem & noctem, triginta dies faciũt mensem, duodecim menses constituunt annũ: & sic quidẽ procedendo ac per decem annos multiplicando

Loquãtur præcessores nostri quomodo hic mũdus eos deceperit.

Philosophus.

Tempus mensurat motũ.

A minutis procedatur ad mille annos.

Mundus quomodo trāsit & gloria eius.

multiplicando ad centū usq; ducimur, & abhinc rursus ad mille assurgendo multiplicatis in se numeris, ibiq; rursum incipiendo. Sicq; neri uides ut nullū tempus persistat: sed tempus aliud, aliud trudat & propellat. Hoc idem tempus diuidit mundum hunc, in

Septem etates mundi.

septem quasdam ætates. Quarum prima à creato Adamo exorsa, ad diluuium Noeanū durauit: quæ & bis mille, ducentos, quadraginta duos annos cōplexa est. Cęterū iam hęc ætas, hi tot anni abierunt prorsus, ac fugati sunt. Vbi nunc est ipse Adam? ubi Abel? ubi Seth, Enos, Caynan, Malaleel, Iareth, Matusalem, Lamech? Adam ipse ad nongētos ac triginta usq; annos uixit. Abel á fratre suo Cain interfectus est, Seth ad nongētos ac duodecim annos in uiuis erat, Enos nongentorum quinq; annorum erat, qui moreretur, Caynan nongentorū decem, Malaleel ad nongētos quinq; annos in uita mansit, Iareth uero ad nongētos quadraginta duos. At Matusalem qui cæteros nonnihil in ætate superauit, ad nongētos sexaginta ac nouem annos peruenit: Lamech uero septingento: septuaginta ac septem annos uiuebat. Cæterum iam diu est q; illa ætas abierit, cum qua etiam & illi tam longęui homines abierunt. Secunda uero ætas à Noe usq; ad Abraham continuata est, quæ nongentos quadraginta ac duos annos continebat. Quin & hæc etiam ætas non minus q; illa superior iampridem euanuit. Noe autem ad nongentesimū ac quinquagesimum usq; annum peruenit, Sem uero sexcentesimum annum attigit, Arphaxat trecētos triginta & octo annos, Sale quadringenta triginta ac tres annos. Noe tamē una cum uxore sua, Sem, Cam, & Iaphet sicut & tres illorum uxores, qui tum à diluuio seruati erant, nunc morti concesserunt, ac cū sua ætate hinc profecti sunt. Tertia ætas ab Abrahā ad Dauid durauit, nongentos quadraginta annos complectens: at ea ætas una cum Abraham, Isaac, Iacob ac duodecim liberis eius tribubus q; quæ ab his enatæ, cum omnibus sanctis patriarchis cum illo sæculo transierunt. Quarta ætas à Dauide usq; ad transmigrationem Babylonicam H. pertracta est, atq; hæc per spacium quadringentorum octoginta ac quinq; annorum durauit. Verum Dauid ipse, Solomō, Roboam,

Prima etas.
Adam.
Abel.
Seth.
Enos.
Caynan.
Malaleel.
Iareth.
Matusala.
Lamech.

b.2.

Noe.
Sem.
Arphaxat.
Sale.

c.3.

Abraham.
Isaac.
Iacob.

d.4.

Dauid.
Salomon.

boam, cæteriq; clarissimi reges ac prophetæ illius sæculi, una cũ ætate sua abierunt. Quinta autem ætas à transmigratione Babylonis ad CHRISTVM usq; protendit, quę annos habuit quingentos & nonaginta: quo tempore regnauit Nabuchodonosor, per quem tres illi pueri hebræi in ardentem fornacem proiciuntur, & non sine stupendo miraculo à deo liberantur. Hac ætate uixerunt Hieremias, Ezechiel, Neemeas, Abacuc, Malachias, Daniel, Esdras, Aggæus, pontifices pariter & prophetæ. Floruerunt & hac ętate clarissimi philosophi, Pythagoras, Anaxagoras, Parmenides, Euripides, Socrates, Empedocles & multi alii. Vixerant & in hac ætate, Plato, Hypocrates, Vergilius, Aristoteles, Demosthenes, Ptolomęus, Marcus, Terentius, Cleopatra, cũ innumeris aliis partim prophetis, partim autem philosophis, oratoribus & poętis. Hac ætate Romani & illorum senatus floruerunt maxime. Veruntamen hii omnes una cũ hac sua ætate, ab hoc mũdo euanuerũt. Sexta uero & postrema ętas à CHRISTO usq; ad mũdi finem perdurabit: cuius ætatis tempus quod iam præteriit, mille quingẽtos uiginti & octo annos complectitur, adeo ut si iam ab orbe condito usq; ad hoc tempus recte recensuimus, mundus iam habebit annos sex mille septingentos ac uiginti septem. Verum hoc tantum spaciũ una eum gloria pertransiit. Quod autem ad tempus iam futurum attinet, nemo certus esse potest, quandiu duraturum sit. Id quod & euangelista quoq; ita testatur, De die autẽ illo & hora illa nemo scit: neq; angeli in cœlo, neq; filius, nisi solus pater. Si autem expositionem huius loci desideres, reperies eam in psalmo sexto præcedenti iuxta principium. Hoc tamen interim certissimum est q; ueniet dies illa, imò subito ac repẽte ueniet. Sicut enim in diebus Noe, ita erit & aduentus filii hominis. Subito enim exhausti erant homines in diluuio, comedẽtes, bibentes, ac nuptui tradentes, emẽtes, uendẽtes, nec quicq; minus q; subitariã aquarũ inundationẽ expectantes. Vnde & Paulus ait. Dies domini sicut fur in nocte ueniet. Et in primo capite eiusdem epistolæ, Et quum dixerint pax pax & securitas, tunc repentinus superueniet eis interitus &

Roboam.
.5.
Nabucho.
Hieremias.
Ezechiel.
Neemeas.
Abacuc.
Malachias.
Daniel.
Esdras.
Aggæus.
Philosophi.
.6.
Ætas nullius quam hæc scriberentur.
Subito ueniet dies domini. Matth. 24.
Ibidem.
1. Thessa. 5.
Ibidem. 1.

non effugient, id est subito quidē ueniet & ex insperato. Sis me-
mor q; CHRISTVS dedit nobis in euāgelio suo signa & pro-
Luc. 21. Expo. digia, quæ diem illum supremum præcederēt. Erunt, inquit, signa
in sole, & luna, & stellis: in terris pressura gentium præ contusi-
one sonitus maris & fluctuum, & uirtutes cœlorum mouebūtur.
Erunt prælia & seditiones. Surget gens cōtra gentem, & regni
aduersus regnum, & terræ motus magni erunt per loca, & pesti-
lentiæ & fames, terroresq; & signa de cœlo magna erūt. Quum
uideritis hæc fieri, scitote quia propè est regnum dei, hoc est ad-
uentus domini quando homines aut ad regnum dei deputabun-
tur, aut ad pœnam æternam. An non creditis hæc signa, magna
ex parte præterisse? Habuistis ne ulla bella? ullas pugnas? ullam
sanguinis fusionem ante hac in terra? Vidistis ne ullas commotio-
ones, turbulentias, & seditiones? Pugnauit ne natio aduersus na-
tionem? gens contra gētem, populus aduersus populum, nec ad-
huc cessat idem facere? An non extiterunt iam in uariis locis non
exigui terræ motus? pestilentia, fames, inędia, penuria ac mise-
randa rerum uictualium parcitas, quemadmodum & usq; hodie
Signa præcessura diem iudicij. etiam durat? An non habuistis terriculamenta metuendaq; pro-
digia è cœlo? per tonitrua, per fulmina, per eclipsim solis? Nun-
quid sol lumē suū amisit, & luna in sanguinem mutata fuit? Nun-
quid terrificæ impressiones in ipso aere uisæ fuerunt totæ incē-
sæ ac igneæ? ardentibus draconibus non absimiles? Nunquid &
plurimi etiā Cometæ se dudū mūdo ostenderunt? Anno salutis
humanæ millesimo centesimo & undecimo apud Salopiā maxi-
mus factus est terræ motus: quemadmodum & apud amnem
Trentam prope Notinghamiam. Anno quoq; à CHRISTO K.
nato millesimo nonagesimo octauo fons quidam in comitatu de
Barkins per tres hebdomadas continuas sanguinem ebulluit.
Quo tempore & cœlum etiam per integram noctem terribiliter
arsisse uisum erat. Anno domini millesimo centesimo septimo, in
eo die Iouis quo celebrari solet dominica cæna, uisæ erant duæ
lunæ & ambæ quidem plenæ, non multum ante diem: una quidē
in oriente, altera uero in occidēte. Anno quoq; dominicę incar-

nationis

nationis milleſimo cẽteſimo octuageſimo nono, dominus noſter IESVS CHRISTVS apparuit cruci affixus apud Dunſtapleam, multis quidem cernentibus ab ipſa hora meridiana uſq; ad obſcuram noctẽ. Poſtremo, anno ſalutis ſexcenteſimo ſeptuageſimo octauo duriſſima quædam fames occupauit hãc Angliam noſtram, quã grauiſſima peſtis, dira lues & mortalitas inſequuta eſt: quę tantam populi multitudinem proſtrauit, ut uix tot uiui relicti eſſent, qui demortuos ſepelirent, quæ peſtilentiæ ſæuities ad decennium uſq; durauit. Hæc & his multa alia ſigna legere licet in hiſtoriis & chronicis huius regni, at apud exteras nationes longe plura. At iam huius diei ſigna præterierunt, & iã uelut ad ipſum finis punctum peruenimus. Nos enim ſumus (inquit Paulus) in quos fines ſæculorum deuenerunt. Quare ergo tam impenſe hunc tam ſtolidum & inſtabilem mundum diligere debemus? Quare non præparamus nos ipſos erga deum? Quare miſeram uitam noſtram non emendamus in melius, dũ adhuc licet? Quamobrem non currimus omnes ad agendam pœnitentiam cum Niniuitis? Quamobrem communibus uotis non effligitamus diuinam miſericordiam? Quamobrem nõ relinquimus penitus hunc ſceleroſum fallacemq; mundum, Apoſtolum audientes, qui ita nos monet, Nolite, nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mũdo ſunt: quoniam mũdus tranſit & cõcupiſcentia eius. Nã quemadmodũ idem apoſtolus teſtatur, Omne quod in mundo eſt, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorũ, aut ſuperbia uitæ. Sed agamus paucis de ſingulis iſtorũ. Primo uoluptas & concupiſcentia carnis dicitur, quam per illicitum quendã motũ, miſera caro appetit: ut gula, ebrietas, luxuria, ſomnus immodicus, uanus & ineptus riſus, & quæ ſunt huius generis. Gulæ delectatio tranſit, ebrietas plerumq; infœlicem habet exitum, luxuria tua tam fœda eſt, ut etiã teipſum abhorrere faciat, nimiũ dormire ipſas corporis uires miſere diſſoluit, riſus tanq; res nihili ſtatim euaneſcit. Vnde facile patet, q̃ uerum ſit, quod ait diuus Gregorius, Momentaneum eſt, inquit, quod delectat: æternum uero quod cruciat. Primus ille parens noſter Adam per

1. Cor. 10.

1. Ioan. 2.

Ibidem. Expo.

L. Concupiſcentiæ huius mũdi tranſit.

Gregor.

Adam.

Loth. gulam cecidit, nosq; omnes secũ in damnatiõem perduxit: Loth
Solomõ. duce ebrietate cum propria filia incestum commisit. Solomõ ille sapientissimus per luxuriam in idololatriam lapsus est. Hic ergo uides qualis & quanta sit hæc fœda carnis concupiscẽtia: transit tamen ipsa una cum omnibus concupiscentiis suis. Quid autem
Concupiscẽtia oculorũ quid? de concupiscentia oculorum dicemus? Concupiscentia oculorũ idcirco dicitur q̃ per oculos uelut per fenestras quasdam illicita rerum mundanarum desideria intrinsecus animę intimantur, ex qũo aspectu illicite cupiunt. Quapropter oculus summopere est
Eua. custodiendus, q̃ is sit quasi ianua cordis, & nuncius eorum quæ
Dina. foris geruntur. Si prima mulier Eua oculum suum recte obser-
Holofer- uasset, cõspectum pomum nunq̃ comedisset. Si Dina filia Iacob
nes. oculum suum uagari non passa esset, filius regis ad eam uiolandã
Dauid. nunq̃ pellectus fuisset. Si Holofernes oculos suos occlusisset, lu-
Sodomi- dith caput eius non abscidisset. Si Dauid rex oculos suos auertis-
tę. set, ne uidisset Bersabee lauantem sese: nunq̃ propter conspectã mulieris formam adulteriũ commisisset. Si Sodomitæ clausissent oculos suos, nec iuuenes uidissent quos conspurcasse uoluissent, tandem non periissent. Quare tu sequutus prophetæ huius con- M
Psalm. 118. silium, Auerte oculos tuos ne uideant uanitatem. Verum & ista quoq; oculorum concupiscentia cito transit, non minus q̃ omnia
Superbia uitæ. illius desideria. De superbia autem uitæ, id est de illicita mentis concupiscentia quid dicendum arbitramur? Primo omnium ut sciamus quid per hoc nomen significatur: Superbia est cunctarũ uirtutum nouerca, uitiorum omnium mater, inferorum porta, omnis erroris magistra, discordiæ & litis inuentrix, concordię & pacis destructrix, inuecta per diabolũ, damnata per deũ ipsum, è cœlo deiecta, & in deserto per CHRISTVM penitus deuicta. Licet ergo in cœlo nihil iuris habeat, tamen in mũdo hoc passim regnat, hominesq; sua cõtagione inflat, extollit, tandemq; prorsus sibi suppressos deiicit. Ecce quęso q̃ fortiter astrinxit regem Nabuchodonosor, ita ut nullũ se maiorẽ usq; in toto orbe existi-
Dani. 4. maret. At ecce quomodo mox postea apparuit manus domini in pariete ita scribens & his uerbis eũ admonens: Mane, Thetel, Phares,

, Phares, hoc est, numerauit, põderauit, finiuit & terminauit. Sta-
timq; post hanc admonitionẽ grauem casum passus est, ac de so-
lio regio deiicitur: posteaq; in deserto miseram uitã degens, ue-
, lut bos fœnum per septem annos comedit. Nolite ergo diligere
, mundum, neq; ea quæ in mundo sunt: quia mundus transit & cõ-
, cupiscentia eius. Transit, inquam mundus, labitur, finietur, deci-
pit, interficit, necatq; oẽs in se sperãtes. Quod & euidẽtissime pa
tuit in Xerxe potentissimo illo Persarũ rege, qui ingentes mon-
tes subuertebat, maria constrauit, & terram metu impleuit. Tan
dem tamẽ in Græcia per Arthabanum præfectum superatur &
occiditur. Idem in Alexandro magno perspicuum extitit, qui
post tot uictorias, post tot triumphos, subuersionemq; uniuersæ
Asiæ, imò penè totius orbis: per Cassandrum filium Antipatris
trucidatus est. Idem quoq; in Pompeio magno declaratum fuit,
qui duos & uiginti reges orientales superauerat, Romanoq; im-
perio subiecit: qui contra Sertorium uictoriam obtinuit: qui etiã
Mithredatẽ regem Asiæ, post tot bella deuicit: qui Iudæam cũ
exercitu ingressus, ciuitatem Hierosolymitanam cœpit, templũ
reserauit non deuotione supplici, ut par fuisset, sed plane iure
uictoris usus, ad ipsa sacrosancta sanctorum (quo nemini nisi soli
sacerdoti summo intrare licuit) non ut uenerator sed ut propha-
N. nator accessit. Sed quia sacratissimum templum dei tam irreue-
rẽter prophanauerat, nunq; ex eo tempore (ut est autor Petrus
comestor) pugnare contigit Pompeium, quin superaretur: qui
hactenus fuerat multo fortunatissimus. Admiratus tamen est si-
tum, ornatum, & religionem templi, nihil tamen inde tulit, præ-
cipiens suis, ut à sordibus mundarent templum. Ad postremum
tamẽ in bello quod aduersus Iulium Cęsarem gessit, deuictus au-
fugit. Alexandriamq; petiit quæ Aegypti dicit: cuius caput ma-
numq; dexterã abscidit Ptolomæus rex Aegypti, militq; ad Cę-
, sarem. Iulius etiam Cęsar & ipsi Pompei magni uictor, fermeq;
, totius orbis princeps: tandem Gaio cassio, & Marco bruto con-
, trã eum conspirantibus, tribus & uiginti plagis in capitolio to-
uis confossus occubuit. Sed quid dicã de Gaio imperatore Ro-

1. Ioan. 1. Epa.

Magni principes superbi prostrati.

Xerxes rex.

Alexander magnus.

Põpeius magnus.

Iulius Cęsar.

Gaius & cæteri imperatores.

mano? quid de Nerone, de Helio, de Domitiano, de Gordiano, de Decio, de Valeriano, de Aureliano, de Tacito, de Probo, de Constantino, de Deocletiano, de Iuliano imperatoribus Romanis? Quid de aliis regibus, principibus, magnatibus, nobilibus: aliisq; non paucis qui subito & quasi in iuuenili & adhuc florente

Continuo cuncta mundus.

ætate perierunt, omnia quæ habebant penitus reliquerunt? Ecce itaq;, ecce ut currit mundus semper instabilis & mutabilis: currit cotidie nec fluere desinit donec tandem ad finem perueniat: nec illius gloria diu retinere potest. Vnde fit ut quũ quispiã maxime sperat hoc præsenti gaudio frui, mox, mox mundum hũc relinquere cogitur, & mundus eum. Si ergo noster status & conditio sub perpetuo motu consistat, quid in aliis huius mundi creaturis

1. Ioan. 2.

stabile reperietur? Nolite igitur diligere mundum, neq; ea quæ in eo sunt, quoniam mundus transit & concupiscentia eius. Verum si mundus diligendus non est, quid aliud quæso dilegemus?

Matth. 6.

quid aliud appetemus? Audiamus scripturam. Quærite, inquit,

Ibidem.

regnũ dei & iusticiam eius. Et alibi. Thesaurizate uobis thesauros in cœlis: quandoquidem cœli ipsi sunt opera manuum dei,

Littera.

quemadmodũ hoc loco ait propheta hic noster Opera, inquit,

Expo.

manuum tuarum sunt cœli. Sed quare non dicit, opera manuum tuarum sunt terra? Certe q; his uerbis multo lucidius expressit

Per opera dei ad cognitionẽ eius perueniues.

ipsam maiestatẽ excellentiamq; cœlicarũ creaturarum, in comparatiõe ad terrenas creaturas. Porrò quamuis terrena pulchra sint, quamuis sint bona, splendida, ac lucida satis ex sese: cœlestia tamen longe pulchriora sunt, longe meliora, nobiliora, splendidiora, lucidiora: & (ut uno uerbo dicam) longe omnino & pretiosiora & maioris æstimatiõis. Ideoq; & expressius locutus est, plurimoq; uerborum additione usus est, quum ad cœlicarũ creaturarum facturam peruentum, ita dicens. Et opera manuum tuarum sunt cœli. Cui suffragatur & quod alio loco dictum est, ab

Littera.

Psal. 8.

hoc eodem propheta, Quoniã uidebo cœlos tuos, & opera digitorum tuorũ lunam & stellas, quæ tu fundasti. Et illud etiam.

Psal. 18.

Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annũciat firmamentum. Hic ait opera manuũ tuarũ, at in priore loco, opera

digitorum

digitorum tuorum: quę utraq; ad eundem finem tendunt, nimirũ ad declarandam uirtutem, potestatem, autoritatemq; dei in creatione tantarum, tam uariarum ac mirabilium creaturarũ in terra, in aquis, in aëre, in ipso præcipue firmamento & cœlo. Vnde & Augustinus inquit in symbolo illo quod ad Catheeumenos scripsit, Nonne manus dei uides, quum uniuersam creaturam atAugustinus de symbolo ad Catechumenos.
tendis? Vis ergo noscere qualis sit deus ipse? Vide facturam, & facile intelliges factorẽ: respice creaturas, & cito intelliges ipsum creatorẽ: perscrutare diligenter oĩa quæ facta sunt, nec magnũ erit eum intelligere qui omnia fecit, qui creauit uniuersa. Nam uel teste Paulo, Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enimRom. 1. Expo. ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciũtur: sempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas, ita q; sint inexcusabiles. Aduis ne deũ ipsum noscere, non tam qualis sit, sed etiã quantus sit? Volo inquis. Desidera ergo omnia ea cognoscere, quæ condidit & creauit ipse deus omnipotente manu: quia certum est q; deus hominibus manifestauit hęc omnia. Nam in creaturis suis manifestauit suã summam potẽtiam, suam uirtutẽ, bonitatem, scientiam, immortalitatem, æternitatẽ, deitatem & gloriam: hæc enim omnia hominibus manifestauit deus per creaturas. In his enim uisibilibus creaturis, inuisibilem deum, omnipotentem & æternum deum clare conspicimus. Quare si dei bonitatẽ scire desideras, cõsidera tecũ q; bona sint & q; preciosa, quę creata sunt ab eo. Viderat enim deus cuncta quæ fecerat, & erãtGenes. 1. ualde bona. Si autem dei potentiam uidere cupias, ad eius creaturas, quantum potes, percurrito. Si uirtutem dei admiteris, cõtemplare quales & quãtas uirtutes creaturis suis, nempe herbis, plãtis, lapidibus, animalibusq; dedit. Si scientiam, atq; eas cognitionem, scientiam, & doctrinam hominum in uariis artibus, scientiis & facultatibus, omniũq; disciplinarum generibus. Si gloriam dei conspicere libeat, recognosce hanc qualemcunq; huius mundi gloriam, & delectationes: quę quamuis magnæ sint, paruæ tamen & nullæ potius existunt, si ad cœlestem gloriam conferant. Si æternitatẽ dei scruteris, ecce aurũ & lapides preciosi,

Roma 1. Omnia deum clamant.

& quasi incorruptibiles : ecce sol, luna, corpora supercœlestia, quæ æterna sunt. Et sic quidem inuisibilia ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Omnia deum clamitant, omnia fatentur deum: ipsa denique pulchritudo omnium rerum, est quodammodo quasi uox quædam omnium, deũ confitentium. Cœlum quoq; ipsum deum clamitat, clamat terra, clamant omnes quę uel in cœlo uel in terra sunt, creaturæ deũ creatorem suum, ipsam dei bonitatem, dei potentiam, uirtutem dei, ipsam deitatem ac gloriam. Sed quomodo, inquis, clamant, quũ nullam omnino uocem habeant? Certe clamant, quoties à te cõsiderantur, quoties uidentur, cogitantur aut intelliguntur. Quoties enim ipsam cœli pulchritudinẽ attendis, quomodo uidelicet uariis stellis ornatum sit, cp̃ sit constans ille cœlorum cursus, motus, superiorumq; corporum operationes, quomodo hæc inferiora per superiora corpora reguntur: unde deum agnoscas, satis causæ habes. Idem facere poteris, quando terram terrenasq; creaturas contemplaris & attendis, earumq; uirtutes, operationes, pulchritudinem, & efficaciam. Idem fit, quando aduertis cp̃ sit pulchrum cœlum, cp̃ decora ipsa terra: quando tecum perpẽdis cp deus hæc omnia fecit, cp deus hęc omnia regit, cp ipsius nutu hæc omnia gubernent. In hac itaq; consideratione tua, omnia deum clamãt, omnia deũ confitentur: omnia hæc deum laudant, siue stantia sunt, siue mouentia, siue de cœlo sursum, siue de terra deorsum, siue in uenustate, siue in renouatione. Quum ergo hæc uides, quum his uisis gaudes: attolleris plane in ipsum artificem, & inuisibilia eius per ea quæ facta sunt intellecta cõtueris: ipsum creatorem atq; horum artificem deum ingenue fateris, & cp ille solus omnia fecit, cp nihil illo uno melius sit, pergisq; cũ prophe-

Littera. Expo.

ta hoc clamitare Opera manuum tuarum sunt cœli. Harum manuum opera, fac tecum ideipsum tecum cõsideres o homo. Hæ enim manus quæ fecerunt cœlum & terram, atq; omnia quæ in eis sunt. Porrò cœlum ipsum una cum cœlestibus omnibus creaturis: mare, terra, & quęcunq; in utrisq; sunt, consona uoce protestantur has dei manus: protestantur dei potentiam & uirtutẽ,

protestantur

proteſtãtur immenſam dei gloriam, maieſtatemq; autoris & cõditoris ſui prædicant & laudibus euehunt. Stupenda admodum ſunt opera manuum iſtarum: adeo ut nec uſus ea omnia obtineat, nec creatura ſcire queat, nec mẽs capiat humana, ut terra obſtupeſcat, ut omnis denique creatura atq; adeo cœleſtis, ea miret. Sed quid opus eſt, ut de deo eiusq; manibus plura dicamus? utpote cui uni nihil prius impoſſibile eſt, cui uni nihil difficile, cui omnia facis ſunt facilia: cuius uolũtas manus eſt: & cuius item imperium, opus exiſtit: ut eſt teſtis pſalmographus, ubi ait, Ipſe dixit, & facta ſunt omnia: ipſe mandauit & creata ſunt uniuerſa. Ipſe enim non tam magna q; etiam parua & minuta effecit. Vt uiuos creat, ita & demortuos ſuſcitat. Si quidẽ pictor aliquis eadem arte & opera murem facit, qua facit & elephantem: eadem facit exiguum piſciculum, qua facit & grandia cete: ſic ingens caſtrum, ut exilem domũculam: ita cœlum, ſolem, lunam & ſtellas depingit, ut facit paruam uillulam (nam licet opera diuerſa ſint, ars tamen una manet) quanto ergo magis in condendis rebus idem præſtabit omnipotens deus, qui dixit & facta ſunt oĩa, mãdauit & creata ſunt uniuerſa? Quid illi difficile eſt magna facere, qui ſolo uerbo omnia facit? Qua enim facilitate creauit angelos ac ſpiritus ſupercœleſtes, eadem creauit & luminaria illa in cœlis, eadem piſces in mari, arbores & animalia in terra: eadem denique facilitate, condidit uniuerſa quæ uſq; ſunt, nõ magna ſolum, ſed & parua. Omnia igit̃ iſta omipotentie dei manu creata ſunt & in lucem edita. Iſtæ diuinæ manus ſunt quæ creant, quę gubernant, defendunt, puniunt, erigũt, præcipitant, cõgregant, diſpergũt, damnant, ſubleuant, ſuſtentant, liberant, atq; præmiantur. Multi multi magniq; ſunt harũ manuũ effectus, uaria efficacia. Hiſce manibus deus omnia condidit, omnia gubernat, oĩa diſponit & regit: hiſce manibus protexit filios Iſrael, percuſſit Pharaonem una cum tota Aegypto: his manibus erexit Dauid è paſtore ad illuſtriſſimum regni ſolũ, hiſce manibus regem Nabuchodonoſor é throno depoſuit & diademate, reges ſuſcitat, ac deponit eoſdem, pauperes ab humili loco eleuat, potentesq; de ſede

Pſalm. 148.

Similitudo ſumpta a paſtore.

Effectus manuum dei.

de sede deponit. Hæc dei manus tres pueros in camino ignis protexit, ut & Mosen in mari rubro, Ionam in uentre ceti, Agatham in igne. Hæc eadem manus angelũ è cœlo ad inferos usq; detrusit, hęc manus antiquos patres ab inferno ergastulo in cœlum usq; reduxit, per hanc manum omnia illa tam stupẽda miracula sua ędidit, per hanc etiam manũ iustos saluabit impiosq; cõtra, condemnabit. Vnde uidere licet q; sit uerum quod ait ipsa
Esther. 13. scriptura. Domine in manu tua cuncta sunt posita. De istis item
Hebre. 10. manibus & ab apostolo ita scriptum habes. Horrendum est incidere in manus dei omnipotentis. Cui & Iob quoq; sic accinit,
Iob. 13. Manum tuam longe fac à me. Hæc manus adeo potens & excellens est, ut quicquid facit, longe infra eũ esse necesse sit qui ista hæc facit: si tamen ista quæ facta sunt, amabilia existunt, multo magis ille amari debet, qui hæc omnia omnipotente manu sua cõdidit. Si pulchra quæ fecit ille, quanto erit pulchrior á quo hæc tã pulchra fiunt. Sed semper cauendum est, ne hæc quæ creata sunt ita ames: ut idcirco ab illius amore recedas qui hæc omnia fecit & è nihilo creauit. Nam omnia orta, occidunt: quæ creantur, euanescunt omnia: corruptibilia sunt, nec diu permanere possunt: at creator ille sempiternus est, immortalis est, incorruptibilis, qui ut nunq; cœpit esse, ita nunq; desinet, sed per omne æuum idem & indeficiẽs permanebit. Id quod in hoc proximo uersu sequente, satis liquido demõstrat hic propheta noster, ita dicẽs.

Vers. 27. IPSI PERIBVNT, TV AVTEM PERMANES, ET OMNIA SICVT VESTIMENTVM VETERASCENT. ET SICVT OPERTORIVM MVTABIS EOS ET MVTABVNTVR: TV AVTEM IDEM IPSE ES, ET ANNI TVI NON DEFICIENT. Sanctissimus itaq; propheta hic noster Dauid in his duobus iã prædictis uersibus dei æternitatẽ declarat, & quomodo omnia quæ sub cœlo sunt aliquando sint peritura, atq; finalẽ exitum habitura, ita inquiens, Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnia sicut uestimẽtum ueterascent. Cœli (inquit) peribunt, peribit & ipsa terra: omnia etiam quæ in eis uersantur, sunt item

Ola quæ sub cœlo sunt, innouabuntur.

peritura,

, peritura, finemq; postremum inuentura, quando iudicii dies ad-
, uenerit. Porrò cœli ipsi finem suũ consequentur, terra finem at-
, tinget: cunctæq; creaturæ quæcunq; in utrisq; sunt, finientur tan-
, dem. Atq; tum quidem erit nouũ quoddam cœlum, noua terra:
, ac omnia denicq; noua erunt, omnia denuo renouata. Quod &
, Ioannes in apocalypsi se uidisse testatur, ita aiens. Vidi cœlum Apoc. 21.
, nouum, & terram nouam: Primum enim cœlum & prima terra
, abiit, & mare iam non est. Renouabitur in primis cœlum illud Innouatio cœ-
Empyreum, non autem quantum ad ipsam substantiam aut qua- li empyrei, quo-
litates pertinet, neq; quantũ ad gloriã illã ineffabilẽ: sed quantũ modo erit
, ad innouationem saluãdorũ. Tunc enim oẽs quicũq; uel mortui uel
uiuentes usq; in eum diem reperient, subito uocabunt ad finale
illud & ultimũ iudiciũ: & qui tũ in uita deprehensi fuerint, subito
morituri credunt oẽs, mortuiq; subito uiuificabũtur. Ex qui tũ be-
ati fuerint, non tantum in anima (ut prius) glorioſi erunt: sed &
corpora etiam ipsis animabus unientur, & simul glorificabũtur.
Proinde tũc erit quasi quædã innouatio mutatioq; propter hanc
nouam corporum glorificatiõem ac beatificatiõem: tunc etiam
& ipsa anima, quemadmodum & nunq; habet, suas antiquas do-
tes recuperabit, nimirũ uisionem, delectationem siue fruitiõem,
tentionem siue comprehensiõem. Habebit & corpus quoq; do-
tes suas: uidelicet agilitatẽ, subtilitatem, claritatem, & impassibi-
litatem. Adeo ut propter has animarum & corporum innouati-
ones, cœlum empyreum nõ absurde nouũ dici poterit aut quasi
T. quodammodo innouatum. Verum quum ait Ioannes se uidisse Ibidem.
, nouum cœlum & nouam terram, nõ intelligit per ista duo cœlũ Expo.
, ipsum empyreum in quo insunt ipsi angelici spiritus: sed ipsum Innouatio cœ-
stellatum cœlum in quo insunt duodecim signa, septem planetę: lorum inferio-
sed & ipsa etiam elementa media, nempe ignis, aër, aqua, & ter- rum & elemẽ-
ra. Hæc enim omnia tunc innouabuntur & in melius mutabunt. torum.
Ideoq; subdit Ioannes, Primum cœlum & prima terra abiit: non
quod eorum substantia tum mutabit, sed q; manente illa, mutabun-
tur hæc & in meliorem formam innouabuntur idq; in qualitati-
bus ac proprietatibus suis. Cæteræ tunc illorũ dotes & qualitates

siue

Psalm. 96. Expo. Ignis. Elementorum qualitates mutabuntur.

siue actiuæ siue passiuæ deficient & mutabunt. Vnde & in psalmo etiam sic scribitur, Ignis ante eum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius. Ignis iste sua uirtute & mirabili actione purgabit omnes corruptibilium elementorum qualitates, quæ hisce corruptibilibus corporibus nostris cõgruebant: hæc tamẽ ignis incendio penitus interibunt. At postea illorum substantia huiusmodi qualitates habebit: quæ corporibus immortalibus & incorruptibilibus conuenient. Vnde nec igni remanebit sua caliditas, ut nec illa uehemẽs actio & uis consumptibilis, qua omnia cõsumit & haurit. Frigiditas aëris amplius nõ erit, ut nec tẽpestates illę aereę, nebulæ, tonitrua, fulgura, coruscationes: ut nec pluuię, grandines, niues, nõ uentus, nõ nubiũ densitates, nonnurbines, aut huiusmodi res, quæ in aere generant & fiunt. Nec aqua iam ulterius habebit suam grossitatem, non solitam amaritudinẽ, non salsedinem, nõ frigiditatem, & huiusmodi quippiam: ut nec ullam omnino noxiam qualitatem aut nocendi uim. Terra quoq; nõ retinebit ulterius ullam grossitatem, ponderositatem, obscuritatem, aut corruptibilitatem, aut alia similia. Quin & istæ prædictæ elementorum feces, uidelicet tempestates, nebulæ, nubes, fulgura & coruscationes, tonitrua, pluuiæ, grandines, gelu, glacies, niues & cætera id genus: ut & frigiditates, caliditates, corruptibilitates & huiusmodi: hæc (inquam) omnia ad inferos ablegabuntur ad augendam damnatorũ pœnam. Cæteraq; omnia erunt plane quasi immortalia, erũt quasi subtilia, clara, agilia, incorruptibilia, immutabilia. Atq; hoc ipsum est, quod ait Esaias propheta, Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora. Omnia noua erunt, omnia de integro innouabuntur: cœlum nouum erit, erit & noua terra. Erunt ne & ipsi cœli noui? Erunt certe. At intelligendum est cœlos illic capi pro cœlis illis & orbibus, qui infra ipsum cœlũ Empyreũ existũt. Quãdoquidem illud cœlum neutiq; peribit, illud cœlum neutiq; innouabitur: nec quantum ad substantiam, nec quantum ad materiam, nec quantum ad ipsas qualitates, quia illic est æternitas, illic incorruptibilitas ac immutabilitas. Nihilominus tamen erit

Aër.

Aqua.

Terra.

Esai. 65. Expo. Cœlũ & terra quomodo noua erunt.

illic

illic certa quædam creaturarũ innouatio, quãdo ipſi innouabuntur, quando omnes probe uiuentes illuc tranſferemur, quando beati ipſi qui uel nunc ſunt, uel impoſterum ſunt futuri, illuc tandem accedent: quando & ipſa corpora rurſus animabus ſuis adiungentur, illic deinceps gloriosa futura, illic quoq; immortalia. Quia tunc & corpora ipſa una cum animabus æternaliter depu-
tabuntur, ut in deo glorientur ſimul & gaudeant. Erit tamen & in hoc empyreo cœlo in illo die innouatio quædam. Nam (ut ait
, apoſtolus) Deus eos qui dormierunt per IESVM adducet cum 1. Theſſa. 4.
, eo: & nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus in aduentu domini, non
, præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe dominus in
, iuſſu & in uoce archangeli deſcendet de cœlo: & mortui qui in
, CHRISTO ſunt reſurgent primi, deinde nos qui uiuimus, &
, qui relinquimur ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam do-
, mino in aera. Cæterum in ipſo raptu moriemur & ſubito reſurgemus ut eſt frequentior interpretum opinio, & uiui coram tribunali dei ſiſtemur. Tunc quidem illa ipſa corpora quæ abhinc *Et corpus & anima ſuã rurſ ſedẽ recipiet.*
ad mille annos demortua ſunt, quæ iam putruerũt in cineres uerſa: iterũ in uitam reuocabuntur iungenturq; ſuis animabus. Porrò uſq; in eum diem, animæ ipſæ aut pro uirtute exercita in cœlis uerſantur: aut pro uitiis ſuis apud inferos damnatæ pœnas luunt, niſi interim, nõ dum ſatis purgati, in purgatorio manent. At
X. corpus ipſum interim iacet demortuum. Sed conſentaneum nõ eſt ut corpus quod pro dei amore graues pœnas tulerit in terris, ſua mercede careat: ut nec cõtra, par eſt, ut corpus illud quod ſic uitioſe & abominabiliter uixerat, quod ultra omnem modũ ſe peccatis polluerit, ab æterno ſupplicio eximatur. Sicq; fiet ut tũc utraq; uel ad inferos, uel ad cœlos emigrabunt. Cæterum inter *Mortuor corporũ & animæ damnatorum.*
corpus & animam, quum damnanẽ, remanebit perpetuũ murmur & contumeliæ: dum alterum alteri ſuam perniciem & damnationem improperabit. Quoniam ut ſcriptura ait, Vermis eo- Iſai 66.
, rum nunq; morietur: & ignis eorum nunq; extinguetur. Ex his ergo quę iam diximus, ſatis perſpicuum eſſe poteſt, q; ſit uerum
, quod ait Paulus. Præterit, inquit, figura huius mundi, non autem 1. Cor. 7.

ſubſtantia. Sic cœli inferiores una cum corporibus ſuis innouabuntur quidem, uerum non quantum ad materiam & ſubſtantiam, ſed quantũ ad qualitates & formas accidentales. Tunc enim illorum motiones ceſſabunt, tunc ceſſabunt & operationes quas in hæc inferiora corpora prius habuerunt: de quibus ſuperiore die plura tibi demonſtraui. Tum enim non amplius efficient generationem aut corruptiõem in hæc ſubiecta corpora: quandoquidem tũc illorum influentiæ & diſpoſitiones ceſſabunt, ceſſabit etiam & ſolitus illorum motus & curſus. Tũc enim illa ſuperna corpora erũt clariora, pulchriora, iucundioraq; q̃ nunc ſunt. Tunc & nos quoq; clare uidebimus gloriam dei, potentiam, & bonitatem, magis relucere apparereq; in illis, q̃ nunc uidemus. Atq; hæc cœlorum innouatio in ſcriptura, creatio quædam dicitur: uti quum ait Eſai. 65. Ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam. Tunc etiam & ipſi inferiores cœli & ipſa elementa media, innouabuntur eo modo quo dictum eſt: aliaq; quo ad qualitates erũt: ut propheta hic noſter peritura ait, ſic inquiens, Ipſi peribunt tu autem permanes, & oĩa ſicut ueſtimentum ueterascent. Omnia, inquit, peribunt, finientur omnia, omnia de niq; ſuum extremum terminum conſequentur: peribunt ipſi cœli, peribit terra, & noui fient iuxta illud Eſaiæ, Ibidem. 66. Suht noui cœli & noua terra. Quoniam poſt iudicii diem, innouabuntur & ipſa corpora cœleſtia: non tamẽ quod ad ſubſtantiã attinet, ſed quantũ ad qualitates. Quãdoquidẽ humiditas, caliditas, frigiditas, obſcuritas, procellæ, tẽpeſtates, mutationes, generationes & corruptiones: hæc certe omnia & cætera huiuſmodi, in melius commutabũtur, nimirum in pulchritudinem, ornatum, decorem, claritatem, delectationẽ, incorruptibilitatem. Sicq; fiet ut incomparabilis illa dei bonitas magis reluceat, idq; ad honorem & gloriam dei, ad ſummamq; electorum conſolationem, qui in ipſis tum melius q̃ antea contẽplabunt ipſam dei bonitatem & potentiam. Ad hunc ergo modum peribunt omnia inferiora, omnia elementaria, quantum ad ipſas qualitates & formas accidẽtales ſpectat, quantumq; ad diſpoſitiones aliquas ac nouas quaſdam conditiones. Quoniã ipſa corpora

Littera. Y.

Expo.

Omnia in melius commutabuntur.

corpora cœlestia tum à motu locali cessabũt, elemẽtariaq; à mutua inter se actione & alteratione quiescent, remanente tamen illorum substantia. Inferiora quoq; à generatione & corruptione cessatura sunt: & nouas acquirent formas, nouas conditiones, itaq; conditiones eorum quæ modo sunt inueteratæ, tunc erunt à uenustate aucti, in modum induentis nouum uestimentum & deponentis uetus. Vnde & propheta hic noster cõgrue adiungit,
, Et omnia sicut uestimentum ueterascent. Hic enim propheta si- Littera.
militudine quadam utitur, quam & pro exemplo suo hic usurpat. Porrò quemadmodum quum quispiam nouum indumentũ nactus sit, uetus statim deponit: ita quum deus ipse hos cœlos & hanc terram nouo amictu inuestiet, qui amictus habebit preciosas quasdam qualitates, nouas proprietates, nouas formas, nouas uirtutes, maioremq; uenustatem q̃ habuit uetus cœlum aut uetus terra, tunc uetera illa deponentur. Tunc etiam prior corruptibilitas, mutabilitas, mortalitas, prorsus exuẽtur: omniaq; deinceps erunt immutabilia, incorruptibilia, immortalia, tumq; futura sunt perpetua, unumquodq; etiam iuxta naturam suam plenum pulchritudine & uenustate erunt. Sicut enim uestimentum aliquod Similitudo.
quum adhuc nouum sit, pulchrum & decorum apparet, uetꝰ siue usu nimio siue nimia uerriculi attritione ueterascit: sic omnia quæ in hoc mundo uersant, quũ usu & longo tempore inueterascent, ad extremum finem tendunt, tandemq; peribũt. De his & apo-
, stolus Petrus ita loquit, Nouos cœlos & nouam terram expecta- 2. Petri. 3.
, mus, id est cœlos innouatos ac terram innouatã uidelicet in con- Expo.
ditionibus, proprietatibus & effectibus suis, non autem in substãtia. Nã sicut mutãdo uestimẽta nostra exuimus uetera & noua induimus: sic quidem tũ cœli tũ terra, id est elemẽta oĩa posteaq; uetustas suas conditiones deposuerint, in meliorem quandam conditionem innouabuntur q̃ unq̃ antea fuerant. Cooperiẽtur enim nobiliore coopertura & tegumẽto, idq; ipsius dei manu & imperio: quod etiã & ꝓpheta hic noster ita etiã testatũ reliquit,
Z. ET SICVT OPERTORIVM MVTABIS EOS, Vers. 28.
, ET MVTABVNTVR. Sic ut diximus, mutabunt quidẽ Expo.

Qualitates elementorum in melius commutabuntur.

omnia post ultimum illud iudicium. Porrò ipsa terra post iudicium non erit tam sordida, tam limosa & lutosa ut nunc est: sed tota mũda erit, tota pura, tota clara, & uelut crystalli speciem referens. Similiter nec ipsa aqua tum tam turbida erit, tam æstuosa & plena procellis sicut modo est: sed humilis, sed plana, clara, iucũda, nec ipsi naturæ nociua. Quin & cœlum ipsum non amplius erit nebulosum, nec obscurũ ut modo apparet: sed erit ualde lucidum atq; item splendidum. Et tunc quidem cessabunt omnes motus naturales, cessabunt generationes simul & corruptiones tam in istis inferioribus q̃ etiã in superioribus, idq; propter cessationem motus primi mobilis, quod tum demum quiescet. Stabunt etiã ipse sol, luna, planetæ, stellæ, cæteriq; cœli oẽs. Adeoq; tũc omnia innouata erunt, ut ipsa terra puro uitro assimilari poterit: aqua æque clara atq; est nũc ipse aër, at ipse aër lucebit sicut ignis, sphera ignis non minus lucida q̃ ipsum cœlum, luna perinde atq; sol clarescet. Cæterum sol septempliciter in suo splendore augebitur, sicut lux septem dierum, ut habetur Esaiæ tricesimo. Ac tum quidem (ut mox dixi) cessabit omnis motus, cessabit totum generandi & corrumpendi negotium: tum cœlum & terra illam nouam formam pr̃ se ferent, quam uidens beatus Ioannes ait, Vidi cœlum nouũ & terram nouam. Sicq; patet quomodo sub iudicium extremum peribũt cœlum & terra, quomodoq; hæc omnia ueterascent, & quomodo item nec ueterascent nec peribunt: & item quantum ex eis peribit, & quantum e contra remanebit. Tum etiam patebit quomodo omnia hæc inferiora & superiora quæ sub cœlo illo empyreo existunt, mutabuntur atq; alia fient. Patebit etiam euidenter q̃ cœlum & terra initium suum habuerint, q̃ à deo omnipotente suam sortita sint institutionem, q̃ eiusdem mirabili potestate perdurent: & q̃ demum finem suarum conditionum, quas nunc habent, quando deo uisum fuerit, habitura sint. O miram itaq; hominum cæcitatem, qui totam mentem suam, totam suam uoluptatem in his mundi creaturis collocant, quæ tam sunt uariabiles, tam lubricæ, tam inconstantes, tam caducæ, tam transitoriæ, tam q̃ fragiles, q̃ permanere nequeant.

Esai. 30.

Apoc. 21.

Veterascent omnia & non veterascet, & quomodo?

A.

nequeant. Quantæ tenebrę & cæcutientia animi in illis hominibus uiget, qui uix semel in die, uix semel in hebdomada recordari possunt domini dei sui, ut nec cœli aut inferorũ. Sed proh dolor o homo, cur non consideras hunc damnabilem mũdum? cur non cõsideras hanc diabolicam uoluptatem, nimirum q̃ sit breuis, q̃ succincta, q̃ transitoria, q̃ fallax, & q̃ deniq; damnabilis?

Quoniam omnia sicut uestimentum ueterascent & mutabuntur. Littera.
Cunctæ res istæ abibunt penitus, nihil quicq; illarũ hic remanebit. Quin & tu ipse quoq; una cũ illis abibis quoq;, idq; ad ipsum diabolum cum omnibus uoluptatibus & illecebris tuis, nisi abominandam uitam tuam citius mutaueris. Sed relinquamus hanc cæterarum creaturarum mutationem, & ad hominis mutationẽ ueniamus. Quidam enim de bono in malum mutantur, quidam econuerso è malo in bonũ. Rursus alii de bono in melius abeunt, alii uero de malo in peius: alii deniq; ad bonum prorsus sunt immobiles. Sũt etiam nonnulli qui totam uitã suam ordine inuerso prorsus mutant uertuntq;, & subinde etiam in deterius, nouam uestem bonã pro uetere mala commutantes, & preciosam quoq; pro uili: qui bonum in malum conuertunt, qui á uirtute in uitium ruunt, qui à gratia ad scelus transiliunt, quemadmodum & uestimentum aliquod aut operiorium immodico usu & uerriculi continua attritione consumi solet, atq; in nihilũ redigi. Atq; hęc quidem mutatio proficiscit partim è fraudulẽta diaboli solicitatione ac pellectiõe: partim uero ab humana fragilitate. Quoties uidelicet aliquis ita leuis & inconstans sit, ut quamlibet leuem motionem sequatur, ut uel leuissimæ tentationi succũbat. Vnde & Ecclesiasticus eum qui tantæ leuitatis sit, nõ abs re lunæ comparat, dicens. Homo sensatus in sapientia manet, sicut sol: stultus uero ut luna mutatur. Sicut sol. Quemadmodum enim sol semper est uniformis non in motu tantum, sed & in lumine etiam, in claritate & splendore: sic & sapiens semper in uita sua uniformis est, semper constans & sui similis, in moribus & uerbis semper constans, semper idem tum in sermonibus tum in factis, tum deniq; in omni uitæ ratione, moribus & exemplis. Nullũ enim uirtutis

Mutationes hominum uarię.

B. *Eccle. 27. Expo. Sapiens ut sol, constans.*

lumen amittit ſapiens, ſemper uelut clarus ſol relucet tam in diui-
Stultus mutabilis ut luna. na uirtute q̄ etiam in omni uitæ ſanctimonia. Quum tamen ſtul-
tus contra ut luna mutatur. Peccator enim inſenſatus nō ſecus q̄
Luna ſemper mutabilis. luna ſubinde mutatur hicq̄ alius atq̄ alius. Porrò luna ſemper ua-
riabilis eſt, ſemper mutabilis & inconſtans: modo plena, modo
euaneſcens, nunc cornuta nunc rotunda, interdum ſplendida in-
terdum tenebroſa, aliquando ſublimis, aliquando ima petens.
Habet etiā luna obſcuram quādam partem intra ſe inſtar nubis
opacā, cursumq̄ ſuū in zodiaco ſi mel quouis mēſe perficit: quod
ſpacium ſol non nisi integro anno conficit, idq̄ ratione motus ſui
retrogradi, per motum uidelicet raptus, quādo ſcilicet raptu ſui
orbis in diuerſum fertur. Atq̄ hoc ipſum eſt quod ſingulis men-
ſibus eclipſim efficit. Stultus ergo ut luna mutatur. Luna ſemper
uariat nec un̄q̄ in eodem gradu conſiſtit, ſed modo plena modo
ſemiplena, nunc angularis mox rotunda, nunc decreſcens nunc
eclipſata, nunc prætergreſſa eclipſim. Sic & ſtultus quoq̄ muta-
tur ita ut modo probus ſit, modo improbus, nūc uirtuoſus nunc cō-
tra uitioſus, interdum pœnitens interdum rurſus peccator, ſem-
per quidē uariabilis, ſemper mutabilis & inconſtans, nunc præ-
ſens nunc abſens, modo intus mox foris, aliquando hic aliquan-
do ibi, ad modū lunæ ſemper uarius & inſtabilis. Stultus, & me-
rito ſane ſtultus appellari poteſt, qui ob exiguam corporis uolu-
ptatem, ob rem nihili, ob paux illum oblectatiōis: æternam illam
& cœleſtem gloriam amittere nō formidabit. Stultus itidem eſt
qui mauult diabolo inſeruire qui nullam aliam mercedē impartitur
q̄ pœnas: q̄ domino deo noſtro qui pro paululo ſupplicio
Eccle. 7. æternam elargitur gloriam. Stultus ut luna mutatur, à cogitatio-
ne uidelicet in cogitationem, de deſiderio in deſiderium, de uoli-
to in uolitum, de uoluptate in uoluptatem, de peccato in pecca-
tum, de miſeria in miſeriam, de carnalitate in carnalitatē, de gra-
Homo beſtialiter mutatus, in bæluam mutatur. tia in culpam, de delectatione in damnationem. Sed o miſerabi- C.
lem & p'urimum dolendam mutationem, ut homo qui rationis
capax eſt, ſeſe in bæluam tranſformet, atq̄ à rationali creatura
degeneret in beſtiam. At te bæluam eſſe oportet, ſi non ſecus q̄
bæluæ

bælua uixeris, bestialemq; uitam sectaris. Porrò bælua alium ducem non habet q̃ sensualem corporis appetitum: iuxtaq; sensualitatem suam omnia agit. Neq; aliter sane facit homo stultus, homo peccatis immersus: dum semper sensuales corporis motiones sequitur & perficit. Vnde & Boetius non ineleganeer assimulat uaria peccatorum genera, uariis bruotũ animalium speciebus: uti superbum leoni, iracũdum cani, insidiosum lynci, pigrum asino, gulosum lupo, auarũ talpæ uel serpenti, luxuriosum porco, hypocritam uulpi, inconstantem auibus circumuolitantibus. Qua ratione fit ut qui uirtutem deserunt, uitiisq; infoedentur: merito beluæ appellari possint. Cuius rei si quis exemplum desideret, habet apud Danielem prophetam ipsum Nabuchodonosor: qui de regia maiestate & summa gloria ceciderit, qui de solio regio ac diademate deiectus erat, subito ac miserabiliter in bestiam transmutatus est, ita ut quasi bos cum bobus conuersatus fœnum ut bos comederit, ut rore cœlesti corpus eius sit infectũ, ut capilli item capitis eius in aquilarum similitudinem crescerẽt, & ungues eius quasi ungues auium. Mira profecto res est, nõ solum hominem sed tantum etiam regem, tam potentem & nobilem, sic per ignobilem uitam & peccandi licentiam in bouis effigiem permutari. Quare o ingratissimi peccatores, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Nolite, inquam, bæluinis desiderii uestri passionibus nimium mordicus adhærere, nolite fœdas carnis uoluptates sectari amplius. Memento te q̃ homines sitis, q̃ intellectum dederit uobis deus, q̃ uos etiam instruxerit spiritus sui inspiratione, gratiæ suæ instinctu, ac uerbi sui prædicatione: ut eum cognoscatis, ut eum cogitetis & seruatis, ut eum timeatis & ametis. Bæluæ enim & bruta animãlia obstinata sunt, superba sunt, ingrata etiam in magistrum suum, ut quem à cæteris non raro minime discernunt: motus carnales insequuntur, appetitumq; suum semper imitantur. Sicq; peccator (ut prophetæ huius uerbis utar) Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Nã & puer quispiam patri suo similis esse perhibet, uel q̃ illi in uultu similis sit, uel q̃ paternos

Boetius. Varia peccatorũ genera, uariis bruti animãlium speciebus assimilantur bælua.

Danie. 4. Nabuchodonosor uerius bos effectus.

Psal. 31.

Naturæ bæluarum.

Psalm. 48.

Filij interdum patrũ mores, interdũ faciem referunt.

mores referat. Nonnulli enim faciem paternam egregie expri-
munt, qui tamẽ à paternis moribus longe absunt: amantur tamẽ
à patre uel hoc nomine q̃ patris faciem ac uultum repræsentẽt.
Sunt & cõtra, qui paterni uultus similitudinem neutiq̃ assequun-
tur, uerum illius mores ac conditiones pulchre æmulantur. Atq̃
de hisce prodit illud dictum uulgare, ut quum dicimus aliquem
esse germanum & genuinum patris sui filium: nempe q̃ patero
nis moribus per omnia respõdeat. Atq̃ hunc filium pater maxi-
me facit, propterea q̃ suis moribus similis sit, Iudæi autem iacti-
tabant se Abrahæ filios esse, sic gloriãtes, Nos sumus filij Abra-
hæ, nos sumus electi, nos sumus quibus promissiones legales fue-
runt, nos saluabimur, quandoquidem filij Abrahæ sumus. At
CHRISTVS ipse utrumq̃ inficiatus est & negauit, dicens,
Vos ex patre diabolo estis & opera eius facitis. Ecce quomodo
CHRISTVS Iudæos cognominat iuxta modum uitæ suæ uel
Abrahamitas si bene uixerint, uel diabolicos si male: addens eti-
am. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Non est, non est,
crede mihi nomen nudum Christiani, quod te seruabit: sed ope-
ra sunt, opera, inquam, sunt, quæ Christianum declarant. Nam
si millies baptizatus esses, si millies Christianismum induisses: si
tamen more Christiano non uiuas, certe condemnaberis. Vis
ne deũ cognoscere? Volo, inquis. Hoc autem ut facias, ad opera
eius eũdum est, quo & ipse CHRISTVS te mittit, dicẽs Ope-
ra quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Eodem modo
si uere Christianum scire desideras, ad opera eius semper respi-
ciẽdum est. Nam, ut etiam CHRISTVS ipse autor est, Arbor
bona non potest facere fructus malos. E regione si diabolicum
hominem scire labores: ad opera eius oculos obuerte. Quem-
admodum & bæluinum hominem uix alitũde melius cognosces,
q̃ è bæluina uita sua. At qui contra, ratione duce uitam instituũt,
dii potius q̃ homines appellandi sunt: quod & psalmographus
quoq̃ ita attestatur, Ego dixi, dii estis, & filii excelsi omnes. At
quare uocat eos deos, nisi q̃ diuinitus potius q̃ humanitus uiuere
uideantur: sicut & bestiæ quoq̃ uocitantur, q̃ bestiarum more
uictitent,

Iohan. 8.

Ibidem.

Ibidem.

Opera, Christi aũ declarant.

Idem. 5.

Matth. 7.

Psal. 81.

uiſtitent, & diaboli item ob diabolicam uitam. Talis enim quiſq; efficitur, quale uiuendi inſtitutum ſibi deligit. Quia ut ait Ariſto
» teles, Forma dat eſſe rei: qua ablata, res non eſt. Tãdiu enim ec» cleſia dicitur eccleſia, uel domus dicitur eſſe domus: quãdiu in ſe retinet formam eccleſiæ uel formam domus. Q; ſi quando fun» ditus deſtruatur, ruinamq; patiatur, nõ amplius dicitur eccleſia, nõ amplius domus: ſed ſimpliciter dicitur cõgeries lapidum, cu» mulus domus ruinoſæ, aceruus lignorum, cæmentum, aut aliquid tale. Eſt ratio huius eſt, quia perdit formam eccleſiæ, uel domus.

7. Metaph. Forma dat eſſe rei.

E. Hoc ergo ad hunc modum diſcuſſo & præſuppoſito, quærendũ reſtat, cur homo ſingulariter homo appelleur? Facilis tame reſponſio eſt, non aliunde eũ ſic appellari q; propter eius formam, uidelicet animam rationalem, propter ipſum rationis uſum ſoli
» homini conceſſum. Quia ut philoſophus teſtis eſt, Homo eſt
» maxime intellectus & ratio. Præcipua enim pars hominis eſt ra» tio & intellectus. Nam corpus licet infirmum ſit, licet ſit imbecil» le: adhuc tamen quandiu intellectum habeas & rationem, perfe» ctus homo es. Verum ſi his dotibus careas, amiſiſti penitus ho» minis uocabulum. Tunc enim tu nonaliter homo dicendus es, q; ſi eſſes homo pictus aut homo mortuus: qui licet homines non ſint, tamẽ homines appellantur. Noſti enim ipſe q homo pictus non ſit homo, q item mortuus homo nequaq; homo ſit: & tamẽ homo pictus uulgariter dicitur homo, ut & homo mortuus: quũ tamen hi nihil minus q; homines ſint. Similiter & ille homo qui ratione ſimul careat & intellectu: homo dicitur, licet reuera in mo» ribus á bæſua minime differat. Res ergo illa qua homo à beſtia differt, ratio eſt & intellectus, & non tantum forma corporea. Quod quæſo diſcrimen inter ſimiam & puerulũ deprehendes, ſi ipſa ſimia nõ eſſet uilloſa. Vides cotidie plures beſtiolas eaſq; uariarum ſpecierum & formarum: at forma illa quæ hominem uere diuerſificat à cæteris animantibus, non eſt aliud q; ratio.
» Audi quæſo ipſum philoſophum ita dicẽtem. Homo eſt animal Philoſophus.
» rationale. Ecce hic attribuit homini ſuam peculiarẽ formam, ſuã ueram differentiam, uidelicet rationale, qua à cunctis reliquis animantibus

Homo unde, & quãtu, & quomodo dicatur homo?

9. Ethico.

animãtibus distat & separatur. Quia non ulla res alia est, de qua dici potest animal rationale, nisi solus homo. Quum ergo ab omnibus aliis animalibus per solam rationem differat homo: fit quoties per peccatum & sensualitatem rationem amittit, ut nihil à brutis differat animalibus. Vnde fit ut homo qui ad rationem participandam creatus est, efficiatur animal sensuale dumaxat, nec quicq̃ minus q̃ rationale. Quandoquidem cui non competit diffinitio, nec quod diffinit competet unq̃. Præterea & philosophus in politicis suis triplicem uitam assignat, uidelicet uoluptuosam politicam, & cõtemplatiuã. Et qua considerabat Aristoteles hominem esse mediũ inter superiora & inferiora, id est inter ipsos angelicos spiritus & bruta animantia: affis mauit hominem tripliciter uiuere posse. Primo enim omnium ti in uiuendo cum brutis participat, recte cõuenit ei uita uoluptuosa, quam & cum bæluis communem habet. At secundo modo quatenus ratione utitur, congruit homini uita politica & ciuilis. Tertio autem modo in quantum cum angelis communicat idq̃ in speculatione & contemplatione, conuenit illi uita ipsa contemplatiua. Quicunq; igit iuxta uoluptuosam uitam uiuere instituit, non immerito bælua dicitur. Qui autẽ uitam ciuilem & politicam exercet rationeq̃ utitur, hominis uocabulum habere meretur. At qui sanctiorem illam & contemplatiuam sectatur, angelus potius q̃ homo dicendus est. Quod & diuus Hieronymus ita testatur dicens In carne præter carnem uiuere, angelica potius q̃ humana uita & dicitur, & est. Concludendum ergo est, q; qui bestialiter uiuit, qui brutali & uitiosa uita utitur, recte bestia & animal brutum dici possit: nec homo appellandus est, nisi tantum æquiuoce, quemadmodum & homo pictus aut mortuus interdũ homo dicitur, sed nomine tantum, nõ autem re. Et proinde de huiusmodi hominibus sic uitiose uiuentibus, scriptura ita testatũ reliquit, Nihil, inquit, habet homo iumento amplius, subaudi præter unã rationem. Si ergo ratione careat homo, mox in bęluinam uitam prolabitur, ruit in turpem uoluptatem, in sensualitatem, in carnalitatem, in fœdam libidinem, in gulam, in omnem deniq; uitiorũ colluuiem.

8 Politi. Vita triplex.

Hieronymus ad Eustochiũ

Eccle. 3.

colluuiem. Vnde & propter detestabilem ac baluinũ uitam fi-
am non sine causa illud prophetæ huius de se pronũciare posset
, Vermis sum & non homo, obprobrium hominum & abiectio
, plebis. Ecce quomodo se iam peccatis deformatũ, etiam uilissi-
mæ creaturarum uiuentiũ comparat, adeo ut iam fateatur se ne-
mine hominis prorsus indignũ, neq; id tantum, sed se etiam ob-
probrium hominum esse prædicat & ita inter omnes homines
abiectum, ut nõ sit iam amplius dignus qui inter homines nume-
retur. Videte itaq; modo Christiani homines, quanta infortunia
homo per peccatũ incurrat, quantamq; insuper dignitatẽ amit-
tat, ac denicq; in quantum dedecus pronus corruat. Sed sunt etiã
quidam qui contrario & oppositio modo permutantur, de malo
uidelicet in bonum, de culpa in gratiam, de superbia in humili-
tatem, de ira in mansuetudinẽ, de gula in abstinentiã, de auaritia
in liberalitatem, de libidine in uitæ castimoniam ac pudicitiam.

Psalm. 21. Peccatis pp peccatũ uilis-tas.

2. Quidam commutãtur de malo in bonum.

G. Quemadmodum & uidemus etiam plerũq; operiorum siue ue-
stimentum aliquod materiale, quando scilicet ruptum est aut la-
ceratum, non raro artificis opera refarciri & in melius restitui.
Atq; in hac reparatione deus ipse opifex & factor est, quoniam
, Spiritus ubi uult spirat. Ille solus est qui facit ut bonus sit, quisquis
bonus uspiam reperitur. Ille est qui uoluntatem excitat, & ad bonũ
opus perficiendum perducit, qui te perficit, & qui te probũ red-
dit. Quod & scriptura in Saule rege ita factum commemorat,
, ita inquiẽs. Spiritus domini ruit in Saul, & mutatus est in uirum
, alterũ. Hic dei spiritus mirifice operat, ubicũq; uenit. Hic spiri-
tus hoiem subito mutat, efficitq; è peccatore probũ uirũ, è iugo-
bo humilẽ, è libidinoso castũ, & ita de cæteris his similibus. Sic
ergo per hunc spiritũ mutatus Saul, multa fecit ad laudem dei &
honorem in primis spectantia. Nam præter cætera bona opera
etiam religionem primus instituit eorum, qui canerent & psalle-
rẽt assidue coram domino. Et licet iam à domino repudiatus in-
nocentiam non habuit Saul, habuit tamẽ sanctitatem quandam,
non autem uitæ sed unctionis. Quid enim aliud est spiritus domi-
ni nisi gratia sancti spiritus, quæ quum semel irruerit in hominem
peccatorem,

Iouin. 3.

1. Regũ. 10. Spiritus dei mirifice operatur in conuersione peccatorum.

Saul.

peccatorem, subito mutat eum in uirum alterum: quando uidelicet de peccatore iustum efficit, de inimico amicũ, de filio perditionis filium dilectionis, & hæredem regni cœlestis? Qz subito quęso mutatus est & ipse Paulus, qui in uirũ aliũ mutatus est, quũ in terram repente prostratus fuerat? Nonne è persequutore subito factus est uas electionis? uas gratiæ? & tuba euangelii? Nõne è rapaci lupo, subito agnus mansuetus ac mitis ouis est effectus? Porrò Paulus ipse nondũ cõuersus, sæuissimus CHRISTI eiusq; ecclesię persequutor fuerat: ut quam ualidissimis machinis expugnare sedulo tentauit. Vnde & in actis apostolicis ita scribitur, Saulus adhuc spirans minarum & cędis in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: ut si quos inuenisset huius uiæ uiros ac mulieres, uinctos perduceret in Hierusalem. Spirans minarũ & cędis in discipulos domini, ex uehementi uidelicet spiritu persequutionis, ignem accendens in se & in alios contra ecclesiam CHRISTI, contraq; Christianos omnes, atq; adeo contra CHRISTVM ipsum minitabatur uerbis sæuis & iniuriosis: & cędibus, id est uerberibus & flagellis in discipulos ipsius CHRISTI. Nec his contentus, petiit pariter & obtinuit à principe sacerdotũ epistolas, literas, & autoritatẽ ad synagogas: ut si quos Christianos illic inuenisset, eos uinctos perduceret Hierosolymã, ut ibi capite plecterentur. Id quod etiam alibi ipse de se testatur, dicens, Hanc uiam persequutus sum usq; ad mortem, alligans & tradens in custodias uiros & mulieres. Fecit ergo Paulus quantũ potuit, ut extingueret Christianos oẽs atq; item totã CHRISTI doctrinam frustraretur: nimirum per uerba minabunda, per sęua uerbera & flagella dura, per cruces, torturas, & patibula: imò per omnigena mortis genera. Nam & morti quoq; protomartyris Stephani cõsensit: quemadmodum & ipse de se testimoniũ perhibet Actorum capite uigesimo secũdo, his quidem uerbis, Quum funderetur sanguis Stephani testis tui domine, ego astabam & consentiebam, & custodiebam uestimenta interficientiũ illum. Vides itaq;, dum Stephanus lapidibus obrueret, adfuisse etiam

Paulus.

Act. 9. Expo.

Pauli sæuitia in Christi ecclesiam.

Act. 22.

Stephanus.

Ibidem.

etiam Saulum, lapidantium uestimenta seruantem: sic magis ſaeuiens dum illos omnes adiuuaret, & si interim manibus iniectis in martyrem CHRISTI lapides. Huic consentit & illud eiusdē de se testimonium, Supra modum persequebar ecclesiam dei, & Gala. 1.
expugnabam illam, & proficiebā in Iudaismo supra omnes coetaneos meos in genere meo: abundantius emulator existens paternarum mearum traditionum. Viuebat olim strenue quę legis sunt persequutus, legiq; perpetuo adhærens circumcisionem seruabatq; diligenter obseruabat, contraq; omnia quæ lex fieri demandabat: uerum ex altera parte, Christianos plusq; reliqui Iudæi omnes persequutus est, credētes in CHRISTVM passim infectabat, & inualuit contra eos. At quid in causa erat cur Saulus in Christianos sic acriter sæuiebat? Haud dubie uidebat miracula illa & prodigia, quæ fiebant per apostolos: dū nouam quandam & mirabili doctrina CHRISTVM prædicabant, quem Iudæi crucifixerunt, cotidie conuertentes non exiguam populū ad fidem IESV CHRISTI. Atq; hæc uidens timuit ne antiqua lex, in qua fuerat enutritus, euacuaretur. Ista ita succensus, literas impetrauit à principibus sacerdotum, famulos ac negotii sui socios accersiuit, dicēs Eamus in Damascum, ubi inuenerimus istos traditionū nostrarū destructores, ligatos eos uerberibus & uinculis affligemus, atq; deniq; eos Hierusalem usq; perducemus, & lie cruces & tormenta luituros. O Paule, quid tibi uis? O Paule, quæ sunt ista uerba, quæ modo loqueris? Quid tandem est quod iam tecum cogitas? Paras iam alios capere, at ipse interim capteris. Proficiscēris ut Christianos uinctos teneas, at ipse interim uinctus teneris. In Christianos ita grassaris, at dei manus tibi aduersatur, manus domini ita te percutit. Conaris enim in hoc tuo nere tuo, nomē CHRISTI obliterare, at mox pro CHRISTI nomine mortem pati non formidabis. Sed o Paule, uides iam & nihil ualeat ullum consilium, ulla uis, ulla potentia, contra deum ipsum optimum maximum. O Paule, non est ulla commissio, ullū mandatum, ulla auctoritas aut resistentia, aduersus dei uoluntatē. O Paule, illa auctoritas tua, tota uis tua & robor hominum facile

Act. 22.

euanuit: posteaq; à dei manu tangi cœperas. Nam cũ primũ ap-
propinquares Damasco, subito circumfulsit te lux de cœlo. Erat
enim Damascus ciuitas Metropolis Syriæ, quam Heliazar ser-
uus Abrahæ olim ędificauerat. Subito, inquit Lucas, circumful-
sit eũ lux de cœlo. Erat lux ista lux quędã magna & iusitata, adeo
ut illa percussus Paulus, in terram ceciderit, in faciem suam cor-
ruerit, & audiuit uocem è cœlo sibi loquentem Saule Saule quid
me persequeris? durũ est tibi cõtra stimulũ calcitrare? Quid me
persequeris inquit? ipse in cœlum ascendi relicta terrà, atta-
men adhuc in membris meis in terra iaceo: hic ad dexteram
dei patris sedeo, attamẽ adhuc in terris in membris meis esurio,
sitio, frigeo, nudus & peregrinus existo. Et mira sane res est au-
dire quomodo dũ mẽbra adhuc in terris iaceant, caput è cœlo
clamitet. Saulus Christianos, hoc est mẽbra ipsius CHRISTI
persequitur: at CHRISTVS qui caput est, è cœlo uociferatur,
Saule Saule quid me persequeris? Non dixit CHRISTVS
cur persequeris fideles meos? sed quid me, inquit, persequeris?
persequutionẽ fidelium suorum, suã persequutionem appellans?
Quærenti autem Paulo, Quis es domine? respondit uox è cœlo,
Ego sum IESVS Nazarenus, quem tu persequeris. Ego sum,
inquit, IESVS ille à Nazareth, uidelicet in Nazareth cõceptus
& enutritus, quem tu iã persequeris. Ego sum idem ille IESVS
Nazarenus, quem Iudæi etiam iamdudũ sic odiosè persequuti
sunt. Ego sum IESVS Nazarenus, quẽ Iudæi nuper dira crucis
passione affecerunt. Ego sum IESVS ille Nazarenus, qui pro
humano genere sanguinem meum effudi. Ego sum IESVS Na-
zarenus, qui hoc nomine mortem & passionẽ in cruce pertuli,
ut sic perditũ hoiem uitę restituerem. Ego sum idem ille IESVS
Nazarenus, qui inferos euacuaui, qui è morte ad uitã resurrexi,
qui in cœlos ipsos conscendi, qui iam ad dextram dei patris assi-
deo: quem tu iam o Saule in membris meis sic persequeris. Saule
Saule quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum cal-
citrare, id est difficile tibi est illi resistere, qui te infinitis partibus
potentior est. Ad quam CHRISTI uocem Paulus tremens ac
stupens,

Cõuersio Sauli. Act. 9. Expo.

Christus clamat in cœlo, quid me persequeris?

stupēs, cognita scilicet iā dei maiestate, in terrā prostratus est, totusq; cōpunctus dixit, Dñe, quid me uis facere? Licet quæso quomodo dei spiritus subito in hunc persequutorem uenit, quomodo statim intrat, quomodo statim operatur. Cæcus factus est, hoc est exterior hæc lux ad tempus subtracta est persequutori Saulo, ut lux interior prædicatori Paulo exhiberet. Eo enim tēpore quo cætera non uidebat, uidebat ipsum IESVM CHRIS-
» STVM: rapiturq; in cœlum, ubi arcana illa audiuit, quæ non li- 2. Corin. 12.
» cet homini loqui. Interim etiam ad Ananiam in ciuitate perduc-
» tur, qui eum in domum suam recepit: ubi & intra triduum uisum
» suū recepit, squamisq; ab oculis cadētibus, implet spiritu sancto,
» baptizatur, confortatur cibo, cōtinuoq; ingressus in synagogā,
» prædicabat eundem IESVM Nazarenum, quem paulo ante
» adeo persequutus est: ubiq; iā illud gloriosum nomen portans ac
» summis laudibus efferens, quod tantopere antea uilipendebat
L. » atq; exterminare nitebatur. De quo & ipse dominus ad Ananiā
» tale etiam testimonium perhibuit, Vas electionis est mihi iste ut
» portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israel: Act. 9.
» ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Expo.
» Portabat enim Paulus, iuxta dictum domini, nomē CHRISTI Portabat Pau-
quoquouersum, in omnem locum: prædicabat CHRISTVM lus nomē Chri-
» publice, palā, inuerecunde, intrepide, & ablq; omni timore pas- sti.
» sim diuulgauit hoc nomē. Sub uirtute etiam huius nominis mul-
» ta miracula fecit, cæcos illuminauit, curauit infirmos, ac tandem
» pro huius nominis confessiōe mortem est perpessus, atq; postq;
» caput à corpore amputatum erat, ter saliens, clamauit ter repe-
» tens Iesus, Iesus, Iesus, & tres insuper fontes in eodem loco ere-
» perunt, ubi caput eius in terram cecidit. Hic in suis epistolis
» atq; adeo in omni loco hoc sacratissimū nomen IESV peruul-
» gauit, prædicauit & extulit. Vnde constet q; uere dictum sit à
» CHRISTO, Vas electionis mihi est iste, ut portet nomen meū. Paulus uas ele-
» um. Vas electionis, id est bonum uas, preciosum uas, in quo pre- ctionis.
» cioſum illud IESV nomen recondit, uehitur & portatur in uni-
» uersam terram: à rege ad regem, à regno ad regnum, de gente

in gentem, breuiter in totum terrarum orbem. Preciosum sane uas esse oportet in quo tam preciosa CHRISTI præcepta reconduntur, in quo arcana cœli repolita custodiuntur. Preciosum denique uas de cuius plenitudine, ipsa totius doctrinæ, totius uitæ substantia cunctis hominibus erogatur, & tamen adhuc plenum remanet. Hoc uas illud erat, de cuius ceruice, quum iam speculatoris gladio percuteretur, maior lactis unda quã languinis effluxisse dicitur. Vbi nunc sunt o Paule solitæ illæ cõminationes tuæ? ubi uerba illa contumeliosa, quibus pridem discipulos CHRISTI afficiebas? Vbi cathenæ illæ & uincula quæ tecum deferebãs, quo illos Hierosolymã uinctos perduceres, qui nomen CHRISTI profiteri auderent? Vbi nunc est commilio tua, ubi literæ mandatoriæ, ubi impetrata autoritas, ubi terror tuus, ubi sæuitia illa tua & crudelitas, qua adeo ardenter Christianorum sanguinem sitiebas? An non CHRISTVS de te dixit ad Ananiam, Ego ostendã illi, quanta oportet eum pati pro nomine meo. At quid pro hoc CHRISTI noie passus est Paulus? O Paule quæso te ut tu uelis ostendere, quæ pro hoc gloriosissimo CHRISTI nomine passus es. Tu dicis q̃ pro CHRISTI nomine fueris in pluribus laboribus, q̃ in carceribus fueris abũdantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, hoc est in summo mortis periculo, in maximis uitæ discriminibus. Tu labores nunq̃ timuisti, non horruisti maxima quæq̃ pericula, nõ uitasti plagas, imò ne ipsam quidem mortem effugisti. O quantam constantiam in omnibus fortius es? Quanta fuit animi tui cõstantia, quanta firmitas & fortitudo? Nocte & die in profundo maris uersatus es, in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. Præter hæc quoq̃ quinquies quadragenas una minus accepit plagas Paulus: ter quoq̃ uirgis cæsus est, semel lapidatus, ter denique naufragium fecit. Et ne singulis recensendis diutius immoremur, in urbe celebratissima tandem obtrũcato capite, glorioso martyrio uitam suam cõsummauit. Ex qua supputatione facile

Quanta pro Christi nomine passus sit Paulus?

2. Corin. 11.

Idem.

M

N.

uidere

uidere licet, quomodo spiritu irruente in eum mutatus fuerit in uirum alterum. Nec secus mutatus fuit & sanctus Petrus. Porrò quum iam ter CHRISTVM abnegasset, intrante in eum spiritu, subito fleuit amare, fleuit sine consolatione aliqua per magnã uitæ suæ partem, & tandem etiam pro CHRISTI confessione capitis sententiam subiit. Nonne & Dauid quoq; ren ad eundem modum mutatus fuit? Nonne sic Mathias? Nõne Maria magdalena, ut alios infinitos taceam? Hæc ergo mutatio est dextræ excelsæ. Atq; hæc est illa mutatio, quam præcepit deus peccatoribus, sic per prophetam suum dicens, Abiice deos alienos qui in medio uestri sunt, hoc est abiicite ipsa peccata uestra: & mundamini, & mutate uestimenta uestra, id est mutate ueterem cõuersationẽ uestram malã in melius. Ad quod faciẽdum & apostolus quoq; Paulus sic nos hortatur, dicens Renouamini spiritu mẽtis uestræ. Et illud, Deponite ueterem hominem, & induite nouũ. Reiicite ueterem illum hominem una cum operibus, & assumite nouum. Exuite uetustam uiuendi rationem, & eius loco nouum uitæ genus induite. Exuite ueterẽ illam uitæ uestem, ueterem uiuendi formam: & nouam quandã uitam uobis induite. Abiicite illam peccati abominatiõem, ac deinceps uirtute duce uitio, uitio probicatis amator. Atq; ad hanc eandem mutationem nos quoq; ipsius naturæ instinctus & exemplum prouocat & hortatur. Videmus enim quotannis ipsas arbores deposita uetustate in nouam formam mutari. In hieme uero uidentur admodũ siccæ & uelut prorsus obmortuæ: in Martio rursus suppullulare ac prima germina producere incipiunt: deinde paulatim frondes, folia, & flores, ac demum etiam fructus suos. Videmus etiam & ipsa animantia quouis anno semel deponere uillos aut setas suas: ac quodammodo uelut immutari ac noua fieri. Idem uidemus in auibus, piscibus, cæteris q; omnibus uiuentibus tam sensitiuis q; uegetatiuis, certis anni temporibus fieri: quum exuta uetustate sua, uelut noua efficiant. Quibus creaturarũ exemplis, homines ad mutationem quandam spiritualem ac uelut renascentiam instigantur: quæ tum fit, quando à culpa ad gratiam permutantur,

Petrus.

Dauid. Mathias. Magdalena.

v. ante 76. Gene. 35.

Idem.

Ephe. 4.

Ibidem.

Deponãdus uetus homo, & nouus inducendus.

N.

Natura docet hominẽ renouari.

uelut in alios uiros. Atq; hanc ſpiritualem mutationem ſingulis annis facere debemus ſinguli: atq; prælertim hoc ſacro quadrageſimæ tempore ad id faciendum conſtituto. Nam quiſquis hoc tempore ſancte uiuere contemnit, certe ille nunq; ſancte uiuet: quemadmodum nec ueriſimile eſt cum unq; futurũ bonũ, qui iã bonus non fuerit. Qui iam deuotus non eſt, nec poſthac deuotus erit: ſicut etiam & qui modo pœnitens non eſt, poſthac pœnitẽs non erit. Deniq; qui hoc tempore uitam ſuam demutare nõ uult: certe nõ credendus eſt impoſterum mutaturus. Sunt etiam quidam, qui dei ſpiritu agitati, de bono in melius, hoc eſt de uirtute in uirtutem permutantur, iſti perinde faciunt atq; illi, qui iuxta diei rationem ſeſe diuerſis ueſtimẽtis operiũt: die uidelicet profeſto honeſta ueſtimenta induentes, at die quouis feſto meliora, adhuc duplici feſto his etiam præſtantiora, principali autẽ feſto optima & precioſiſſima. Ad eundem modum & uir probus cotidie ſanctior erit, & quo cotidie magis ætate creſcit, hoc erit indies probior & integrior, propiusq; ad deum indies accedit, precioſioraq; ueſtimenta ſibi induenda curat, animam uidelicet ſuam omnibus uirtutum generibus adornando, donec tandem talem ſibi amictum acquirere poteſt, qualis eſt ille de quo apud prophetã ſic ſcribitur, In ueſtitu deaurato circundata uarietate. Et ſequit ibidẽ, In fimbriis aureis circũamicta uarietatibus, hoc eſt oĩphariis uirtutũ coloribus. In ueſtitu deaurato circũdata uarietate: id eſt precioſiſſimo quodã amictu atq; ex auro cõfecto, undiq; præſtantiſſimis colorũ & picturarũ generibus adornato, hoc eſt, oĩbus uirtutibus circundato atq; circumpoſito. Sic itaq; operatoriũ aliquod aut ueſtimentum per artẽ ueſtiariã de bono in melius mutari ſolet, uidelicet per additamentũ alicuius particulæ extrinſecæ, uel per tincturã aliquã nouã aut ſuperadditũ colorẽ, ut decenter ſcilicet coloret. Quemadmodum & deus quoq; mutat probos homines de bono in melius, de uirtute in uirtutem: ita ut cotidie altius in probitate aſcendãt, altius in cœleſti uita aſſurgant, indies magis ac magis in deo inflammati, magis ac magis confortati in CHRISTO, cotidie ſecum meditantes, quomodo

In quadrageſima ſanctius uiuendum eſt quã alias.

Pſal. 44. Expo.

Chriſto

CHRISTO ſeruatori ſuo magis ac magis appropinquiens, magis ac magis in uitæ integritate inaugeanť. Non autem ſufficit ut quis bonus ſit ad unũ aut alterũ diẽ atq; illic perpetuo gradũ ſiſtere, niſi indies magis ac magis increſcat, ac magis magisq; inaugeatur omni gratia & uirtute. Quid enim uoluptatis parentibus confert, ut ſibi in lucem proferatur infans? Nam maxima conſolationis pars, imò totum illorum gaudium in hoc conſiſtit, ut puer ſuus adhuc recens natus rite faſciis inuoluatur, molliter in cunabulis reclinetur, ut lauetur, foueatur, nutriať diligenter, ut aſſidua opera illi educando impendatur. In his enim potiſſimum ſita eſt parentũ erga teneros liberos cura, & quo illi fiunt adoleſcentiores, hoc magis ac magis accreſcit hęc parentũ uoluptas, adeo ut in extrema ſenectute nihil parentibus pro ſummo ſolatio ſint. At cõtra, ſi infans perpetuo in cunis iaceat, ſi perpetuo faſciis infantilibus ligatus uagiat, nec ad prouectiorem ętatem accreſcat: quam uoluptatem quæſo dabit parentibus ſuis? Profecto nihil prorſus uoluptatis, nihil oblectationis: ſed contra, multum tędii, multum triſticiæ & pœnarum. Ad ęũdem modum deus ipſe qui eſt uerus pater tuus, erga te & alium quemuis Chriſtianum affectur: ſi quum bene inceperis, pergas perpetuo magis ac magis in uirtutibus adoleſcere, ſemper à uirtute in uirtuť proficiſcęs, ſemper à bono in melius promoueś. At contra, ſi ſemper in primo bonitatis tuæ gradu perſiſtas uelut infans in cunabulis, nec unq; ad meliora adoleſcas: triſticiam haud dubię paries patri tuo cœleſti, qui cupit te ſic in uitæ probitate inaugeſcere, ſic à minore uirtute ad uirtutem maiorem pertranſire, donec tandẽ uideas
P. deum deorum in Sion. Non eſt ergo ſemper in eodem gradu conſiſtendum, ſed ſemper ad præſtantiora enitendum pro uiribus: ſummo ſtudio, ſummo labore, conatuq; inſudandum continuo
, ut ſemper ſias melior. Quodeũq; ergo poteſt facere manus tua,
, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia erunt
, apud inferos, quo tu properas o piger, ut inquit Eccleſiaſticus. Inſtanter inquit operare, hoc eſt celeriter, continue, feruenter & perſeueranter. Celeriter, noli tardare, ſed ſtatim perficito, noli

Infans in cunis ſemper iacẽs, pœna eſt parentibus.

Inſtanter operari, quid ſit Eccle. 9. Expo. Operandũ celeriter, continue, feruenter, perſeueranter. Celeriter.

in aliud tempus differre, noli procraſtinari: quoniam parum tibi compertum eſt num in craſtinum ſis uicturus, uel ſi contingat in craſtinum uiuere, tamen incertus es num tunc gratiam habebis id quod inceperis perficiendi. De huiuſmodi pigris hominibus qui magnifice quidem promittũt, at præſtant nihil: qui multa dicunt, at nihil faciunt: qui pollicentur ſe eras hoc aut illud facturos, ac quum tempus uentum fuerit nihil prorſus agũt: ita loquitur ſapientiſſimus ille Solomõ, Sicut oſtium uertitur in cardine, ſic piger in lecto. Oſtiũ quidem aliquod uel uiginti uicibus aperiri poteſt, ſemper tamẽ in uno tantum loco fixum manet: at quũ in aperiẽdo huc atq; illuc uertit, crepat ac ſtridet, tantumq; ſtrepitum reddit, ac ſi mire occupatũ eſſet. Sic piger & ignauus aliquis, multa quidem loquitur, multa ꝓmittit, ſed cũcta procraſtinatur: eras, inquiens, hoc faciam, eras illud agam, eras ieiunabo, eras precibus operam dabo, eras peccata confitebor, eras pœnitentiam acturus ſum. Cæterum quum eras ſemel aduenerit, nihil omnino boni aget, adhuc aliud cras expectans. Quot hic adſunt, qui non minora q̃ ſibi ſita polliciti ſunt: & tamen quum ad rem uentum fuerit, nihil prorſus egerunt? Quot ſunt ex his præſentibus, qui prius de aura certi erunt, q̃ut è lecto aſſurgere uelint: ſic ſuos percontantes, Pluit ne? Eſt ne uehementior uentus? Friget ne admodũ? Si hic reſpondeatur ita ſe rẽ habere, ſtatim in aliud latus ſe uertit, aiens, quid opus eſt ut ſurgam hac tam turbulenta aura? Audis ergo q̃ appoſite dixerit Solomon, Sicut oſtiũ uertitur in cardine, ſic piger in lecto. Proh pudor o homo, proh pudor o fœmina, non habes quod agas ſi forte pluat, ſi forte ſpiret uehemẽtior uẽtus? Corripe quæſo calculos precatorios, ędemq; ſacrã inuiſe, deumq; aſſiduis precibus interpellato, ut tibi ueniam det, ut tui uelit miſereri propitius. Ipſemet enim CHRISTVS in ſuo euangelio huiuſmodi pigritantes homines acriter reprehendit, neq; id ſane in uno tantum loco. In primis enim id agit apud Matthæum in parabola de ocioſis uocatis in uineam domini. Exiit enim, inquit, paterfamilias primo mane conducere operarios in uineam: conuentione autem facta ex denario diurno, miſit

Prouer. 26. Expo. *Piger ſic uertit ſe in lecto, ut oſtium in cardine.*

Deus multoties pigros in ſcriptura reprehendit.

Matth. 20. Expo.

misit eos in uineam suam. Quum autem factum esset sero, voca-
uit operarios, ut daret illis mercedem. Egressus circa horã ter-
tiam, uidit stãtes alios in foro ociosos, dixit, ite uos in uineam, &
quod iustũ fuerit dabo uobis. Sic hora sexta, sic hora nona. Cir-
ca undecimam horam inuenit alios stantes in foro, quibus dixit,
Quid statis hic tota die ociosi? dicunt ei, Nemo nos conduxit.
Dixit illis, Ite & uos in uineam meã. Hic pater familias, quẽ no-
bis hic ostendit euangelista, est deus ipse optimus maximus. Vi-
nea quidem dei legem & pœnitẽtiam significat, ubi omnigenas
uirtutum species plantauit. Vt in hac ergo uinea strenue labo-
remus, uocat nos deus ipse, promittit singulis pro labore diurno
& denarium diurnum, hoc est ipsam cœlestem gloriam. Aliqui
summo diluculo ueniũt in hanc uineam ut laborent, id est in ipsa
puerili ætate. Alii uero hora tertia ueniunt, nimirũ sub ipsa ado-
lescentia. Alii autem usq; in horam sextam aduentum differunt,
id est in iuuentutem. Quidam etiam non ante horam nonam ue-
nire dignantur, id usq; ad uirilem ætatem uenire recusant. Sunt
tamẽ interim nonnulli qui per totum hoc tempus omnino ocio-
sunt, nec laborant in uirtute proposita, sed ad uitia declinant, uel
saltem non admodum bene occupantur. Atq; ad istos ita clamat
pater iste familias, Quid hic statis tota die ociosi? Proh pudor,
cur hic per totum diem sic ocio indulgetis? At illi ita respondo-
runt dicentes. Nemo nos conduxit. Nemo, inquiunt, ad nos cõ-
ducendos uenit, nemo nos ad laborem accersiuit, nemo offert
R. nobis quod agamus. Est ne hic quispiam ex uobis, qui deo dice-
re possit se non uocatum fuisse, se non fuisse conductum? Est ne
aliquis hic inter uos qui dicere possit se nunq; audiuisse con-
cionantes, nunq; audiuisse docentes, nunq; habuisse quicq; pro
labore suo sibi promissum? Affer quæso, affer hanc tuam excu-
sationem, quãdo coram deo uocaberis, rationem redditurus de
transacta uita tua. Nequaq;, nequaq; tibi inseruiet. Nulla sane
excusatio tibi hic succurret. Hoc ipsum pulpitũ, hæc sacra ædes,
isti parietes, populus iste, tibi quantum possunt, reclamabunt.
Quin & angelici spiritus contra te testimoniũ ferent, cõscientia
etiam

Varij, uarijs temporibus uocant in uineã domini.

Excusatio nulla erit in die iudicij.

Apoc. 20. etiam tua obmurmurans te reum faciet: tunc aperti erunt libri,
scilicet conscientiæ tuæ, qui omnibus tum reuelabuntur, conscio
2. entia uidelicet aduersum te testificante. Secunda autem parabo-
la quæ ad ociosos spectat, quibus frustra talentum committitur,
Matth. 25. est huiusmodi. Homo quidam peregre proficiscens uocauit ser-
Expo. uos suos, & tradidit illis bona sua: & uni dedit quinq; talenta, alii
Secunda parabola cõtra ociosos. autem duo, alii uero unum. Et qui quinq; talenta acceperat, ope-
ratus est in eis, & lucratus est alia quinq;: sic & qui duo accepe-
rat, lucratus est alia duo. Qui autem unũ acceperat, abiẽs abscõ-
dit pecuniam domini sui. Post uero multum temporis uenit do-
minus seruorum illorum & posuit rationem cũ eis. Et qui quinq;
talenta acceperat, obtulit alia quinq; dicens, Domine, quinq; ta-
lenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Ait illi
dominus eius. Quoniam in his pauculis quæ tibi elaboranda cõ-
misi, deprehendi fidelem, adeo ut industria tua in duplum aucta
est pecunia mea: tibi gaudium dabo, teq; unum è domo & fami-
lia mea constituo. Similiter & illi quoq; fecit, qui accepta duo ta-
lenta, sua prudentia & labore conduplicauit. Tertium uero illũ,
qui unum duntaxat talentum acceperat, uide & maiore diligẽ-
tia opus, qua acceptum talentum inaugeret: merito reiecit domi-
nus, q; omnium esset negligentissimus, ubi maxime industrium
esse oportuit. At is dixit. Dñe sciebam q; homo austerus esses in
exigenda nimium exacta & exquisita ratione à seruis tuis, in his
quæ illorum fidei commiseris: unde & ueritus ne aliquo casu pe-
riret talentum mihi traditum, aut ne quicq; lucri in illo exponen-
do facerem, ut de iactura tutus essem, feci illud in terra abscondi,
ut saltem talentum tuum integrum reportarem. Est itaq; hic talẽ- S.
Ibidem. tum totum seruatum: tibiq; illud idem, quod accepi, integrũ re-
stituo. Cui & dominus suus sic respõdebat. O serue neq; & pa-
rum fidelis, o serue negligẽs & piger, qui cognoueras me auste-
rum esse & seuerum, ut qui strictam rationem à seruis meis exi-
gere soleam, qui usq; ad extremũ iota omnia mea disquiro quo-
modo elocarẽ & quid inde lucri sit relatũ, ideo pecuniam emen-
dis ac uendendis mercibus expoluisses, tuoq; labore ac industria

effecisses

effecisses aliquid lucri, maioremq; summam mihi reddēdam cu-
ratsses, in hac tua ratione q̄ acceperas ab initio. Quare auferte Ibidem.
ab eo hoc talentū quod habet, & date illi qui decem habet, quia
ipse circa augendam pecuniam suam diligentem operam impē-
dit: hūc autem infrugiferum seruum in tenebras exteriores pro-
icite, hoc est in infimum illud baratri profundū. Quis est iste uir Vnicuique de-
magnus, qui è patria sua pfectus est, nisi IESVS CHRISTVS ut unū aut alio
seruator noster? Qui unus è cœlis in terram descendit, ac denuo ad talitum cō
in cœlum conscendit, qui unicuiq; siue uiro siue fœminæ, unū alio missit.
quod talentū clargitus est. Quibusdam enim quinq; talenta, hoc
est quinq; sensus, aliis uero duo talenta, id est intellectum & ratio-
nem, non in ullis unum talentum dumtaxat, nimirū intellectum:
aliis uero maius, aliis minus, nemo tamen est, cui non aliquid do-
nat maius aut minus. At tandem (quemadmodum & in eodē ca-
pitulo sequit) uenturus est idē paterfamilias in maiestate magna
comitatus angelis suis ad iudicium: ibi á me uidelicet & à te atq;
adeo à toto mundo rationem exacturus, quomodo quinq; sensi-
bus nostris usi sumus, quomodo intellectu & ratiōe cæterisq; do-
tibus nobis à dei largitate concessis. Quibus si ad carnalitatem,
si ad peccatum, sceleraq; fuerimus abusi: non dubiū quin idcir co
ibi grauibus afficient supplicijs. Is enim talentum suum in terrā Qui talitum
defodere dicit, qui accepta à deo gratiam reliquasq; diuinas do- suum in terra
T. nes, ad dei honorē animæq; suæ salutē nō applicat. Ille etiam ab- abscondit
V. scondit talentū suū in terra, qui hic suam uitam desidiose transi-
git, nec in deo laborat, nec seipsū in probis animi relaxationibus
exercet, sed ignauiter suā uitā abutitur, & si purus sit peccatiq;
mortalis expers, ibi quiescit perpetuo nec procedit ultra: nec ulla
bona opera efficit, cogitans satis sibi esse ad salutēm animæ suæ
si nō peccet, etiam si nihil boni operis addiderit, si nihil præte-
rea meritorium operetur. Tertia autē parabola, in qua CHRI-
STVS ociosos reprobat, scribit à Matthæo capite duodecimo: Matth. 12.
ubi de spiritu quodam immundo ad hunc modū agitur. Quum Expo.
immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quæ- Tertia para-
rens requiem & non inueniens, dixit: reuertar in domum meam bola Christus re-
unde ofat.

unde exiui, & ueniens inuenit eam uacantem, scopis mundatam & ornatam: tũc assumit septem alios spiritus nequiores se, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sed quid significant hæc omnia? Certe quidam sit qui tantum unum dæmonem in se habeat, qui tantum unum peccatum mortale, & tamen in conscientia sua quiescere non potest, quãdiu dæmonem suum sibi inesse sentit: sed semper tristis est, semper mœstus, piger, nec unq; animo erecto, donec tam malũ hospitem abiecerit. At quum iam eum abiecerit, domumq; conscientiæ suæ per confessionem diligenter scopauerit, quum per contritionem abluerit, quum denq; per satisfactionem & operã uirtutum ornauerit: statim eiectus dæmon circuit, alium locum quæritans ubi ingrediat & maneat: tum recta proficiscitur per loca arida, hoc est per probos homines & uere pœnitentes, qui sunt arefacti ab humoribus peccatorũ: at illi non admittent eum, non admittent illius tentationem, non est illic ullus illi locus, non sinent illum uel semel ingredi. Tunc autem dæmon uidens se ab aliis repelli, sibiipsi ita ait: Reuertar in domum meam unde exiui: sicq; ad eum redit denuo unde prius erat expulsus, ad te rursum reuertitur peccatorem. Et tu quidem eũ iam denuo recipis rursus in peccatum mortale relapsus, qualecũq; peccati genus id sit, etiam si ex peccatis lethalibus minimum fuerit, quod quidã desidiam esse opinant, quidam etiam non recte iudicantes, pro peccato non habẽt. At spiritus ille nequ, secum iam septem alios spiritus seipso infestiores adducit: Assumit inquit euãgelista, septẽ alios spiritus nequiores se, & ingressus habitat ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic autem quũ illud pigritiæ dæmonium (quod Asmodei nomen habet) in te ingredit, secũ ducit Luciferũ superbiæ dæmonẽ, Satanã iræ dæmonẽ, Leuiathã dæmonẽ inuidiæ, Beelzebub gulæ dæmonẽ, Mammonã dæmonem auaritiæ, Boemoth libidinis dæmonem, ac sic demũ eũ Asmodeus ipse sit omnis erroris, hæresis & infidelitatis dux & princeps, omnia alia dæmoniorũ genera secum affert, ut iterum domum illam possideat è qua eiectus erat: ut sic magno numero roborati,

Quomodo dæmones per peccatum possident animas.

Matth. 12.

Qui dæmones quibus uitijs præsint

Asmodeus. Pigritiæ dæmonium.
Lucifer. Superbiæ dæmonẽ.
Satanas. Iræ dæmonẽ.
Leuiathan. Inuidiæ dæmonẽ.
Beelzebub. Gulæ dæmonẽ.
Mammona. Auaritiæ dæmonem.
Boemoth. Libidinis dæmonem.

V.

roboratus, fortius eandem teneat. Sic etiam ſcribitur de Maria magdalena q̃ ſeptẽ habuerit in ſe dæmonia, hoc eſt ſeptem illa peccata capitalia. Verũ niſi immẽſa illa dei bonitas obſtaret atq̃ in arctũ contrigeret malitiam alicuius horum dæmonum, quãdo te ingrediuntur, te ſtatim in fruſta dilacerarent. Quomodo obſecro te, petiit dæmon ille Satan facultatem à deo ut ſanctum Iob diuexaret, ita deo dicens, Extende manum tuam paululum, & tange cuncta quæ poſſidet: Dixitq̃ dominus ad Satan. Ecce uniuerſa quæ habet in manu tua ſunt: tantum in eum non extendas manum tuam. Hic uides deum dediſſe Satanæ poteſtatem in ſeruum ſuum Iob, ſed tamen cum certa exceptione: ut ne in corpus illius quicq̃ mali faceret. Tunc uero Satan Sabæos inſtigauit ut Iob nocerent: qui tulerunt boues eius & aſinos, & pueros quoq̃ eius percuſſerunt gladio. Et igne conſumpſit oues & pueros. Chaldæi quoq̃ tulerut camelos, & pueros percuſſerunt gladio. Sed & uentus uehemens irruit & percuſſit domum unius è filiis eius, ubi reliqui liberi eius omnes erant ueſcentes & bibentes uinum, & corruens, oppreſſit eos & mortui ſunt, uno tantum ſuperſtite & fugiẽte, ut nũciaret ipſi Iob. Sed nec ſic ceſſauit Satan, cum adhuc dixit domino, Mitte manum tuam & tange carnem illius. Cui & dominus ſic reſpõdit, Ecce in manu tua eſt, uerumtamen animã illius ſerua. Continuo egreſſus Satan, percuſſit Iob ulcere peſſimo, à planta pedis uſq̃ ad uerticem, qui teſta ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio. Sicq̃ primo omnium Satan eũ in bonis ſuis affligebat, poſtea uero in liberis: ac tãdem etiam in corpore proprio, quatenus illi à deo conceſſum fuit. Deus tamen interim animam ſancti ſui ſibiipſi ſeruabat, Serua, inquit, animam eius. Eodẽ modo niſi deus ipſe ex miſericordiſſima bonitate ſua reſtrinxiſſet dæmonem eum, qui te per peccatum mortale incolit, ſi eum libere permitteret agere quicquid illi libitum eſſet: protinus tete penitus deuoraret, non corpus tantum, ſed & animam quoq̃. Expelle itaq̃ illum primum dæmonem, & eadem opera omnes ſtatim expuleris. Si quidem pigritiem prorſus ieceris, omnia ſane uitia ieceris. Quare diuinæ alicui occupationi

Diabolus nullã habet in nobis poteſtatem niſi à deo datã. Iob. 1.

Quomodo & quo ordine, deabolus percuſſerit Iob?

Idem. 2.

Sola anima Iob ſeruata erat à ſupplicio diabolo.

Ocium ſemper repellendum.

Hieron. Ioan. 9.

teipsum addicito, ita ut ne ocio te dedas, Aliquid boni semper operare: quia, teste CHRISTO, Venit nox, quando nemo potest operari. Sed o bone deus, ubi industrii illi & studiosi labores, quibus uti soliti sunt homines? Vbi honestæ illæ occupationes & uirtutum exercitia, quibus etiam fœminæ educari solebãt? Vbi sunt nobiles illæ fœminæ, ubi illæ aulicæ matronæ, quæ se cõluendis, ornandis & uariegandis uestibus exercere solebant? quæ conficiendis cappis, sacrisq; uestimentis, ac altarium linteamentis operam dederunt? quæ corporalia concinnare assueuerunt, quibus inuoluẽdum sit sacratissimũ CHRISTI corpus? Quo iam abierunt dominæ ac generosæ fœminæ, quæ canonicas, apparatus, atq; ornamẽta elaborant olim sacrosanctæ Eucharistiæ? Quo iam deuenerunt? Vbi iam sunt sanctæ illæ matronæ ac celebres fœminæ, quæ aliquando manibus suis operabantur, cũ sanctissima illa uidua Tabitha? Quæ post completum diuinũ obsequium, semper cum ancillis suis occupata erat, in secreto cubiculo aliquo, è frequentia & cõspectu populi remota: dũ omnigenas interulas, induſia, tunicellas, talesq; id genus uestes confecit, indigẽtibus distribuit. Illa iam olim mortua, atq; una cum illa nobiles illæ fœminæ, iamq; in cœlis agunt, iam uidelicet mercede digna pro tam sanctis laboribus à deo recepta. Sed proh dolor iam hæc omnia in ocium uersa sunt, uersa sunt in delicias & uoluptates. Considerate ergo iterum atq; iterũ, quænam exercitamẽta admittatis, quas animorũ relaxationes recipiatis: atq; in his rebus sitis uobisipsis iudices. Multam enim maliciam docuit ociositas, inquit sapiens. Ocium hæc omnia gignit, superbiam, inanem gloriam: ocium gignit appetitũ ut delicate pascaris, ut gulæ indulgeas, ut sumptuosum corporis cultum tibi adhibeas: ocium deniq; gignit inuidentiam, pigritiem, auariciam, ac omnia prorsus peccatorũ genera: ocium etiam omnes uirtutes extinguit, ac diaboli familiaritatem intus in anima receptat. Vnde & Augustinus ita scribit, Nunq; eiuis cœlorũ erit, qui ociositatem amauerit. Hæc est detestabilis ociositas, quæ tot efficit uagabũdos, tot ualidos mendicos, tot introducit fures tot, latrocinia, tot immodicas

Quibus exercitijs solebant nobiles mulieres exercere sese.

Tabitha fœdula mulier, in texendis pauperũ uestibus.

Mala quæ ueniunt ex ocio.

Eccle. 33.

Augustinus ad fratres.

Y.

immodicas expensas, illicitos ludos, tot perditorum greges &
, cõuenticula, ac breuiter omnẽ peccandi formam. Operare itaq;
, celeriter, quia ut euangelista ait, Venit nox, quãdo nemo potest Ioan. 9.
operari. Continue etiam operandum est, continuis laboribus in- Cõtinue.
sistendum, cum omni uirtutum atq; piorum studiorum continua-
tione. Quoniam si uel ad pauxillũ temporis à labore cessaueris, Omnibus ma-
si paulum ab occupatiõibus uacaueris, statim ingreditur diabo- chari diabolus egre diuturnã
lus una uel aliqua tentatione, idq; adeo assidue, adeo importune, moram.
adeo secrete, adeo subtiliter, adeo uiolenter, tam subitario, tã im-
petuose: ut aliqua saltem fraude & malo dolo decipiat te ac supe-
ret, nisi propitius deus illius conatibus resistat. Erat enim hoc ui-
tium in causa cur Adam olim lapsus sit, hoc uitiũ Sodomitis oc-
, casionem ruendi suppeditauit. Hæc fuit iniquitas tua Sodoma, Ezech. 16.
, ocium & abundantia panis. Ociositas ipsum etiam Dauidẽ pec-
care fecit cum Bersabæe uxore Uriæ: quando ocioso in domo
sua deambulabat, atq; è fenestra fœminam se lauantem cõspexit.
, Nam teste Seneca, Emollit ocium uires, sicut rubigo ferrũ. Cui Seneca.
, accinit & diuus Bernardus, Ocium mater est nugarũ, & nouer- Bernardus ad
, ca uirtutum. Idcirco & sanctus Hieronymus sic omnes Christia- Eugen.
, nos adhortatur, Semper aliquid boni facito, ut diabolus inueniat Hieron.
, te occupatum. Non ait semper aliquid facito, sed semper aliquid
Z. boni facito. Quandoquidem nisi bene occupatus fueris, omnino
ocioso es. Quin & feruenter quoq; opus est ut laboremus, quia Feruẽter.
, mollities in operibus dissipatio est illorũ quę ãgunur. Qui mol- Prouer. 18.
, lis est & dissolutus in opere suo, frater est dissipantis sua opera, Persecue
, ut ait Solomõ. Perseueranter quoq; operibus insigilandum est, ranter.
, quia sola perseuerantia coronam meretur. Qui perseuerauerit Matth. 10.
, usq; in finem, hic saluus erit, ut est in euangelio. Aperi itaq; ocu- Perseuerantia
los tã mentis q̃ corporis tui o homo, & uidebis singulas dei cre- in omni opere
aturas ad officia & ministeria sua deputatas, nunq; ignauo ocio bono seruãda.
operam dare. Ecce quomodo & sol ipse totum anni cursum sine Omnes creatu-
ulla quiete transigit: ut & luna etiam mensuras suas & uicissitudi- re perseuerã-
nes discurrit. Habent & stellæ suos quosdam motus, quos in suis ter sua fungã-
orbibus peragunt. Omnia denicq; quæ creata sunt, suis officiis tur officijs.

diligenter perfunguntur. An non & ipſa quoq; bruta animãtia, ad naturæ ſuæ induſtriam & inſtinctũ, ocium fugiunt? Nõne & ſedulo laborant, ut in eſſe ſuo conſeruẽtur? Quando unq; licebit ea in neceſſitatibus ſuis uel deficere uel pigreſcere? Abſit ut id aliquando contingat. Illa enim oĩa ſub obediẽtia militant, omnia agunt quæcunq; agere debent. At interim ſolus homo ſocordia ſoporatus, miſere ac turpiter à ſuo officio ſæpenumero deſiſtit, atq; in ocio torpet deſes. Sed erubeſce o Chriſtiane, & abſconde te à facie ſaluatoris tui: qui uel iumentis inſipientior, & formicis pigrior comprobaris. Sed audi ſapientem ita ſomnolentiam tuam redarguentem, Vade (inquit) ad formicã o piger, & con-
Prouer. 6. Expo. ſidera ſemitas eius, & diſce ſapiẽtiam ab ea: quæ quũ præceptorem non habeat, tamen de ſalute ſua ſolicita, in æſtate grana col-
Formica pigris exemplũ præbet laborandi. ligit, è quibus in hyeme uictitare poſſit. Attende quæſo ipſum faciendi modum, formam, induſtriam, diligentiam, laborem & ſolicitudinem formicarum: hæc omnia, inquam, attende & pro uiribus imitare. Attende q̃ diligenter laboret formica, q̃ diligenter inſudet, quantaq; cum feſtinatione, q̃ ſit nihil omiſſum quod fieri debeat. A primo diluculo uſq; ad ſerum ueſperum ſemper occupata eſt, ſemper ſedula, nullum tempus ab opere uacat: niſi
Feruẽter. quando alimentum ſumit ac paſcitur. Q̃ feruenter præterea, q̃ A. diligenter, quanto cum ſtudio & conamine currit athleta ille in ſtadio: qui lucrando brauio inhiat? Vnde & apoſtolus Paulus ita
1. Corin. 9. Expo. ait, Corinthios ſuos alloquẽs, Neſcitis fratres q hii qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit brauiũ. Si ergo illi qui in ſtadio currũt quo brauiũ ſibi acquirant, licet pro certo
Nõ ceſſat currere qui brauium ſperat. Oẽs currunt, ſolus unus accipit brauium. intelligãt oẽs unum ſolũ, brauiũ & palmã cõſequuturũ, uidelicet qui uelociſſime cucurrerit: nõ ceſſant tamẽ oẽs currere, nimirũ q nemo ex illis ſit, qui nõ ſperet brauiũ cõſecuturũ, qui nõ ſperet ſe
Ibidem. fore illũ unũ adepturũ præmiũ. Quod quũ ita ſeſe habeat, quãto magis debet unuſquiſq; mortalũ acriter iſudare, elaborare, atq; eniti: ut de uirtute in uirtutẽ currat, quo tandẽ æternæ gloriæ brauiũ aſſequat. Proinde & idẽ apoſtolus ita ſubiũgit, dicẽs, Sic curite ut cõprehendatis. Curramus ergo oẽs ad brauiũ illud, quod nobis proponitur, ad Chriſtũ uidelicet, qui unus uerũ & certũ

brauſum

brauium est. Porrò CHRISTVS ipse scopus est & meta ad quam cursus noster est dirigendus, CHRISTVS est palma aé præmium pro quo currendum est nobis, CHRISTVS deniq; merces est & corona quæ uincenti dabitur. Ita ergo curramus singuli, ut ipsum CHRISTVM assequamur: quandoquidē ipse præmium est, ipse corona est & gloria, propter quam hunc cursum adornamus. Est enim CHRISTVS brauiū, CHRISTVS palma est, CHRISTVS est corona. Cutre itaq; noli sistere gradū, noli eisdem hærere uestigiis, noli perpetuo desidere, nōli perpetuo uno permanere loco, ne morā facias in itinere, ne cesses, ne remittas cursum tuū, donec curriculi huius scopum attingas, nempe CHRISTVM. At superbus homo interim tot uestibus oneratus est, ut inter currendum retardare necessum est; itaq; hærens à tergo palmam perdit. Guloni uero uenter ita oppletus est, ut diutius currere nequeat. Auarus huius mundi diuitiis sic grauatur, ut eos qui gnauiter currunt, pone & longe à tergo sequatur. Libidinosus ita carnalibus appetentiis colligatur, ut & ipse quoq; longe post alios relinquatur. Verum desidiosus ita inter currendum omnino torpet, ut præ lassitudine subinde anhelet, suspiret, itaq; tandem langueat, ut tandem prorsus defatigatus succumbat ac iaceat supinus. Atq; hinc est q; ita aiat sapiens, Sicut ostium uertitur in cardine suo, ita piger in lecto suo. Quot sunt de hic stantibus, qui se asserunt sic uel sic facturos, hoc uel illud facturos, id uel aliud pro deo tentaturos? Et tamen nihil interim faciūt, sed eodem consistūt loco, non aliter q; ostiū cuiusdam cardo, qui licet subinde moueatur, tamen nunq; è loco suo migrat. Sic nonnulli uidentur sibi probe currere, eo q; quædam bona faciant. Sicut pueri qui sese mutuo eleuant & deprimunt, nunq; tamen se de suo loco moueant: sic isti aliquando segniter utcunq; mouentur ad hoc uel ad illud bonum, nec proficiunt tamē, sed in fine tam longe sunt à deo q; fuerant in principio, propter segnitiem suam uidelicet & discontinuationem bonorum operū, adeo ut labor ille, quem sumunt, friuolus sit & inanis. Qui autem tales sunt mordentur à conscientia sua, ita ut semper uelut

Christus ipse brauium est ad quod currendū est, idē palma, merces, corona.

Quidam nesciunt attingere brauium.

B. *Superbus.*

Gulo.

Auarus.

Libidinosus.

Desidiosus.

Prouer. 26.

Piger cardini ostij comparatur.

Piger cōparatur asi.

uersatilis rotæ axis clamitent, se sic uel sic pœnitentiam acturos, hæc aut illa bona facturos: quæ tamen nunq̃ effecta dabunt, ut nec axis unq̃ è loco suo mouebitur. Qui tales sunt quãuis interdum moueri uideantur, tamẽ nunq̃ promouent quicq̃. Sunt & alii quidam qui etsi utcunq̃ moueant sese, ita tamen lente id fit, ut à currendo longissime absint. Sit igitur unusquisq̃ uelox quidem & expeditus ad currendum, ita ut currens non habeas offendiculum, quemadmodum monet Solomon. Alii etiam currunt, sed indiscrete, nempe per uiam tortuosam, per obliquas semitas, per ambages & circuitum, aliaq̃ huiusmodi itineris sui remoramenta. Alii autem non nisi lento quodam & tardo passu cursitant, usq̃adeo ut raro aut nunq̃ ad metam destinatã perueniant, semper minorum uirtutum gradibus innitentes. Sunt & adhuc eorũ qui currunt duæ species: una eorum qui ita currunt ut ad scopum tandem perueniant, alii uero qui in ipso cursu cum occurrẽtibus confabulantur, sicq̃ immorantes obliuiscunt quo sit currendum. Currebat Cornelius, Centurio, currebat & Zachæus: & utercq̃ sane, nõ fide tantum, sed & operibus quoq̃ ita currebant, ut obtinuerint. Zachæus autem ut celerius curreret, abiecit portionẽ quandam bonorum suorum: ut ad cursum esset expeditior, ita dicẽs, Si quem defraudaui, reddo quadruplum. Sic & tibi quoq̃ abiiciendæ sunt uoluptates & carnis desideria: quoniam per illas ad hoc brauium non recte curritur. An non uenerat iuuenis quidam ad CHRISTVM sic dicens, Domine sequar te quocũq̃ ieris? At is cursum suum non perfecit, sed in ipso cursus initio reuertebatur, dicens, Domine, sine ut eam & sepeliam patrem meum, & tunc ueniens sequar te. Cui & dominus, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, tu me sequere. Vides ergo quomodo multi quidem currunt, sed unus accipit brauium. Nam sunt qui currentes grauibus sarcinis onerantur, sicq̃ in cursu suo impediuntur: quod & superiora exempla satis declararũt. Quidam etiã currunt sed non recto tramite, de quibus & psalmographus, In circuitu impii ambulãt. Sicq̃ fit ut in cursu deficiãt. Quidã uero segniter currũt, & sic inter currendum anteuertunt. Quidam in cursu

Prouer. 4. Quidam indiscrete currũt.

Duæ species currentium.

Cornelius. Centurio. Zachæus

Luc. 19.

Matth. 8.

1. Corin. 9.

Psalm. 11.

C.

D.

cursu suo remorantur, nec unq; ad curriculi finem perueniunt. Quidam uelociter currunt ac cursum continuant, & hi brauium consequuntur, ut fecerunt Petrus & Ioannes. Currebant etiam Ananias & Sapphira, sed in cursu ad diuitias relictas reuerti sũt: unde factũ est ut nec id cõsequi potuerint, ob quod curritabant. Ipsi enim sarcinam suam in parte quidem alleuabant, sed quia id sufficienter non fecerunt, palmam propter quã cursum inierunt, amiserunt penitus. Currunt & sæculares, at ipse sua sæpe frustrati: currunt claustrales nec uoti sui compotes sunt. Porrò sæculares detinentur quandoq; huius mundi delectamentis, ne à mũdo exeant: claustrales nõ raro carnis oblectamentis reuocant, ut ad mundum semel relictum redeant. Sæpe enim contingit ut otiosa dicula miseræ carnis huius cursum boni operis impediant. At de hoc currendi genere ita loquit apostolus, Currebatis bene, quis uos impediuit? Sicq; sunt multi admodum qui primo bene & generose incipiunt currere, sed mox importuna carnis suggestiõe & titillatione superati cessant, nec in bonis operibus perseuerãt. Infirmi autem currunt, ut sani fiant: nec labori ulli parcunt, quo tandem corporis sanitatem acquirant. Sic & pœnitentes quoq; peccatores agendo pœnitentiam laborant, ut sauciatæ animę salutem recuperent. Contraria enim contrariis curantur, subintrãt uirtutes recedentibus uitiis. Proborum autem hominum & eorum qui saluandi sunt, cursus non alius est q̃ continuus uirtutum profectus. Currant igitur iuuenes, currant uirgines, currant & senes cum iunioribus. Sed semper in hoc cursu qui plus diligit uelocius curret. Currebant olim simul Petrus & Ioannes, sed Ioannes præcucurrit Petro. Audiuerant isti duo Mariam magdalenam nunciantẽ q̃ CHRISTVS iam resurrexisset, & statim cursum ineunt: at Ioannes quia iunior, agilior & ad currendum aptior erat, Petro præcucurrit. Simul quidem currunt, id est simili affectu, sed tamen dissimili gressu. Petrus uero licet in currendo tardior erat, prior tamen in monimentum ingressus est. Quin & hisce quoq; diebus Petrus & Ioannes cursitant, hoc est senex & iuuenis: ambo quidẽ in præceptis dei, ambo in pœnitẽtia, Iunior longiorẽ

Anania. Sapphira. Sęculares. Claustrales. Galat. 5. Infirmi. Pœnitentes. Probi. Ioan. 20. Expo. Petrus. Ioannes. Senex. Iuuenis.

longiorem cursum consicit, at non tam cito intrat q̃ senex, non tam cito ingreditur sepulchrum id est mortis memoriam q̃ facit senex: neq; insuper aut tam cõtinuo aut tam studiose currit, q̃ senex idq; ob paucitatem dierum suorum. Sicq; senex iam cogitãs se diutius in hoc huius uitæ stadio currere non posse: omnia agit feruentius, omnia diligẽtius operatur, nec cessat pro hoc brauio comparando q̃ potest uelocissime currere. Et ad hunc modum currunt quidem ambo, ambo perueniunt quo uolunt, ambo desideratam palmam attingunt, ambo denicq; intrant. Curre itaq; o iuuenis, curre o senex, intra cum Petro in monimẽtum, intra per memoriam passionis CHRISTI, intra per recordationem resurrectionis eiusdem, breuiter intra per internam & feruidã deuotiõem. Q̃ si sic intres, inuenies lintheamina & sudarium, quibus inuoluebatur corpus IESV, hoc est munditiem pariter & læticiã. Nam puritas & mundities cordis significat per linthea-
men, in quo corpus IESV quondam inuoluebatur: quod etiam lintheamẽ ex sindone, hoc est ex panno lini candidissimi effectũ. Et tu quoq; inuolue glorioſissimum CHRISTI IESV corpus in puro corde, in syncera mente: uolue, inquam, atq; reuolue hoc CHRISTI corpus in mundo corde idq; per frequentẽ CHRISTI passionis recordationem. Quod si pia meditatione crebro feceris, inuenies undequaq; dira uulnera, liuores, plagas, puncturas, sanguinem. Quæ sane tantæ uirtutis sunt, ut facile purgent & emũdent ipsam animã tuam omnesq; eiusdem fœtores: & sic etiam te in hoc cursu conducent, ut in itinere tanto nunq̃ deficias, ut nulla pœna, nullo dolore, labore aut pœnitẽtia defatigeris. Ingredere ergo sepulchrũ hoc, hoc quo diximus modo: & inuenies insuper sudarium illud, in quo serenissima illa CHRISTI facies inuoluebatur. Quod non aliud significat, q̃ internum illud gaudium, internam consolationem: quam habet uere pœnitens, quoties glorioſissimę passiõis domini nostri IESV CHRISTI recordatur, & suæ ipsius pœnitentiæ actæ. Ieiunia sua crebra, sunt sibi tam delectabilia, lachrymæ tam dulces, pœna uero tam iucunda: ut nemo sit qui exprimere potest q̃ ingentem læticiam

Senex feruentius & diligẽtius pro brauio comparando currit q̃ iuuenis.

Petrus intrabat in monimẽtum, Ioãnes foras stabat.

Lintheamẽ & sudarium Christi quid significabant?

Lintheamen.

Ingredere sepulchrũ Christi.

Sudariũ.

Internum pœnitẽtis gaudiũ nemo potest exprimere.

E.

F.

&

, & consolationem intus apud se sentiat uere pœnitens. Multi ui- Bernardus.
, dent eorum cruces, sed non uident unctiones, ut ait Bernardus.
Huiusmodi ergo læticiam & gloriam significat sudarium, quam
gloriam & probi homines pro præmio sortientur in uisione illa
glorioſa. Considera itaq; gloriã resurrectionis CHRISTI, con-
sidera gloriã eius iã in cœlo patri à dexteris assidẽtis. Considera
pręterea q̃ immensam tandẽ habiturus sis mercedẽ pro hoc tam
paruo labore & modica hac pœnitentia, quam hic pro CHRI-
STO passus es. Vnde fiet ut tandem sudarium illud uerꝫ uideasꝫ
hoc est læticiam quandam internã & illam etiam maximam glo-
riam ex bonis operibus tuis prouenientem. Per quam confor-ta-
beris in ipso deo, in illiusq; amore cotidie robur magis ac magis
accipies, quo hunc laborem atq; initum cursum sustineas, donec
tandem accepto brauio cum CHRISTO IESV ac domino
F. nostro æternaliter gaudeas. Sunt adhuc alii qui bene quidẽ cur- Alij currũt sed
runt, at non perseuerant in currendo. Nam Ioannes præcucur- non perseue-
rit citius Petro ad monimentum, Petrus tamen citius introiuit. rant.
Quare opus est ut is omne onus deponat prorsus, qui uelociter
currere proponit, deponat omne onus suũ, quo curſus impediri
possit. Quod ergo hoc loco ad propositum nostrũ spectat, hoc
onus peccatum est: quo sic pleriq; onerantur, ut ad propositum
, brauium peruenire nequeant. Multi quidem currũt, inquit Pau- 1. Corin. 9.
, lus, sed unus accipit brauium. Sunt enim multi qui currunt recto Varij, uarijs
tramite, sunt etiam multi qui segniter ac tarde currũt, multi rur- modis currũt.
sum in gyrum ac uelut circulariter, ita ut & cursum suum inaniter
absumant: alii inter currendum deficiunt cessantes, alii utcunq;
currunt sed prorsus negligenter, alii deniq; in exitium suum &
præcipitium sempiternum. At de his postremis ita scriptum ha-
, bemus, Omnes conuersi sunt ad cursum suum, sicut equus impe- Hiere. 8.
, tu uadens ad prælium. Ac si diceret, omnes quidem malũ sequun- Expo.
tur, neq; solum huc peditentim ueniũt, sed plane currũt post cõ- Quidã ad mo-
cupiscentias suas: idq; sine omni discussione, sine recognitione, dum equi cur-
nec minore celeritate aut feruore, q̃ ferox equus ad prælium cur- rentis, ad præli
rere solet, hoc est cum maximo impetu & uehementia. Verum um currunt.

o peccator

o peccator si uniuersam Solomonis sapiẽtiam possederis, si corporis robore Sansone non esses inferior, si haberes Cresi opes, eandem cum Enoch uitæ diuturnitatem, si denique omnem Octauiani imperatoris potentiam sortireris, qui totum orbem quiete possidebat: quid tibi prodessent hæc omnia, quum tandem hæc caro tua uermibus danda sit, imò & anima tua cum dæmonibus

Matth. 16. & diuite epulone apud inferos sine fine cruciãda? Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur: aut quam commutationem dabit homo pro anima sua? Ita igit nobis currendum est, ut tandem brauium ac palmam cõsequamur. Curramus credendo, curramus sperando, fidendo & desiderando: curramus etiam corpus castigando, bonis & egentibus eleemosynas elargiendo, malis ignoscendo, curramus bona opera hilariter & ex animo præstando, & ita ut & currentium uires orando adiuuentur, nec simus negligentes quo tandẽ ad ipsam charitatis perfectionem percurramus uiriliter. Perse-

Quomodo currendum sit ut brauium consequarii.

Perseuerantia multũ ualet ad brauium consequendum.

G. ueremus insuper in incepto cursu, quũ scimus q̃ unus tantũ brauium accipiet, unus tantum saluabitur. Sic ergo curre ut tu sis ille unus. Sed quid tu tum facturus es, si unus dumtaxat saluabitur? Ego dicam quid hic facere debeas. Curre cũ aliis, sed caue curas segniter, non oblique, non circulariter, nec negligenter, noli deficere in uia, perseuera perpetuo, quia sola perseuerantia coronat & palmam fert. Qui perseuerauerit usq; ad finem, hic saluus erit. Nam Iudas ille proditor probẽ quidem exorsus est, at neutiq; perseuerauerit: contra, Paulus male cœpit, sed posteaq; semel ad deum conuersus fuerit, ad finem uitæ usq; iugiter perseuerauit, unde & in cœlo pro labore suo tãdem coronatur. Vnde & de seipso quoq; sic scriptum reliquit. Bonum (inquit) certamẽ certaui, cursum consũmaui, fidem seruaui: ideo reposita est mihi corona iusticiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Quin & tu quoq; huiusmodi certamen certato: curre strenue in hoc stadio, labora & operare instanter quo tandem similem palmam consequaris, Quoniam non est opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia apud inferos quo tu properas. Non est enim

Idem. 10.

Iudas.

Paulus.

2. Tim. 4.

Hic laborandũ dum uiuat.

Eccle. 9.

enim apud inferos ullum opus, non datur illic ullus labori locus, non est illic ullus labor meritorius, non est pœnitentia ulla quæ prodesse possit. Nūc enim dum adhuc uiuis, uel una gutula lachrymarum tibi utilior erit, & omnes illæ lachrymæ quas postea fundere potes, etiāsi tot emitteres, quot mare ipsum guttas aquæ continet. Hic ergo laborandū est, hic operandum quantū possumus: quia post hanc uitam tēpus merendi non dabit, ut scilicet meritorie & utiliter operemur, quemadmodum & superiore hebdomada de diuite dānato satis uobis declarauimus. Nec est apud inferos ratio uidelicet defensionis, excusationis, allegationis, appellationis uel denique supplicationis. Illic non habebis qui te defendent, illic non habebis unde ignorantiam tuam excuses: nec illic dicere potes, hoc nūc̄ cognoui, quia si cognouissem nō perpetrassem sane. Neq; illic auctoritatem allegabis tuam, neq; nobilitatem aut latas possessiones. Illic nec preces, nec supplicationes, aut instantiæ ullæ tibi proderunt. Denique illic nulla appellatio ad superiorem iudicem fieri potest. Vnde & Solomon ita ait, non parcet in die uindictæ, nec acquiescet precibus cuiuscū: non recipiet pro redemptione dona plurima. Nō est ibi scientia boni uidelicet aut probitatis, sed mali tantum & iniquitatis. Non est ibi sapientia scilicet contemplationis, non ulla gaudii cognitio aut uoluptatis. Nam ibi omnino nihil scītur, nisi quid sit dolor, quid timor, quid pudor, quid pœna, quid ignis, quidq; æterna damnatio. Quo tu properas, inquit, male scilicet operando, atq; uoluptuose & nequiter uiuendo. Est itaq; huius loci sensus iste, q opus, ratio, scientia, & sapiētia, hic tantum locū habent & usum: in futuro uero fructum dignum factis nostris, hoc est aut bonū aut malum. Bonum uidelicet si bene uixeris, malum uero si male. Commuta igitur malam tuā uitam in bonam, ac tū bonam uitam tuam in meliorem. Sic ut si prius fortis fueras in CHRISTO IESV, modo fortior fias: si prius bonus, nunc satage ut sis melior. Præterea si antehac fortis fueras in bibendo ac strenuus uini potator uidelicet ad ebrietatem usq; : nunc stude ut fortis fias in ieiunando, in abstinēdo, & pœnitentiam agendo, quo deo tuo fideliter

Opus nullum apud inferos.

Ratio non est apud inferos.

Prouer. 6.

Scientia non est apud inferos nec sapientia.

Eccle. 9.

Rom.6. fideliter seruias. Ad quod & Paulus quoq; te sic exhortatur, Sicut exhibuisti membra tua seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: modo exhibeas eadem membra tua seruire iustitiæ in sanctificationem. Sed sunt nonnulli qui modo contrario commutanẽ, de malo in peius: sicut faciunt illi qui indies peccata peccatis accumulant, qui scelus sceleri addũt, abominationemq; abominationi. Sicq; de exiguo facinore ad grauius & horribilius tendere pergũt, à delectatione ad consensum, à consensu ad actũ ipsum, ab actu perpetrato ad consuetudinẽ, à consuetudine uero ad defensionem peccatorum suorum, at à defensione peccatorũ ad gloriandum de malefactis suis, atq; ab hac demum gloriatione ad extremam desperationem, ac tandem in manifestum contemptum, iuxta illud, Impius quum in profundum malorum uenerit, contemnit. Atq; tum demũ hunc etiam mundũ contemnit, quem prius sic immoderate dilexerat: tũc & corpus suum asperanatur, quod prius tanti fecerat: tunc personas ipsas odit, quibus cum prius peccatum commiserat: tunc & præsentem hanc uitam negligit, corpus suum atq; animam: tũ cœlos contemnit & item inferos, imò ipsam dei misericordiam infœliciter despicat: quo tandem sit, ut non immerito damnetur. Et hic sane miserrimus peccati finis est, nempe desperatio atq; damnatio æterna: quia desperatio semper ad obstinatiã rectà ducit. At obstinatis & induratis in malicia, nunq; misertus est deus. Cuius rei & hęc ratio est, q; Peccati uenia non datur nisi correcto. Ipsi tamẽ obstinati adeo omnino incorrigibiles sunt, ut nulla nec uenia nec misericordia digni existant. Attamen deus ipse pro infinita misericordia sua aliquãdo huiusmodi obstinatos in pœnitẽtes cõmutat: & ex malis bonos facit, ex lupis oues, ex obstinatis humiles, denicq; ex peccatoribus sanctos. Atq; de huiusce modi loquitur, ppheta hic, quũ ait, Sicut operiorium mutabis eos, & mutabũtur. Quẽadmodũ & de Paulo satis euidenter patet, qui quũ prius sanguinem sanctorum sine intermissione sitiebat, quum ipsum CHRISTVM eiusq; ecclesiam persequutus esset primo: postea tamẽ mutatione dextræ excelsæ in alium uirum subito conuersus est, ut &

24.

Quidã ad malo in peius cõmutantur.

Gradus p quos peccator descẽdit ad infernũ.

Prouer.18.

24.q.2.

Reg. iuris lib. 6.

Littera.

Paulus mutatur in uirum alterum.

K. ut & ſuperiori die audiuiſtis. De quo & illud prophetæ Iacob
, uaticinium uerificatum eſt, Beniamin lupus rapax mane come- Gen. 49.
, det prædam ſuam, & ueſpere diuidet ſpolia. Mane, hoc eſt in iu- Expo.
uentute ſua Chriſtianorum perſequutor erat: at ueſpere id eſt
poſtea nimirum in ſenectute ſua diuiſit ſpolia, hoc eſt mirifice
(iam uidelicet dei gratia commutatus) euangelica ſacramenta
Chriſtiano populo communicauit. Nec ſolum Paulum ſic muta-
uit hæc dei gratia, ſed alios etiam non paucos, ut & cotidie mutat
, aliquos, quod & propheta quoq; noſter ſubindicat, ita aiens Si- Littera.
, cut operto rũ mutabis eos & mutabũtur. Veſtitus autẽ cuiuſuis Expo.
nobilis uiri pro diei cõditiõe mutat iuxta maiorẽ minorémue po
puli frequentiã ac diei feſtiuitatem. Eodẽ modo & in magno illo
die feſto generalis uidelicet reſurrectiõis, ubi maxima futura eſt
, populi apparentia (Vbi & oportet nos omnes manifeſtari ante 2. Corin. 5.
, tribunal dei) populus dei nouo & recenti amictu induetur. Nam
, teſtante Apoſtolo, Corruptibile hoc incorruptionem induet, 1. Corin. 15.
, mortale hoc immortalitatem, & quod ſeminatum & putrefactũ Expo.
, in ignobilitate, ſurget in gloria. Vbi autẽ prõpheta declaraſſet
, curſum illũ, de quo dixit apoſtolus, Omnes quidem currunt, ſed 1. Corin. 9.
, unus accipit brauiũ, quem & in his uerbis intelligit, Sicut oper- Littera.
, torium mutabis eos, & mutabuntur: nunc uero declarat nobis
ipſum brauium, ipſam coronam, ipſum ſertum ac palmam ob
, quam curritur. Nempe ibi, Filii ſeruorum uorum habitabunt,
, & ſemen eorum in ſæculum dirigetur. At primo omnium ut ad Omnes reſur-
materiam quam ſuperiori die nondum perfectam reliquimus, gemus, ſed alio
, demuo redeamus, nempe illam Corruptibile hoc incorruptionẽ & alio modo.
, induet, & cætera: tum uobis exponebam quomodo corrupti-
bile & mortale hoc corpus aliquando reſurget, at non omnibus
, eodem modo. Omnes quidem reſurgemus (ait Paulus) ſed non 1. Corin. 9.
, omnes immutabimur. Omnes enim ut par eſt reſuſcitabuntur, Expo.
attamen alii aliter. Nam corpus illud quod hic in deo laborabat,
corpori ſuo adiungetur, ſicq; ſimul corpus & anima æternum
L. gaudium & gloriam recipient. Contra uero, corpus illud quod
ſcelus perpetrauit, quod in peccando oblectabat, rurſus miſeræ

animæ ſuæ copulabitur atq; ambo pariter in æternum exitium ibunt: ut quemadmodum ambo in peccando uoluptatem habuerunt, ita & tunc pariter perpetuas luant pœnas. Vt contra fiet bonis, qui ut hic pariter in anima & corpore labores in deo & propter deum ſortiti ſunt: ita & tunc ſimul ad ꝛternum gaudium uocabuntur. Atq; hac de cauſa ait Paulus. Omnes quidem reſurgemus, ſed non oēs immutabimur. Tum enim recipiemus præmiū uel pœnam, prout nos hic in hoc corpore geſſimus. Et proinde Abraham damnato diuiti epuloni ita dixit, Recordare fili quia recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu uero cruciaris. Recordare, inquit, oduues q̄ in hoc mundo opes multas habuiſti, recordare quomodo in hoc mundo delicias exercuiſti, quomodo corpus tuum illecebris, uoluptatibus, atq; diabolo ſeruiendo exhauſiſti. Et ex altera parte recordare quomodo Lazarus recepit mala, id eſt paupertatem, inopiam, uarios morbos & infirmitates, miſerias, calamitates, inediam, ſitim, nuditatem & algorē, atq; id genus alia. Et proinde ille nūc conſolationem habet gaudioq; æterno fruit: tu uero iſthic apud inferos dire cruciaris, nec unq; uſquam cruciatus tui finē inuenies. Surgēt ergo omnes tam boni q̄ mali, at nō omnes mutabunt amictum ſuum. Porrò ſurget peccator quilibet, at non mutabit ſordidatam tunicam ſuam: non mutabit uilitatem corporis ſui corruptionem. Quia ubi bonus reſurget in gloria, corpusq; glorificabitur: ibi reſurget peccator totus in ignobilitate. Sed quid hoc eſt quod dicit in ignobilitate? Non aliud certe q̄ in corruptione ſua. Siquidē ubi probi uiri corpus reſurget ornatum quatuor illis gloriæ dotibus, de quibus ſuperiore dixi apud uos dixi: ibi econuerſo, peccatoris corpus reſurget quatuor damnationis dotibus deturpatum. Porrò ubi probi hominis corpus agilitatem ſortietur: ibi peccatoris pondus immēſum habebit grauitatem maximam. Eritq; graue, ponderoſum, ab agilitate alienum, ita ut locatim facile demouere non poterit, quo uel requiem aut uoluptatem ſuam ſectetur: ſed perpetuo iacebit uoluēs ſeſe ac undequaq; uerſēs in pœnis illis infernalibus.

Luc. 16. Expo.

Diuer recepit hic bona, Lazarus mala.

Quatuor calamitates damnatorum, contra quatuor dotes ſalutandorum.

.I.

Hic

M Hic quidem licet interdum corpus tuum graue sit, sauciũ, ægrotum, infirmum, debile, nec ad mouendum aptum: tamen habes mollem culcitram qua leues ægritudinis tuæ tædium, habes famulitium, habes amicos qui te iuuent, qui te alant, qui te in lecto tuo in hoc uel illud latus molliter inclinent, quoties eò imbecillitatis perductus es ut per te corpus tuum uertere nequeas. At ibi nequaq̃ ita erit, nec ullum auxilium senties, præter quod illue tecũ attuleris. Illic enim erit calix non uini meri, sed plenus mixto; ueruntamẽ non est exinanita fex eius, bibent omnes peccatores terræ. Præterea ibi resurget corpus boni in claritate: at corpus damnati erit prorsus tenebrosum, obscuritateq̃ maxima deformatum: erit fœdum, tabidũ, fœtidum, cadaueroſum, undiq; erociatibus repletum, plenum languoribus, plenũ dolore atq; amaritudine, totum auditui abominabile, magis abominabile uisu, maxime autem abominabile tactu, gustu olfactuq; atq; omnibus penitus modis horrendum. Tertio ubi glorioſum corpus subtilitatem habebit, ibi habebit damnatus mirãdam crassitiem quãdam, adeoq; crassam, adeo densam & ponderoſam, ut prorsus mouere nequeat nisi cũ cruciatu quodam magis intolerabili q̃ cogitari possit. Postremo ubi corpus glorificatum impassibilitatem possidebit, ibi damnatum corpus omnino passibile erit ac omnibus tormentis obnoxium, ut fami, siti, calori, frigori: eritq; ægrotum, infirmum, imbecille, in plagis, passionibus, pœnis, infirmitatibus, morte, morte, morte, nunq̃ tamen morietur. Semp enim in mortis agonia uersabitur, attamen morietur nunq̃: semper in cruciatu maximo, nec leuamen sentiet ullum: adeo q̃ desiderabũt quidẽ mori, & mors fugiet ab eis. Iam (uti opinor) satis uides q̃ sit id uere dictũ à Paulo, Omnes quidẽ resurgemus, sed non omnes immutabimur. In quo textu notat apostolus non unam duntaxat, sed duplicem sanctorũ commutationem: quando non solum perpetuam corporis incorruptionem accipient mercedis loco, sed & æternam etiam stabilitatem, adeo ut postea mori nequaq̃ poterunt. Hæc omnia faciet ille solus, qui semper idem ipse est, cuius anni nec deficient unq̃: hæc omnia

Psalm. 74.

.2.

Omnes sensus dãnati, sitient suã propriam pœnam.

.3.

.4.

Apoc. 9.

1. Corin. 9. Expo.

Sancti iuſtes dicuntur operatorũ ſiue ueſtimẽta dei.

ſolus ille reparat & mutat in ſtatum neutiq; corruptibilem. Porrò ſancti uiri adhuc in hoc mundo uiuentes, dicũtur operatorium dei. Quia ſicuti homini nihil propinquius eſt q̃ ueſtimenta ſua: ita & deo nihil uicinius eſt ſanctis ſuis. Et ſicut homo quiſpiam ueſtibus ſuis circundatur, ita & deus ſanctis ſuis undiq; ueſtitur

Pſalm. 44.

ac circumſtipatur. Mirrha, gutta, & caſſia à ueſtimentis tuis, inquit pſalmographus. Quandoquidem omnium uirtutum odoramentum à ſanctis prodit & diffunditur: recte ſane dicitur q̃ à ueſtimentis dei mirrha, gutta, & caſſia procedãt. Quia, ut inquit

2. Corin. 2.

apoſtolus Paulus, CHRISTI bonus odor ſumus deo. Veſtimẽta igitur dei mutari dicuntur, quum ſancti poſt mortem corporis huius in beatam fœlicitatem demigrant, uitam æternam poſſeſſuri. Sic enim mutãtur omnia, utpote quæ natura ſua mutabilia exiſtunt, ut ſuperius fuſius quoq; declaratum eſt. Porro cœlũ ipſum, terra, mare, animalia tũm rationabilia ſiue irrationabilia, tempus, ætas, anni, menſes, horæ, minuta, aliaq; omnia quæ creantur ubiq;: omnia inquam hæc continuo mutantur, omnia hæc modo creſcunt, mox decreſcunt, omnia cum tempore tranſeunt & mutant. Quod & propheta hic noſter Dauid hiç quoq; clare teſtatur, quũ ait Tu autem idem ipſe es & anni tui non deficient. Tu enim deus ſolus es, tu ſolus ſanctus, tu ſolus immẽſus, tu ſolus incomprehenſibilis, tu ſolus immortalis, inuiſibilis & immutabilis. Nam, uel Auguſtino teſte, Mutabilitas eſt quædam mortalitas, dum enim quid de præterito in futurum mouetur, quaſi præterito moritur. Solus itaq; deus ad hũc modum immutabilis eſt, quia nihil præteriti ei decedit, ut nec futuri quicq̃ accedit: ſed quicquid unq̃ uel eſt, uel fuit, uel poſthac futurũ eſt, totũ hoc ſoli deo ſẽper adeſt præſẽs. Angeli autẽ & ipſi mutabiles hactenus exiſtunt, q̃ de præterito in præſens, rurſus de præſenti in futurũ moueantur. Nam præteritum iam habuerunt, futurum uero nõdum habent. Conſtat uero q̃ ſocios illos ſuos angelicos, qui cum Lucifero lapſi ſunt, iam non habeant: & item q̃ cõſortio ſanctorum, qui adhuc hic in terris peregrinantur, adhuc etiam careãt. Illi enim præterita, memoria ſua recolligunt, futurum uere præſciendo

Littera.

Deus ſolus immutabilis, inuiſibilis, & immortalis.

Auguſtinus de cognitione uere uitæ capitulo. 32.

Deus ſolus immutabilis.

, sciendo intelligunt. Quin & iidem quoq; dum reliquas creaturas
, in se mutabiles considerant, quodammodo à statu immutabili-
, tatis suæ degenerant. Atq; huiusmodi mutabilitas est filia lo-
, co mortalitatis cuiusdam. Animæ insuper humanę sicut prorsus
, & per omnia mutabiles existũt: ita penè & per omnia mortales.
, Quippe q; deus ipse animæ uita existat, non aliter q; etiam ani-
, ma uita corporis inuenitur esse. Et quemadmodũ corpus ipsum
, mortuum fit quandocunq; anima abfuerit, sic & anima humanę
, toties moritur, quoties deo qui solus illi uitam præstat, carere con-
, tingit. Similiter sicut oculus aliquis cæcus, mortuus dicitur quũ
, lumine suo priuetur, ita & anima mortua perhibetur esse, quan-
O. do beata uita (quæ deus est) frui non potest. Solus igitur deus
, proprie loquendo habet immortalitatem, propterea q; solus ille
, nullam prorsus recipit mutabilitatem. Sic etiam & solus deus in- Deus inuisibi-
, uisibilis dici poterit, q; nulli omnino creaturæ ad plenum intelli- lis.
, gibilis existat. Porrò ipsæ beatorum animę atq; angeli cœlestes
, suo quodam more, non autem more nostro, eum semper uidẽt:
, id est non per spatiorum interualla, sicut nos corpora uidemus,
, sed intra se & extra se in omni creatura & extra omnem creatu-
, ram perspicue eum conspiciunt, nec ullo intellectus intuitu, am-
, plitudinem suæ claritatis excedunt. Verum quia non ita absolu-
, te & plene ab ipsis conspicitur & intelligitur: ideo solus ille me-
, rito inuisibilis dicitur. Vnde & propheta quoq; ait. Tu autem idẽ Littera.
, ipse es: id est uera illa dei æternitas, uera dei immortalitas, neq; Exponitur po-
id tantum q; eius sempiterna uirtus & diuinitas nullius finis limi- stea.
ne claudatur: sed q; infinita potestas eius atq; uoluntas nulla unq;
imperfectionis inconstantia aut uarietate permutetur. Et hac de
, causa sic de seipso apud Mosen loquitur ipse dominus, Ego, in- Exodi. 3.
, quit, sum qui sum. Et iterum ibidem, Hæc dices filiis Israel. Qui Expo.
, est, misit me ad uos. Quod nõ abhorret ab hoc prophetę huius
, dicto Tu autem idem ipse es. Homo enim quisquis etsi ipse sit,
non tamen idem est: quando quidẽ ex suę mortalitatis corrupte-
la id accepit, ut diu in eodem statu permanere non possit. Quod
, & Iob quoq; testatur ita de homine loquẽs, Nunq; in eodẽ statu Iob. 14.

permanet. Id quod de deo sentire, non absurdissimũ tantũ esset, sed plane impium. Quoniam sicut deus ipse omnipotens est & sempiternus: ita est omnino incommutabilis, nullam unq; diminutionẽ sentiens, nullis augmẽtationibus excrescens, nunq; propositum mutans, nunq; improbans quod semel approbatum est. Quid ergo de deo dicendum restat? Profecto non aliud, q; quis unus prorsus inuisibilis sit, immensus sit, immortalis, incorporeus, incircumscriptus, illocabilis, immutabilis, æternus, semper superq; gloriosus, & qui nec augeri nec minui ullo modo potest, neq; unq; quod proposuit mutare. Vnde & subdit propheta, Et anni tui non deficient. Si hic per annos dei, eius æternitatem accipiamus, satis aperte uidemus, quomodo eius anni deficient nũq;. Nullus enim annorum numerus ad dei æternitatem ulla ex parte comparari potest. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanq; dies hesterna quæ præteriit: ut ait idem hic propheta noster. Veruntamen si per annos eius ipsam sanctorum multitudinẽ intelligere libeat: nec sic anni eius deficient unq;, quandoquidem unum cum illo fient, qui ne deficere quidem ullo modo potest. Annum autem nihil aliud uocare solemus, q; quandam multorum dierum reuolutionem. At quid aliud sunt sancti, nisi dies quidam: aut quid peccatores, q; atra quædam nox. Hinc & illud quoq; scriptum reperitur, Dies diei eructat uerbũ, & nox nocti indicat scientiam. Anni ergo tui domine non deficient, propterea q; sanctorum chori posteaq; semel incomprehẽsibilem illam lucem nacti fuerint, nunq; amplius sentient ullam aut ignorantiæ aut tentationis obscuritatem. Porrò tunc dies deficere uidetur, quando uel nubium densitate uel opacæ noctis tenebris obscuratus, lucem natiuam amittere incipiat. Quod quidem ab illa futura sanctorum uita longe alienissimum erit: quia ipsa uera & indeficiens lux, quæ neutiq; obscurari potest, semper in sanctis effulgebit. Ex hisce ergo prædictis satis patere opinor, quomodo omnia mutabilia exitiunt, quomodo omnia item mutabunt: imò quomodo & cœlum & elementa murationem quoq; suam sortiẽtur, non tamẽ quod ad substantiam attinet: sed quantum ad proprietates

Deus qualis sit?

P.

Littera.

Expo.

Anni dei qui sunt?

Psalm. 89. Expo.

Annus quid sit?

Psalm. 18.

Quomodo omnia mutabilia sunt?

Q prietates quaſdam, quas tamen nunc habent. Porrò terra uitro
aſſimilabitur: aqua tam rara erit & tam clara, ut nunc aër eſt cir-
ca terram, ut quidam affirmant autores. Aër uero non ſecus q̄
ignis illucebit. Quin & ignis quoq; ſphericus nec minus lucidus
atq; ipſum firmamentum. Luna nihilo minus clara erit, q̄ eſt iam
, ſol ipſe. Denicq; ſol ſeptempliciter ſuo lumine inaugebitur, iuxta Eſai. 30.
, lucem ſeptem dierum. Erit ipſidem & in ipſo etelo empyreo mu-
tatio quædam, quia plenum erit ſanctorū corporibus, ſicut nunc
eſt ipſum firmamentum plenum ſtellarū globis. Et hoc eſt quod
, ait Paulus, Stella differt à ſtella in claritate, ſic reſurrectio mortu- 1. Corin. 15.
, orum. Sicut enim opertoriū uel palliū quoduis mutat in magnis
feſtorum dierum ſolemnitatibus: & glorioſius ſplendidiusq; ſu-
, mitur: ita in die illa ſolenni, nempe in ultima reſurrectione Cor- Ibidem.
, ruptibile hoc corpus induet incorruptionem, & mortale hoc in- Expo.
, duet immortalitatem: & quod ſeminatum eſt & putrefactum in
, ignobilitate, ſurget in gloria. Siquidem in electis, corrupubile Iuſti quibus do
hoc corpus ad eam perfectionem reducetur, ut poſtea nūq; cor- tibus ornabū
rumpatur, ut nunc̄ ſit infirmum futurum, ut nunc̄ ſaucium, lan- tur, quibus nu
guidum aut ægrotum, nunc̄ famelicum, nunc̄ ſiticuloſum, nec nq; carebunt.
ulla denicq; mala contagione affectum. Preterea quod nunc mor-
tale eſt, tum erit immortale futurum: quod nunc paſſibile eſt, tūc
erit impaſſibile: quod nunc ponderoſum, erit etiam agile: quod
nunc obſcurum eſt & groſſum, tunc clarum erit & imputribile.
Tunc enim ipſa anima dotibus hiſce ſuis decorabitur, uidelicet
viſione, dilectione, atq; tentione. Corpus etiam ſuas proprias do-
tes ſortietur, ſcilicet agilitatem, claritatem, ſubtilitatem, atq; im-
paſſibilitatē, de quibus dotibus etiam alias plura uobis diximus.
Cæterum quia multi ſunt reſurrecturi, qui tamē tantam gloriam
, non ſunt habituri: idcirco ſubiungit prophera, Mutabuntur ui- Littera.
, delicet in melius, nempe in incorruptionem, in immortalitatem,
, & in gloriam æternā. Atq; hoc eſt quod dicit apoſtolus, Omnes Ibidem.
, quidem reſurgemus, ſed nō omnes immutabimur: per hoc haud Expo.
dubie innuens iuſtos diuino munere commutandos. Non tamen
oēs (ut dicit) immutabūtur. Quia impii tum iuſtis reſurrectionē

quidem carnis communem habebunt: sed immutationis gratiam haud quaq; habebunt, quæ piis & iustis in futuro dabitur. Quoniam ab impiorum corporibus neutiq; auferetur corruptio, & ignobilitas, ne infirmitas, in quibus seminantur. At iusti, probi & sancti, imò ipsi martyres, in futura resurrectione immutabuntur: & cicatrices, quas hic pro CHRISTI nomine perpessi sunt, remanebũt ad ampliorem gloriam illorum, ad declarandum uidelicet quantum illi pro dei amore pertulerunt. Quin & illæ uulnerum quoq; cicatrices, quas pro CHRISTO pertulerunt, tanto reliquas corporum suorum partes fulgore superabunt, quanto clarissima margarita aurum puritate & precio antecedit. Et quẽadmodum margarita ipsum aurum non parum ornat & decorat, atq; sol firmamentum: sic hæc sanctorum martyrum & cicatrices totum reliquum corpus adornabũt ac uenustabunt nõ mediocriter. Hinc & CHRISTVS quoq; ipse omnium martyrum princeps & dominus etiam cũ cicatricibus suis resurget aliquando ad iudicandũ uiuos & mortuos. Hæ autem cicatrices sanctis martyribus margaritarum uice erunt. Toga enim tua siue holoserica fuerit, siue ex auro textili, aurifabri opera sparsim uariegatur quo fiat preciosior, atq; ut ipsum etiam aurum decentius appareat, gemmis & margaritis undiq; illustras. Ad eundem planemodũ & beati martyres suis cicatricibus uelut quibusdam margaritis clari erũt, nec secus q; sol ipse resplendescent: quin & ipsę cicatrices si ad reliquũ corpus conferantur, instar lucidissimi solaris iubaris erunt. Et licet hic à tortoribus mutilabantur, ac plerisq; membrorum spoliarentur: illic tamen resurgentes, integri erunt, perfecto & glorioso corpore præditi. Putas ne tu Ioannẽ baptistam illic sine capite resurrecturum, q hic ab Hærode, capite truncatus esset? Aut diuum Bartholomæum tum sine pelle futurum, q hic olim excoriatus esset? An credis beatũ Laurentium assato corpore tunc surrecturum ac de fumo male olere, q hic in craterą assatus sit? Aut reliquos martyres in iudicio sistendos eisdem membris orbatos quibus hic olim priuabantur? Minime inquam, minime. Nihil horum, nihil certe horum illis tunc

eueniet:

De ciuitate dei lib. 22. ca. 20.

Mutilata martyrũ corpora integra in iudicio erunt.

R.

S.

T.

8. ueniet: nihil prorſus imperfectionis illis aderit. Sed reſurgent omnes in gloria, reſurgent in ſumma pulchritudine, in maieſtate maxima, in maiore glorificatione q̄ quiſq̄ exprimere poſſit: unde & ego eam amplius declarare omittam, donec fiet ut tu ipſam fœliciter ibidē inuiſas. Tunc enim & ipſi ſancti martyres in ipſa reſurrectione immutabūtur, & illorum uulnerū cicatrices, quas pro CHRISTI noſe perpeſſi ſunt, tunc manifeſte uidebimus. Non enim deformitas in eis erit ulla, ſed dignitas & pulchritudo fulgebit. Proinde ſi qua ab illis amputata ſint membra in hoc ſpeculo, non carebunt illis in reſurrectione mortuorum, præſertim quum illis dictum ſit à CHRISTO, Capillus capitis ueſtri non peribit. Quid hoc dictu eſt: non carebis tunc ne uno quidem capitis tui capillo? Q̄ ſi ne unus quidē capillus tū tibi deerit, quid de his crinibus tum futurum eſt, qui uel à barba tua hactenus abraſi ſunt, uel à capite tuo detonſi? Cuiuſmodi capillitium eſt hoc cuius nō minimus crinis defluet periturus? Cæſaries quidem excrementū quoddam eſt & naturæ ſuperfluitas, res plane friuola & ſuperuacanea: quæ ſi inordinate defluat, res turpis eſt & quæ oculos facile offendat: at ſi tondeantur decēter, ſi in ordinē apte rediganť, non parū hoſem uenuſtāt & honeſtāt. Q̄ auť ait ne capillū quidē capitis tui tūc periturū: non aliud dictu eſt, q̄ q̄ ne minimus quidē capillus capitis tui, nō minimū iota quod ad ornamentū tuū ſpectabit, quod ad formā, uenuſtatē & gloriā erit, tū tibi deerit. Quandoquidem ſuperflua oſa tū reſecabunť ac delebunť penitus: & quicquid in forma tua deminutū eſt aut defectiuū, reſtituet corpori tuo ac per potentiā dei replebit. Quoniam quādo reſurrecturi ſint hoſes in illo nouo ſæculo, licet manifeſta illorū glorioſorū uulnerū ueſtigia, quæ in iſta mortali carne cernunť, apparebūt: ubi uel ipſa mēbra olim præciſa ſint, ubi fuerit peruſta, exuſta, uel execta, licet cicatrices aperte uidebunť: tamen eiſdē mēbris nō reditis ſed redditis cōparebūt. & licet ibi uulnerū ueſtigia nō defuerint, nō tamē uitia appellanda ſūt aut defectus, ſed uirtutis iudicia & ſigna, quę hic pro CHRISTI noſe & fide, T. glorioſe ſuſtulerūt. Sic & ipſe quoq̄ Chriſtus cū ſuis uulneribus reſurrexit, & eodem modo in iudicio & poſt iudiciū remanebit.

Luc. 21. Expo.

Capilli capitis quid ſignificent

Chriſtus cum ſuis uulneribus in iudicio apparebit.

Porrō

Qua formæ re surgemus, & qua quantitate.

Porrò hęc uulnera illius uirtutis indicia & glorioſi illius triumphi ſigna, in reſuſcitatione ergo ſanctorũ corporũ, dei omnipotentia, cuncta in antiquam formam reuocabit, quæ hic uel beſtia uel ignis abſumpſit, quæ in puluerem uel cinerem delapſa ſunt, quæ in humorem reſoluta, & quæ in tenues auras ſunt exhalata: quandoquidem hæc omnia deum multũ latere poſſunt. Nam eadem materia numero, reducetur ad corpus reſurgẽtium, quomodocunq; fuerit tranſmutata: quin & per naturam adnihilari nõ poſſit, ut ait philoſophus. Sed redibũt ne omnia quę uel per ignẽ abſumpta ſunt, quemadmodum ſeptem fratres Machabæi, uel aliõqui per calorem naturalem? Reſpondetur cõmuniter q; non. Quia iuxta eum modum immodica foret corporum reſurgentium magnitudo, craſſities & obeſitas: ſed illæ partes quæ ad decorem corporis pertinebant. Sed eſto q; quis fame cõfectus atq; compulſus, ueſcatur humanis carnibus aut cadaueribus (quod & aliquando etiam accidiſſe ueteſtatur hiſtoria, quomodo duæ olim mulieres in Samaria tempore famis uno die coxerunt filiũ unius mulieris & comederũt, ſequenti die alterius filiũ cocturę & comeſturæ) quid ergo ſi comeſis cadaueribus totũ per imos meatus digeſtum ſit, nihilq; inde in illius carnem mutatum ſit aut cõuerſum? Certe quicquid carniũ exhauſit fames: utiq; in ipſas auras exhalatũ eſt & abſumptũ. Sed nihilominus deus ipſe omnipotens (uti & ſupra diximus) facile in locum antiquum reuocabit quicquid hactenus aufugit. Quin & dei iuſſu reddetur eadẽ caro homini illi, in quo caro illa cœperat eſſe primitus. Ab illo autem altero tanq; mutuo ſumpta deputanda exiſtit, & uelut æs alienum illi reddenda eſt, unde prius ſumebatur. Illi uero, quem ſua fames extinxiſſet, ab eo qui optime poteſt (etiã exhalata) reducere, reddetur denuo. Attamen ſi prorſus omnibus modis periſſet, nec ulla eius materies in ullis naturæ latebris remãſiſſet: certe eãm uel minimo negocio undecũq; uellet, repararet omnipoteris. Sed uel propter illam unicam ſententiã, qua dixit Capillus capitis ueſtri nõ peribit: abſurdum foret abſurdũ, ut putaremus tantas carnes fame depaſtas atq; cõſumptas perire potuiſſe, quum

Philoſophus.

Integri reſurgemus. 4. Regũ. 6.

Luc. 21.

V. quum ne capillus quidem deperire queat. Reliquum ergo est ut unusquisq; suam mensuram in resurrectione recipiat, quam uel habuit in iuuentute etiam si senex mortuus est: uel quam fuerat habiturus, si ante iuuentutem uita defunctus fuerat. Quin & abortiui, effusi & nondum nati modo animati fuerant, siue paruuli nati atq; regenerationis capaces & participes facti, suam istiam mensuram & plenitudinem sortientur, neq; ulla re carebunt quae ad suam perfectionem pertinebit. Sed quid tum de capillis istis deciduis futurum est? redibit ne quicquid unq; condentibus decidit? Quod si reuera rediturum est, quis non horreat tantam hominum deformitatem? Nam & hoc etiam de unguibus uidet necessario futurum, ut redeat rursus tam quidam, quantum corporis creatura absecuit. Et ubi tum decus corporis erit, quod sane in illa immortalitate multo magis futurũ esse par est, q̃ in hac corruptione unq; esse potuit? Si hoc non redibit, necesse uidetur consequi ut pereat. Quomodo ergo uerum est quod ait ipse dominus, Capillus capitis non peribit. Quid autem de macie, quid de pinguedine dicemus? Porrò si omnes tum æquales futuri sunt: non utiq; alii macri, alii pingues erũt. Accedet ergo aliis aliquid, aliis uero minuetur. Ac per hoc non quod erat recipiendũ est, sed alicubi addendum, quod non fuerat prius, alicubi etiam amittendum est quod antea alicubi adfuerat. De ipsis uero corruptionibus & mortuorum corporum delapsionibus, quũ aliud uertat in puluerem, aliud in auras exhaleatur: siue quos bestiæ deuorant aut ignis absumit, siue ita naufragio facto aquis immersi pereant, ut illorũ carnes in humorem putredo dissoluat: ista, in quã, omnia in antiquam carnẽ posse recolligi & redintegrari diuina uirtute dubitandum non est. Confectarentur etiam quaedam foeditates & uitia carnis, & sunt etiam partus quidam monstruosi, sunt quidam nati deformes, membris aliquot carentes & alii contra, superfluis nascuntur membris. Atq; de his omnibus requirunt nonnulli, qualis futura est talium resurrectio? Respõdetur, uti & iam pridem nos quoq; respondimus, q̃ unusquisq; suã recepturus sit mensurã, quam uel habuit olim in iuuentute, etiã si senex

senex mortuus sit: aut quam erat posteà habiturus, si antea è uita
decessérat. Sicq; fiet ut resurgant quidē omnes tam magno cor- X.
pore, q̄s uel tum erant, uel futuri erant in perfecta ætate quemad-
modū quidam affirmant: quamuis nihil oberit siue infantilis siue
senilis forma fuerit, ubi nec mentis nec corporis ulla remanebit
1. Thessa. 4. infirmitas. Cæterum hæc omnia, dei omnipotentia & iussu fie-
1. Corin. 15. fient, idq; ad uocem tubæ archangeli canētis ad iudicium illud ul-
timum. Et sic quidem omnes resurgemus, sed non omnes immu-
tabimur. Per quam sentētiam Apostolus ostendit iustos omnes
diuino munere cōmutandos: quando posteà ita subiūgit, Et nos
Iusti in resurrectione immutabimur. Habebunt iniqui cum iustis resurrectionem car-
tabūtur, impij nis cōmunem: immutationis tamē gratiam neutiq; sortient eam-
autē non sic. dem, utpote quæ solis iustis concedenda est. Quoniam ab impi-
Immutatio iu- orum corporibus non auferetur prior corruptio, ut nec ignobi-
storum qualis litas, nec infirmitas aut aliquid huiusmodi, in quibus olim semina-
erit in resur- bantur. Quæ omnia uel propter hoc morte non extinguen-
rectione? tur: ut illud iuge tormentū ipsi corpori pariter & aīæ fiat ęternæ
mortis suppliciū. At iusti idcirco cōmutantur, ut cœlestis regni
æterna certitudine fœliciter potiātur, iam glorificatis etiam illo-
rum corporibus. Impii autem non q̄ illorū corpora æternis sup-
pliciis depurabūtur. In atomo enim hoc est in breuissimo tēpo-
ris momēto, adeoq; in ictu oculi & in nouissima tuba, mortui re-
surgent incorrupti: ac tūc nos etiam immutabimur, quia ipsa ui-
delicet caro mutabit scilicet secundū ipsam carnalem corrupti-
onis qualitatem quæ tunc amplius non erit, quia mutata caro nō
1. Corin. 15. corrumpetur. Sed (uti Paulus inquit) corruptibile hoc induet in-
Iusti, quo deco corruptionem, & mortale hoc induet immotalitatē. Sicq; resur-
re resurgent? gēt sanctorum corpora sine omni macula aut labe, sine omni de-
fectu aut carentia, ut sine omni prorsus diminutione: resurgēt &
sine omni penitus uitio, sine omni deformitate, sine omni corru-
ptione: resurgēt etiā tota iā spiritualia, tota decorata & maiesta-
tis plena, tota denique gloriosa. Erit q̄ deinceps talis concentus & Z.
harmonia, talis unitas & cōcordia inter ipsam animā & corpus,
ut corpus nunq̄ posthac nec animæ rebellabit nec contra illam

insurget

insurget unq̃: ut nec anima ipsa, corpori in re quauis amplius aduersabit. Et tũc quidẽ à corruptiõe ad incorruptionẽ cõmutabimur, à mortalitate ad immortalitatem, ab infirmitate ad sanitatẽ, ab imbecillitate ad robur, à morte ad uitã, à pœna ad gaudiũ, ab hac mũdana miseria ad cœlestẽ gloriã eternamq̃ cœli beatitudinẽ & fœlicitatẽ: Vbi anni tui nunq̃ deficient, sed filii seruorũ tuorũ habitabũt, & semen eorũ in sæculũ diriget. Deus tamẽ ipse, semper idẽ ipse est: solus ille omnino immutabilis est, iuxta illud beati Augustini. Qui dicit Ego sum qui sum, est immutabilis, est immortalis, inuisibilis, immensus, incircũscriptus, illocabilis: semper & in rebus omnibus idẽ ipse. Apud ipsum oĩa eadẽ sunt, oĩa præsentia: apud eũ non audiũt, duobus abhinc annis, decẽ abhinc annis: apud eũ nec eras est nec heri, sed semper nunc, nunc, nũc. Quoniã uel propheta teste, Mille anni ante oculos tuos dñe, sicut hesterna dies quæ præteriit. Nec est illic ullus angulus, nullũ illic post ostiũ, non post fenestrã: sed oĩa præsentia cõsistunt, tu ipse dñe semper prȩsens, semq̃ ad manũ paratus. In medio domus tuę perambulabã, dicit dominus. Sunt tamẽ nonnulli qui dicere soliti sunt singulatim, si mihi phas esset tantũ post ostiũ cœli irrepere, si post tanuã dũtaxat latitare permitterer: equidẽ nihil amplius curarẽ aut cuperẽ. O stolidissime homo, illic nulla sunt huiusmodi ostia, nullę tales fenestrę, quales pictores hic depingere solent. Quid tũ hoc totũ sibi uult? quid est hoc negotii? Oh, desunt nobis linguæ: desunt uerba, nec sufficit ingeniũ aut notitia, quibus rẽ tã ineffabilẽ exprimamus. At tũ demũ cognoscemus hæc oĩa, quãdo ipsum deũ uidebimus sicuti est: qui solus idẽ ipse est, & anni eius nõ deficiẽt. Porro ille idẽ ipse est: at tu idẽ homo es, nõ tamẽ es idẽ ipse homo. Semper aliqua pars corporis tui mutat aut alterat, uel in qualitate, uel in substãtia, aut in utraq̃. Nam cibus ipse quẽ tu comedis, in substantiã corporis tui uertit: quia ut est autor philosophus, Ex eisdẽ sumus & nutrimur. Sicq̃ saltẽ semel singulis annis corpus tuũ alteratur, & uelut de nouo mutat. Et cuiusmodi est cibus ipse quẽ comedis, eiusdẽ cõplexionis, dispositionis,

Litera.

Augusti.

Omnia præsentia coram deo.

Psalm. 89.

Psalm. 120. In cælo non estium, non fenestra, nũ angulus.

1. Ioan. 3.

Idẽ qñ, quidẽ

Caro nostra singulis annis mutatur. Philosophus.

ſpoſitionis,& naturæ erit corpus tuū:nimirū uel ſanguineum,uel cholericū,uel melancholicū,uel deniq; phlegmaticū. Vnde fieri uides, ut ſemel,ut minimū,ſingulis annis,cutis tua uariet,ut mutet caro,ut deniq; ſanguis etiā alius gignat:quū tamē ipſe deus ſemper unus & idē exiſtat,ſemper cōſtantiſſimus & ab oī mutatione alienißimus, utpote cuius anni deficiēt nūq; , nēpe nec anni miſeri cordiq; illius, nec anni iuſticiq;,nec gloriq;. Nā primi iſti āni ſcilicet anni miſericordiæ,nō deficient ad bonos,iuſtos, & pœnitētes, quorum ſemper miſeretur. Secundi uero anni uidelicet iuſticiæ, non deficient quantum ad impios peccatores, quos punit ſemper, nec unq; punire deſinet. Tertii deniq; anni non deficiēt,quantū ad perfectos & in bono perſeuerantes,quos æterna gloria remunerabit. Quod quidem & propheta hic noſter, hoc ſequenti uerſu latius declarare pergit,hiſce quidem uerbis,

Littera.

Triplices anni dei.

Verſus ultimus.

FILII SERVORVM TVORVM HABITABVNT, ET SEMEN EORVM IN SAECVLVM DIRIGETVR. Ecce quæſo q̄ ſit hilaris huius pſalmi concluſio, in q̄ lætum & fauſtum finem exeat. Quandoquidem, poſtea q̄ enucleaſſet ipſe propheta quomodo uere pœnitentes diuino fauore mutant,a culpa ad gratiam, de uetuſtate in nouitatē, de uitio ad uirtutē,idq; opertorii cuiuſpiam inſtar, quod nō raro (ut iā ſupra oſtenſū eſt)in melius permutat:hic cōſequēter oſtendere aggreditur, quid poſt hanc uitā futurū ſit ipſis uere pœnitētibus,dicens Filii ſeruorū tuorum habitabunt. Quibus uerbis declarat pſaltes iſte,quid præmii uere pœnitētes ac filii ſeruorū dei poſt hāc uitā in cœlis habituri ſint:nimirū incorruptibilē illā coronā ac regni cœleſtis participationē. Filii,inquit, ſeruorū tuorū, habitabunt. Atq; expreſſe eos filios uocat ſeruorū dei,qui probā & ſanctā alioq; ſanctoq; uitā imitant. Seruos autē dei uocat illos præcipuos,prophetas uidelicet & apoſtolos: illosq; horū filios nominat,qui eos tū in uitæ probitate,tū etiā in doctrina imitant: qui oēs una cū ſanctis patribus ſuis,in cœlis cū CHRISTO dño habitabunt imperpetuū. Neq; profecto ſoli iſti hoc eſt uere pœnitentes,

Littera. Expo.

Fœlix cōcluſio huius pſalmi.

Quale præmium erit iuſtis in futura uita?

nitẽtes, & filii seruorũ per omne æuũ habitabunt in cœlo cũ patribus suis: sed Et semẽ eorũ in sæculũ dirigetur, id est quicũq; tales sanctos uiros impræsentiarũ per uitæ sanctimoniã & uitã pœnitentialẽ imitari nõ grauabunt: in futuro etiã p gloriã imitabunt. Littera. Expo.

Huiusmodi dei serui, fuerunt sancti apostoli, idq; ob eũ laborem quem in uinea domini sumpserunt: illorum autem filii sunt deuoti Christiani, qui dei uerbo ab illis generati sunt, quemadmodũ & nos in fide generati sumus iuxta illud Pauli, Filioli mei quos iterum parturio, donec CHRISTVS reformetur in uobis. Et idem ad Corinthios, In CHRISTO IESV per euangeliũ ego uos genui. Ad hunc itaq; modum nos apostolorum filii geniti sumus, imò dei potius filii, idq; per eius euangelium atq; doctrinam apostolicam, sacræq; scripturæ prædicationem. Porrò per eorum prædicationem, per illorum calamum & pia scripta, in filiationem dei perducti sumus. Atq; hoc illud est, quod ait apostolus, dicẽs, Filii dei sumus, si autem filii, & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autem CHRISTI. Sumus itaq; dei filii, non autem per naturam generantem, sed per dei gratiam nos in filios misericorditer adoptantem. At contra, nosipsos filios hominum ostendimus, quoties nequiter & male uiuimus: quando autem bene, filii dei sumus, sumus & filii sponsi, filii passionis illius, filii redempti sanguine illius, filii item crucis illius, id signum in frontibus nostris portantes quod inimici eius illi in caluariæ loco infixerunt, crucem uidelicet. Nam uel Augustino teste, Eius filii sumus cuius facta sectamur. Hii enim uere filii sunt, parentibus per oĩa similes: quos non ista caro nec sanguis, sed mores & facta parentibus similes genuerunt, quemadmodum & superius quoq; satis (uti opinor) declaratum est. Cæterum q filii uocentur qui alium & uita & moribus insequuntur: ex apostolo manifestum est, apud quem ita legis, Estote imitatores dei sicut filii charissimi. Imitatio autem nihil aliud est q conformatio quædam & alterius cuiuspiam moribus assimilatio. Quæ tum locum habet, quum aliquis ita se alterius moribus accommodat, ut studeat præbere se similem

B.

Gala. 4.

2. Corin. 4.

Roma. 8. Expo.

Augustinus cõtra literas Petiliani. cap. 11.

Ephe. 5. Expo.

Filij dei & seruũ qui sint

Filij hominum qui sunt

Imitatio quid

moribus illius, ac eius uitam imitari: quando se pro uirili alteri assimilare conatur, idq; in uiuendi modo, in moribus, in habitu, & in conditione. Vnde & idem Apostolus nos omnes ita alio loco hortatur, Imitatores mei estote, sicut & ego CHRISTI. Verum quum quorundam mores boni sint, quorundam uero mali, necessario sequitur ut aliam imitationem bonam esse fateamur, aliam uero malam. Bonam autem dico illam, quam habent isti qui probos ac bonos uiros sequuntur, qui eos imitantur qui uirtute præditi sunt: malam uero quam habent ipsi mali, qui homines sectantur malos, qui omni uitio & nequitiæ dediti sunt. Vnde & Paulus hortatur suos filios quos & per euangelium genuit, ut CHRISTVM bonum parentem imitarentur, ita dicens, Estote imitatores dei sicut filii charissimi. Imitamini, inquit, uos CHRISTVM in omnibus suis mandatis & præceptis, in omnibus suis exemplis: quemadmodum amantes ac naturales filios imitari mores & conditiones paternas uidemus. Quoniam ille plane spurius est ac non legitimus filius, qui audito dei uerbo contemnit id re ipsa perficere: is etiam nothus merito dicendus est, nec germanus dei filius, qui auditum dei uerbum, in peruersum sensum distorquet: postremo & ille quoq; pro spurio habēdus est & non pro Christiano, qui dei promissa negligit, qui quidem deus pro uirtute, cœlum spondet, ut & pro peccato infernum. Nec ille sane uerus Christianus est sed nugator potius & illusor, qui nihili pendet metuendissimum illum dei iudicium: qui irridet ac pro ludibrio habet, quoties quis illi inferos aut purgatorium minitatur. Sed o Christiane, num ipsum deum illudere tibi existimas, quoties in scripturis suis inferorum aut purgatorii meminit, quoties peccatori damnationem minatur? Vtinam utinam tam propinquus esses inferorum portis, ut etiam intus introspicere liceret, quo uideres superbum hominem punitum, ut audires lamentabilem cantum illorum, qui assidue clamitant uæ, uæ, uæ, quātæ sunt tenebræ. Hæc & his similia si semel in aures tuas penetrarent, tunc opinor scripturæ fidem præberes, tunc

1. Corin. 11. Imitatio duplex.

Ephe. 5. Expo.

Spurius quis sit?

Nonnulli uidēt quoties deus minatur inferum.

Ecclesia

tunc uerbo dei crederes, tunc peccatum fugeres, tunc deum ac dei seruos totis uiribus imitareris. Sed quot (proh dolor) hisce diebus non deum, sed diabolum, corpus suum, ac mundum diligunt? Diabolum quidem imitantur in inuidia & ira, corpus autem in gula, in pigritia & turpi libidine, mundum denique in superbia atq; auaricia. Et quot quaeso imitantur nephandissimos peccatores in suis sceleribus & abominationibus? Quum tamen scriptura contra clamitet, inquiens, Nolite nolite imitari abominationes gentium. Nolite ergo illusores esse, sed factores uerbi dei: nolite malorū imitatores esse sed bonorū, nolite omnino peccare, quia deus non irridebitur. At illusor dei est & non imitator, qui quum uerbum dei sibi prædicari audierit, adimplere negligit. Illusor est & non dei imitator, qui uerbum dei male intelligendo corrumpere conatur. Illusor item est & non imitator dei, qui dei promissiones quasi prauas aspernatur: qui tamen bonis semper mercedem pollicetur, malis uero pœnam. Illusor est & non dei imitator, qui indignantiam districti dei iudicii, quasi leuem aut tolerabilem despicit. Illusor etiam est & non dei imitator, qui aliud in ore promptum habet, aliud uero in pectore & cogitatione clausum gerit. Denique & is quoq; illusor est & non imitator dei, qui nunc hos, nunc illos leues ac nugaces homines imitari pergit: sese illorum nequitiis, uoluptatibus, ac scelestissimis moribus applicans & accommodans. Hac ergo de causa & euangelista Ioannes ita singulos homines monitos facit, Noli imitari malum. Sed eheu quot modo inuenire licet, qui se improbis ac pessimis hominibus potius conforment q̄ bonis? qui peccatores imitari malunt, q̄ homines iustos & uirtute prædictos? Quot obsecro ipsum mundum, quot carnis illecebras, quot denique diabolum moribus & uita insequuntur? Quot præterea damnatos esse existimamus, quot apud inferos arsisse, atq; adhuc ardere, ac etiam sine omni fine arsuros: propterea q̄ carnem suam ac carnalia desideria in uita sua imitati sint? Idq; nūc per accidiā, nunc per gulam, nunc per libidinem ac species illius uarias: per

Deute. 18. Expo.

Gala. 6. Illusores dei qui sunt?

Ioan. 3.

Quos mundus diligat, ad inferos mittit.

ignauiam, tepiditatem, molliciem, somnolentiam, remissam dor-
mitanciam, dissolutionem, incuriam, ocium, torporem, dilatio-
nem, tarditatem, negligentiam, imperseuerantiam, pigritiem,
socordiam, indeuotionem, tristiciam, tædium & huiusmodi?
Gulæ quæ uitia sequãtur? Quot per gulositatẽ deũ grauiter offendũt: quot per gastrimar-
giam, crapulã, ebrietatẽ, per immodicã cibi & potus appeten-
Libido habet suos socios. tiam & delectationem? Quot per libidinem, luxuriam, incõti-
nentiam, fornicationem, adulterium, stuprum, incestum: perq;
illud pessimum peccatum quod contra naturam committitur?
Quot mundum sequentes in miserandam damnationem irrue-
Superbia. runt, dum modo per superbiam, modo per auariciam, dei præ-
Superbiæ comites. cepta transgrediuntur? Superbia autem has ferè comites secum
trahit, ingratitudinem scilicet, præsumptionem, arrogantiam,
iactantiam, inanem gloriam, desperationem, agnitæ ueritatis
Auaritiæ mala. impugnationem, contumaciam, inobedientiam, & finalem im-
pœnitentiam. Quot etiam credendum est periisse per auarici-
am, per rapinam, furtum, usuram, fallaciam, imposturam, men-
dacium, per falsam emendi & uendendi uafriciem, per calumni-
as & falsam accusationem: per falsum iudicium, iniquum testi-
monium, periurium, dolum, astutiam, fraudem, fictionẽ, ac pro-
prii peccati defensionem, aliaq; id genus innumera? Quot insu-
per per diaboli imitationem æternam gloriam amiserunt: dum
nunc per iram, nunc per inuidiam eum uelut parentem referre
Iræ comites. & repræsentare conati sunt? Iram autem comitãtur indignatio, E.
uociferatio, clamor, blasphemia, contumelia, iurgium, rixa, bel-
Inuidia habet suos comites. lum & homicidium. Nec pauciores sane in barathrum trusi sunt
per inuidiam, per detrectationem, per susurrationem, per læ-
titiam in proximorum aduersitate, tristiciamq; in aliena pro-
speritate, per odium, displicentiam, murmur, & his similia. Et
quot per alia innumera peccata in inferno demersi sunt, dum
pessima impiorũ hominũ exempla imitati sunt? O bone IESV,
Deute. 18. emergunt in hoc mundo pericula. Nolite ergo nolite imitari,
abominationes gentium: id est nolite sequi abominandam pec-,
catorum

catorum uitam. Quoniam licet diabolus etiam millies te ad peccandum pelliceret, licet te ad peccandi delectationem & inbecillem uoluptatem suaderet, licet te ad imitandum se instigaret in uoluptuoso ac misero peccato, uidelicet in superbia, in auaricia, in libidine & luxu: & licet pro exemplo afferat eos, qui tametsi olim deum grauiter offendebant, nunc tamen in ecclesia in summo precio habentur, quales fuere Paulus, Dauid, & Maria magdalena, Matthæus & huiusmodi: allegans q̄ Paulus superbia peccauit, tamē factus est apostolus eximius. Dauid luxuriæ & homicidio cecidit, tamen inter prophetas præcipuus habetur. Magdalena etiam luxuria deturpata, in magna tamen coelorum gloria exaltatur. Et Matthæus auaricia, tamen factus est dei euangelista. Per quorum exemplum si tibi persuadere conaretur peccatum leuiculum esse, eosq̄ tantos olim peccatores leuiter admodum à deo puniri, nec deum misericordem quenq̄ pro peccato damnaturum: hæc inquam & his similia quando uafer ille dæmon tibi persuadere niteretur, caue iterum atq̄ iterum ne illi acquiescas, quoniam hæc illius suasio quatuor falsitates in se cōplectitur. Prima autē falsitas hæc est, q̄ prædicti peccatores nō sūt exhibiti nobis in exemplū ut cū illis peccemus: sed certe hoc nomine nobis pro exemplo dati sunt, ut si quando cōtingat nos grauiter deum offendere, ne de dei misericordia desperemus. Siquidem in tripartita historia legitur capite uicesimo tricesimo, q̄ quum Theodosius imperator facinus quoddam perpetrasset, atq̄ in excusationem sui exemplum Dauidis adduxisset: Ambrosius eidem sic dixisset, Qui sequutus es errantem, sequere & pœnitentem. Quin & Augustinus quoq̄ refert, q̄ quum quidam in puteum quendam profundiorem cecidisset, aliusq̄ superueniens interrogasset eum, quomodo illuc delapsus esset: Respondet, Non quæso quæras qualiter huc ceciderim: sed inquiras diligenter qualiter possis me hinc liberare. Nemo igitur percontari debet qualiter Paulus in peccatum lapsus sit, qualiter Dauid, aut qualiter Magdalena, qualiter hic aut ista:

Quomodo diabolus persuadet peccatum esse leue.

Quatuor falsitates diaboli i peccato persuadendo.

1.

Historia tripartita capitu 30.

Theodosius.

Ambrosius.

Augustinus in epistola ad Hieronymum.

Cur Dauid, Paulus & Magdalena nobis in exemplū adducantur.

Sed qualiter à peccato surrexit, qualiter pœnituit, non tam se-
dulo quærendum est, sed exemplum quoq; eius pro uirili imi-
12. tandum. Secūda uero diaboli falsitas facile arguitur, quum pec-
cata leuia nec ullius momenti aut ponderis esse persuadere sata-
git: quum sint prorsus longe omnium grauissima & pondero-
sissima, uti in præcedentibus multocies, & autoritate & ratione
satis probauimus. Et q̄ sit graue peccatum, facile ex hac diui
2. Petri. 2. Petri sententia perdisces, Si deus (inquit) angelis peccantibus
non pepercit, sed in tartarum tradidit cruciandos: si nec mundo
adhuc recenti, nec quinq; illis ciuitatibus: quomodo parcet tibi:
Pondus & gra uitas peccati. Si itaq; peccatum leue sit, cur cœlum illius grauitatem ferre non
potuit: Si leue sit, cur paradisus illud continere non potuit: Si le-
ue sit, unde factum est q; terra illud sustinere non ualuit, sed eum
eo in horcum usq; deprimebatur: Si leue sit, cur sic grauiter se-
per hactenus á deo punitum fuit: Siquidem, ipsum cœlum pec-
cati pondus in angelo portare renuit, paradisus in Adamo ferre
recusauit, nec terra ipsum ferre potuit: quemadmodum in So-
domitis, & in Dathan, Abyron, & Chore, euidēter declaratum
est. Grauissimum ergo oportet esse, quod nec cœlum ferre po- G.
tuit, nec paradisus, nec terra, imò ne deus quidem ipse ferre ua-
Hiere. 16. let. Istis accinit & Hieremiæ quoq; testimonium ita de peccati
ponderositate loquens Graue, inquit, malum peccatum est cō-
Gregor. tra animas nostras. Huic astipulatur & illud Gregorii dictum,
Peccatum quod per pœnitentiam non deletur: mox suo ponde-
Hiere. 15. re ad aliud trahit. Hinc & dominus ipse sic etiam peccatoribus
Psalm. 37. acclamitat, Vos estis onus mihi, proiiciam itaq; uos. Idem que-
ritur & propheta hic noster, ita aiens, Quoniam iniquitates
meæ supergressæ sunt caput meum, & quasi onus graue, grauia-
tæ sunt super me. Quem uersiculum suo loco satis declamasse
13. uidemur nobis. Tertio autem loco, & hoc falsum est q; ait dia-
Puniuntur superbia a deo. bolus, deum ipsum talia peccata non grauiter sed leuiter puni-
turum: quum ut iam antea diximus, ipsam lapsorum angelorum
superbiam infernali carceratione mulctauit. Quibus & ita dictū

legimus

, legimus ſed præ cæteris ipſi Lucifero, Ad infernum detraheris in profundum laci. Auariciam autem, faſtum & gulam, eodem in loco grauiter puniuit id perpetua ſed fruſtranea emendicatione: ſicut clare patet in euangelio de ipſo diuite epulone, qui aquæ guttulam iam per mille quingentos uiginti & ſeptem annos & ultra impenſe poſtulauit, & tamen habere non potuit. Quin & libidinem quoq; non alio q̃ inferorum ſupplicio damnauit, idq; non ſine grauiſſimo & plane intolerabili fœtore: ut in geneſi de Sodomitis ſatis perſpicuum exiſtit. Poſtremo & hoc non minus falſum eſt, q̃ mors ſcilicet peccatum nõ inſequatur: præſertim quum ipſa ueritas apud Ezechielem prophetam, , illius contrarium clare pronunciet his uerbis, Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Et illud item apoſtoli, Peccatum quum , conſummatum fuerit, generat mortem: & certe non aliam q̃ ipſam mortem æternam, quæ apud inferos omnes peccatores H. impœnitẽtes manet. Accedit etiam ad hanc importabilem peccati grauitatem murmur illud perpetuum & morſus ſauciatæ conſcientiæ, cruciatus plane incomparabilis, utpote cuius uermis nunq̃ ceſſat rudere ac remordere. Hinc & illa uox prouenit prophetæ huius, Peccatum meum cõtra me eſt ſemper. Porrò qui ſceleris ſui ſibi conſcius exiſtit, nunq̃ ſuſtinet iucundus eſſe, nunq̃ lætus aut hilaris: ſed ſemper triſtis, ſemper mœſtus, ſemper moroſus, ac ſtupidus & cogitabundus. Et quamuis interdum amicorum ac familiarium præſentia cogat eum ſimulare læticiam ad tempus, intus tamen conſcientiæ ſtimulos morodere ſentit, atq; perpetuo quodam murmure ſibi oblatrare. Et ſiue in oppido ſit, ſiue in agro, ſiue in ædibus ſuis, aut in cubiculo, aut in lecto: ſemper adeſt carnifex conſcientia, ſemper murmura ſentit & internam turbulentiam. Inde eſt q̃ Ambroſius , ita dicat, Non eſt pœna ſupra morſum conſcientiæ. Quantum autem diſcrimen ſit inter bonam & malam conſcientiam, uel hic , unicus ſcripturæ locus teſtatur, Fugit (inquit) impius nemine , perſequente: quum contra, iuſtus ut leo confidit. Fugit impius nemine

Eſa. 14. Gula, & auaricia punitur. Luc. 16.

Luxuria punitur. Gene. 19.

Ezech. 18. Iaco. 1.

Morſus conſcientiæ quàm acerbus.

Pſalm. 50. Expo.

Ambroſius.

Prouer. 28. Expo.

nemine persequente. Fugit, terretur, putatq; singulum rubum, omnem arborem hominem esse, qui eum comprehensurus sit. Metuit quemuis uenti flatum, quemlibet strepitum aut sonum, semperq; inquietus manet. Iustus uero ediuerso, ut leo confidit.

Iustus semper securus, impius timidus.

Quid est, ut leo confidit? Non aliud certe q̃ q; non curet, quis eum inspiciat, quis eius uitam intelligat, quis conscientiam eius rimetur: semperq; coram deo & hominibus tutus, semper securus, & ab omni periculo munitus existit. Cæterum quemadmodum diabolus uelut eruentus hostis multa falsa persuadere nobis nititur, sic & caro pernitiem nobis moliri conatur. Nam caro suadet tibi ut perpetuo in carnalibus delitiis cõquiescas, asserens te posse in alio tempore pœnitere, atq; in senectute satis tẽpestiue deo inseruire. Atq; hæc quoq; carnis suasio tria falsa in se continet. Vnum est, q̃ hortatur ut in suis deliciis quiescas, quum tamen in eis nulla prorsus quies cõsistit: quum animas hominum pungant iugi quadam & immodica amaritudine, iuxta illud prouerbiorum, Nouissima illius amara quasi absinthium. Quia ille etiam animam pungunt nimia solicitudine. Quapropter & in euangelio non sine causa spinæ appellantur. Nec in honoribus hisce mundanis unq̃ quiescere licet: quum ipsi uaria anxietate & timore animum perpungant. De quibus & Iob recte dixit, Sonitus terroris in aures eius. Secundum quoq; illud non minus falsum q̃ prius, nempe q̃ alio tempore commodius pœnitere licebit: quũ in cuiuslibet manu situm sit per se in peccatum ire, non tamen per se inde redire potis est, id quod quatuor etiam modis probari potest. Primo q̃ quispiam facile sese in foueam aut altiorem puteum præcipitare potest, at quum uelet, inde per seipsum redire minime ualet. Præterea sicut nauis aliqua fracto gubernaculo, quocunq; tempestas impulerit recta ducitur: sic & homo, perdito diuinæ gratiæ auxilio, non facit quod ipse uult, sed potius quod diabolica tentatio persuadet. Atq; huc respicere Salomon uidetur, quum ait, Eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator, amisso clauo.

Tria falsa caro suadet.

Matth. 13.

Iob. 15.

Quadruplici ratione ostenditur aliquem posse labi in peccatum per se, non tamen per se resurgere.

Prouer. 23.

Et

Et quemadmodum canis aliquis in loro ductus, quoties præsentaneum odorem sentit, eum insequitur studiose ac rectum tramitem tenet, & licet increpatus à te fuerit, tamen recto itinere incedit, at si eum ui in aliam uiam deflectas, sic tandem ui coactus rectam semitam deserit ac per erroneam graditur: sic & diabolus quoq; tecum agit, quoties te ad credendum sibi persuasit. Nam tu cũ primum sentis te perperam egisse, cupis quidem in rectam uiam redire, cupis iterum ad deum inclinare, cupis illam fœtidam ac cadaueroſam uiam relinquere, ac pœnitentiam sequi: at malus ille aduersarius tuus non sinit, sed te à proposito reuocat, atq; in suam uiam ire compellere nititur: tu uero sic impulsus, sequeris. Et sic quod malum est imitaris, quasi ad id impulsus atq; à diaboli suasione coactus. Tertio, antecũ quis peccauerit, liber est & sui iuris: at ubi semel se malis operibus ac diabolo obligauerit, iam propria uirtute se liberare non ualet miser. Ad hunc modum populus hunc uel illum præfectum ciuitatis suę eligit: at iam electum & admissum denuo deponere non potest, quoniam in illorum potestate erat eum sibi præfectum eligere, at in illis non est ut deponant quem elegerunt. Sic quum homo aliquis sua sponte thronum diaboli in suo corde constituerit, iam continuo amisit omnem illius inde expellendi potestatem, nec iam quispiam eum expellere potest nisi solus deus, cui nihil est impossibile. Quarto, potest aliquis seipsum interficere ac mortem sibiipsi consciscere: ac postea seipsum resuscitare ac rediuiuum facere non potest. Nam uel teste sapiente, Homo per maliciam occidit animam suam: at quum se occiderit, rursum in uitam suam per se reuocare nõ potest. Quin & hoc idem ratione quoq; confirmari potest, sumpto scilicet argumenti fundamento à doctrina Aristotelica, apud quem ita legis, A priuatione ad habitum impossibilis est regressus, saltem per naturam. Quod etiam & experimentum facile docet, uel in eo q; obcæcati oculi lumen non potest naturaliter recuperari, saltem per naturæ uires: quando ad eius illuminationem uirtus requiratur

K. 3. 4.

Sapien. 16.

Aristoteles. Non est regressio a priuatiõe ad habitum.

ratur ſupernaturalis. Quum igitur per peccatum anima humana cæca fiat, dum uidelicet lumine priuetur, & ueritatis cognitione: quod ſane & ſcriptura aſſerit, Excæcauit, inquiens, eos malicia eorum: quum talis ergo animæ cæcitas, multo maior ſit & deterior q̄ ulla corporis cæcitas, concludendum uidetur, q̄ ad reſtituendum uiſum tali cæco, à fortiori requiratur uirtus ſupernaturalis diuinæ gratiæ, per quam non tam à priore cæcitate reuocari poſſit, q̄ etiam à mortuis reſuſcitari. Quia gratia (ut eſt autor Bonauentura) eſt perfecta iuſtificatio & remiſſio peccatorum. Verum ſi quæras hic o peccator, num deus ſemper paratus ſit te hac gratia ſua adiuuare: cuius beneficio à peccato reſurgere poteris? Sic tibi reſpõdeo, q̄ ſicut ſol ipſe æqualiter & ſine omni diſcrimine, radios ſuos in hæc inferiora corpora diffundit: ſic & deus quoq̄ ipſe unicus iuſticiæ ſol, in omnes ex æquo demittit bonitatis ſuæ radios. Vnde fit ut nullus peccator dicere poſſit ſe à deo uocatum non fuiſſe: quum ſic per prophetam ad omnes clamitet, Omnes ſitientes uenite ad aquas: nimirum ſalutares illas diuinæ gratiæ undas. Tibi itaq̄ o peccator ſciendum eſt, q̄ immenſa dei miſericordia ſeſe ad omne peccati genus extendat, atq̄ etiam omnem peccandi malignitatem longe exuperet. Sicut enim uniuerſa illa maris aqua unum carbonem uel unicam ignis ſcintillam facile extinguere poſſit, ſi quando in illam conijciatur: ſic & dei gratia ſatis idonea eſt & efficax, ad extinguenda omnia omnium hominum peccata. Quare ſi tu o peccator tot peccatorum millia perpetraſſes, quot micant in cœlo ſtellæ, uel quot exiſtunt in mari aquarum guttulæ, uel quot folia ſunt in arboribus, quot maris arenæ, quot in mundo atomi: q̄ ſi præterea poſſibile foret q̄ tot uiueres annos, quot olim uixerat Mathuſalem, nimirum nongentos ſexaginta nouem, & perpetuo per tot annos deum offenderes & peccata peccatis infinities accumulaſſes, nec interea boni quicq̄ operareris, & ſi adhuc omnia peccata in ſpiritum ſanctum commiſiſſes, quæ etiam (ut ipſe ſaluator ait) Non remittuntur in hoc ſæculo

Sapien. 2.

Bonauentura. 2. diſt. 26.

Deus mittit radios ſuæ gratiæ in omnes.

Eſa. 55.

Gratia infinities ſuperat peccatum.

L.

Matth. 12.

culo neq; in futuro, idq; propter maximam illorum grauitatem: si tamen corde contrito ad penitentiam conuerti uelis, misericors deus semper presto erit, ut tibi penitenti sinem elargiatur gratiam, qua ad resurgendum à peccato aduerteris. Non enim uult deus aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti, ut ait beatus Petrus. Et hæc sane est illa misericordia dei magna, de qua & copiosius pertractauimus super psalmo quinquagesimo: nimirum tibi Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundùm multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Tertium denique fallum est quoq;, uidelicet q; sufficias tibi, dare deo senectutem tuam. Quid enim grauiùs merearis, qui tibi uehementer sitienti, ciphum fœcibus plenum porrigeres ebibendum? qui seruilis fœces auri uini sedimentum tibi propinares, quum tu aut seruilem aut uirum tibi præberi postulares. consimili modo & deus ipse afficitur. Porrò ille nihil magis exoptat q; puram & mundam animam, q; ut in iuuentute pœnitentiam agas. Actu misere iuuentutem tuam totam exhauris in peccando, totam in uoluptatibus & carnalitate, totam in diabolo & in rebus diabolicis: pollicens te in senectute tua uitam criminosam emendaturum, pollicens te in senectute probum futurum ac pœnitentiam actiturum. Bellus sane apparatus, lautum scilicet conuiuium, ut diabolo mancipes iuuenile illud, uenustum ac ualidum corpus tuum: at deo senile, putridum, fœtidum, exhaustum, atq; cadauerosum corpus, iam nec adeiumandum, nec ad precandum, nec ad colendum deum ulla ex parte idoneum, quum ille floridam, ac puram iuuentutem sibi potissimum dedicari exopetat. Arbitraris ne unquam esse complures beatos uiros ac fœminas, qui simul iuuenes fuere & uirtute prædicti, qui quum foris uiderentur læti ac iucundi, habuere tamen secreta quædam pœnitentiæ argumenta proxime corpori suo coniuncta, quibus in dei memoriam redigerentur, ne uidelicet immodice in lætitiam resolutum, sed semper admonerentur ut simul dei ac sui ipsius memores existant? Imò maxime, maxime inquam maxime: & tamen nihil foris corporeis oculis uidere

Psal. 50.

Pœnitentia bona primum omnium propria dea.

Immola deo in ultatem tuam cū fenectute.

possumus. Immola idcirco ipsi deo iuuentutem tuam, immola mediam ætatem, atq; cum istis etiam ipsum efferum senium quēadmodum & in ueteri etiam lege olim præfiguratum fuit, ubi præceptum erat ut populus Iudaïcus in sacrificio immolaret totam & integram bestiam: caput scilicet, medium corpus, atq; extremam caudā. Sic & nos quoq; deo offerre debemus ipsum uitæ nostræ initium: hoc est caput, ipsum corpus, hoc est ipsam ætatem mediam, ac denique ultimam etiam caudam, id est postremam senectutem. Atq; hoc sacrificium illud est, quod deo summopere gratum est & acceptabile. Hoc modo fecit & beatissimus apostolus Paulus, unde & ad omnes Christianos ita clamitare audet Imitatores mei estote, sicut & ego IESV CHRISTI. Et alio etiam loco. Obseruate eos, qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Ex prædictis iam tibi satis clarum esse opinor quomodo ipsa iuuentus uino puro, claro & defecato comparatur: sicut senectus contra, uino mixto & turbulento. Quandoquidem ipsa senectus multas haud dubie miserias & incommoda habet, multa habet & pœnitentiæ impedimenta: cuiusmodi sunt & infirmitates uariæ, uarii morbi & languores, dolores, imbecillitates, atq; alia id genus innumera. Quicunq; ergo deo non aliam ætatem q̄ senilem offerunt, perinde faciunt ac si præterito bono & claro uino, feces tantum atq; confusaneum uinum propinarent. De cuiusmodi & propheta ita loquitur, Requieuit in fecibus suis, qui securus iacet in peccatis. Huic astipulatur & Ezechiel. Assumpsit me spiritus, & audiui post me uocem commotionis magnæ. At quid aliud est q̄ propheta ait se audiuisse post se uocē cōmotionis magnæ: nisi q̄ postquocē prædicati euangelii, qui per gratiam spiritus sancti corda discipulorum audientium penetrauit, lamenta etiam pœnitentium sequuta sunt? Sit itaq; laus illi spiritui sancto, qui sic uerbo sermocinantis in cordibus audientium operatur: ut mox singulus, lamenta, planctus, lachrymas, compunctiones, tunsiones, uoces lamentabiles audires, dei misericordiam unanimiter imploranteſ ac ueniam peccatorum deprecantes. Peruersi tamen dum

Quale sacrificium sit deo immolandum?

1. Corin. 11. Philipp. 3.

Incōmoda senectutis.

N.

Hiere. 48. Ezech. 3. Expo.

praua

praua agere pergunt, nec à iustis recta audiunt, nec sciunt & sint grauia quæ committunt: & proinde ipsa ignorantia in causa est quod in ueteri stupore securi iaceant, & quasi in peccatis suis stertentes, quiescunt molliter. Atq; hoc ipsum est quod superius dictum est, Quieuit in fecibus suis, quia securus iacet in peccatis. Sed quum semel iidem peruersi cœperint uerbum dei inaudire, & intelligere quanta supplicia pro peccatis constituantur, quantus sit extremi iudicii terror, & exacta de peccatis singulis erit examinatio: ilico contremiscunt, ilico gemitibus replentur, anguntur suspiriis, pauore concutiuntur, totoq; in luctus ac tristes fletus erumpunt. Hæc est ergo illa uox magnæ commotionis, quæ prophetam insequitur, hoc est uerbi dei prædicatorem. Quandoquidem post uerbum dei prædicatum & uulgatum per aures peccatorum, statim conuersorum & pœnitentium luctus inaudiuntur. Et qui prius quieti & securi in peccatorum sterquilinio uelut immundæ sues iacebant, postea tacti manu medicinæ, cum dolore redeunt ad salutem. Cæterum illi ter fœlices sunt qui ad pœnitentiam ueniunt tempestiue; qui iuuenes ad deum se offerendos curant, qui deo libant hoc tam gratum libamen, qui in numero seruorum se reponendos curant; qui semper probos uiros & uirtute insignes sibi imitandos proponunt. Ad quod & Paulus (ut supra diximus) nos omnes sedulo hortatur, dicens, Imitatores mei estote, quasi diceret, ego malos & nepharios homines deuito, quare & uos eosdem euitare æquum est. Cui & illud dictum eiusdem apostoli haud absimile est. Et obseruate (inquit) eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram: id est, diligenter considerate eos qui ambulant sicut & ego, scilicet in regula & doctrina CHRISTI, in conuersatione, fide & obedientia, castitate, humilitate & charitate. Et proinde superius quoq; dixit. Imitatores mei estote, sicut & ego CHRISTI: qui unus infallibilis regula est ueritatis. Quandoquidem & ipse CHRISTVS seipsum Apostolis suis exempli loco palam exhibuit, quando sic apud Ioannem loquutus est, dicens, Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, sic & uos faciatis. Quod

Peccatores dormiũt in fœcibus suis.

Hiere. 48. Expo.

Quid facit uerbum dei in peccatoribus.

Philipp. 3. Expo. Apostolus nos ad imitationẽ Christi hortatur.

Expo.

Expo.

Ioan. 13.

quidem exemplum ipse de se edidit, cuius uitam Paulus se sequutum testatur, exhortans nos, ut se perinde imitemur, uti & ipse CHRISTVM sibi in omnibus imitãdum proposuit. Sicq; fiet ut & filii eius & item filii seruorum dei per illius imitatiõem uocemur pariter & reuera simus. Quod si sic deũ filiosq; seruos hic rite in uita, in sanctitate & pœnitentia imitemur: imitabimur quoq; eosdem in gloria illa ęterna. Quod & propheta quoq; hic

Littera. noster, hic nobis pollicetur dicens, Filii seruorum tuorum habi-

Expo. tabunt, scilicet in cœlesti illa gloria cũ sanctis & electis tuis, quos hic in uita & moribus sedulo imitati sunt. Filii ergo seruorũ tuorum habitabunt. Vbi habitabũt? Certe in domo tua cũ beatis &

Psalm. 83. sanctis tuis: id quod etiam aliãs testat hic idẽ propheta, Beati qui habitant in domo tua dñe, in sæcula sęculorũ laudabunt te. Neq; solum huiusmodi pœnitẽtes, ac sanctorũ sectatores imperpetuũ

Littera. in cœli gloria habitabũt: uerumetiã semen eorum in sęculũ dirigẽt: hoc est illorũ bona & meritoria opera, in cœlo æternaliter

Semina seruorũ dei quæ sit? remunerabũtur. Porrò semẽ bonũ opus designat, ꝓpterea q; sicut ex semine fructum multiplicem & abundantem in messe colligere solemus: ita ex bonis operibus nostris, centuplum in cœlis

Gala. 6. recepturi simus. Quia iuxa Pauli sententiam, Quæcunq; seminauerit homo, hæc & metet. Non sine causa ergo opera nostra seminis nomen merentur, q; sicut ex iacto semine siue bono siue malo fructum correspondentem recipimus: sic & pro operum nostrorũ ratiõe, mercedem uel bonam uel malam expectamus. Atq; de hoc genere seminis ita in parabola euangelica scriptum

Luc. 8. habemus, Exiit qui seminauit semen suũ, & dũ seminat, aliud cecidit secus uiam & conculcatũ est, & uolucres cœli comederũt illud. Aliud cæcidit super petram id est terram petrosam, & cõtinuo natum exaruit, quia non habuit humorem. Aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Est

Multiplex semen. itaq; uarium & multiplex semen, quia est semen unum, quod gratiosum appellari possit, aliud quod fructuosum, tertiũ quod

I. uirtuosum, ac postremũ quod uitiosum. Principio, semẽ gratiosum

P.

ſum aliud nō eſt q̄ uerbū dei, quod & euangeliſta teſtat quū ait, Semen eſt uerbum dei, ut in parabola iam recitata uidere licet. Quod ſane ſemen prædicatores uerbi dei, in terram, hoc eſt in ipſos auditores iacere & diſpergere non ceſſant: attamen ſic in ctum diuerſimode cadere conſueuit. Nimirum dum aliud iuxta uiam cecidit, aliud in petram, aliud inter ſpinas: non q̄ ſeminator uel ſe eis uiam, uel ſuper petram, uel inter ſpinas ſeminauerit: ſed idcirco diuerſimode cadere dicitur, q̄ diuerſa uidelicet ſit terra, q̄ uarii ſint auditores, diuerſarum ſcilicet conditionum & morum. Quoniam ſunt nonnulli ex illis, qui non aliter recipiunt uerbum dei, q̄ recipitur granum iuxta uiam cadens, utpote qui auditum uerbum deſpiciunt, ac ſi pedibus ſuis conculcarent. Sunt etiam & qui perinde recipiunt ſermonem dei, ac q̄ granum recipitur, quod in lapides proiicitur: q̄ in eis defectu humoris neutiq̄ mittunt radices. Quidam præterea ſic diuini uerbi prædicationem recipiunt, ut ſemen recipitur quod inter ſpinas & uepres irruit: á quibus ſic ſuffocatur, ut fructum ferre nequeat. Deniq̄ alii quidem & his longe fœliciores non ſecus recipiunt dei uerbum, q̄ recipitur ſemen, quod in terram bonam incidit, quæ & prius parata fuerit & culta diligenter: at in iſtis multum haud dubie fructificat uerbum dei. Sic ergo complures ſunt qui uerbum dei audiunt, tamen non omnes uno & eodem modo: quando alii recipiunt illud reuerenter & deuote, alii uero ſine omni reuerentia & deuotione. Ac q̄ hoc in cauſa eſt etiam q̄ diuerſimode operetur & agat in recipientibus: propterea q̄ multis modis impediatur operatio eius & uirtus, ne ſcilicet effectum ſuum producat. Ac q̄ in hac eadem parabola quatuor tanguntur impedimenta, quæ in cauſa ſunt quo minus uerbum dei in anima hominis per prædicatorem diſſeminatum, fructum ritè afferat: ſocietas uidelicet malorum, ut ibi Cōculcatum eſt ab hominibus. Peruerſitas itidem inimicorum, uti ibi quum ait Volucres cœli comederunt illud. Ariditas inſuper auditorum, ut quū dicitur Quia natū apparuit, q̄ nō haberet humorem. Poſtremo ſolicitudo terrenorum, ut quum audis Simul exortæ ſpinæ ſuffo-

Quomodo prædicator iactat ſemen ſuum.

Diuerſi, diuerſimode uerbū dei recipiunt.

Quatuor impedimenta, ne uerbū dei germinet.

cauerunt illud. Primum itaq; impedimentum est malorum socie-
1.
Societas mali quid mali adferat.
tas: ut quum aliquis uerbum dei, quod sub aurora ex concionatoris ore inaudit, adhibita mala & mundana societate, confundit negligens. Stas enim tota die in plateis, in theatris, ubi noua, uana, & triuola uerba passim uolitant. Stas in foro, in tabernis, in tonstrinis, in angulis platearum, ubi uix aliud q̃ mendacia, q̃ nugæ & uani rumores audiuntur. Stas in aula, in curia, ubi undiquaq; abundant periuria, blasphemiæ, deceptiones, fraudes, uanitates, multiplicatio uerborum, iactantiæ & scurrilitas, aliaq; id genus uitiorum crebra agmina, uerbum dei mane auditum ac seminatum in corde tuo prorsus suffocant & conculcant. Atq; hoc illud est, quod etiam hic dicitur, scilicet q̃ illud quod cecidit secus uiam, conculcatum est ab hominibus. Quoniam quicunq; cum mundanis conuersatur, non nisi mundana audiet, quemadmodum & scriptura testatur, quum ait. Qui de mundo est, de mundo loquitur. Huius itaq; rei remedium est, ut mundanorum societatem aufugias, ut ne cum malis conuerseris: ut post auditũ sermonem, temetipsum solitarium serues, quo semel atq; iterum rumines, repetas, recorderis atq; digeras quicquid in concione audiuisti: quod si feceris, semen illud tuum haud dubie fructũ adferet. Sedebit (inquit propheta) solitarius, & tacebit. Secundum
1. Ioan. 4.
Threno. 3.
2.
Peruersitas inimicorum.
impedimentum est inimicorum peruersitas: quia uolucres cœli comederunt illud, atq; hoc, primo impedimento coniunctũ est. Quoniam ex quo homo non curat uerbum dei recõdere in corde suo per ruminationem & frequentem & diligentem, sed illud dimittit discoopertum in auribus suis (quod tunc fit quoties non claudit aures suas à uanis, à nouis & superueniẽtibus fabulis) tũc uolucres cœli, id est dæmones qui in hoc caliginoso aëre morantur, & hac etiam de causa uolucres cœli appellantur, inuolãt in sanctum dei uerbum, & rapiunt illud è memoria illorum, ne quando pœnitẽtes salui fiant. Neq; enim uel ipsi dæmones ignorant q̃ sit potens dei uerbum, q̃ sit immensæ cuiusdam uirtutis: ideoq; & illud tantopere distruere nituntur. Cæterum de potentia huius seminis, quod est uerbum dei, propheta iste alibi sic au-
R.
Dæmones uolucres cœli uocantur.
Verbũ dei potens.
testatur,

testatur, dicens. Potens in terra erit semen eius. Sane potens in terra est uerbum dei, utpote cuius uirtute, elementa in sacramenta transeunt: omniaq; quæ usq; condita sunt, è nihilo creantur: quo humana hæc diuinis associãtur: quo hæc corruptibilia efficiuntur diuina. Vere itaq; potens in terra semen eius, nimirum dei uerbum: cuius opera mutantur uoluntates hominũ, cuius potestate relinquntur terrena, animæ fides dei infunditur, effugantur dæmones, curantur morbi, ac denique reuiscimur mortui. Cuius insuper potẽtia & uirtute, sustinemur & seruamur homines ne quando periculum exitiale incurramus aut patiamur. De quo semine & Esaias quoq; loquitur, Nisi dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus: & quasi Gomorra, similes essemus. Porrò dæmones propter duo potissimum insidiantur uerbo dei. Primo quòd nouerint ipsum esse præstantissimæ uirtutis, quemadmodum & iam supra diximus: & etiam Pauli testimonio comprobatur inquientis, Viuus est sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usq; ad diuisionem animæ & spiritus, compagum & medullarum. Secundo autem uel hoc nomine dæmones maxime oderunt uerbum dei, q̃ uidelicet per illud, maximum damnũ sint consequuti. Nã ad auditũ CHRISTI uerbũ, ad uerbũ apostolorum, ad uerbum sanctorum uirorum ac prædicatorũ uerbi dei: totum hunc mundum, cui prius dominabantur, perdiderunt prorsus. Hoc enim uerbum, totum mũdum ad deum conuertit. Illi qui Petrum prædicantem audiuerant, accesserunt ad eũ ac reliquos apostolos interrogantes eos, Quid faciemus uiri fratres? Quibus & Petrus sic respondit. Pœnitentiã agite & baptizetur unusquisq; uestrũ, ut salutemini. At illi his auditis, domũ reuersi, pectora sua claris clãgoribus percusserũt, flebãt affatim, ingultiebãt, plorabãt & lamentabant. Atq; sic suũ mundũ perdiderũt dæmones, adeo ut nec amplius iã in suis idolis adorati fuerint, sed q̃ hoc dei uerbũ, priorẽ illã culturã suã penitus amiserũt. Remedium igitur contra hoc secundum impedimentum hoc erit in primis, ut claudamus omnes sensus nostros, ut hoc semen uerbũ

Psalm. III. Expo.

Esai. I.

Dæmones cur tantopere insidiantur uerbo dei.

Hebræ. 4.

Act. 2.

uidelicet in corde nostro per firmam & iugem memoriã abscõdamus, ut unusquisq; nostrum cũ propheta sic uere dicere queat, In corde meo abscondi eloquia tua, ut nõ peccem tibi. Quod & ipsa beatissima uirgo Maria in euangelio fecisse legitur, Maria autem conseruabat omnia uerba hæc conferens in corde suo. Cuius etiam rei figuram & typum gerebat & illud quod in lege scribitur: Quod uidelicet animal non ruminãs immundum esset, adeo ut de illo sacrificium fieri non poterat. Tertium uero impedimentum est auditorum aridicas. Q2 natum scilicet exaruit, q3 granum super lapides seminatum, aduenientẽ sole æstuat & præ ardoris siccitate arefit: quoniam nec humorem haberet, nec alibi cecidit q3 super petram. Multi enim audiunt uerbum dei, sed non intrat in corda illorum, non retinent auditum, sed eiiciunt & uilependunt. Nam ut in glossa illa, quam ordinariam uocant, legitur, Petra est cor indomitum, nullo uerbi uomere penetratum: in quo non uerus amor, nec perseuerantiæ uirtus. Quid ergo est cor durum? quid cor petrosum? Profecto cor petrosum est quod remollescere ad uerbum dei nullo modo potest. Cor petrosum est, quod abominandam uitam suam non abhorret, quod pro peccato suo non compungitur, quod suiipsius non miseretur. Præterea cor petrosum est illud quod nulla cœlestis gloriæ promissione ad uirtutem moueri possit, nec ulla inferorum commination peccandi consuetudinem deserere uult, quod ferendis pœnis potius peius efficitur q3 emendatur in melius, quod erga deum ingratum est nec beneficia illius agnoscit, quod rectum consilium sequi recusat, quod pro commisso peccato non pudefit, quod denicq; nec dei iudicium reformidat, quod precibus non mouetur, minis non cedit, flagellis induratur, quod ingratum est ad beneficia dei, ad mala consilia pronum, ad iudicia segnum, inuerecundum ad turpia. Cor petrosum est ad pericula impauidum, ad humana inhumanum, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futurã non præuidens. Postremo cor durum & saxeum est illud, quod nec deum nec hominem ullum quicq; curat nec ueretur. Quot enim & q3 magnos homines

Psalm. 118.

Luc. 2.

Leuiti. 11.

Tertium impedimentum.

Glossa ordinaria.

Expo. Cor petrosum quid.

T.

homines humiliatos uidemus, attamen nihilo humiliores: grauiter quidem percussos, at neutiq; dolentes: à domino quidem curari cæptos, attamen nulla cura sanari habiles. Contra hoc uitium, unicū hoc remedium reperitur, ut CHRISTO crucifixo tenaciter adhæreas quod fit per fidem, spem, & charitatē. Quicunq; ergo aridus sit & humectari cupit, adhæreat per prædictas uirtutes CHRISTO crucifixo: ut credat scilicet CHRISTVM dei filium pro hominum salute in ligno crucis suspensum fuisse. Rursum speret se per ipsum crucifixum à diaboli potestate liberandū, & tandem in cœli gloriam recipiendum. Postremo diligat super omnia, ipsum deum filiū uirginis IESVM CHRISTVM pro se omnibusq; fidelibus crucifixum. Quod ut facilius facias, audi apostolū dicentem, CHRISTO (inquit) confixus sum cruci, scilicet per ueram fidem, firmam spem, & feruentem charitatem. Quartum autem impedimentum ne iactum uerbi dei semen germinet, est terrenarum rerum nimia solicitudo: quum spinæ simul exortæ suffocauerunt illud. Quandoquidem uerbū dei non potest in hominibus solicitis fructificare, quando uerbum diuinum nisi attentis animis & profunda meditatione audiatur, nunq; germinabit in anima peccatoris. At diuites & auari, qui nihil charum habent, nihil in precio, præter opes & facultates suas, nequeunt attente & profunde recipere dei uerbum. Cuius rei rationem & diuus Augustinus reddit, quando ait, Anima magis est ubi amat, & ubi animat. Quoniam ergo tales nimium & inordinate amant diuitias, idcireo frequentius circa res externas occupantur, uidelicet circa diuitias congregandas & itē custodiendas, & in ecclesia ubi audiendū esset uerbum dei. Nam uel CHRISTO teste, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quin & hic CHRISTVS ipse diuitias, spinas uocat: quia pungunt, lacerant, latitant, & ligant. Pungunt enim opes mundanæ, quoniam sicut spinæ sub foliis aculeos habent & tangentes pungunt: sic & diuitiæ uelut sub foliis mundanæ gloriæ latitantes, mentes hominum uariis modis pungunt, uexant, & lacerant. Pungunt enim per laborem in acquirendo,

Remedii contra duriciam cordis.

Gala. 2.

V. 4.

Augustinus.

Matth. 6.

Expo. Diuitiæ cur spinæ nocentes? Pungunt diuitiæ.

rendo, pungunt per timorem in conseruando, pungunt per dolorem in perdendo. Vnde & diuus Gregorius ait, Diuitiæ spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant; & quum usq; ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto uulnere cruciant. Secundo, diuitiæ lacerant, quia sicut qui spinas intrat, non potest tenues & preciosas uestes illæsas tenere: eodem modo & diuitiæ uestem nostram interiorem dilacerant, nempe ipsam uirtutum uestem, dum cogunt nos uiolenter & fraudulenter aliena rapere, proximum decipere. De quibus & propheta Abacuc sic inquit, Væ qui multiplicat non sua. Vbi & in hunc modum subdit, Nunquid non repente non surgent qui mordeant te, & suscitabuntur qui lacerabunt te? Tertio, diuitiæ latitant uelut spinæ aut serpentes sub foliis arborum, quæ tangentes mordent atq; aculeo pungunt. De quibus & sapiens Solomon ita habet, Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Sic enim serpentes infernales, sub diuitiis se abscondunt, ibiq; laqueos suos tendunt, incautis & cupidis hominibus insidiantes. Vnde & Paulus ad Timotheum suum, Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. Quarto, diuitiæ etiam ligare dicuntur, sicut enim spinæ se ita inuicem complectuntur & constringũt ut uix separari possint: sic & diuitiæ ligant & coarctant affectum hominis, ut eas uix (si res postulat) amittere aut excutere queat. Et hinc est q; & CHRISTVS quoq; dixit, Difficile intrabunt diuites in regnum cœlorum. Remedium autem contra hunc morbũ, est consideratio multiplicis defectus diuitiarum. Quia nõ satiant, sed sitim potius ac desiderium accendunt, inexplebilemq; gignunt habendi cupiditatem. Quod & scriptura etiam sic affirmat. Auarus non satiatur pecunia. Præterea, diuitiæ ipsæ huiusmodi sunt, ut non raro perdant, sæpe enecẽt, & iugulent aliquãdo corpus habẽtis, aliquãdo animã, imò & aliquando simul utrunq;. Corpus quidẽ perdunt, quãdo nõnullos ob male paratas diuitias i patibulo suspẽdi uidemus, gladioq; feriri ob pecuniã. Aĩam uero amittũt & perimũt; quoties ob eas quærendas usurarius & cupidus fraude utitur & dolo,

Gregor.

2. Diuitiæ lacerant.

Abacuc. 2.

Ibidem.

3. Diuitiæ latitant.

Eccle. 10.

2. Timo. 6.

4.

Luc. 18.

Eccle. 5. Diuitiæ pdunt aliquãdo corpus, aliquando aiam, aliquando utrunque.

dolo, proximũ suum defraudans: lædens iniurijs, periurijs, falsis testimonijs, proditionibus, aliisq; huiusmodi. Nullum est peccatum, nullum denique facinus aut scelus quod ob pecunias & diuitias non committitur. Vnde & sapiens Salomon sic ait. Vidi alid malum sub sole, diuitiæ congregatæ in malum domini sui. Tam tamen fallaces sunt huiusmodi opes, ut in maxima necessitate, uidelicet in morte, dominum suum deserant. Quod & sapiens ibidem etiam subiungit, dicens, Qui amat diuitias, fructum non capiet ab eis. Nec mirum quidem quum tam multa incommoda & maxima nocumenta inde magis ac magis indies prouenient. Cur ergo ibi tãtopere solicitamur ubi tam parua utilitas, tamq; exilis fructus reperitur? At quarta pars huius tam glorioſi seminis cecidit in terram bonam, id est in corda bonorum & fideliũ hominum: quæ scilicet parata sunt, elaborata sunt, culta, stercorata, impinguata, aptaq; effecta ad lætos fructus producendos: nimirum qui uerbum dei & attente audierint & in sese profunde receperint. Ideoq; abundantem fructum affert, in quibusdam autem centuplũ, in aliis uero sexagecuplũ, quemadmodum & in aliis quibusdam trigecuplum: iuxta illorum operationes uidelicet, & iuxta eorum deuotiones. Et hæc quidem bona opera sunt secundum illud semen, fructuosum scilicet: de quo & modo agere incipiemus. Est itaq; secundum hoc semen fructuosum non aliud q̃ ipsa bona opera: de quo semine propheta ita meminit, Seminate uobis in ueritate iusticiam. Porrò sic ipsæ uirtutes & bona opera, sunt semina quæ in autumno huius uitæ seruntur: & quæ præterea in æstate futuri sæculi colliguntur, ubi præmia æterna fructus eorum erunt. Itaq; Pauli consilium imitati, Dum tempus habemus, operemur bonum. Videant homines opera uestra bona, quò glorificent patrem uestrum cœlestem. Videtis (inquit Iacobus) q̃ ex operibus iustificetur homo. Quoniam unusquisq; (teste Paulo) recipiet pro ut gessit in corpore suo siue bonum siue malum. Et Ioannes in apocalipsi, Iudicatum est de singulis secundum eorum opera: quemadmodũ & antea sufficienter dictum & declaratum putamus. Tertium uero

Eccle. 5.

Ibidem.

Y. 40.

Nota.

Secundum semen.

Osee. 10.

Opera bona fructum in cœlis recipiũt.

Galat. 6.

Matth. 5.

Iaco. 2.

2. Corin. 5.

Apoc. 20.

43.

uero semen à uirtute nomen habet, & uirtuosum dicitur: significatq; bonos, iustos, & perfectos, quales se haberi uolebant, qui dixerunt, Semen Abrahæ sumus. Sicq; boni pariter & sancti, semen sanctorum patrum dici possunt: qi à sanctis patribus ac piis parentibus educati, per successionem illorum & imitationem, semina illorum uocantur. Vnde & psalmographus, Semen Abrahæ serui eius: filii Iacob electi eius. Isti enim semen illud sunt, quod dominus ipse in ecclesia sua seminauit: quod sua efficaci doctrina & gratia irrigauit multiplicauit, ac per orbem Christianorum dispersit. Neq; sane optimus dominus & præpuus gregis sui pastor, ex quo primum ecclesiam suam ædificare cœpit, cessauit unq; seminare in illa, semen electum, purum, candidum, & mundum, uidelicet iustorum & sanctorum hominum. Quæ enim lingua enarrare poterit, quantum boni fructus Z. processit atq; sequutum est, sanctos illos patres: patriarchas, prophetas, apostolos, martyres, ac confessores domini? Sed proh dolor, quantum nunc dierum ab his digressi sumus, omnia nunc quasi subuertuntur, in deterius indies migrantia: uuæ in labruscas degenerarunt; & triticum in zizania. Id quod dominus ipse apud prophetam suum lamentans sic ait, Expectaui ut faceret uuas, & fecit labruscas. Et rursus in euangelio, inimicus homo uenit, & seminauit zizania. Ingens sane sterilitas regnat inter homines, quando nulla bona opera operari curant: quando de bonis fiunt mali, de probis improbi. Quemadmodum non raro de bono tritico, temporis progressu, fit degener siligo. Hisce enim diebus apparet penè in quous hominum statu sterilitas magna, mutatio deploranda, atq; ruina ingens. Siquidem in monasticis & religiosis, in sacerdotibus, in laicis, atq; adeo in omni ordine, omni gradu & statu, uidetur miseranda quædam declinatio à uirtute, à ueritate, à iustitia, ab obedientia, à deuotione, atq; uitæ sanctimonia. Omnes enim quodammodo, uel teste psalmista, declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. De quibus & deus ipse apud Hieremiam prophetam sic conqueritur, dicens, Ecce quomodo obscuratur aurum,

Ioan. 8. Boni semen sit sanctorum.

Psalm. 104.

Esai. 5.

Matth. 13.

Quanta sterilitas inter nos nunc regnat.

Psalm. 13.

Threno. 1.

aurum, & mutatur color optimus. De quo maximo lapsu uniuersæ ecclesiæ, hoc est Christianorum omnium, possumus sic non sine lamentis & admiratione dicere benignissimo domino, Domine, nonne bonum semẽ seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Quibus & ille uicissim id respondere potest, quod ibidem sequitur, Inimicus homo hoc fecit, nimirũ antiquus ille serpẽs diabolus, qui saluti animarum nostrarum semper hostis fuit, semper aduersatus est. Qua de causa, non cessat unq; zizania, hoc est lites, discordias, atq; omnium uitiorum portenta, in omni genere & statu hominũ disseminare. E quo fonte oriuntur tot zizania hæresium, scismatum, dissidiorum, simoniarum, ambitionum, & cupiditatum omnium, quæ usq; in hominum pectoribus progignuntur. Interrogentur quæso beatus Petrus, Diuus Augustinus, Benedictus, Bernardus, Dominicus, Franciscus, cæteriq; sancti patres: qui olim bonum Christianæ religionis semen in diuersis huius uniuersalis ecclesiæ agri partibus disseminarunt: interrogentur, inquam, illi singulatim in hunc modum, Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Vnde habet hæc tã fœtida carnis zizania? tam putrida zizania uoluptatis, cupiditatis, usuræ, simoniæ, & ambitionis? Vnde habet zizania proprietatis ac diuitiarũ? zizania inobedientiæ, incontinẽtiæ, & pene totius lasciuiæ & dissolutionis? Certe, certe non aliũde q̃ q̃ inimicus homo hoc fecerit. Consimiliter, si sanctissimus ille Lodouicus francorũ olim rex ad nos ꝓfectus, his uerbis ab aliquo interrogaretur, Nobilissime rex, nõne bonũ semẽ seminasti in agro regni tui, quippe quãdo statuisti ut quicũq; blasphemaret nomẽ dñi, pro pœna haberet linguã suã ignito ferro perforatã? Nõne bonũ semẽ in populo tuo sparsisti, quũ constitueres, ne quis prætaret alteri quippiã ad usurã? q̃ causæ paucorũ q̃ citissime expedirent? quæ admodũ & de aliis bonis institutis, statutisq; proborũ & sanctorũ regũ? Vnde ergo hoc tantũ zizaniorũ hodie exortũ est? Vnde est q̃ nũc diem totũ hocuidea mus in cõtrariũ uersũ? Respõderet sat scio, q̃ inimicus homo, id est diabolus hoc fecit: utpote qui p negligẽtiam principũ, prælatorum

Matth. xiij. Expo.

Expo. Inimicus homo quis?

Zizania quid?

Institutiones Lodouici Francorum regu.

torum, iudicum, aliorumq; procerum, totum hoc operatus est.

Legis hominũ subiectæ sũt legi dei.

Sint itaq; leges hominum dei lege subiectæ: quæ in aliud non sint conditæ, q̃p ut dei uoluntati & ordinationi subseruiant. Quod si sic fiat, oĩa haud dubie prospere succedẽt: sin minus, oĩa statim dilabent, deusq; in sua uentilatione purgabit triticum suũ à palea, purgatumq; triticum in horreum suũm recondet: at paleam proiiciet in inferorum sterquilinium, ut illic pro pabulo sit ipsis

Quartum semen.

dæmonibus ac animalibus infernalibus. Ista igitur zizania quartum illud scilicet semen (cuius supra meminimus) efficiunt, uitiosum semen illud uidelicet, corruptum & contaminatum: quod & B.

Psalm. 36. Expo.

peccatores significat. De quo semine & scriptura sic ait, Semen impiorum peribit. Impiorum, id est peccatorum, qui tandiu in peccatis, in uitiis ac concupiscentiis computrescunt: donec tandem à iusto dei iudicio, fontes ac rei deprehendantur. Quemadmodum & in alio psalmo palam est, his quidem uerbis, In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Et rursus in

Psalm. 9.

Psalm 27.

alio. Da illis secundum opera eorum. Et adhuc alibi. Contaminata est terra in operibus illorũ. Denique & Ioannes quoq; euangelista. Erant enim opera eorum mala. Istiusmodi ergo est semẽ illud uitiosum, quod hodie nimis multiplicatur, & ubiq; terrarum

Psal. 105.

Ioan. 3.

á diabolo seminatur: qui nunq̃ cessat ipsum seminare, non solum per ipsos campos & prata, uerumetiam per omnes ciuitates, per omnia oppida, pagos & uillas: imò in locis etiam muro & mœniis circumdatis, ut & alibi quoq; passim & ubiq;. An non blasphemia, auaricia, luxuria, gula, fraus, mendacium, impostura, periurium, detractio, usura, fœneratio, simonia, & quæ sunt huius generis infinita alia, semina uitiosa sunt & zizania, longe lateq; in terris per diabolum disseminata? Nonne hæc semina nimium crescunt & multiplicantur super terram? Nonne supra modum pullulant, luxuriantq;? Hæc semina respexit spiritus

Esai. 1.

Esaiæ, quando ita ab illo depingebantur, Dereliquerũt (inquit) dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini

Osee. 4.

neq̃, filiis sceleratis. Cui astipulat & illud Osee, Non est ueritas, non est

, non est misericordia, non est scientia dei in terra: sed maledicti,
, furum, homicidium inundauerunt super terram, & sanguis
, sanguinem tetigit. Remedium autem eõera hoc lolium & zizania, ut scilicet eradicentur atq; ab ima stirpe funditus tollantur, equidem præstantissimum opinor: ut principes, prælati, & hi qui beneficia conferũt, seminẽt in agro ecclesiæ literatos homines, homines doctos, discretos, bonos & uirtuosos rectores, parochos & curatos: qui subditorum conscientias erudiant, qui sana & salubria cõsilia dare norunt, qui lupum aut uulpem ab ouium caula expellant uigilantes. Rursus seminẽt reges, principes, ac uiri magnates, in terris & regionibus sibi subditis, iustos præfectos, prætores, balliuos, integros rectores, probos magistratus & officiarios, qui deum unice timeant, qui & auariciam in primis oderint. At contra, summopere cauẽdum ne eos super plebem suam magistratus constituant, qui sint crudeles, qui sint iniqui, raptores, oppressores, aut extortores rerum alienarum: cauendum ne pauperie aut inopia laborent, ut qui marsupia sua muneribus iniustis, spoliis & rapinis replere solent, idq; in maximum detrimentum & præiudicium pauperum, in graue scandalum dominorum suorum, atq; etiam in proprium iudicium & condemnationem. Quin insuper & semen eorum peribit, nec extabit in terra. Vbi ex altera parte semen iustorũ in sęculum dirigetur: hoc est boni, sancti, & iusti homines: qui hic à propheta nostro semina seruorum dei dicuntur: utpote qui in hac uita semen bonorum operum seminauerint, & ideo in futuro æternæ remunerationis fructum & mercedem consequentur. Porrò per hanc uocem scilicet sęculum, illius beatæ uitæ æternitas intelligitur: quæ nulla unq; temporum mutatione aut uicissitudine diuidi potest. Ibi enim in illo scilicet sæculo, uerus ille, æternus, perpetuus, & perennis fructus recõdinus est: per quem perpetuo uiuimus, & in omne usq; æuum uicturi sumus. Iste etiã fructus uel hoc nomine æternus, & perpetuus dici potest, q; nulla unq; cõestione, manducationeue diminuitur aut minor fit: ut nec ulla uenustate, senio aut attritione deterior, sed ibi sine fine iugis,

Seminatores in ecclesia boni sint.

C.

Psalm. 36.

Littera.

Expo.

Sęculum quid significet

Fructus æternus qui maneat in cœlis

lugis, perpetuus & sempiternus, eos omnes semper manebit in cœlis, qui in hoc momentaneo seculo, bonorum operum semina sedulo iacta curauerint, vbi & nos quoq; omnes (ut bona spes est) in perenni illa & ineffabili gloria congaudentes triumphabimus. Quam immarcessibilem gloriam ipse nobis concedat, qui solus uera & incomprehensibilis gloria est, dominus noster IESVS CHRISTVS: cui honor, laus, uirtus, & imperium, per infinita seculorum secula, Amen.

DOMINVS DEDIT.

Deo gratias.

MVSEVM BRITANNICVM